COMMENTARII

Ioannis Ignei viri clarifs. I. V. doctoris

AVRELIANI IN ALIQVOT

constitutiones principum, item'que in aliquot Responsa Iurisconsultorum (vulgus Repetitiones vocat) multo quàm antehac castigatiores: quorum Catalogum in sequenti pagina reperies.

ADIECTVS EST INDEX LOCVPLETISSIMUS eorum quæ in hisce Commentarijs visa sunt notatu digna.

Cum Priuilegio Regio ad VII. annos.

Lugduni,

APVD VINCENTIVM DE PORTONARIIS.

&

Aureliæ,

APVD FRANCISCVM GVEYARDVM.

M. D. XLI.

- Repetitio. L. Dudum. C. de contrahen. empt. & vendi. Tornacensi pontifici dicata.
- Copiosa nec minus elegans Repetitio Authen. Ex causa. C. de liber. præte. vel exhæred. Illustriss. Ioanni Deganaio Galliæ Cancellario dicata.
- Acutè grauiterq; disputata quæstio, Num Gallorum Rex Christianissimus Imperatorem vt superiorem agnoscat.
- Repetitio. L. Contractus. ff. de regu. iur. vtiliss. materiam continens.
- Repetitio. L. Quatenus. ff. de regul. iur. in qua subtilem materiam earum actionū quæ pro eo quod interest proponūtur latissimè prosequitur.
- Repetitio. L. Donationes quas diuus Imperator. C. de donationibus inter virum & vxor.

His accessit Repetitio. §. Non alias. ex. L. Necessarios. titulo De senatusconsul. Sillaniano & Claudiano, & quorū testamenta non aperiantur. libro uicesimonono Digestorum. opus recens natum, uaria ac multiplici doctrina refertum. Authore eodem Ioan. Igneo. V. C. I. V. doctore Aureliano.

Quæ omnia ab Authore ipso & acutè & eleganter disputata sunt in Ticinēsi Academia, in frequenti doctissimorum virorum cœtu.

Reuerendissimo in Christo patri, Do.

CAROLO DV HAVLTBOYS TORNACENSI

praesuli meritissimo Franciscus Rubeus Britannus Trecorensis, S. P. D.



Vum animo meo diutius cogitarē Reuerendissime pontifex, eruditissimis uiris omniúq; humanarū ac diuinarum rerum eruditione consummatissimis, nihil gratius, nihil optatius, nihilue iocundius afferri posse quàm eos literarijs xenijs sacratisq; disciplinarū (in quibus quotidie uersantur) muneribus celebrari: eorum numero primarius proculdubio occurristi, cui authoris doctissimi, tuiq; nominis obseruantissimi uigilias procuratorio quodam nomine dicarem. Cui magis quàm alicui mortalium, hanc rem conuenire existimaui: utpote qui teneris adhuc annis iureconsulti optimi munus Lutecia publicè profitendo obiueris: demum sacro Parisien. senatus ordini adiunctus, ac deinceps per omnes dignitatis gradus ambulans, ad sacrosanctum pontificale culmen, ueluti uirtutis tuæ præmium, aut uerius dicam testimonium nutu quodam cœlesti diuinoq; auspicio merito sis euectus: moxq; solito uirtutis tuæ tramite gradiens (ne ullius status tui merita negligeres) noua quadam gratissimaq; synodo labentem clerū reformaueris. Principibus insuper diuersis (quod supremam prudentiam arguit) nullo interpollato tempore gratissimus semper habitus sis, christianissimo præsertim regi nostro Ludouico xij. qui uirtute tua & syncera fide sæpius explorata, arduis semper negotijs te præfecit, suorumq; intimorum consiliorum participem ueluti alterum Achatem delegit. Hanc igitur solen. l. Dudum. repe. inter cætera Ignei opera, igneo quodam cœlestiq; spiritu fabricata, artificioso quodam stylo miroq; & uenusto ordine contextam, ac omnium bene sentientium iudicio (quorum numero Iudocū Lurentium, Ioannemq; Bibautium Flandros, homines certè quos extra communes ingeniorū metas credimus) mirum in modum commendatam, R. P. tuæ dicandam sacraui: qua in primis authoris ueterem erga te obseruantiam, eiusdemq; illustre ingenium cognosceres: cognitum admirareris, ac laudares: laudandoq; tui fulgentis nominis titulo ornares: quò à liuidorum (quos mea ætas infinitos nouit) promptis insidijs iugibusq; harpagonum murmuribus protegeres. Vale literatorum spes & mecœnas dignissime. Ex Ticino, otio nostro literario, die xx. Februarij, anno Christi M. D. XI.

Solennis & valde quotidiana Repetitio

legis Dudum.C. de contrahenda emptione.Ioannis Ignei V.C. doctoris Aureliani in frequentissima materia distractus contractuum.

Imppp.Valentin.Theod.& Arcad. A A A. Fabiano P.P.Illyrici & Italiæ.

Dudum proximis consortibusq; concessum erat vt extraneos ab emptione remouerent: neque homines suo arbitratu vendenda distraherent. Sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti: superiore lege cassata, vnusquisque suo arbitratu quærere vel probare possit emptorem: nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit. D. V I. Kal.Iun. Vincentiæ, Tatiano & Symmacho Coss.

Summarium in sequentem Repetitionem. L. Dudum C. de contrahenda emptione & uend.

1 Consuetudo coarctans arbitrium etsi non valeat virtute introductionis præcedentis, valet tamen vi introductionis postea factæ.
2 Consuetudo admittens retractum rei venditæ non improbat venditionem factam.
3 Contractu venditionis improbato, non restituitur pretiũ.
4 Pactum, per quod alicui tollitur libera omniũ rerum suarum distractio, est inutile.
5 Hæres rem suam à testatore pignori datam vendicans contraria pignoratitia ab ipso creditore conueniri potest.
6 Alienare prohibitus rem aliquam præterquàm consanguineis, recusantibus consanguineis iustum pretium dare, potest extraneo vendere.
7 Prohibitus lege vel pacto alienare, alienando non transfert dominium.
8 Emphyteuta rem in emphyteusim acceptam alij quàm domino prohibetur alienare.
9 Hypocritæ sub specie honesti turpissima flagitia ꝑpetrant.
10 Alienata extra familiam contra prohibitionem legis vel consuetudinis, per quemlibet de familia reuocari possunt.
11 Tempus reuocandæ rei alienatæ per consanguineum explicat anno & die.
12 Permissum ad tempus post tempus censetur prohibitum.
13 Præscriptio anni & diei statuto inducta, minoribus iuxtà ac maioribus opponi potest.
14 Statutum interpretationem restrictiuam non admittit, vbi agitur de lucro captando.
15 Statutum interpretationem admittit secũdum dispositionem iuris communis.
16 Statuta sunt stricti iuris.
17 Statutum duo specialia contra iuris communis regulas inducens non debet admitti.
18 Casus aliquot enumerati in quibus per lapsum temporis non inducitur vsucapio.
19 Adijci alicui rem aliquam in diem quid sit.
20 Præscriptio biennij elapsi opposita in actione non numeratæ pecuniæ differt à præscriptione anni & diei opposita in retractu.
21 Correctio legum vitanda est.
22 Gallorum rex legibus imperatorum non subijcitur: sed ijs vt rationibus vtitur.
23 Emptor scienter emens rem retractui obnoxiam, non repetit impensas in ea re intra annum & diem factas: nisi quas necesse habuisset dominus facere.
24 Res alienata vni ex cõsanguineis qui aliàs non erat alienanti successurus, an retrahatur per ꝓximiores. & nu.18. & 32.
25 Appellatione nepotum proprie veniunt filij filiorum: in priuilegijs autem veniunt etiam filij fratrum.
26 Fundi emphyteutici à patre relicti partem suam frater fratri alienare impune potest.
27 Ratio legis est vis ac potestas ipsius legis: qua cessante, cessat & ipsa lex.
29 Statutum comprehendens certas personas non extenditur ad personas non expressas.
30 Proximus est quem nemo præcedit.
31 Ius habens redimendi rem aliquam, potest redimere etiam quæcunque ei rei accesserunt titulo lucratiuo, non etiam oneroso.
33 Ius redimendi rem alienatam ab agnato an cedi extraneo possit. & nume.17.
34 Ius adulterum occidendi cedi potest filijs.
35 Officium iudicis cedi potest.
36 Potestas eligendi iure proprio alicui cõpetens cedi potest.
38 Tutor testamento datus propter facultates si pauper efficiatur non debet per iudicem confirmari.
39 Factum cohærens personæ non transmittitur.
40 Venditor quãdo possit rem suam, quã vẽdidit, retrahere.
41 Retrahens rem ab agnato venditam an repetet fructus ab emptore perceptos.
42 Fructus percepti ex re quæ in diem incertum vel sub conditione restituenda est, non sunt restituendi.
43 Fructus ante litis contestationem percepti nõ restituuntur in actione familiæ ercíscundæ & finium regundorum.
44 Emptor rei in diem sibi adiectæ efficitur dominus: camq;

in pignus dare potest.

45 Redimens rem ab agnato venditam, vsuras pretij emptori reddere debet.

46 Emptor, re quam emerat euicta, agit aduersus venditorem & ad pretium recipiendum & ad vsuras pretij.

47 Minor rem suam retrahens & pretium offerens an teneatur ad vsuras pretij.

48 Impensæ factæ in re quæ retrahitur compensantur cum fructibus perceptis.

49 Emptor à quo res retrahitur, ex quo tempore dicatur esse in mora.

50 Fructus in retractu quomodo petantur.

51 Officium iudicis mercenarium quale sit.

52 Emptor à quo res per proximiorem agnatum retrahitur constituitur in mora per litis contestationem.

53 Tempus retractus statuto constitutum an cõfundatur sub tempore longiori, pacto emptoris & venditoris comprehenso. & nume. 56.

54 Debitor creditori debitum legans nihil agit.

55 Statutum non operatur extra territorium statuentium.

57 Dilatio anni & diei ad retrahendum rem venditam solis consanguineis venditoris competit: non etiã ipsi vẽditori.

58 Venditor consanguineos suos à retractu rei venditæ summouere potest quandiu ex conditione cõtractus ipsemet rem venditam redimere potest.

59 Dilatio quæ competit ex cõuentione contrahentium inest obligationi: non autem ea quæ datur à lege.

60 Præiudicare sibi quis potest contra legem contrahendo: non autem alteri.

61 Mandatum Apostolicum habenti ad integram præbendam non potest conferri præbenda non integra, etiam volenti.

62 Mora repelli nemo dicitur, nisi elapso toto tẽpore quod in gratiam illius præstitutum erat.

63 Tempus si cui ad soluẽdum præstitutum sit, is poterit quacunq; illius temporis parte soluere.

64 Re commodata furto ablata præfigi terminus domino per iudicem potest intra quem intentet actionem furti: quo cessante poterit agere commodatarius contra furem.

65 Proximiori agnato potest iudex præstituere tempus intra quod rem venditam retrahat, quo elapso locus est cæteris agnatis. & nu. 70.

66 Iudex potest in causis criminalibus minorem terminum ex causa præfigere quàm à lege sit præfixus.

67 Tempore elapso per iudicem proximiori agnato ad rem venditam retrahendam præfixo, potest idem proximior agnatus re adhuc integra moram purgare.

68 Cessionem reuocare potest qui bonis cessit re adhuc integra. id est bonis nondum per creditores venditis.

69 Emphyteuta qui propter cessationem solutionis canonis per biennium à fundo emphyteutico expelli potest, moram purgare re integra potest.

71 Agnatorum æqualis gradus locus est primo retrahenti, siue præuenienti.

72 Agnatus vt agnatum æquè proximum præuenisse dicatur, sufficit litis contestatio.

73 Libelli oblationem præcedere possunt hæc quatuor, citatio, dilatio, recusatio, & exceptio.

74 Mixtum sub simplicibus comprehenditur.

75 Res aliqua duobus eodem titulo debita primo occupanti adiudicatur.

76 Clerici sunt immunes à solutione gabellæ.

77 Aduocatus salarium à laico petens non potest petere impensas eius instantiæ per quam dictum salarium petit.

78 Contrahentium liberum debet esse arbitrium.

79 Casus aliquot in quibus quis aut emere aut vendere compellitur.

80 Dominus extraneo præfertur in emptione rei emphyteuticæ, si tamen tantum pretium offerat quantũ extraneus.

81 Prohibitus vendere non prohibetur donare.

82 Prohibitus vendere an prohibeatur permutare: & permutata res an possit per agnatum retrahi quemadmodum & vendita.

83 Statutum contra ius commune non debet vltra casum expressum ampliari.

84 Contractus de cuius fraude constat, est annullandus.

85 Prohibitum directè, non permittitur per indirectum.

86 Fraus commissa in permutatione rei ad eludendum retractum qua ratione deprehendatur.

87 Acquisita per vsucapionem nõ possunt ab agnatis proximis redimi.

89 Ius manus mortuæ quemadmodum vendi potest, ita & vsucapi.

90 Malæ fidei possessor tenetur ad restitutionẽ fructuum perceptorum & eorum quos percipere potuit.

91 Malæ fidei possessor longo tempore non vsucapit sed longissimo.

92 Ius manus mortuæ quid sit.



ANC LEGEM DIVIdo in quatuor partes. In prima refert ius antiquũ per quod tollitur liberũ arbitrium in venditiõe rerum. In secunda corrigitur, adiecta prima ratione correctionis. In tertia disponitur. In quarta dispositum limitatur. Secũda ibi, sed quia. Tertia ibi, superiore lege cassata. Quarta ibi, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit. Circa intellectum huius legis Scribentes nostri variarũt. aliqui eñ volunt vt intelligatur de prohibitiõe in rem, cùm impediatur rei alienatio: & iste est intellectus Baldi: ex quo infert, quòd qui arbitrium habet limitatum in alienatione rerum suarum in consortes aut consanguineos tantum: non dicitur liberum habere arbitrium: per. l. si optio. ff. qui & à qui. manumis. liberi non fiunt.

Secundo infert quòd cõsuetudo quæ admittit retractum, sit contraria iuri, tanquam admittens turpitudinẽ & intolerabilem iniquitatem: vnde nulla est ipso iure. l. eos. §. fin. C. de vsuris. & in. §. j. in authen. vt nulli iudi. lice. habe. lo. cõserua. col. ix. & in. l. diuus. ff. de sepul. vio. Plus dicunt Petr. & Cin. quòd multi per hanc legem tenuerunt retractum interdictum, & damnatam esse consuetudinem admittentem retractum: de qua in. c. constitutus. extra. de in integrum resti. de quo text. libere posset referri illud Iuuenalis satyra prima: Nota magis nulli domus est sua, quàm mihi lucus Martis, & Aeolijs vicinum rupibus antrum. Sed hoc vltimum dictum Baldi mihi nõ placet propter multa. primo secundùm
1 Pet. & Cin. † qa licet consuetudo quæ coarctat arbitr

arbitrium non valeat vi introductionis præce-
dentis,valet tamen vi introductionis postea fa-
ctæ.l.non est nouum.cum.l.seq.ff.de legi. Ego
addo tex.meliorem in.l.vnica.C.de auro coro-
na. lib.x. vbi Iustinianus interdicit exactionem
auri coronarij, nisi per consuetudinem posterio
rem aliud inducatur. Secũdo pondero istum
tex.in his verbis,nisi lex specialiter quasdã per-
sonas hoc facere prohibuerit.tenendo interpre-
tationem eiusdẽ Bald.hic positam ad ista verba,
nisi lex specialiter.id est,nisi lex specialis seu cõ-
stitutio loci vel municipale statutum hoc facere
prohibuerit:cum secundùm eum talia statuta va
leant.d.c.cõstitutus.extra.de in integrum resti.
facit secundùm glo.tex.in.l. vnica.C.non licere
habi.metro.lib.xj.ad idem in.l.venditor.§.si cõ
stat.ff.communia prædio.l.& si priuatus.ff. qui
& à qui.manumis.liberta.accipiunt. Ego autem
addo text.meliorem in.l.si in emptione.§.om-
nium.ff.de cõtrahenda emptione.ibi,vel mores
ciuitatis commercio exuerunt, earum nulla ven
ditio est. quem tex.notant And.de barru.Bart.
Nico.Spi.& Ioan.de pla.in.l.ij.C.de prædi.na-
uicula.lib.xj. & sic manifeste apparet contra do
ctrinam Bal.quòd lex quæ coarctat potestatem
alienandi res suas,nõ dicitur inducere intolera-
bilem iniquitatem:aliàs per Iurisconsultos & Iu
stinianum non admitteretur.l.j. ibi,cuius meri-
to quis nos sacerdotes appellat.ff. de iustitia &
2 iure.& in.l.j. C.de summa tri.& fid.catho. † Et
hoc maxime procedit in consuetudine admitten
te retractum:cùm per retractum non tollatur li-
berum arbitrium,nec proximus de genere retra
hendo rem alienatam per cõsanguineum impro
bat venditionem:sed approbat restituendo pre-
tium rei venditæ.l. vnica.C. non lice.habi. me-
tro.lib.xj.c.fina. de natura feudi.col.x.ita dicit
Henri.Bohic Brito in.c.constitutus.extra de in
integrum restitut. in.ij.colũ. pro qua decisione
addit tex.in.l.debitor.§.fi.ff.ad Trebel.ibi,quia
non quasi hæres.per quem tex.dicit se audiuisse
apud Aureliam disputando ita tenuisse quon-
dam d. Alanum Helori episcopum Trecoren.
nepotem diui Yuonis, & Aurelium doctorem
eximium. Addo quòd hæc fuit ante eos declara
tio Petr.& Cin.hic & post eos Paul.de castr.li-
cet secundùm eos consuetudo Frãciæ aliud ob-
3 tineat,& male. † Et quòd retrahens nõ videtur
improbare contractum,facit:quia si improbare
tur contractus,pretium non restitueretur. text.
in.l.quemadmodum.C.de agric.& censi.lib.xj.
l.j.C.de præd.curi. li.x.ibi,sciat se pretio, quod
dedit,esse priuatum.in.§.quia vero leonis.secun
do.&.§.si quis igitur.in authen.de non alienan.
col.ij.ibi,cadat quidem mox pretio. & in.l.iube
mus nulli.§.sane.ibi,& pretia quidem. &.§.præ
dia.C.de sacrosanc. eccl.Ideo cùm restituit pre-
tium non videtur improbari:sed lex seu consue-
tudo admittens retractum videtur occurrere,re-
scindendo intra annum & diem restituto pretio:
per illa iura.Quinimo dico plus quòd statutum
seu consuetudo admittens retractum,sancta &
iusta est:quia per eam impeditur distractio lariũ
auitorum seu paternorũ: & sic conseruat omnia
patrimonia in agnatiõe:quæ ratio iusta est.text.
in.l.filiusfa.§.diui.&.§.seq.ff. de leg.j. & in.l.si
in emptionẽ.ff.de mino.l.ij.cum glo. C.de vsus-
ca.pro emptor. debet enim vnusquisque malle
perire fame,quàm distrahere velle.l.in fundo.ff.
de rei vend.&.l.lex quæ tutores.§.j.C.de admi.
tuto.&.l.si seruos.ff.de pigno.actio.vnde secun
dùm hunc intellectum non posset hæc lex inter-
pretari in retractu:cùm,vt dixi,nõ tollatur libe-
rum arbitrium distrahendi,sed confirmat ipsum
contractum.Secundo,intellectus Baldi non est
bonus per ea quæ dicã in quarta lect. Alij intel-
ligunt principium legis in pacto impediente li-
berum arbitrium vendendi per hanc legẽ:quod
improbatur tanquam contrarium legi & æqui-
tati naturali,& sic nullum ipso iure.l.cõtra iuris
regulas.ff.de pactis.&.l.nõ dubium.C. de legi.
&.l.pacta quæ contra.C.de pactis. ideo lex ista
successit,quæ interdicit ne talia pacta fiant nisi
alia lege nouissima specificè permittantur: iuxta
l.vnicã.§.hinc igitur. C.de Iusti.codi.cõfirman.
sed nõ video quòd hæc lex possit in pacto intel-
ligi:cùm etiam talia pacta sunt vtilia. tex.in.l.fi.
infrà de rebus alie.non alienand.ibi,siue pactio
contrahentium hoc admiserit.& in.l.ea lege.C.
de cõdi.ob causam dato.& in.l.nemo.C.de fun
4 dis rei priua.lib.xj. † Est verũ quòd vbi per pa-
ctum fieret interdictio generalis seu vniuersalis,
per quam impediretur omnimodo aliquis de re
bus suis disponere, tunc tale pactum esset inuti-
le:quia in omnibus tolleretur liberũ arbitrium,
& sic facultas,de his testãdi.l.stipulatio hoc mo
do concepta.ff.de verb.oblig.& in.l.fi.C.de pa
ctis.& in.l.non solum.ff.de actio.& obli. quod
autem per illud pactum tollatur libera testandi
facultas,est text.in.l.vnũ ex familia.§.sed si vno
ff. de lega.ij.sed iste text. nõ potest pati hunc in-
tellectum,nec secundum hunc procederet in re-
tractu,prout ita tenẽtes hunc intellectũ dicunt:
cùm retractus contingat ex potestate legis mu-
nicipalis:& maior est vis quàm in pacto.secũdo
quia, vt dixi, per retractum non tollitur liberũ
arbitrium. Vnde secũdùm Pet.& Cin. sicut lex
ista non prohibet retractum, sic etiam retractus
non prohibet quin extraneus pro arbitrio suo
rem suam distrahere possit: quorum dicta sequi
tur hic Paul.& pro eis addo text. in simili in.l.
rem alienã.§.j.ff.de pig.actio.in.l.si Titio.ff.de
5 pig. † vbi hæres rem suã à defuncto pignoratã
põt vẽdicare à creditore: licet vt hæres cõtraria
pignoratitia conueniri possit:nec propterea di-
citur cõtrauenire alienationi:sed potius ipsa lex
prohibẽs alienationẽ seu obligationem rei alie-
næ.Sic etiam retrahens non dicitur contraueni-

re alienationi factæ: sed consuetudo admittens retractum dicitur occurrere ipsi alienationi: & per hoc manifeste apparet effectus ipsius consuetudinis. Ideo alij legunt hanc legem, vt per eam corrigantur omnes leges inhibentes alienationem rerum communium, præterquã in casu necessitatis: de quibus in.l. alienationes.ff. famil. ercisc. & in.l. peto.§. prædium.ff. de leg.ij.in.l.§. vbi per Cin. Bald. & Paul. de cast. C. communi diui. hodie autẽ libere alienari possunt per hanc legem, nulla etiam vigẽte necessitate: & hoc per regulam.l. non est nouum. cum.l.seq.ff. de legi. sed iste intellectus non placuit Scribẽtibus nostris: qa nihil ad.l. Aliter & melius legunt Pe. & Cin. hic de ꝓhibitione in personã facta per hãc legẽ de re non alienan. & hoc tam ex parte vẽditoris, quàm ex parte emptoris. probatur primò ex parte vẽditoris: quia alijs vẽdere non poterit res, quàm consortibus & cõsanguineis: & sic in vẽditione fit prohibitio in personam tantũ, non in rem: secũdùm casum huius legis. text. in.l.§. item quæritur manumisso. ff. si quid in frau. patroni factum sit. ad idẽ in.l.j. in fi.ff. de interdic. Vnum tamen tu notabis ad declarationem præceden. quòd vbi adhuc ex potestate legis superuenientis limitaretur arbitrium quo ad consortes & consanguineos, † vbi cõsortes & consanguinei recusarẽt offerre iustum pretium, posset alteri extraneo vendi. text. in.l.fi. C. de iure emphy. de quo in.l. qui Romæ.§. cohæredes. vbi per Bald. Ang. Are. & Alex. ff. de verb. obli. ad idem in.c.j.§. sed & res. in verbo, æquali pretio: per quos fiat inuestitu. col.x. & glo. in.l.ij.C. de rescin. vẽdi. per Iaco. de sancto Geor. in summa sua feudo. in versic. & cum pacto de nõ alienan. quia quantuncunq; compellatur quis alteri vendere, intelligendũ est iusto pretio.l. si quãdo.§. meminisse.ff. de leg.j. & in.c.fi. in titu. de natu. feudi. col.x. per Bart. & Rom. in.l. cotẽ. in princip.ff. de publica. & vectiga. Itẽ ex persona emptoris si res alteri quàm consorti aut consanguineo alienetur: quia vbi interdicitur simpliciter venditio alicuius rei, si alienetur potest ab his quorũ interest reuocari, nullo etiam oblato pretio. tex. in.l. quemadmodum. C. de agric. & cẽsi. lib.xj. &.l. nemo. C. de fundis rei priua. eodem libro. quod sonat ista litera in his verbis, vt extraneos ab emptione remouerẽt. Vnde vbi aliqui à potestate alicuius rei habendæ, à lege vel à statuto secludũtur: vbi præstaretur, posset auocari nullo reddito pretio. tex. in.l. peto.§. fi. &.l. cùm pater.§. libertis.ff. de leg.ij. Et practica esset auocandi: vt rem alienatam is cuius interest rem nõ alienari auocet eam: & si opponatur de emptione, opponatur de nullitate. Huic similẽ modum tradit Paul. de cast. in.l. filio. in verbo, auocauit. ff. de iniust. rup. & irrit. testa. ante Paul. fuit doctri. Bar. in.l. is qui in potestate. in princip.ff. de lega. præstand. inquantum firmant quòd filius præteritus reddit testamẽtum patris nullũ propter præteritionem. authẽ. ex causa. C. de liber. præter.l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. tamẽ non habet necesse dicere testamentum nullum: sed auocet ad se hæreditatem paternam: per. d.l. filio. & si opponatur de testamento, excipiatur de nullitate. de quo in.l. posthumo. C. de bon. poss. contra tab. in.l. quæ sub cõdi.§. fi.ff. de condi. instit. Adde quod in simili not. glo. in.l. vsucapio. C. de pig. ibi, sed si creditor ab vsucapiente per hypothecariã auocat. adde tex. in.l. si quã fi.ff. de pigno. actio. Plus dico † quòd per hanc prohibitionem siue legis scriptæ, siue municipalis, siue pacti expressi de non alienando impeditur dominij translatio. text. in.§. alienationis. in authen. de non alienan. coll.ij. & in. d.l.fi. C. de re. alie. non alienan. & in. d.l. si in emptione.§. omnium.ff. de contrahenda emptione. Quod tamen videtur multum esse damnosum emptoribus: sed hoc sibi imputent contra legem mercantes.l.ij.§. si à pupillo.ff. pro empto. & in.l.fin. C. de vesti. Holoba. lib.xj. & in.l. vnica. C. non lic. habi. metro. eo. lib.xj. & in.l.j. C. de prædi. curia. lib.x. & in.§. si quis igitur. in authen. de non alienan. coll.ij.l. iubemus.§. sane. & authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. quæ omnia cessant secundùm eos in retractu, per ea quæ suprà dixi: quia non tollitur liberum arbitrium: & secundùm hoc non poterit hæc lex in retractu applicari, quicquid dicant hic omnes: & puto hunc intellectum veriorem, propter illa verba, vt extraneos ab emptione remouerent: neque homines suo arbitrio vendenda distraherent. sicut in simili in.l. Mela.§. fi.ff. de alimen. & ciba. lega. Intelligas tamen text. itum in prohibitione quæ fit personarũ ratiõe rerum: pro quo tu adde tex. in simili in.l. rescripto.§. fin.ff. de muner. & hono.l.ij. C. de præd. nauicula. li.xj. &.l. imperatores. in princ.ff. de publi. & vectiga. sic propter res fit prohibitio per hunc text. in ipsas personas: & istud puto verius. Ex his omnibus infero, præsertim ex his quæ dicta sunt in.ij. lectura, quòd si per hanc legem tollerentur pacta limitantia liberum arbitrium quo ad certas personas: contractus emphyteuticus esset inutilis: † Cũ emphyteuta prohibeatur res alienare alij quàm domino: vnde cùm per cõtractum emphyteuticum prohibeãtur res alienari alij quàm domino, valeret alienatio facta per emphyteutam: per hunc tex. eo quia non valeret pactum: & sic non obstante pacto contractus emphyteutici: de quo in.l.fin. C. de iure emphyteu. quod non est admittendum: vt euitemus correctionem legum: per.l. vnicam. C. de inoffic. dot. præterea esset contra casum.l.fin. infra de iure emphyteu. l. cùm ij.§. si vni pluribusue. secundo responso. vbi per Barto. & moder.ff. de transac. &.l.ij. C. de metal. & metal. li.xj.l. cotem.§. eam rem. vbi per Barto. & Roma.ff. de publica. & vecti. &.l. qui

qui Romæ.§.cohæredes. ff. de verb. obliga. Et ideo licet vnusquisq; debeat liberū habere arbitrium, siue inter viuos. l. in re mādata. suprà man da. l. sicut. suprà de actio. & oblig. siue in vltima voluntate. l. j. C. de sacrosan. eccle. hoc verū, nisi per legē siue scriptā, siue municipalē, vel pactū, specifice aliud inducatur: tex. in. l. si in emptiōe. §. omniū. ff. eo. l. fin. infra, de reb. alie. nō aliena. & hic in fin. ibi, nisi lex specialiter quasdā personas hoc facere prohibuerit. & in. d. l. fin. infra de iure emphyt. & in. l. peto. §. fin. &. l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. vnde vbi à lege aliquid specifice inducitur cōtra iuris cōmunis dispositionē, stat illi legi in suo casu: tex. in. l. neq; Dorotheū. vers. nihil in persona viri illustris. C. de decurio. lib. x. l. si ex speciali. C. de testa. l. si quis in princ. testa. ff. de lega. iij. & in hac sententia residet hic Petrus in primo notabili, & bene: secundum cuius intellectum hic approbatum per Cinum & Paulum, quem ego teneo, sic summatur: Potest vnusquisque pro arbitrio res suas vendere nedum proximis aut consortibus, sed cui voluerit, reprobata lege antiqua quam non habemus, nisi per legem posteriorem aut scriptam siue municipalem specifice aliud statuatur. hoc dicit.

In text. ibi, neq; homines. not. text. quòd licet regulariter vnusquisq; posit de rebus suis libere disponere. l. ij. C. de prædi. nauicula. libro. xj. l. nec emere. infrà, de iure deliberan. vbi tamen versatur publica vtilitas, ex causa prohibitionis cessat huius legis dispositio. l. final. §. j. vbi per Baldum, infra de communi seruo manumiss. per Baldum in. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. per illum text. ff. de vsufruc. & in. l. j. §. cura carnis. ff. de officio præfecti vrbis. &. l. iij. ff. ad. l. Iuliam de annona.

In text. ibi, quæ inani honestatis colore velatur. not. sub velamine honestatis nihil agendum quod vergat in perniciem alterius tertij siue rei publicæ. adde text. in. §. cum igitur. in authenti.
9 de non eligen. secundo nuben. collat. j. † Quod not. contra infestissimos hypocritas, qui sub, cre de mihi, de quo per glos. in. l. quæ sub conditione. ff. de conditio. instit. & in. l. non sit. §. diuus. ff. de iureiuran. nefanda peccata cōmittunt: quibus non est deferendum. l. qui sub prætextu. suprà, de sacrosanct. eccles. &. l. quidam ignauiæ. C. de decurio. libro. x. & in clemen. j. in princip. de religio. domibus.

Nota tex. ibi, vt extraneos ab emptione remo
10 ueret. † q; res alienata extra familiā cōtra prohibitionem legis vel cōsuetudinis, reuocari potest per quencūq; de familia. tex. in. l. pater filium. in princ. ff. de leg. iij. simile in. §. hoc autē. in authē. de nō eligen. secūdo nubē. col. j. sic deducendo, res donatæ propter nuptias alienatæ per matrē, reuocātur per filios: & nō extātibus filijs, repetētur aut retrahētur per proximos agnatos. simile in. l. j. in verbo, retraxerint. vbi per Bal. C. de natural. libe. Hoc intelligo verū, vbi prohibitio fit cū causa: secus autē si sine causa. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. l. voluntas. C. de fideicommiss. &. l. ij. C. de vsucapione pro empto. per glos. & Barto. in. l. quædam. ff. de acquir. rer. domi. & in. l. pater filium. §. Iulius. ff. de lega. iij. de quo per glos. Bart. & omnes in. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. & glos. in dicta. l. ea lege. C. de condi. ob causam dato. Ex quo infero, quòd cum retractus inductus ex cōmuni consuetudine Frāciæ, quæ est anni & diei, de qua in ca. constitutus. de in integrum restitu. per Ioan. fab. in. §. ita demum. Instit. de hæredi. quæ ab intesta. defer. & Ioan. Nicoti in. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. post Iaco. de Rau. & Petrum ff. de in diem adiectio. fiat cum causa, non continetur sub hac lege: sed sit permissus tanquā continens apertam æquitatem. text. in capit. Titius. si de feudo fuerit controuers. inter dominum & agna. coll. x. & in. d. c. constitutus. Causa autem statuti est vt conseruentur in familia res auitæ & paternæ. text. in. l. peto. §. fratre. &. l. cum pater. §. liber. ff. de legat. ij. & in capitu. j. de alienatio. feudi pater. collatio. x. & in. l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. libro. xj. &. l. nemo. C. de fundis rei priua. eodem lib. cum alijs concordā. datis per glos. fina.

11 † Hoc autem tempus retrahendæ rei alienatæ non est perpetuum sed temporale: quia expirat anno & die, vt dixi per dictum capitu. constitutus. extra de in integrum restitutio. & tunc post annum irreuocabiliter tenebit contractus. text. in. l. mancipiorum. ff. de optio. lega. & in. §. penulti. qualiter feudum olim alienari poterat. collatio. x. & in. l. si fundus. in princi. ff. de lege
12 commisso. pro quo facit illud vulgare, † Permissum ad tempus, post tempus censetur esse prohibitum. text. in. l. statu liberum. §. si Stichum. ff. de lega. ij. l. Imperator. ff. de postul. & in. l. si ea lege. C. qui accusa. possunt. addo quòd in ijsdem terminis renuit Floria. in. l. iiij. ff. de seruitu. per quem text. infert, quòd si officialis possit de cōmissis in anno proximo ante introitum suum inquirere, tacite videtur prohiberi de retro commissis. de quo per Bartol. in. d. l. mancipiorum.
13 & Cin. in dicta. l. si ea lege. † Istud extendunt Bartol. Bald. Fulgos. & Paul. de castr. in. l. fina. C. in quibus caus. in integrum restitutio non est necessaria. post Innocen. in dicto capi. constitutus. in fin. per eundem Bartol. & Alexand. in. l. etiam. ff. de minoribus. procedere in minore vt præscriptiones statutariæ seu consuetudinis, vt est præscriptio anni & diei, quæ inducta est in retractu, current etiam contra minores: licet pro eis detur restitutio. d. c. constitutus. & text. in. l. Aemilius. ff. de minori. Secundo mouentur ista ratione: quia cum ius istud municipale sit nouissimum, non potest comprehendi sub dispositione dictæ. l. fin. C. in qui. cau. in integ. resti. nō est

Adde Alexandrum in additionibus ad Bartolum in. l. j. §. permittitur. in verbo, hæres masculus. ff. de aqua quotidiana & æstiua.

neces.Sed debet simpliciter assumi in sua dispo-
sitione:vt si probauerint se læsos,restituentur:
iuxta.l.nam postea. §.si minor. ff.de iureiurand.
& in.l.verum.§.sciendum. ff.dc minorib. Idem
not.glos. finalis in.d.c.constitutus.Tertio facit,
quoniam speciales consuetudines terrarum non
sunt in potestate legis generalis. tex.in.l.neque.
&.l.doctitij. C.de decuri.lib.xj.& in.l.ij. C.quæ
sit longa consuetu. & in.l.si speciali. C.de testa.
& in.l.si quis in princi.testamenti.ff.dc lega.iij.
copiose per Bart. in repetitione.l.omnes popu-
li.ff.de iusti.& iur.vnde consuetudo quæ casum
specialem inducit,debet remanere in sua specia-
litate.l.prospexit. ff.qui & à qui.manumis.liber
ta.accip.sequitur quòd virtus illius consuetudi-
nis, id est præscriptio anni & diei,non est in po-
testate.d.l.fin.C.in quib.caus.in integrum resti-
tu. non est necessa. vbi tempus exceptionis non
numeratæ pecuniæ,id est biennium.l.in contra-
ctibus.in princip.suprà de non numera.pecu.&
§.j. Instit.de litera.obliga.hodie non currit, per
illum text. nec similes.Quarto,quoniam statuta
& consuetudines æque arctant minores sicut &
maiores.l.si sine hærede.§.Lucius.ff.de admini.
tuto.&.d.l.Aemilius. ff.de minori.vnde eadem
erit dispositio minorum & maiorum.facit do-
ctri.Bald.in.d.l.fin.sæpe alleg.per Moder.in.l.
prima.C.de summa trini.& fide cathol.Ioan.de
Lig. in clemen.vnica. de in integrum restitutio.
non immerito est dicendum tempus anni & diei
æque currere minori,sicut & maiori : licet resti-
tuatur.d.l.Aemilius.Quinto facit vnum capita-
le Bart.positum in.d.l.etiam.in fin.ff.de minor.
& in.d.l.fina. C.in quib. caus. in integrum &c.
Quod vbi minor pateretur damnum , certe re-
stringeretur statutum:secus autē vbi minor cer-
14 tat de lucro captando:† quoniam secundū eum
statuta non patiuntur interpretationem restricti
uam vt aliquis lueretur.d.l.prospexit.ff.qui & à
qui.manumis.per eundem Bartol.in.d.l.omnes
populi. xiij.&.xiiij. col. ff.de iustit.& iure. facit
pro eo illa regula vulgata,vbi certatur de lucro
captando,& de damno vitando , fit latior inter-
pretatio pro certante de damno vitando , quàm
pro certante de lucro captando. l.fin. §.licentia.
C.de iur.deliber. & in. l.assiduis. C.qui potio.
in pig.habe. per Bart.& Alexan. in.l.quia tale.
15 ff.solu.matri. † Sexto, quoniam statuta patiun-
tur interpretationem secundùm dispositionem
iuris communis.text.in.l.fina.C.de testa.milita.
& in.l.ij. C.de noxa.actio. præsertim vbi statu-
tum disponit in via iuris communis.tex.in.l.fin.
§.in computatione. C.de iure deliberan.& in.c.
cùm dilectus.extra de consuet.per Bal.in.c.j.de
feu.cogni.col.x.per eundem in rubri.iij.colum.
C.qui accusa.possunt.per Moder.in.l.si quis id
quod.in.viij.limitatione. ff. de iurisdi. omnium
iudi. vnde si de iure communi currat tempus mi
nori , licet aduersus illud restituatur. d.l.Aemi-
lius. ff.de minori.statutum seu consuetudo non
potest vltra operari:nisi cōsuetudo specifice ali-
quid terminaret: iuxta. l.cum de lanionis . §.asi-
nam.ff.de fundo instruc.melius in.l.vnica.C.de
aur.corona.lib.x. &.l.super creandis. C.de iure
fisc.eo.lib.sed per verba consuetudinis non po-
test colligi aliqua differētia inter minores & ma
iores : ideo,vt dixi, æque disponit in minoribus
sicut & in maioribus : imò plus,cùm aliquid vi-
deatur consuetudo detrahere à potestate iuris
communis,per istum tex.secundùm intellectum
Bald.& in.l.filiussa.§.diui. vbi per Bartol. ff.de
leg.j.per Bal.in.l.j.C.de prædi.curia.lib.x.ideo
strictius faciēda est interpretatio,per.l.primam.
§.si is qui nauem.ff.de exerc.act. Vnde est quòd
facilius tollitur illud ius speciale, quàm tollatur
ius commune. l.eius militis. §.militia missus . ff.
de testa.milita.l.fin. C.eo. Præterea standum est
semper dispositioni iuris communis , quandiu
per legem posteriorem siue scriptam siue muni-
cipalem non reperitur ius antiquum correctum
& mutatum.tex.in.l.præcipimus.in fin.C.de ap
pella.c.ij.extra de no.operis nuntia.glo.in.c.cu
pientes.in verbo,petere.de electio.in.vj.& tex.
in.l.vnica.§.hinc igitur.C.de Iust.cod.confirm.
licet enim admittatur retractus intra annum &
diem à tempore venditionis factæ , non tamen
specifice fit mentio prorogans tempus in mino-
re,vt post tempus retrahere possit.& sic istud re
linquitur in dispositione iuris communis,per.l.
16 ij.C.de noxa.actionib.† Septimo induco, quo-
niam statuta sunt stricti iuris,text. in.l.vnica. §.
hoc interdictum de cisterna . ff. de fonte. l.iij. §.
hæc verba.ff.de nego.ges. vnde interpretari de-
bent prout iacent. Et propterea dicit Bart.in.d.
§. hoc interdictum de cisterna. quòd si statutum
interdicat vsum perlarum mulieribus:intelligen
dum est de naturalibus , non autem de fictis seu
contrafactis , secundum eum : per eundem in.l.
quanuis.ff.de auro & argen.lega. pro quo indu
co text.in.l.apud Trebatium.in princi.iuncta.l.
prima.in princip. ff.de aqua pluuia arcen.vbi in
actione pluuiæ arcēdæ venit aqua naturalis tan-
tum:nō autem aquæ calidæ fluentes:aquæ enim
pluuiæ non sunt. licet contra dictum Bartoli te-
neat Roma.in.l.si vero.§.de viro.in.xxxij.fallē-
tia.ff.solu.matri.per text.satis apertum in.l.vel-
lera.C.de vesti.Holobaris.lib.xj.de cuius tamē
dicto,dic vt per Ioā.de pla.in.d.l.vellera.Si igi-
tur statutum seu consuetudo inquantum dispo-
nit contra ius commune debeat intelligi prout
iacet, nec ex ea sit sumenda ratio.l.prospexit. ff.
qui & à quib.manumis. liberi non fiunt. nemini
dubium quin æque disponat in minoribus,sicut
& in maioribus.de quo per Bart.in.l.omnes po
puli.xiij.col.ff.de iustit.& iure.& sic minoribus
debet tātum competere restitutio si intra annum
& diem non retraxerint ex vi illius clausulæ,si
qua mihi iusta causa videbitur. de qua in.l.j. in
fi.ff.

si.ff.ex quibus causis maio. &.l.j.§. si quis propter inundationem.ff.de itinere actuq; priua. & in.d.l.sine hærede.§. Lucius. vbi per Bartolũ & Alex.ff.de admi.tuto.de quo dixi in sexto fundamento: ideo præscriptio statuti ipso iure cur-
17 rit minoribus: licet restituantur. † Octauò, vbi etiam specifice vltro procederet in fauorem minorum tale statutũ esset inutile: vel aliter dispensaretur cum eis de lapsu temporis: quia induceret duo specialia cõtra regulas iuris communis: quod non debet admitti.l.j.C.de do.promis. & l.ij.ff.de pollic. vnde est quod dicit Bald.in.l. si quãdo.C.de inoffic.testa.quod rescripta seu statuta sunt restringenda vt non cõtineant duo specialia: quia licet vna sit fauorabilis, plures tamẽ sunt odiosæ.& refert Bal.Iac.de beluiso practicasse in curia regis Roberti. Addo eundem Bal. in.l.j.C.de fur.pe.col.per Bart.in.l. si is qui pro emptore.ff.de vsusca. per Moder. in.l.singularia.ff.de re.eredit. Aret. in.l.j.§. per procuratorem.in si.ff.de acquiren.pos.Soci.in repe.l.mulieri & Titio.ff.de cõdi.& demon. Sed si admitteretur quòd tẽpus anni & diei non curreret minori, inducerentur duo specialia contra ius commune. Primum, quòd non posset quis vendere res suas libere: contra casum huius.l. &.l. in re mandata.C.mandati. Secundum, q minori non curreret annus & dies: contra casum.d.l.Aemilius.ff.de mino. Sed q annus & dies non currat minori, facit tex.in.l.adolescentiæ. & in.l.fi. C.in quib.cau.in integ.restit.non est necess. vbi quinquẽnium quod competit ad querelandum testamentũ, de inofficioso.l.si quis filium.in fin. &.l.scimus.§.fin.suprà de inoffic.testa. Et biennium quod inductũ est pro exceptione non numeratæ pecuniæ.l.in cõtractibus.in princ.suprà de non nume.pecu.§.vnico.instit.de litera. obligatio.& cæteræ præscriptiones, quæ de iure antiquo currebant minoribus, hodie non currunt: per casum illius.l.fina. quinimò dicitur interim dormire: licet dicant Bar.& Roma.in.l. naturaliter.in fi.ff.de vsusca p.non reperiri casum in iure ciuili vbi præscriptio seu vsuscapio dormiat, præterquàm in præscriptione.xxx.annorum, de qua in.l.sicut.C.de præscript.xxx.vel.xl. anno. De iure autem canonico dicũt multos casus esse
18 vbi præscriptio nõ currit, sed dormit: † Primus ratione hostilitatis.c. ex trãsmissa.extra de præscript.idem dico de iure ciuili procedere.l.fi.C. de fundis limitro.lib.xj. Secundus tẽpore schismatis.c.j. extra. de præscript. Tamen contra Bart. induco alios casus, vbi etiam de iure ciuili non currit præscriptio sed dormit. Primus est ratione ætatis: vt patet in illis legibus: quibus addo text.in.l.ea quæ. versic.si quãdo.suprà de tẽpo.in integrum restit.similis tex.in.§.rursus.institu.de actio.ibi, rescissa vsuscapione.reprobata opinione glos.propter verba sequentia ibi, vt dicat possessorem vsu non cepisse, & ob id suam

esse rem.ad idem in.l.iij.C.de tẽpo.in integ. restit.ibi, continuatũ beneficium restitutionis per vsuscapionem. Addo alium casum in.l.fi.§. donec.C.de iure deliber.præscriptio enim quæ incœperat cõtra creditores, nõ currit mortuo debitore intra tempus datum ad conficiendum inuentarium: si igitur tempus præscriptionis non currat minori, poterit ipso iure res alienata per consanguineũ pleno iure reuocari intra tempora minoris ætatis absq; beneficio restitutionis in integrum, oblato tamen iusto pretio.c.Titius.si de feudo fuer.controuer.inter dominũ & agna. col.x.& in.c.fin.de natur.feudi.eadem col.& in c.constitutus.in fi.extra de in integ.restit. Secũdò facit, quia contra impeditum iusta causa non currit instantia.l.quæsitum.ff. de re iudi.l.ij.§. si non propter aduersam valetudinem.&.§.si quis in iudicio.ff. si quis cautio.ibi, iubet diem iudicij esse diffusum.sed minor ætas est iustum impedimentũ.d.l.adolescentiæ.&.l.fin.suprà in quibus cau.in integ.restit.non est necess.ideò instantia anni & diei nõ debet currere minori. Et propterea non obstabit text.in.d.c.constitutus. per quem tex.dicit ibi Innoc.& Bar.& alij in.d.l.fi. suprà in quib.cau.& in.l.etiam.ff.de mino. q in dicta consuetudine admittente retractum intra annum & diem, non sunt melioris cõditionis minores quàm maiores. vnde q in casu illius.c.cõstitutus. illi fratres qui consenserunt contractui paterno, restituti sunt aduersus contractum, & tẽpus anni & diei elapsum: certe parcat mihi reuerentia tantorum virorum, tex.ille non probat eorum intentum: quinimò tex.probat oppositũ in illis verbis, vel tamen adhuc existãt intra tempus ad obtinendum beneficium in integrum restitutionis indultum.& intra annũ & diem à tempore contractus. notanter dicit, à tempore contractus. quia manifestè apparet quòd fratres seu filij, qui contractui paterno consenserant, restituantur tantum in hoc, quòd per patrem emancipati confirmauerũt contractum patris: vt rem per patrem alienatam non possent retrahere per beneficiũ consuetudinis Paronensis permittentis retractum intra annum & diem: sed voluerũt restitui à confirmatione per eos facta: vt restituti possent rem per patrem alienatam retrahere, cum adhuc essent intra annum & diem à tempore contractus celebrati.

Præterea, certum est quòd filij non poterant rem per patrem alienatam retrahere, cum cõtractum confirmauerant per ratihabitionẽ superuenientem: & sic tacitè videbantur renuntiasse retractui, faciendo actum contrarium.l.qui semisses.ff.de vsur. & in.l. commissoriæ.C. de pactis inter emp.& vendi.l.ij.C.de iur.domi.impetrã. vnde virtute talis consensus fuit necesse illos restitui, vt restituti possent retrahere. Secundò, quomodo posset fieri, vt illi filij per illum tex. dicantur restituti ad retrahendũ, cum adhuc essent

intra tempus retractus: certe talis restitutio non potest operari effectũ, nisi quo ad cõtractũ, idest ratihabitionem in qua sunt læsi. text. est in. l. j. in glos. pe. C. de in integ. restit. mino. vnde nisi læsi minores non possunt restitui. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiurã. & in. l. verum. §. si locupleti. ff. de mino. sed in lapsu temporis non erãt læsi: quia intra annũ & diem à tẽpore cõtractus, vt dixi: ideo in ratihabitione tantũ restituuntur. Ego autem in materia retractus teneo ꝙ vbi minor intra annũ & diem non posset rem per consanguineũ suum alienatã retrahere, quòd tẽpus ei curret, sicut & maiori: licet possit restitui intra tẽpora restitutionis in integrũ petendæ: oblato tamen pretio virtute consuetudinis. pro qua parte pondero text. quem non potui alibi reperire, in. l. si in emptionem. ff. de mino. Pro cuius

19 intellectu præsupponendũ est † quòd pactũ adiectionis in diem fit ea lege, vt si intra certũ tempus alius sit allaturus meliorẽ cõditionem, præstaturus maius pretiũ, res sit inempta. text. est in l. iij. iuncta glos. ff. de in diem adiectio. si interim nouus emptor licitatus sit rem prius venditam, prior emptor præferaĩ posteriori, si plus sit paratus offerre. text. in. l. licet. cũ. l. seq. ff. de in diẽ adiectio. cõtigit ꝙ minor rem suorum maiorum emerit cũ pacto adiectionis in diem: qui non potuit plus offerre secundo emptori. vnde quãtum ad minorẽ res erat inempta: & rem cũ fructibus tenebatur restituere. l. vbi autẽ. ff. de in diem adiectione. dubium fuit an minor possit aduersus illam licitationẽ restitui post tempus pacto adiectum, offerendo venditori pretium quod ex licitatione secundus emptor præstitit: & respondet text. in. d. l. si in emptionẽ. ff. de minori. si appareat interesse minoris rem emptam fieri suam, vt quia res suorũm maiorũ fuerit, minorẽ aduersus hanc venditionẽ posse restitui. & sic notandum secundũ Bal. illic mirabile interesse affectionis, vt propter illud tantum minor restituatur, propter quod minor præsumitur enormiter læsus: aliàs non restitueretur. l. scio. ff. de in integ. resti. sic idẽ in materia retractus. Ratio enim propter quam admittitur retractus est, vt res in agnatione conseruentur. l. peto. §. frater. & l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. per Io. fab. in. §. ita demũ. instit. de hære. quæ ab intesta. defer. in. c. Titius. si de feu. fue. controuer. inter dominum & agnatos. coll. x. quod declaraui suprà in textualibus. Cum ergo sola illa ratio in retractu consyderetur, sicut in casu. d. l. si in emptionem. cõpetit restitutio minori post tempus adiectũ pacto, propter solum interesse affectionis: sic idem aduersus cõtractum lapso anno & die. Addo ꝙ idem not. Bartol. in. l. vnica. vij. col. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferun. Cin. in. l. vnica, in. xxj. & xxij. quæstionibus. C. si seruus exter. emi se manda. ad idẽ in. l. si seruus ea lege. §. fin. ff. de seruis exportã. & in. l. idemꝗ. §. si cui mandauero. in fi. & melius in. l. cum seruus. in princ. ff. mãda. ibi, finge enim filium naturalem vel fratrem. placuit eñ prudentioribus, affectus rationem in bonæ fidei iudicijs habendam. Et quòd propter illud interesse affectionis competat retractus, tex. est in. l. libertus qui soluendo. in fin. ff. de bo. liber. & in. l. obligatione generali. ff. de pigno. per Bald. & Imo. in. l. j. post glos. ff. solu. matri. Et propterea sequor authoritatem Inno. in. d. c. constitutus. non per illum tex. sed per iura alle. per me & per Barto. & Bal. in. d. l. fin. C. in quibus cau. in integrum restitu. nõ est neces. eundẽ Bar. in. d. l. etiam. ff. de minori. & hoc per casum. d. l. si in emptionem. ff. de minori. Sed instat difficile dubium. l. adolescentiæ. & l. fi. C. in quibus cau. in integrum restitu. non est necessa. vbi omnes præscriptiones quæ de iure antiquo currebãt minoribus, licet aduersus eas minores restituebantur: hodie autem non est opus restitutione: quoniam hodie non currũt minoribus. sic idẽ in retractu, arguendo de vno casu ad aliũ: vt arguit Iurisconsultus in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. & in. l. filium. vbi per Bal. & Pau. de cast. ff. ad Macedo. vt eadem sit ratio in retractu, quæ & in exceptione nõ numeratæ pecuniæ, & querela inofficio. testamen.

20 † Tu autem respõdeas latum esse discrimen inter retractum, & illas præscriptiones signatas in dicta. l. fi. Prima differẽtia est, quia in exceptione non numeratæ pecuniæ inest dolus ex parte creditoris, qui cum pecuniam promisisset pupillo numerare, nõ numerauit: & dolose apocham retinet. vnde etiam minori competit biennium. tex. in. l. in contractibus. in princi. C. de non nume. pecu. & necessitas probãdi pecuniam fuisse numeratam competit creditori. tex. est in. l. si ex cautione. C. de non numera. pecu. quem tex. no. glos. in. l. j. ff. de except. similis glos. in. l. in exceptionibus. in glos. ij. ff. de proba. vbi aliãs allegãti dolum incumbit onus probandi. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. tãto magis præsumendum est pro minoribus, qui facilius decipiuntur quandoꝗ minis, quandoꝗ blanditijs. text. in. l. de tutela. C. de in integrum restitu. mino. & in. l. tres fratres. ff. de pactis. quos notat Bald. in. l. ij. col. v. C. de rescindẽ. vendi. facit text. in simili in l. pupillus. ff. de acquir. hæredi. & in. l. j. in fin. C. de fals. moneta. vt in odium creditoris non curᵱat minoribus exceptio nõ numeratæ pecuniæ: ne faciliter minores suis rebus fraudentur. Vnde sicut dicitur in Macedoniano in. l. j. ff. ad Macedon. beneficium illius Senatusconsulti non est inductum in fauorem filiorumfamilias: sed in odium creditorum. ita est text. in dicta. l. fina. C. in quib. caus. in integ. restitu. non est necessa. Quæ ratio cessat in retractu: imò plus per retractum aliquid detrahitur à iure cõmuni: vt dixi suprà. Detrahitur autem à iure communi: quoniam dominus rei venditæ si sit dominus, tenetur irreuocabiliter

cabiliter dominium transferre. l. ex empto. in princi.ff.de actio.empti.sed propter retractum, quantumcunque dominus non transfert dominium irreuocabiliter, sed reuocatur virtute consuetudinis. facit text.in.l.ij. C.de prædi.nauicula.lib. xj.& in.l.filiusfamilias.§.diui.vbi per Bartol.ff.de lega.j.cum res vendita subiecta sit restitutioni per oblationem pretij, ex virtute consuetudinis:vnde non mirum si tempus currat:cum statuta sint stricti iuris.l.iij.§.si is qui nauem.ff.de exercito.acti.& in.l.mulieri & Titio.vbi per Bartol.& Soci.ff.de conditi.& demonstra.pro quo induco text.in.l.fina.§.emptor. in princ.C.communia de lega.vbi si emptor scienter rem subiectam restitutioni emit,pretium recuperat,stipulatione duplæ vel melioratione rei locum non habente.quem text.not.vt emptor reparans fundum emptum intra annum & diem, meliorationes non recuperet: nisi moderatas intelligas in necessarijs & vtilibus. text.in.l.si fundum. C.de rei vendic.& in.l.in fundo. ff.cod.&.l.si seruus. ff.de pigno.actio.& dicam infrà.Secunda differentia est,quia in casu illius.l.fin.C.in quib.cau. in integr.restitn.non est necess.contractum erat cum minore: in retractu autem non:sed ex contractu alieno virtute consuetudinis ad omissum vult restitui. vnde in omissis opus est restitutione.l.minor.xxv.annis omissum. ff.de minor.sed in casu illius.l. id est,aduersus dolum cōmissum restituebatur:hodie non.Sed hæc solutio non videtur satis facere:cum text. in dicta.l.fin. videatur generaliter disponere quòd in omnibus præscriptionibus,in quibus de iure antiquo necessaria erat restitutio, hodie per illam legem non sit opus restitutione, sed omnia cum pupillis acta in perniciem eorū,nulla sint ipso iure. l.ea quæ. §.fina.&.l.iij.C.de tempo.in integ.restit.& in.l. non est incognitum. C. quib. non obstat longi temp.præscrip.per rationē illius.l.fin. quia melius est intacta iura seruare, quàm post causam vulneratam remedium quærere. simile in.l.j. in fin. suprà,quando lice.vnicuique se sine iudi.vindica.Sed per hanc rationem videntur omnia iura restitutionem admittentia esse correcta: & sic superflui sunt tituli,de in integr.resti.minorum. quod est contra casum.l.vnicæ. §.quibus specialiter cognit. C.de nouo codi.componen.&.l.ij. §.fina.C.de veteri iure enucle. Vnde ad dissolutionem huius laborauit glos. in.d.l.fin. vt in illa l.casus inserti sunt speciales:reliqui autem tituli sunt regulares:sed istud nihil est:quoniam dicere speciale, est miserorum refugium appetere,secundùm glos.in.l.filium.in glo.magna.C.fami. erciscū. Ideo aliter soluit, quòd de iure antiquo currebat minoribus præscriptio:sed non cum effectu: quia restituebantur per prætorem: quod hodie secus est. Hæc solutio idem vult cum prima:& sic remanet cōtrarium insolutum cum sua
21 correctione: † sed euitanda est correctio legum l.vnica. C.de inoffic.doti.in.c.cum expediat.de electio.in sexto.quanuis Bartol.dicat in.l.j.C.si sæpius in integr.restitu.postula.fuer.& Paul.de cast.in.l.properandum.§.fin. C.de iudi. & tempora quæ olim currebant,hodie non currunt:& sic omnia iura antiqua in hoc sint correcta. Aliā solutionem referunt Petr.& Cin. in.d.l.properandum.§.fin. C.de iudi.per eosdem in.d.l.j. C. si sæpius in integr.restit.postul.fuer.quos secuti sunt illic Bald.& Paul.de castr.vt sint facienda tria genera præscriptionū. Quædam enim erant quæ non currebant:de quibus in.l.interdum.ff. de minori.&.d.l.ea quæ. C.de tempo.in integr. resti.& in his non loquitur.d.l.fin. C.in quibus caus.in inte.Quædam autem currebant,sed pro eis competebat in integrum restitutio: & de his intelligitur.d.l.fina.sed non procedet in casibus ibi notatis per glo. Quædam etiam omnino currebant cum effectu, & hodie currunt.l.si mater. C.ne de statu defunct.& in.l.auxilium.ff.de minoribus. Aliam solutionem refert Cin.post Petrum in.d.l.properandum.§.fi. C.de iudi.quam secutus est Bald.in dicta.l.fin.sæpe alleg. Quandoque præscriptiones olim currebant efficaciter, id est, in quibus minor non poterat restitui: sic nec hodie restituitur, dicta.l.auxilium. & dicta l.si mater. Quædam erant quæ de iure Digestorum currebant,sed nō efficaciter: hodie non currunt,per illam.l.fina.præterquā in casu.d.l.properandum.§.fin. C.de iudi. &.§.pupillus.in authenti.de hæredi.& falci.colla.j.Sed hæc distinctio idem habet cum præcedente: & ante eas est distinctio glos.in dicta.l.auxilium.in verbo,cessabit. ff.de minori. Sed hæc distinctio non satisfacit: quia adhuc manent illa iura antiqua in totum correcta, præterquam in casibus nota. per glos.in dicta.l.fina. & propterea non est satisfactum.l.vnicæ. C.de inoffi.dot.vt quantum possibile est vitanda est correctio legum. facit dictum glos.in.l.damni infecti.§.si quis vicinas.ff. de damno infec.transeunda est cœna sine correctione,si possibile est. Tu autem dicas quòd vbi specifice lex antiqua per nouissimam correcta est, non esse absurdum dicere legem antiquam esse correctam. text.in.l.præcipimus.in fine. C. de appellatio. ibi,quicquid autem hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum, constitutionumque regulis omnes relictum intelligant.Simile in.§.fin.in authen.de administra.col.vij. & in.l.vnica.§.hæc igitur. C.de Iustini.codi.confir.glos.in ca.cupientes.in verbo, petere.de election.in sexto.l.neque Dorotheum. ibi,nihil in persona illustris. C.de decurio.libro xj. & hic in fine.l. Ideo cum specifice per casum illius.l.fina. C.in quibus cau.in integrum restit. non est necessa. corrigantur omnia iura antiqua admittentia lapsum temporis aduersus minores præterquam in præscriptione triginta vel.xl.annorum,licet pro eis impendebatur:hodie autem

non currunt minoribus : ideo non est inconueniens si dicamus ius antiquum corrigi. Et si dicatur quòd superflui sunt omnes tituli de restitutione minorum tractantes, quoniam falsum est: quia in his tantum actionibus perituris breui tempore corrigitur, vt est in actione de peculio, de qua in.l.prima.§.annus.ff.quando de pecul.actio anna.sic in actione quanti minoris.l.j. &.l.bouem.§.si sub conditione.ff.de ædili.edicto.& in.l.vinum.ff.de rebus credi.in exceptione non numeratæ pecuniæ, propter rationem quam assumpsi propter dolū creditoris : in querela inoffic.testamen. in fauorem filiorum propter causam iuris naturalis superexistentem in.l. fin.cum sua authen.C.de liber.præteri.vel exhæreda.§.non licebit.in authenti.de trien.& semiss. col.iij.Sic videbatur idem in.d.l.si in emptionē. ff.de minor.vt comprehenderetur sub potestate dictæ.l.fin.C.in quib.cau.in integ.resti. & sic in retractu idem esset iudicandum, vt tempus anni & diei minoribus nō curreret. Possum ad id dupliciter respondere. Primò secundùm Innocen. in dicto ca.constitutus. extra de in integ.restitu. cuius dicta secuti sunt Bart.Bal.Paul. & omnes in dicta.l.fin.in fine lecturæ. quòd statutum seu consuetudo tanquam posterior non comprehēdatur sub illa.l.fina. Sed ista solutio non potest mihi placere: quia vbi nihil per statutum aut cōsuetudinem terminatur specifice, recurrendum est ad dispositionem iuris communis.text.in.l.si na.C.de testa.mili. & in.l.ij.C.de noxa.actio.& in ca.ad audientiam.de cleri.non resi.deberet regulari secundùm casum illius.l.fin. tanquam posterioris. Ideo dico resumendo alterum ex fundamento suprà relato per Barto. cum suis sequacibus, quòd cum statuta æquè ligent minores sicut & maiores. l.si sine hærede. §. Lucius. ff. de admi.tuto. quòd tempus illud curret minori, licet non efficaciter : quia restituitur:& sic remanet in dispositione iuris veteris propter rationē legum antiquarum : præsertim.d.l.si in emptionem. ff.de minori.propter interesse affectionis, quia res maiorum suorū fuerit, iuxta. l.lex quæ tutores.C.de admini.tut.&.l.obligatione generali.ff.de pigno. De iure autem fit restitutio authoritate prætoris.l.prima. ff.de minorib.sed in his partibus Franciæ potestas restituendi reseruatur soli principi.

22 Per † quod manifestè apparet exemptio Christianissimi regis nostri à potestate legum Imperialium, vt leges imperiales sequi non teneatur: licet rationem legis teneat.ita dicit Bald.in.l.nemo in princ. C.de senē.& in terlo.omnium iudi.Card.Alexan.in ca.j.in fin. §.col.de pace tenen.& in l.firmand.col.x.& ita teneo: tamen Innoc.Bart.Bald.Paul.& Fulgo. nisi per dictum ca.constitutus. sed per.d.l.si in emptionem. ff.de minori.

23 Ex his infero † quòd emptor sciēter emens rem subiectam retractui, si interim aliquid impendit in re empta, impēsas non repetit.tex.est, quo non reperies meliorem, in.l.fin.§.emptor. C.cōmunia de leg.vbi emens rem subiectam fideicommisso, pretium tantum repetit: si postea euincatur, duplum non repetit, etiam stipulatum: nec meliorationes interim factas.ratio, ne forte si retrahens id reddere cogatur, laribus sepulchrisq́ auitis carēdum habeat: dicit text.in.l.in fundo.ff.de rei vendic.& in.l.si seruos.ff.de pigno.actio.& dicta.l.lex quæ tutores.§.j.C.de administratio.tuto.ibi, nec vero domum vendere liceat in qua pater defecit.

Si tamen moderatas impensas fecerit emptor necessarias & vtiles, quas necesse habuisset dominus facere, veniunt prius restituendæ, quàm rem emptam cogatur restituere. Tu adde tex.in forma in.l.si quis contra quem.C.de ædific.priua.l.domum.C.de rei vendic.aliàs autem accrescant ipsi rei.tex.in.l.ij.§.nulla.C.de iure emph. de quo dic vt in.l.Iulianus.ff.de rei vendic.& in d.l.domum.in.l.si in area.ff.de condi.indebi.& in.l.pure.in princi.ff.de exceptio.doli.& in.l.in iudicio.§.j.ff.communi diuidun.l.quod dicitur. ff.de impens. in re dota.fac. in.l.diuortio.§.impendia.ff.solu.matrimo.l.sumptus.C.de administ.tuto.& in.d.l.in fundo. ff.de rei vendica. in l.planè.cum.l.sequen. ff.de petitio.hæred.Et in hac materia retractus tu teneas cordi.d.l.fina.§. emptor. C. communia de legat. Caueant igitur emptores ne intra annum & diem à tēpore contractus celebrati aliquid in re empta impēdant, nisi necessarium & vtile fuerit: id est, quod dominus necesse habuisset impendere: quia tunc repetere non possent. quod nota perpetuò contra illos qui immediate re empta faciunt domos & ædificia demoliri: vt affligant eos qui sunt retracturi res venditas : cum hoc faciant in fraudem, debent in eo puniri.

24 † Quid autem si res fuerit alienata vni de genere, qui non esset aliàs successurus in re alienata, an in ea possit cadere retractus virtute consuetudinis admittentis retractum intra annum & diem? Et primum videtur quòd cum cesset ratio statuti interdicentis transmissionem in alienos seu extraneos, vt res in agnatione conseruentur.l.libertis. ff.de condi.& demonstr.ibi, vt in ea habitent liberti, ne de nomine exeat.& in.l.filiusfamilias.§.cum pater.ff. de lega.j.ibi, & vt in familia relinqueret.& in dicta.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.ij.cessare debet dispositio statuti seu consuetudinis.tex.in.l. non solum.§.eos. ff.de excusa.tuto.& in.l.si plures.§.quanuis. ff.de administr.tuto.& in.l.cura. §.deficientium.ff.de muner.& honorib.Et propterea dicit Bartol. in. l.Titia Seio. §.vsuras.ff. de lega.ij.quòd concessum est ex causa: cessante causa, cessat priuilegium. gloss.est vbi per Baldum in.l.secunda.in fine. C.de episcop. & cleri. text.in.l.si ventri.§.j.vbi per Bartol.& Alexan. ff.de priuileg.credito.& in.l.his oneribus.§.auctis.ff.de vacatio.& excusatio.mune.sic idem in casu

caſu ſuppoſito:pro quo text.eſt in ca.j.de alien.
feudi paterni.coll.x.ibi,etiam licet prohibeatur
beneficij alienatio inter agnatos:tamen ſi pater-
num fuerit,conceditur.ſic idem vbi per conſue-
tudinem ſpecifice interdicitur alienatio:aliâs fa-
cta annullanda eſt ope retractus:tamen inter ip-
ſos agnatos admiſsibilis eſt : nec intelligendum
eſt de proximioribus : cum per conſuetudinem
non diſtinguantur: ideo nec diſtinguendum eſt,
l.quos prohibet.ff.de poſtulã. & in.l.de pretio.
25 ff.de public.in rem actio. † Hinc eſt quòd licet
appellatione nepotum veniat proprie filius filij.
l.tale pactum. §.fin.ff.de pactis. &.l.ſi inſtituta.
§.de inofficioſo. ff.de inofficio.teſtamen. tamen
quantum ad priuilegia, appellatione nepotum
venit etiam filius fratris.tex.in.§.ſimiliter.quib.
mod.feud.amit.colla.x.& in.l.nihil.ff.de in rem
verſo.l.auunculo. ff.de donatio. per Bald. in.l.
vxor.C.qui accuſa.non poſſ. Plus dicit Bald.in
ca.fin.de alien.feud.colla.x.per illum tex.quòd
expreſsio de proximis facta, præſumitur potius
exempli cauſa facta,quàm vt arctet, aut reſtrin-
gat regulam,ſeu ſtatutum, vel conſuetudinem.
vltra eum eſt text. in.l.damni inſecti.ij. in fin.ff.
de damno infec. ibi,quod dictum eſt, aquæ du-
cendæ cauſa, exempli gratia reſcriptum eſt. ad
idem in.l.j. §.quod vulgo. ff.de vi & vi arma. §.
item in iudicio.Inſtitu.de excep.per Barto.in.l.
nemo. C.de ſenten.& interlocu.omnium iudic.
Modern.in.l.iij.§.ex pluribus. ff.de acquir.poſ
ſeſſ. ſic etiam proximus de genere cenſetur po-
tius expreſſus, non vt arctetur ſtatutum, ſed vt
deſignetur ne res extra familiam trahantur.

Secundò probatur:ſicut enim genus repræſen
tatur in quolibet ſuo ſubiecto.d.l.libertus.ff.de
condi.& demon.in.l.qui ſic ſtipulatur.ff.de ver
bo.oblig.& authen.hoc ſacramentum. C.de iu-
ramen.calum.& in.l.j. ff.de adoptio. per Bal.in
l.iiij. ff.de vſufruct.ſic & agnatio repræſentatur
in quolibet agnato.text.in.l.fina.§.ſi quis vero.
C.de codicil.l.voluntas.C.de fideicommiſ.& di
cto ca.j.de aliena.feudi paterni. colla.x.ibi,& li
cet prohibeatur &c.ad idem in.l.fin.§.ſinautem
perpetuus.C.de cura.furio.& in.l.vnica.in prin
ci.C.de imponen.lucra.deſcrip.lib.x.Per quem
26 text.infert Angel. † quòd ſi pater fundum acce-
perit in emphyteuſim,ſi pater deceſſerit relictis
duobus filijs,poteſt alter fratrum ab altero par-
tem emere:nec cadet in commiſſum : ſecundùm
caſum.l.fina.C.de iure emphyt.ratio,ſecundùm
eum, quia alienatio fit ei qui eſt æque obliga-
tus:per caſum dictæ.l.fina.C.de codicil.per eun
dem,& Modern.in.l.ſi mihi & Tirio.ff.de ver-
bo.obliga.& in.l.cum hi.§.fina. ff.de tranſac.&
in.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de legatis.ij. vnde ſi
res alienetur ei qui æquè eſt de genere,in ea non
poteſt cadere retractus.
27 † Tertiò,quoniam in ratione legis manet vis
& poteſtas legis.l.cùm pater.§.dulciſsimis.ff.de
lega.ij.l.contra iuris regulas.ff.de pactis.l.fraus
legi.ff.de legib.ſed ratio ſtatuti eſt,vt dixi ſuprà
ne extra familiam alienaret : igitur alienata vni
de familia,videtur ceſſare retractus:cum ceſſan-
te ratione legis, ceſſet lex, vulgata. l.adigere. §.
quamuis. ff.de iure patronatus. dicit tamen An-
dre.de Iſer.in capi.j. de prohib.feudi aliena.per
Lothar.colla.x. præcedentia procedere vt viuo
ipſo alienante non poſsit retrahi : ſed mortuo a-
lienatore poterit res vendita reuocari,ſi res alie-
nata fuerit antiquorum parentum.capit.Titius,
vbi idem tenet Cardina.Alexan.ſi de feud.ſuer.
controuerſ.inter dominum & agnatos. colla.x.
cap.& ſi clientulus.de alienatio.feudi. Iacob.de
ſancto Georg. in ſua ſumma feudo. in verbo,&
cum pacto de non alienando. quæ tamen decla-
ratio videtur ſatis mirabilis.
28 † Vnde contra prædicta, quòd in ea re cadat
retractus,text.eſt in.l.peto.§.fratre.ff.de lega.ij.
ibi, vt proximus quiſque primo loco videatur
inuitatus. ſic neceſſe eſt antequàm poſsit exclu-
di retractus,vt alienetur ei qui aliâs eſt ſucceſſu-
rus in re. ad idem in dicta.l.vnica. §.æque ex di-
uerſo.&.§.cæteri.cum gloſ.C.de impon.lucrat.
deſcriptio.libro.x. Secundo pondero text.in ca
pi.j.in princip.de aliena.feudi pater.colla.x.ibi,
niſi agnatis conſentiẽtibus, ad quos beneficium
quandoq; ſit reuerſurum. per quem tex.idem te
nent Bald.Andre.de Iſer. Cardi.& Alua. in di-
cto ca.j.de aliena.feudi.colla.x.& in dicto capi.
Titius.ſi de feu.fuer.controuer.inter dominum
& agnatos.facit text.pro hac parte in.l.codicil-
lis. §.inſtituto. ff.de legat.ij. ibi,ſi autem aliquis
præter hoc fecerit, erit hoc quod obligatur infir
mum & inutile. ad idem in.l.cum ita. §.finali.ff.
eo.de lega.ij.ibi, & qui ex proximo gradu pro-
creati ſunt:niſi ſpecialiter defunctus ad vlterio-
res voluntatem ſuam extenderet. Et ſic ſiue ex-
traneo ſiue agnato non tenẽri primum gradum
generis res alienata fuerit,ſtatim locus eſt retra-
ctui. facit.l.j.iuncta doctrina Bald.in verbo,re-
traxerunt. C.de natura.libe. & in ver.totum re-
tractum legitime reddatur ſoboli, aut fratri,aut
ſorori,aut patri & matri.
29 † Tertiò, ſtatutum vel lex exprimens certum
gradum perſonarum, non extenditur vltra per-
ſonas ſtatuto comprehenſas. text. in.l.j. vbi per
omnes.ff.de conſtitu.princ.in ca.ex parte. extra
de offic.deleg.per quos text. ita not. Bart.in.l.j.
§.fina.ff.à quib.appel.non licet.vnde per ipſum
ſtatutum proximi primò inuitantur. dicto capi.
conſtitutus. in verbo, proximioribus. extra de
in integrum reſtitu.ideo in eis tantum debet ve-
rificari ſtatutum,non in cæteris poſterioribus. *In.c. Titius.*
Quartò, arguendo ex verbis conſuetudinis, *ſi de feu.fue.*
de quibus in fundamento præcedenti, & poſitis *contro. inter*
in dicto.c.conſtitutus.& in.d.c.Titius.ſi de feu. *domi.& ag.*
fue.controu.inter dominum & agna. colla.x.vt
proximus de genere poſsit rem à conſanguineo

alienatam retrahere intra annũ & diem à die con
30 tractus. † Proximus autem is est propriè quem
nemo præcedit.l.ex duobus.in princi.ff.de vul-
ga.& pupilla.substitu.& in.l.proximi. ff.de ver
borum significa. Cum igitur proximus quisque
primo loco inuitetur, alienatio facta posteriori
per proximum potest reuocari, dicta.l.peto.§.
fratre.ff.de lega.ij.

Addo quòd hanc partem tenuit Ioan.Rey.in
ca.imperialem.in.xv.colũ. de prohib. feu.alien.
per Fride.col.x.Ante eum fuit dictum Bertran-
di Caprioli in summa sua feudorum, post Ioan.
fab.in titu. de alienatio.feudi paterni. collati.x.
moti illo fundamento: antequam enim possit a-
lienatio in agnatũ remotioris gradus fieri, sunt
vocandi omnes proximi agnati: eum omnium
intersit, qui in illa re sunt successuri: iuxta.l.fina.
in fin.C.de authoritate præstan.l.nam ita diuus.
ff.de adoptio.& in.l.si tamen. vbi per Bal. ff.de
lega.ij. præsertim per casum illius cap.primi, de
aliena.feudi.collatio.x.vbi idem tenet Iaco.Al-
uaro.in fine primæ colum. idem not.Ioan.de li-
31 gna.in clemen.j.de iure patronatus. † Quod di
ctum eorum ego extendo, vt nedum pro re prin
cipali locus sit retractui, sed etiam pro parte ac-
crescente illi rei titulo lucratiuo: secundùm ca-
sum.l.si mihi & tibi.in princi.ff. de lega.j. idem
in.l.si in testamento.vbi per Cin. & Bald. Pau.
Alexan.& Are.ff.de vulga.& pupilla.substitu.
Secus autem si portio illa titulo oneroso acere-
uerit.l.pater.§.quindecim. vbi per Bartol.ff. de
leg.iij. Et quòd competat retractus proximiori
agnato, tenent Bal.Iaco.Alua.& Card.in.d.c.j.
de alie.feud.pater.col.x. per eosdem in ca. Ti-
tius.per illum text.si de feu.fue.contro.inter do
minum & agnatos.col.x. per Bertran. Caprio.
Ioan.Rey.& Andr.in.d.c.imperialem. de pro-
hib.feu.alie.per Frideric. col.x.licet secundùm
Bal.in loco allega.& Iacob. de sancto georg.in
tracta.suo feudali, in verbo, & eum pacto de nõ
alienando.post collegium mediolanẽse in quæ-
stione facti tenuerit contrarium.

Et propterea non obstabit quod primo lo-
co relatũ est, vt cessante ratione legis cesset effe-
ctus legis: vnde alienatio facta alicui de agnatio
ne, retractari non possit virtute retractus: quo-
niam respondetur primò vt respondent glos. &
omnes post eam in.d.l.vnica.C.de imponen. lu
cra.deserip.lib.x.vt intelligatur consuetudo ad
hoc vt cesset retractus de proximis, id est ascen-
dentibus in recta linea, quibus facta alienatio
reuocari non possit: cæteri autem sunt extranei:
ideo alijs res alienata retractabitur. Sed ista solu
tio mihi non placet in omnibus: quia sequeretur
quòd vbi non essent alij ascendentes & descen-
dentes, collateralibus seu transuersalibus fieri
non possent: quod est falsum, per ea quæ dicta
sunt in præcedentibus fundamentis.

Puto igitur aliter respondendum, prout re-
spondet iurisconsultus in dicta.l. peto.§.fra-
32 tre.ff.de lega.ij.quòd † ad hoc vt teneat aliena-
tio facta agnato irreuocabiliter, necesse est vt
fiat ei qui aliàs successurus est, aut eius consen-
su.ita est text.in dicto.c.j.de alie.feu. pater.col.
x. Vel secundùm Iurisconsultum, si plures sunt
agnati non tenentes eundem gradum generis
sed diuersum, hi tantum videntur inuitati qui
primum locum tenẽt: & sic alienatio facta pro-
ximo non potest reuocari.l.codicillis.§. institu-
to.ff.de legatis.ij.non facta ergo proximo, reuo
catur. Vel tertiò, cum proximi tantum inuiten-
tur per statutum: ideo in eis tantum potest obti-
nere alienatio absq; reuocatione seu retractu:
per dictum.c.constitutus. Non obstat tex.in.d.
c.j.de alie.feu.pater.ibi, & licet.secundùm Car.
& Moder. in locis supra relatis. vbi licet non
possit vasallus alienare feudũ sine consensu do-
mini, per.c.imperialem.de prohi.feu.aliena.per
Lotha.tamen inter agnatos non admittitur.cer-
te, secundùm eos, non negatur quin alienatio
fieri possit, sed nõ irreuocabiliter: quoniam per
cæteros agnatos proximiores in gradu res alie-
nata reuocari poterit.d.c. Titius.si de feud.fue.
contro. inter dominum & agnatos.col.x. Non
obstat aliud, quòd sicut genus prædicatur de
quolibet suo subiecto, sic & agnatio repræsen-
tatur in quolibet agnato. Ad quod dicas quòd
sicut genus non prædicatur æqualiter de quoli-
bet subiecto, sic nec terminus, agnatio, prædica-
tur æqualiter de quolibet agnato: quoniam alij
priores, alij posteriores.l.j.ff. de successor. edi-
cto.& in.l.iurisconsultus.ff. de gradi.affi. & in
toto titulo, de gradi.cogna. His adde vnum ar-
ticulum notatum per Bar.Roma.Pau.Ange. &
Imol.in.l.j.§. vsufructuarius.ff. de noui operis
33 nuntia. † inquantum volunt ius seu facultatem
retrahendi intra annum & diem rem per proxi-
mum alienatam posse cedi extraneo: primo per
casum illius.§.vsufructuarius. vbi ius extraiudi-
ciale cedi potest in extraneum: sic cum ius retra-
hendi sit ius extraiudiciale, quòd possit cedi &
trãsmitti, vt patet in licitatione: idem igitur erit,
secundùm eos, in retractu. Secundo mouentur
Ang.Roma.& alij moder.post Bar.quoniã ius
alium capiendi propria authoritate, potest de-
mandari, per glos.in.l.j. in verbo, ab his.C.vbi
quis de curia. vel cohorta.similis glos.in.l. cum
fundũ.ff.de vi & vi arma.de quo per Bald.in.c.
j.§.si quis vero. de pace iura.firman.col.x.& in
l.j.C.vnde vi.quanuis sit personale, tanto magis
dicendum est in retractu, cum nõ sit personale.
34 Tertio mouentur per.l.Gracchus.C.ad.l.iu-
liam de adul.vbi potestas seu facultas permissa
patri interimendi adulterũ, transmissibilis est ad
filios, & cessibilis.licet Bald. aliter teneat in.l.si
quis in graui.§.j. vbi per Roma.ff. ad Sillania.
tanto magis in retractu dicẽdum est.vt cedi pos-
sit: de quo per Bartolum in.l.iij.C.de pignorib.
& eundem

Ioã. Fab. in §. ita demũ. Instit. de hæ. li. quæ ab intesta. defe. li. in. c. cu de liq. vij. col. uer. limi ta. ij. extra de cõst. Bal. in. l. volun tas. in. §. quæ stio. C. de fi deicõ. Bald. in. l. pater. §. quindecim. ff. de leg. iij.

& eundem in.l.non solum. §.mandato.ff.de iniurijs.fortius dicendum est in retractu. Quartò,secundùm eos,facit text.in.l.j. C.si manci.ita fue.aliena.vt prostituatur.vbi ius manus iniiciēdæ in libertam venditam sub hoc pacto ne prostituatur potest cedi.quod declarat vt per glos.in verbo,legis. ad idem in.l.qui rationario. ff.de pigno.actio.& in.c.j.§.si quis vero.de pace iuramen.firman.collat.x.not.Angel. in.l.quod si in diem.§.Iulianus. ff.de petitio.hæredita.si igitur iura illa transmitti possunt & cedi, sic & ius retrahendi à fortiori, secundùm eos : per casum.l. ad officium.vbi per Bart. C.communi diuidun.

35 Quintò, † quoniam officium iudicis potest cedi.l.si minorum.ff.de admin.tuto.sic etiam & restitutio in integrum,quæ ex officio iudicis pēdet.l.j.ff.de mino.per Bartol.& omnes in.l.j.ff. de iurisdict.om.iudi. & sicut restitutio seu resolutio potest cedi.l.quod si minor.ff.de minorib. sic idem in facultate retrahendi, vt eodem iure cedatur,quo & officium iudicis,& resolutio dependens ex eo : cum ex potestate consuetudinis depēdeat,quæ succedit loco legis. Sextò,quia ius quod transmitti potest,cedi potest. l.ex pluribus.ff.de admini.tuto. in.l.si mulier.§.ex asse. vbi per Bartol.ff.de iure dotium. Sed restitutio in integrum, seu resolutio contractus,transmissibilis est ad hæredes. l.non solum. ff.de in integrum restitu.ergo & cessibilis:sed facultas retrahēdi est trāsmissibilis,igitur & cessibilis. Septimò,induco vnum quod notat Paul.de castro & Alexand. post eum in. l. si stipulatus sum illud.
36 in princip. ff.de verbo.obliga. † quòd potestas eligendi, quæ competit iure proprio concessa à lege,aut à canone,cedi potest.tex.in cap.in causis.extra de electio. secus autem in concessa ab homine.cap.is cui.extra de offic.& potesta.iud. delega.in.vj.in capi.fina.§.is autem. extra eo.de offic.delega.facit quod notat Bal.in.l.nulli.circa.iij.colum. C.de episco.& cleric. Barto.in.l.j. ij.colum.ff.de lega.ij.dum allegat.l.j. C.qui pro sua iurisdictio. sed retractus conceditur à lege municipali,quæ eiusdem virtutis est cuius est lex scripta.l.ij. C.quæ sit longa consuetudo.§.ex nō scripto.Institu.de iure naturali,gen.& ciui.ideo idem in eo sicut in cessione iuris quod lege competit. Octauò facit aliud dictum Pau.de cast. in.d.§.vsufructuarius.sicut interdictum vti possidetis,cessibile est, iuxta.l.ij. §.idem Nerua.cū glo.ff.ne quid in loco publ.quod competit personæ ratione rei.l.ij. ff.de interdic.sic idem in retractu facultas retrahēdi sit cessibilis.facit quod in simili not.text.in.l.fina.§.finautem. C.de bo. authoritate iudi.posidē. &.l.vnica.ff.de remiss. Contra quos tenent Petr.& Cin. in.d.l. ad offi-
37 cium.C.communi diuidun. † quos sequuti sunt Bald.& Paul.de cast.idem Paul.in.l.apud antiquos.in fin. C.de furtis.eosdem sequuntur Modern.in.d.l.j. §. vsufructuarius. ff. de noui oper.

nunt.& moti sunt hac sola ratione: quia cum ratio statuti,vt dixi suprà,sit vt res in familia conseruentur,per.d.l.cum pater.§.libertis. &.l.peto.§.fratre.ff.de lega.ij.&.l.libertis.ff.de condi. & demonstra.si admitteretur cessio illius facultatis,certe per indirectum res extraherentur extra familiam.vnde siut conseruentur in agnatione permittatur retractus,non debet admitti cessio in extraneum. Pro quo pondero quòd priuilegium propter causam datum non debet extra casum permissum extēdi seu causam. l.si plures. §.quamuis.ff.de admin.tuto.& in.l.non tantum. §.eos.ff.de excus.tuto.&.l.vtilitatem.ff.de confirma.tutor.
38 † propter facultates enim datus tutor à testatore,si egenus fiat,per iudicem non est confirmandus:quia cessat causa quæ testatorem mouit. ad idem in. l.cura. §.deficientium. ff. de muneri.& honori. sic propter agnationem permittitur,secundū eos,retractus,vt in ea res agnationis retineantur:non potest ergo talis facultas cedi, ne per cessionem extraherentur. Pro hac parte induco text.in.l.fin. C.de iure emphy.ibi, sed ipsos dominos per se vel per literas suas,arguendo de emphyteuta ad retrahentem.sicut dominus emphyteuticarius pro eodem pretio quo alius est licitatus per se debet retrahere,non autem cedere potest,sic idem in retractu: quinimo si facultas fuerit cessa, non poterit cessionarius vti facultate cessa.text.in.l.vnica. C.qui.muner. excusan.hi qui post imple.militiam.libro.x.Per quem text. dicit Ioan.de plat. quòd conducens rem à fisco,licet competat sibi immunitas ratione conductionis, l.semper.§.conductores.ff.de iure immunita. cum in ius fisci succedat,nō competit tamen conductori conductoris:vnde quāuis res fuerit cessa,non tamen vtitur eodem iure
39 cessionarius quo & cedens. † Secundò, quia omne factum quod cohæret personæ non est cessibile.text.in.l.qui hæredi.in princi.ff.de condi. & demonst.& in.l.fin.in princ.ff.de verbo.obliga.& in.§.sed cum factum.Institu.de stipula.seruo.ad idem in.l.Stichum. §.vsumfructum. ff.de solutio.per quos infert Ange.& Alex.post eum in.l.si stipulatus sum illud.in princ. ff.de verbo. obliga.per illum text.quòd facultas eligendi nō est cessibilis:cum persona sit electa.l.vnica.§.ne autem.C.de cadu.tollend. etiam vbi iurisdictio esset admixta:iuxta not.in cap.is cui. de offi.delega.in.vj.& in ca.fin.extra eo.per Barto.in.l.j. ff.de lega.ij.sic & cum per rationem statuti agnati tantum inuitentur ad retrahēdum, non debet vltra personas statuto comprehensas extendi:vt dixi supra in præcedēti extensione, per.l.j. ff. de consti.princip.post doctrinam Barto.in.l.j. ff.à quib. appel. sit. & sic soli agnati veniant per rationem Cin.in.d.l.ad officium. C.cōmuni diuidund.quinimo proximiores tantum,vt patet ex verbis consuetudinis, de quibus in cap.constitutus.in verbo,proximioribus. extra de in integr.

restitu. Tertiò, addo quòd per hoc fundamentum ita firmauit Ioan. fab. in. §. j. ad fin. Instit. de acqui. per arroga. per eundem in. §. fuerat. ij. colum. in fi. & princ. sequen. Instit. de actio. in materia dotis, vt illud quod non est transmissibile ad hæredem extraneum non sit cessibile, per. l. quod si minor. in princ. ff. de minor. melius in. l. ex pluribus. vbi per Bart. & Alex. ff. de admini. tuto. per eundem, & Moder. in. l. quia tale. ff. solu. matrim. & in. l. pen. ff. de serui. lega. ad quod pondero text. in. l. sordidorum. C. de excus. mune. lib. x. quodcunq; enim, dicit text. contemplatione alicuius dignitatis aut militiæ concessum est, non est trāsmissibile ad hæredem extraneum nec suum, quia personale. sic retractus concessus est contemplatione agnationis, vt dixi suprà per l. cum ita. §. fin. ff. de lega. ij. ideo extra familiam non est cessibilis, etiam cum vniuersitate. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. sicut in simili videmus in iure sepulchrorum. l. quia perinde. §. j. ff. ad Trebel. quod non est transmissibile ad hæredem extraneū, sed bene ad suum: & sic non est cessibile: sic idem in retractu. Quartò, quia priuilegium concessum certo generi, non excedit personas generis. text. in. l. j. & l. immunitates. ff. de iure immunita. per Bart. in. d. l. quia tale. ff. solu. matrim. & facit text. in. l. libertis. ff. de condi. & demons. per Moder. in. l. in annalibus. C. de lega. sed, vt pluries repetij suprà, soli agnationi contemplatione agnationis conceditur retractus, ne ex ea res extraherentur: ideo ad extraneos transferri non potest. & hoc fundamento vtitur glos. in. d. l. sordidorum. C. de excusa. mune. lib. x. quam secuti sunt Andr. de Bar. Nicol. Spi. & Ioan. de pla. per casum apertum in. l. vacatio. ff. de mune. & hono. vacatio enim, dicit litera, item immunitas quæ liberis & posteris data est, ad eos duntaxat pertinet, quia eius familia sunt. idem not. Din. in regula, priuilegium. in fine. de reg. iur. in. vj. per illos tex. Plus dicit Pau. de cast. in. l. filiusfamilias. §. diui. ij. col. in princi. ff. de lega. j. quòd vbicunq; propter interesse affectionis datur retractus, quia res maiorum fuerit, iuxta. l. lex quæ tutores. in princ. C. de admi.
40 tuto. & l. si in emptionem. ff. de minori. † quod ipse idem qui alienauit potest retractare alienationem tanquam contra legem factam: argum. l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. x. secūdum eum. addo vltra Paul. text. in. l. j. C. de libe. causa. & in. l. si procurator. in princip. iuncta sua glos. ff. de excep. doli. quam glo. not. Nico. Spi. in. l. si minori. ij. colum. C. de iure fisci. in episcopo distrahente rem ecclesiasticam nō seruata solennitate legis, de qua in cap. licet. de reb. eccle. non alie. lib. vj. & in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. quoniam ipse idem vt episcopus reuocare posset. adde tamen no. per Moder. in. l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosan. eccl. Sed hoc dictum Paul. intelligitur, secūdum

eum, quando præcessit interdictio specifica ne res extra familiam traheretur, & solus esset de familia: aliàs non. sed in casu nostro non procedit, per rationē quam prius assumpsi in textualibus: quia per retractū non impeditur dominij trāslatio, licet dominiū reuocari possit. de quo in simili in. l. ea lege. C. de cōdi. ob causam da. & sic alienatione nō prohibita nō impeditur dominij trāslatio, sed proximiori iuxta formā consuetudinis cōceditur retractus &c. si iuste dominiū abdicauerit per alienationē si dominus erat. l. ex empto in prin. ff. de act. empt. aliàs trāsfert rationē vsucapiēdi. l. j. ff. de public. Et propterea non obstabunt relata per Bartol. & sequaces suos. Primo tex. in. d. l. fin. §. fin. cū. l. seq. ff. de no. oper. nun. qui nihil probat. volūt enim hoc modo inferre, φ habēs ius nuntiandi nouum opus, potest cedere per illū tex. per cōstitutionē vsusfructus: cum vsufructuarius nuntiat tantū nomine procuratorio, non autē nomine proprio: & sic cedi potest. Sed dico φ propterea non est ius cessum: quia aut vsufructuarius nūtiat nomine domini, & sic procuratorio: & tūc ius remanet apud dominū. l. j. ff. de remiss. aut nomine suo: & nō potest, per illū tex. licet per confessoriā poterit petere dānū qđ patitur, in eo φ vsusfructus redditus est deterior: qđ secus est in potestate retrahēdi, quia cōtēplatione certarū personarū confertur, vt dixi. vnde nō debet illas personas egredi. et per dictā l. primā. ff. de cōstit. prin. & in. l. quēadmodū. C. de agri. & cēsi. lib. xj. & l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. ij. vnde lata est differentia inter vtrūq; casum. Vel aliter dicas φ priuilegium cōpetens personæ fauore personæ potest prodesse filijs. tex. in. l. etiā. in princ. cū. l. mariti. & l. seq. ff. sol. matr. idē tex. in. l. j. §. fi. ff. si quid in fraudē patroni alien. fit. idē tex. in. l. fi. vbi per Cin. & Bar. C. de iniur. sed nō extraneis, per illa iura. Prætterea omes glo. alleg. per Lud. Roma. probāt directè cōtra eū. & idē tenuit Bal. in. d. §. si quis vero. de pace tenē. & iur. fir. col. x. per casum. l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad Silla. & φ in hoc sit speciale in patre, qui potest mādare filio vt adulterū occidat, per. l. Gracchus. C. ad. l. Iuli. de adul. ita dicit Bar. in. l. non solū. §. mādato. ff. de iniurijs. Ego autē quantum ad casum meū non puto eos esse speciales, sed ꝓ opinione mea assumo: quoniam nō est licitū patri vel marito mādare extraneo vt adulterum interimat, per casum illius. l. si quis in graui. sed filio sic. idē in casu meo licitū est cedere suis hæredibus, & habilibus ad succedendū: & præsumit sed'm formā consuetudinis, nō autē alijs, vt dixi. sicut in simili maritus habet priuilegiū vt nō possit cōueniri nisi inquantū facere pōt deducto ne egeat. l. nō tantū. ff. de re iudi. §. fi. Insti. de act. id priuilegiū ad suos trāsferri pōt, sed nō ad extraneos. l. maritū. cū. l. seq. & l. etiā. ff. sol. mat. & ita respōdeo ad. l. j. C. si mācita. veni. ne ꝓstitu. vt nō loquat in cessione, licet intellig

intelligatur de trāsmissione: quare nihil probat.
Non obstat aliud capitale Barto. Angel. Roma. & Pau. de cas. ꝙ quæ sunt trāsmissibilia sunt cessibilia: per.l.si minorū.ff.de admi.tuto.sed re tractus est transmissibilis, ergo & cessibilis. Ad istud respondet glo.in.l.ex pluribus.ff.de admi ni.tuto.cuius solutionem sequitur Io.Fab.in.§. fuerat.ij.colū.in fi.insti.de actio. Moder.in.d.l. j.ff.de no.operis nuntia. ꝙ illud quod est transmissibile ad hæredes extraneos, sit cessibile: aliás nō. & per hoc respōdetur ad argumenta Bar.de restitutione in integrum, & ad officium iudicis: quia cum restitutio in integrum transmissibilis sit ad hæredes extraneos, per.l. quod si minor. in prin.ff.de mino.&.l.non solū.ff.de in integ. restitu. sic etiam erit cessibilis, per illos tex.in.d. l.si minorum.ff.de admi.tuto. & ita Scribentes transeunt cum hac solutione. Aliam solutionem tradit Alexand.in.l.si stipulatus sum illud.ff.de verbo.oblig.cuius dicta transcribunt Moder. in.d.l.j.§.vsufructuarius.ff.de no.operis nūtia. ꝙ illa regula, Quæ sunt transmissibilia sunt cessibilia.procedit negatiuè, non autem affirmatiuè: per.l.si mulier.§.ex asse.ff.de iure do. nam licet ius fideicommissi vniuersalis transeat ad hæredes fideicommissarij.l.apud Iulianum.§. vlt. & §.secus.iuncta.l.cogi.§.idē Metianus.ff.ad Trebel.tamen non potest transire ad cessionariū.d. §.ex asse. Facit aliud simile secundùm Moder. actiones directæ transmittuntur ad hæredes, & tamen non sunt cessibiles.l.quis ergo casus. ff. de pecul.&.l.ij.ff.pro socio. & ita per hæc non obstat lex, si stipulatus sum illud. quòd stipulatio personalis eligendi virtute actionis pro ea competentis, transitoria est ad hæredes extraneos, vnde est cessibilis, secundùm Pau. & Alexan. et per hæc teneo quòd ius seu facultas retrahendi nō est cessibilis ad extraneos, sed bene ad eos, qui iure consanguinitatis sunt successuri.

41 † Sed circa præcedētia instat dubium, an possit retrahens fructus medio tempore perceptos ab emptore repetere: et quomodo possint vendicari, an iure actionis, an verò officio iudicis.

Ad primum dicit Ioan.Fab.in.§. actionum. insti.de actio.ij.col.versi.& ista faciunt. vbi refert Iac.de Rauē.tenentem quòd à die litis contestatæ tantum veniunt fructus in retractu: & sic percepti ante litem contestatam fient emptoris. Ad quod mouetur, quoniam in actionibus stricti iuris non veniunt fructus, nisi à die litis contestatæ.tex.in.l.cum fundus.in prin.ff.de rebus credi.et in.l.præterea.ff.de rei vēdi.copiose per glos.in.l.in hac.ff.de condict.tritica. Quinimo plus dicit glos.in.§.actionum.circa medium gl. magnæ.institu.de actio.quòd vbi in actionibus stricti iuris non sapientibus naturam bonæ fidei peto quod meum est, vel fuit, venient fructus à tempore moræ. text.in.l. videamus. §.si actionem.ff.de vsuris. & in.l.Iulianus scribit, si hominem.ff.de rei vendi.cuius dictum sequitur Flo.in.l.vulgo.ff.de vsuris. & Moder. in. d.l. cum fundus.in prin.ff.de rebus credi.sed condictio ex consuetudine proueniens est stricti iuris.tex.in.l.vnica.§. hoc interdictum de cisterna.ff.de fonte.tex.in.l.si is qui nauē.ff. de exer. actio. Idem in condictione nascente ex priuilegio.l.mulieri & Titio.vbi per Barto. & Soci.ff. de condi.& demonstra.c.quòd dilectio. extra de consangui.& affi.& in.c.j.&.ij.extra de fili. presby.lib.vj.ideo fructus in retractu non veniunt nisi à tempore litis contestatæ. Vnde secūdùm Ia.de Rauē. omnes fructus, saltem à tempore moræ quæ contingit per litis cōtestationem, in hac condictione venient, per.l.cum autem.§. cum redhiberetur.ff.de ædil.edic. eundem tex. in simili ponderauit Cin.in.l.extraneum. C. de hære.insti.& venient tanꝙ pars ipsius rei, si pendeant: iuxta.l. fructus pendentes.ff.de rei vendi. Secūdo induco tex.in.l.ij.C.de pactis inter emp.& vendi.vbi in pacto de retrouendēdo veniunt fructus extantes & percepti post oblationem & obsignationem pretij, & sic ex tempore moræ. quem tex. reputat singularem glos.in.c. conquestus.in gl.magna, extra de vsur. Roma. in notabili.cccl x.incip.quæro an pactum de reuendendo.de quo per Bald.in.l.emptione. C. plus vale.quod agitur.per Bald.in.c.j.de feudo dat.in vicē legis commisso.col.x. Sed cum obsignatio soleat fieri ante litem contestatam, vt per Bal.in.l.acceptam.C.de vsur.igitur &c. sic idem in retractu. Tertiò in pacto legis cōmissoriæ si vendidero fundum pacto apposito vt si intra mensem pretium non soluerit, res sit inempta: tunc res cum fructibus restituenda est, nisi partem pretij soluerit.tex.in.l.de lege.&.l. si fundus.ff.de leg.commis. vbi enim partē pretij soluit, quia illud amittit, fructus perceptos lucratur: sed aliud est in percipiendis, secundùm Ioan.Fab. pro quo inducit, arguendo de bonæ fidei possessore ad emptorem rei subiectæ retractui: vt sicut bonæ fidei possessor non facit fructus suos nisi perceptos.l.si fundum.&.l.certū. C.de rei vendi.ad idem in.l.si vsufructuarius.in fi.ff.qui.mo.vsusfruc.amitt.§.si quis à non domino.insti.de rerum diuisio. sic idem in hoc emptore, vt interim dicatur bonæ fidei possessor. ita dicit limitando doctrinam Iaco.de Rauen.in d.§.actionum.inducit tex.in.l.fi.§.nō solum.ff. quæ in fraudem credi.qui tex.ad casum propositum non videtur mihi vrgere, cum loquitur de eo qui dolose rem vendidit, animo fraudandi creditores debito: vt res cum fructibus sit creditoribus restituenda propter dolum commissum. Sed in casu nostro venditio non est facta in fraudem alicuius, nec in fraudem legis: vnde non videtur mihi bona decisio, per casum illius.§.non solum. quia non est dubium quòd in odium dolosi seu fraudulenti competat re

scissio contractus, nedum in principali, sed & in accessorijs: id est in fructibus: arg. l. pupillum. ff. quæ in frau. credito. Sed quòd fructus perceptos lucretur emptor, percipiendos autem acquirat retrahens, tenuit Bald. in. c. vnico. ij. col. de feu. da. minimis valuaso. col. x. cuius doctrinã secutus est illic Cardi. Alexan. inquantum quærit de minimo valuasino repetente rem feudalem alienatam per consanguineum oblato precio; iuxta. c. fi. de natu. feu. col. x. vtrum fructus medio tempore perceptos recuperet, in quo dicit fieri emptoris. tex. secundùm eum in. l. emptor. in prin. ff. de rei vendi. ercdo quòd voluerit ponderare glo. illius legis in verbo, superfluum. in fine. inquantum alleg. l. vnicam. §. finautem. C. de cadu. tollen. quam glo. ipse idem Bald. et Imo. post cum ponderauit in. l. in insulam. §. fructus. ff. solu. matri. per quem dicit Bal.

42 † quòd fructus percepti ex re subiecta restitutioni, per aduentum diei incerti vel conditionis non sunt restituendi. & dicit illud glo. non esse alibi, & bene. probat tex. in. d. §. finautem. alle. per glo. licet glo. aliud sentiat in. l. ij. §. sub conditione. C. communia de lega. quam glo. reprobant ibi Bald. Pau. & moder. Barto. in. l. in fundo. ff. de rei vendi. Bald. in. l. domos. ff. de lega. j. & hoc per casum in. l. mulier. §. j. &. l. in fideicommissariũ. in prin. ff. ad Treb. &. l. iubemus. C. eo. ad Trebel. vbi fructus percepti per fideicommissarium conditionalem, non veniunt in restitutione cum fideicommisso, quia suos facit: nisi fuerit in mora restituendi: quia tũc propter moram tenebitur: per. l. in fideicõmissi. in prin. ff. de vsur. sic nec emptor qui causam habet à domino, quia eodem iure vtetur. Et propterea dicit glo. in. d. l. in fideicommissarium. in prin. circa finem glo. magnæ, quod sicut hæres percipit quartam, sic et fructus quartæ: per. d. l. mulier. §. si quis. ff. ad Treb. quam glo. reputat singularem Bald. in. l. non est ambiguum. C. fami. ercis. ad quod ponderat in. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testa. facit tex. in. l. sed & loci. §. post litem. ff. finium regun. ad idem in. l. fun-

43 dus q dotis. in prin. ff. fami. ercis. † vbi in actione familiæ erciscundæ & finium regundorum, fructus percepti ante litem cõtestatam non sunt restituendi: post litem autem contestatam veniunt in restitutione cum re. ad idem in. l. sumptus. ff. de rei vendicatio. sic idem dicendum in casu proposito, vt fructus percepti ante litem contestatam per emptorem non restituentur, sed fient emptoris. ratio autem secundùm Bal. in. d. c. vnico, de feudis datis minimis valua. collatio. x. quia emptor iure suo fructus colligit: id est pendente dilatione: secus autem si ipsa dilatio data esset ad conseruationem fructuũ. l. postulante. ff. ad Trebel. l. in fideicommissi. §. cum Polidius. ff. de vsuris. quia tunc essent restituendi per ipsum emptorem. Præcedentia autem comperio limitata per Bald. in rubri. C. de vsuris & fruc. rei lega. quãdo fructus sunt in iudicio deducti per ipsum libellum ante litem contestatam: quia tunc ex mora sola non venient: per casum. l. si quis missum. §. fi. ff. de dam. infec. quæ limitatio est singularis. sed tex. per eum alleg. illud nõ probat. vult enim quòd in actione dãni infecti venit tantum illud damnum datum ante iudicium: quia propter illud tantum cautio interposita est. vnde in damno futuro nõ reperitur aliquid cautum: ideo non venit in iudicio dãni infecti. l. dies cautionis. §. in hoc iudicio. ff. de dãno infec. sed in restitutiõe rei ex sola mora competit actio ad fructus rei, vt dixi supra in actionibus bonæ fidei: per litis contestatiõẽ in actionibus stricti iuris: per. d. l. vulgo. ff. de vsur. quãuis illam limitationem approbat Alexan. in. l. iij. C. plus valere quod agi. in apostilla ad Bald. et hanc solutionem videtur sentire Imol. in. d. l. si quis missum. §. fi. ff. de dam. infec. reprobata opi. glo. & Bart. quòd iudex non habet cognitionem damni post litem contestatam ex proprio officio, ex quo dãnum non fuit deductum in libello: sed opus est nouo iudicio: per. l. j. C. de iudi. quanuis Roma. sequatur glo. & Barto. per. l. si Titius. §. officium. ff. de aqua plu. arcen. & per hoc respõdet ad. d. l. j. C. de iudi. quòd non loquitur in iudicijs per actionem arbitrariã intẽtatis, seu arbitrarijs: per. d. §. officium. Sed pro dicto Imo. tu addas tex. in eadem actione dãni infecti, in. l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. eo. de dam. infec. vnde hæc limitatio Bal. videtur mihi satis dubia. Quinimo videtur obstare illud quod supra dictum est, quòd fructus veniunt tantum post litem contestatã percepti in actionibus stricti iuris: per. d. l. vulgo. vnde percipiendi veniunt in eodem iudicio, etiam non petiti: quia accessoriẽ veniunt cum ipsa re: per. d. l. fructus. ff. de rei vendi. Satis putarem dictum Bal. verum, vbi fructus essent percepti ante litẽ contestatã, ꝙ peti deberent in libello, per supradicta. Quod autẽ fructus percepti non veniant in restitutione, tenuit in simili Bald. in. l. j. in fi. C. de iur. fis. lib. x. cum dicit: Si vendideris mihi fundum, & promisero tibi reuendere quãdocũꝗ voles, certè interim ego fruar re vendita: sed redimendo impedies me frui: per casum l. si vir vxori. ff. de præscrip. verbis. ita est tex. in d. l. ij. C. de pactis inter emp. & vendi. Ego autem vltra omnes põdero tex. in. l. si ex duobus.

44 §. sed & Marcellus. ff. de in diẽ adiec. † Ex quo colligitur quòd vbi emptor qui cum pacto adiectionis in diem rem emit, si postea eam pignorauerit, tenet pignoratio: quia medio tempore est dominus. alioquin si non esset dominus, non teneret ipsum pignus: & fructus per emptorem percepti fiunt emptoris, cum interim dominus sit. Idem in retractu: cum enim per venditionem dominium in emptorem fuerit translatum, si res tradita

tradita sit,iuxta.l.traditionibus. C. de pactis.& l.ex empto.in princi.ff.de actio.empt.si interim fructus percipientur per ipsum emptorem,quare est quod non fierent emptoris:cum bonam si dem & iustum titulum habeat: sicut dictum est de eo qui emit cũ pacto adiectionis in diem. Facit similis text.in.l.si quis hac lege.in fine princi pij.ff.de rei vend. vbi emens rem cum pacto adiectionis in diem, potest rem vẽdicare, si ab alio possidetur: vnde vendicatio præsupponit domi nium apud vendicantem.l.vnica.C.de alie.iudi. mutan.causa.& in.l.in rem.&.l.officiũ.ff. de rei vendi.l.actionum.ff.de actio.& obligatio. Nec obstat si dicatur quòd cõpetit rei vendicatio em phyteutæ qui non est dominus.l.j.ff. si ager vecti. vel emphyt.quia dico quòd hic emptor vẽdi cat iure dominij,quia est dominus. d.l. si ex duo bus.§.sed & Marcellus.ff.de in diẽ adiec. in ver bo,dominus.quem tex.notaui suprà.Ideo quan tum ad hoc concludo cum Iac.de Rauen. & Io. Fab.in.d.§.actionum.institu.de actio.quòd retrahens,fructus perceptos ab emptore non recu perat: cùm medio tẽpore fuerit dominus rei sibi venditæ:per.d.l.si ex duobus.§. sed & Marcellus.sed percipiendi acquirentur retrahenti:vsu-

45 ras autem pretij putarẽ restituendas, † quæ non vt vsuræ petendæ sunt,sed vt interesse:secũdùm glos. in.c. conquestus. extra de vsuris. si forsan alius ex illa pecunia fuerit locupletatus,aliàs nõ quia tunc putarem esse vsuram: secũdùm casum c.primi,extra de vsuris.de quo in.c.ad nostram. extra de empt.& vendi. de hoc tamen dic vt per Bart.& Alexan.in.l.j.& fin. C.de pactis pigno. Bal.in.l.emptioni.C.plus valere quod agit.eun dem in dicta.l.ij.C.de pactis inter empt. & vendi.eundem in.c.vnico, de feu.da. in vicem legis commissoriæ. collatio.x. Roma. in nota.ccclx. de quo suprà.

46 † Ego pro hoc meo dicto pondero text.in.l. quoties.in versi.sanè.C.de rei vendi.vbi si duobus eadem res fuerit vendita, & primo emptori tradita:si per secundum euincatur à primo, licet primus potuerat se tueri legitima exceptione, tamen contra venditorem competit actio de euictione ad pretium & ad vsuras pretij, habita deductione fructuum perceptorum: secundùm casum.l.emptor.in princip.ff.de rei vend.ideo vbi fructus nõ sunt percepti per bonæ fidei emptorem, potest agi ad vsuras pretij in casu euictionis.Sic idem vbi emptor pretium rei emptæ tradiderit venditori,si virtute cõsuetudinis res ven dita retrahatur intra annũ & diem,si emptor fru ctus rei non perceperit,poterit vsuras pretij petere: per casum illius.l. quoties. C. de rei vendi. quem tex.not.perpetuò. Putarem tamen per illum text.in versicu.sanè. in verbo, arbitrio tuo. quòd sit in optione eius à quo res euincitur, aut retinere fructus perceptos,aut petere vsuras pre tij loco fructuum,vbi fructus sunt percepti:pon derando illud verbum,arbitrio tuo. vbi text.loquitur primo emptori cui res tradita erat: à quo si euincatur, potest fructus retinere, aut vsuras pretij loco fructuum petere: vel ex eo quòd per fructus non sit plenè satisfactum, residuum vsurarum petere poterit.facit text.in.l. si contra. C. si quis igno.rem minoris esse.&.l.bonæ fidei.ff. de acquiren. rerum dominio. Sic idem in retractu,si ab eo res empta retrahatur per proximum de genere, vsuras pretij aut fructus petere poterit secũdum arbitrium suum. istud est singulare: nec reperies alibi tactum per alium: & hoc puto verum, maximè propter bonam fidem & titu

47 lum suum. † Ego autem puto vbi res per minorem retraheretur, quòd in optiõe minoris esset, aut vsuras pretij præstare & vendicare fructus, aut rem tantum restituto pretio.text.in.l. si fundus.§. si tamen.ff. de rebus eo.qui sub tutel. vel vel cura sunt. ibi, pretiũ ac medij temporis vsuras quæ creditoribus debentur non offerenti:& sic in optione est minorum aut vsuras soluere, quibus solutis possit fructus cum re percipere: aut fructus remittere loco vsurarũ,restituto etiã pretio.dicta.l.quoties.C.de rei vẽdicatio.per.l. emptor.ff.de rei vendi. Addo alium tex.in.l.tutor.§.fina.versicu.item quæro.ff.de minoribus. ad idem in.l.vtere.C.de prædi. & alijs rebus mi norum.ibi,si sortem cum vsuris quæ fisco debebantur pupilli non offerentes fundos prouincia les citra decretum præsidis venundatos cum fru ctibus petant.ad idem in.l.patri pro filio.§.si pe cuniam. versic.vt tamen.ff. de minoribus.vbi si prædium plus æquo minori.xxv.annis vẽditum fuerit, si virtute restitutionis in integrum cõtractus rescindatur, vsuras pretij repetere poterit cum pretio dato, restituta re cum fructibus per minorem receptis: sed retentis fructibus vsuras pretij petere non poterit. Et propterea notat ibi Bald.quòd titulus retractandus non excusat ab vsuris percipiendis.sic retrahens,si minor sit,sol uendo vsuras pretij fructus recuperat: per illos text. & per hoc datur singularis limitatio ad dicta Iacobi de Rauen. & Ioan. Fabri in dicto.§. actionum.ij.colum.institu.de actionibus. vt em ptor fructus lucretur, id est perceptos. hoc verum, nisi vsuras pretij petierit: per casum illius legis,quoties. C.de rei vendicatio. quia videtur actum fecisse contrarium lucro fructuum. text. in.l.si hominem.§.quoties.ff. depositi.&.l.secũda.C.de iure dominij impetran. & in.l. de lege. §. finali, cum sua glossa.ff. de lege commiss. secundo, nisi minor retrahit: quia ei dabitur illa optio,vt dixi. Hanc tamen limitationẽ vltimam extendo,vt minor retrahens, et volens eligere præstationem vsurarum loco fructuum,tenebitur singulas impensas restituere, scilicet necessarias:cũ vtatur iure extraordinario. text. in.l.intra vtile.§. vendentibus.ff.de minori.vbi si minor propter rẽ suam à curatoribus minus iusto

pretio venditam velit iuuari remedio extraordi-
nario,id est repetere rem cum fructibus,tenebi-
tur impensas per emptorem factas restituere. &
dicitur,secundùm illum tex.remedium illud ex-
traordinarium:quia si vellet ordinario remedio
vti,debet curatorem conuenire.l.non solum.C.
de administratio.tuto.l.qui solum.§.etiam.ff.de
lega.ij.l.j.§.hoc edicto.ff.ne vis fiat ei qui in pos
sessio.missus est.&.l.neq;.ff.de regu.iur.sic etiã
si vtat iure ordinario,quod est,vt siuat emptorẽ
fructus lucrari, ad similitudinem bonæ fidei em
ptoris,secundùm doctrinam Iaco.de Rauen. &
Ioan.fab. in.d.§.actionum. de quo in.d.l.bonæ
fidei.ff.de acquirẽ.rerum domi.& glos.in.l.vbi
48 lex.ff. de vsucapionibus. † tunc non poterunt
impensæ etiam necessariæ repeti:sed compensa-
buntur cũ fructibus:per.l.sumptus.ff.de rei ven
di.& in hoc maxima est cautela:quanq; dixerim
suprà quòd emptor nõ potest in re subiecta re-
tractui facere impensas : aliter autem factas non
cõdicit:per casum.l.iij.§. emptor.C. communia
de lega.Adde quod notat Bald.in.l.ij.xix.q.C.
de rescin.vendi. quod tamen intellexi procede-
re,nisi essent tales impensæ quas necesse habuis-
set dominus facere:quia tũc tales repeti possent:
per.l.domum.C.de rei vend.l.siue.§.interdum.
&.§.sequẽ. &.l.tutorem.§.interposito.ff.de ad-
ministra.tuto.tales enim impensæ minuũt ipsam
rem:dicit text.in.l.quod dicitur.ff. de impen.in
re.dota.fac.&.l.diuortio.§. impendia. ff. soluto
matrimo.& hoc ideo,quia tales impẽsæ repetũ-
tur à malæ fidei possessore : per.d.l. domum.C.
de rei vẽdi.& in.l.plane.ff.de peti.hæredi.quo-
niam rerum natura nõ patitur,dicit text.lucrum
facere cum iactura aliena:iuxta.l.nam hoc natu-
ra.ff.de condictio.indebi.Vnde tu aduocate sis
cautus pro cliẽtulis tuis volentibus rem per con
sanguineum alienatam retrahere, vbi factæ sunt
multæ impẽsæ necessariæ , vt non cõquueraris de
fructibus.In contrariũ debet aduocatus empto-
ris curare vt repetantur inquãtum vltra fructus
impensum est:per.d.l.sumptus.quia tunc dolo-
sè non præsumuntur factæ: aliàs nõ repetuntur.
l.in fundo.ff.de rei vẽd.Ex quibus infero quòd
emptor fructus perceptos ante morã tantum lu-
cretur:percipiendi autem cũ perceptis post mo-
49 ram retrahenti acquiruntur. † Et dicitur esse in
mora restituendæ rei à die oblationis & consi-
gnationis pecuniæ,& non antè:iuxta.l.acceptã.
C.de vsuris.& in.l.magnam.C.de contrahenda
stipulatio.l. obsignatione.C. de solu.l. si mora.
ff. solu. matri. & tunc fructus restituuntur per-
cepti post oblatum pretiũ:& id putoverius.tex.
in.l.emptor.ff.de rei vend.& in.d.l.ij.C. de pa-
ctis inter emp.& vẽdi.præsertim naturales.l.fru
ctus.ff. de vsuris. De industrialibus aliud esset:
quia posset retinere illos fructus quoad sibi sa-
tisfactum esset de impensa facta circa ipsos:vt in
l.fructus.ff.de vsuris.per.l.si in area.ff. de cõdi.
indebi.l.in hoc iudicio.ff.cõmuni diuidun. ple-
nè in.l.in fundo.ff. de rei vẽd.seruata tamen de-
claratione illius.l.in fundo.suprà allegatæ.
50 Sed quomodo petẽtur?dicit Io.Fab. † quòd
duobus modis possunt peti. Primò vt accesso
rij, & sic tanq; pars rei: quandoq; iure actionis,
vel officio iudicis mercenario ex natura actio-
nis,secundùm Ioan.Fab.in.§.& si hæreditas.in-
stit.de offic.iud.& Bar.in.l.j.iiij.col.ff.de iuris-
dictio.omnium iudi. per eundẽ Bar. in.l.fi.col.
fi.ff.de eo quod certo loco. Circa quod præsup
ponitur pro declaratione præcedẽtium quòd in
omnibus iudicijs vniuersalibus fructus veniunt
iure actionis tanquam pars rei.tex.in.l.item ve-
niunt.§.fructus.ff.de peti.hæred.l.non est.C.fa
mil.ercisc.& in.l.ij.C.de peti.hæredi. per Aret.
in.d.§.actionũ.Simile videmus in dote,per tex.
in.l.si marito.§.fi.ff.soluto matrimo.idem notãt
Moder.in rubri.ff.solu.matri. In iudicijs autem
particularibus veniunt officio iudicis.l. centum
Capuæ.iuncta.l.fi.ff.de eo quod cer.loc.& sen-
tẽtia lata super principali tantũ,absoluit ab vsu-
ris & fructibus.tex.in.l.si deposita.vbi per Cin.
& Bald.C.deposi.de quo per Ang.& Alexã.in
d.l.si marito.ff.soluto matri. vnde nõ videretur
secundùm istud assumptum doctrina Iac. de Ra
uen.& Io.Fab.esse perfecta.volunt eñ quòd in
actionibus stricti iuris veniant fructus , & æsti-
mentur à tempore moræ.l.in hac.ff.de condi.tri
tica.& in.l.vinum.ff.de rebus credi.&.d.l.cen-
tum Capuæ.ff.de eo quod cer. loco. & in.l. qui
scit.§.fructus.ff.de vsuris.vnde si pendeant,non
est dubium,secundùm eos,quin veniant vt pars
rei.l.si non sortem.§.libertus.ff.de cõdi.indebi.
si autem non pendeât, venient per se iure actio-
nis:quia separati:argu.l.ancillæ.C.de furtis.cer
tè ista distinctio nõ videtur posse procedere se-
cundùm præcedentem distinctionem: quia si in
iudicijs particularibus sententia lata super prin-
cipali tantũ absoluat ab vsuris,secundùm casum
illius.l.iiij.C.deposi.sic vt propter eã cesset offi-
ciũ iudicis mercenariũ : sic idem in casu nostro:
quia cum rei vẽdicatio sit iudicium particulare.
l.j.iuncta glos.rubricæ.ff. de rei vendi.si fructus
eadem actione non fuerunt petiti, non potest su
per his iudiciũ fundari.l.ij.C.de vsuris rei iudic.
de quo per Bart.in.l.at ex diuerso. circa finẽ.ff.
de rei vendi. Venient igitur officio iudicis tantũ
fructus:non autem iure actionis:res autem peti-
tur iure actionis tantum : vnde non viderentur
51 posse peti fructus. † Ideo dicas quòd quoddam
est officium iudicis mercenarium,quod deseruit
actioni intentatæ terminãdæ ex natura actionis:
in quo officio veniunt fructus,vsuræ,& interes-
se simul cum petitione rei:& hoc modo veniunt
fructus à die litis contestatæ,non ante litem con
testatam.tex.in.l.ij.C.de fructi.& lit.expẽ. cùm
omnes possessores post litem contestatam sint
æquales.l.sed & si lege.§. si ante litẽ. &.l. illud.
ff.de

ff.de peti.hæredi.l.certum.&.l.si fundum.C.de rei vendi.hoc tamen reperio limitatum per Bal. in.l.j.ij.col.ver.quæro quid si hæres.C.de vsur. & fruct.rei lega.nisi culpa posit imputari actori,cur reum nõ fecerit de iure suo certiorem: secũdùm casum.l.fi.§.fi.ff.de leg.ij.&.l.aduersus.C.de vsuris & fructib.rei lega.per Barto.in.d.l.& ex diuerso.ff.de rei vendi.& puto hunc fuisse intellectum Iac.& Ioan.Fab.quòd cùm hic retractus sit stricti iuris,vt dixi suprà,quòd vbi fructus pendent, debent cum re peti tanquam pars rei.si autem sunt separati à fundo, tũc quæratur res per se iure actionis competentis ex retractu: fructus autem per officium iudicis mercenariũ
52 deseruiens illi actioni petantur, † qui post litem contestatam sunt percepti, nõ autem ante litem contestatam percepti.Et ex tunc emptor constituitur in mora:aliâs nõ,per.d.l.vulgo.ff.de vsuris.de quo in.l.quæsitum.ff.de acquiren.re.domi.vnde quantum ad lucrum fructuũ perceptorum sufficit habuisse ab initio bonã fidem.l.qui scit.§.præterea.ff.de vsuris.sed superueniẽs mala fides nocet in quærendis: per.l.bonæ fidei.§.per contrarium.ff.de acquiren.re.domi.&.l.certum.C.de rei vendi.quinimo perceptos tenebitur restituere.ita dicit in simili glos.in.d.l.sed & si lege.§.scire.in verbo,& non puto.ff.de peti.hæred.Bartol.in.d.l.& ex diuerso.circa finem.ff.de rei vendic.siue superueniat mala fides verè vel fictè:per.l.qui scit.§.propterea.ff.de vsur.& d.l.certum.quod not.de quo articulo dic vt per glos.Bar.& omnes in.d.l.in hac.ff.de condi.tri.eundem in.d.l.& ex diuerso.ff.de rei ven.Bald.& Moder.in.l.j.C.de vsur.& fruc.rei lega.Ange.& Alex.in.l.si marito.§.fi.ff.sol.ma.Io.Fab.in.§.& si hæreditas.instit.de offic.iudi.& Ang.post Io.Fab.in.d.§.actionũ.instit.de actio.Flo.in.d.l.vulgo.ff.de vsuris.& in.l.cum fundus.in princip.ff.si certum petatur.

53 Diximus suprà † quòd virtute consuetudinis datur annus & dies ad retrahendum:quid si venditioni adiecta fuerit dies amplior die retractus: & sic tempus confundatur, an post lapsum temporis adiectum contractui de reemendo tollatur beneficiũ retractus?quod videtur tolli:pro quo põdero dictum Bal.in.c.vnico.in fi.primæ col.qualiter dominus propri.feu.priuc.collat.x.cuius doctrinam sequũtur Alua.& cum dicit Cardi.quòd per tale pactũ tollitur beneficiũ.l.ij.C.de rescin.vẽdi.vbi res minus dimidia iusti pretij esset vendita:quia per hoc sufficit conuẽtio partium.Tollite exemplũ secundùm eos, Si rem valentem centum vendidero pro quinquaginta pacto apposito si in paschate non soluerentur, adimpleretur iustum pretium, tũc cessat beneficiũ illius.l.ij.Sic idem si res vendita fuerit pacto apposito vt si intra bienniũ pretium restituatur res sit inempta, & est pactũ legis cõmissoriæ, quòd pari ratione debeat cessare beneficiũ retractus: quia tempus maius constitutum est per pactum: vnde ex identitate rationis videtur posse procedere argumẽtũ de tẽpore ad sententiã,sicut procedit de tempore ad locum.l.fi.ff.de cõdi.tritic.

Præterea illud biennium quod datum est per creditorem ad reuocandum rem venditam videtur constitutum & subrogatum loco temporis competẽtis pro retractu: vnde tempus subrogatum loco alterius temporis sapit naturã eius in cuius locũ subrogatur.l.superuacuã.C.de tempo.in integ.restit.peten.& in.l.si eam.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.etiam si tempus subrogatum in aliquo discreparet: quia in alijs naturã assumeret,secundùm Moder.ibi referẽtes Pau.in consil.cxxxj.incip.licet ista domina.vnde dicit glos.in.l.ij.C.de dotis promissione.vt quod operatur solutio in cursu temporis.l.cum de in rem verso.ff.de vsuris.operatur pactũ in suo instanti.l.fi.C.ad.l.falci.sic idem in casu nostro,vt quod operatur retractus ex vi consuetudinis in lapsu anni & diei, idem operatur tempus cõtractui appositũ ex vi & potentia pacti seu conuentionis:vt sicut per lapsum anni et diei impeditur retractus:ar.l.statuliberum.§.Stichum.ff.de lega.ij.& in.l.imperator.ff.de postulã.cùm per illos tex.permissum ad tempus post tempus censeatur esse prohibitum.ad idem in.l.si ea.C.qui accusa.poss.sic post tempus adiectum cõtractui impediatur retractus ex vi pacti: si tamẽ tempus lõgius anno & die quod est datum à lege ad retrahendum fuerit appositum: quia per hoc non dicitur reddita causa deterior familiæ, nec istud præsumetur factum in fraudem retractus, vnde debet suo marte currere. Et præcedentia intelligo procedere quando per pactum daretur maior dilatio ad retrahendũ quàm conferretur per legem municipalem seu statutum: aliâs nullum esset pactum tanquam tollens vim legis, vt dixi
54 in primo notabili.Pro quo addo tertiò, † si debitor creditori suo legauerit debitum, nõ tenet legatum.l.si debitor.ij.responso.ff.de lib.lega.&.l.debitor.ff.de lega.ij.si tamen debitor creditori suo legauerit quod ex forma statuti debetur,tale legatum est vtile.tex.est secundùm Ange.& verum & approbatum in.l.si creditori.§.id quod honorario.ff.de legat.j.quia secundùm Alexã.Aret.& Lance.incipit deberi ex alia censura iuris communis: & per illud legatum affertur duplex commodũ creditori secundùm Ale-
55 xan.primum † quia vbi statutũ non poterat operari extra territorium,argu.l.j.ff.ad municipa.l.omnes populi.ff.de iustitia & iure.propter pactum seu legatum sapiet naturam iuris communis:& operabitur sicut ius commune.l.fin.ff.de iurisdi.omnium iudi.&.c.vt animarum.de consti.in.vj.& in.l.j.vbi per omnes.C.de summa trinitate & fide catholica. Et licet Moder. ita pertranseant cum Alexand. non videtur mihi maxima vtilitas in hoc:quia licet verum sit, statutum

non posse ligare extra territoriũ:per.d.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.tamen vbi in alio territorio argueretur quis pro contractu celebrato in prouincia illius statuti,sententia ferenda esset secundùm formam statuti loci vbi contractus celebratus est.text.in.l.si fundus.ff.de euic.l.j.vbi per Bart.Bal.& Fulgo.ff.de vsuris.&.l.semper in stipulationibus.ff. de reg.iur. Alia vtilitas est quòd creditor qui oneraretur ad probandũ debitum,virtute testamenti releuabitur . idem virtute pacti.d.l.debitor.ff.de lega.ij.&.l. si creditori.in prin.ff.de leg.j.Sed dic quòd illa vtilitas non posset procedere vbi debitum est liquidum ex forma statuti:sicut vbi debitum est liquidum ex forma cõtractus:quia tunc legatum est inutile:per.d.l.si debitor.ff.de libe.lega.iuncta.l.creditor.eo.tit.cum.l.sequen. Alia est vtilitas,quia interest nostra aliquid nobis deberi pluribus actionibus.l.iiij.§.fin.ff. de lib.lega. vt si succumbat in vna, posset alia experiri.l. sed si pupillus.
50 §.item si plures.ff. de instit.actio. † Ego autem quãtum ad præsuppositum nostrum dico,quòd vbi per pactũ maior dilatio confertur quàm per legem conferatur , quòd inquantum additur ad potentiã legis dicatur vtile: & propterea videatur recessum à via retractus:vt in biennio veniat annus & dies datus à lege ad retrahendum:sic ꝙ talis dilatio inducatur ad augmentum , & propterea sit valida.l.qui quartam.in princip.ff. de leg.j. Et per hoc consyderatur interesse longioris vel breuioris vitæ actionis.l. nam & postea. §.si is cui.ff.de iureiuran.glos.est in.l.si tibi man dauero.§.interdum.ff.manda.per Bar.& in.l.diuortio.versi.cæterũ.ff.de nego.gest. Sic per pactum prorogans annum ab initio tollitur omne interesse, vt quod retractus periturus erat anno per pactum durabit biẽnio aut plus:vnde nascitur maxima vtilitas debitori seu vẽditori & suis affinibus,secundùm Aret.in.d.l.si creditori.addit text.in.l.quoties.§. item si tẽporali.ff. de admini.tuto. Vnde dicit,quòd vbi ex natura obligatiõis sequitur alius effectus & aliqua vtilitas: tunc debet attẽdi vita obligationis, per illum.§. item si temporali.quicquid dicant glos.& Bart. in.l.qui bis idem.ff.de verbo.oblig.per.l. pater qui castrense.in fi.ff.de castrẽ.pecu.ad quem responde vt per Imol. & Aret.& Moder.in.d.l.si creditori.ff.de lega.j. & dicant quicquid volent Alexan.& Barto.in.d.l.qui bis.& in.l.& si post tres.in vlti.colũ.ff. si quis cautio.quòd interesse breuis vel longioris vitæ non veniat in consyderatione:per.d.l.pater qui castrẽse.certè ille text. probat oppositum in princip.& in fi.legis: quia cõsyderatur quo iure filius miles fuerit testatus, ad hoc vt perpetuò obligetur,aut temporaliter: si iure militari,tenebitur ad omnia legata nõ detracta falcidia,& hoc in perpetuum:secus si iure communi:& sic perpetuitas venit ibi in consyderatione,secundùm Aret.in.d.l.si creditori.& ita tu teneas dictum Pet.& Cini in.d.l.si creditori. quicquid dicat Bar. Vltra prædicta tu adde tex. in.d.l.si se non obtulit.§. si quis cõdemnatus.ff. de re iudica.ibi,computabitur pro reo & legitimum tẽpus,& quod suprà iudex præstitit. Tempus enim quadrimestre datur cõdemnatis ad soluendum. si tamen maius tempus datum fuerit à iudice,non intelligitur vltra quadrimestre:sed cõputatur in illo tẽpore dato illud quadrimestre. Sic idem in retractu: vt annus & dies datus à lege municipali debeat computari cũ tempore dato per pactum. Et cum hac opinione pertransit Pau.de cast.in.l.fi.col.j.C.de repudi.hære. Pro quo addit fundamẽta. Primum est, quia vbi per cõuentionem datur maior dilatio quàm detur à lege, videtur recessum à dilatiõe legali per quandam nouationem:arg.l.iiij.§. si ex conuentione. ff.de re iudi.voluit allegare.d.§.si quis condẽnatus.& text.iuncta doctrina Bart.in.l.senatus. in fi.ff.ad Turpil. Secundò inducit tex.in.l. talis scriptura.in prin.ff. de leg.j. vbi prorogatio anni debet intelligi in legatis diem nõ habentibus vel in habentibus maiorem terminum, vt vsque in dilationem legis prorogetur.d.§. si quis condemnatus.in.l.iiij.ff.de re iudic.cum tẽpus legis detur causa miserationis.l.si cũ militi.§. cùm infra.ff.de compensa.adde text.vbi per Bart.in.l. in senatusconsultum.§.fi.ff.ad Turpil. Reperio quòd in nostris terminis contrariũ tenuerũt Pe. Cin.Bal.& Alexan.in.d.l.fi.per illum tex.C.de repudian.hæred.cũ quæritur, concessum est priuilegiũ Crucesignatis,quòd non tenerentur debita sua soluere vsq; ad triẽnium: contigit quòd eo tempore quidã Crucesignatus tenebatur creditori in certa quantitate pecuniæ: tamen ex pacto habebat dilationem ad soluendũ ei vsque in quinquennium vt incontinenti lapso quinquennio possit Crucesignatus cõueniri: & refert Pe. in loco relato quòd aliquando apud Aureliam disputando tenuit per illum tex.in versic. sin autem vel minor. versic. tunc post impletum quadriennium.in.d.l.fin.quòd lapso tempore pacti incipiet currere tempus priuilegij vel statuti. illam sententiam,vt dixi,sequitur illic Cin.Bal.& Alex.pro qua pondero tex.in.d.l.in senatusconsultum.§.fin.ff.ad Turpil.similis tex.in.l. capite quinto.versi.quid ergo si euaserit.ff. de adul.& per hoc non obstabit,secundùm Bal.tex. in.d.l. si se non obtulit.§.si quis condemnatus.ff. de re iudic.quem text.sibi astipulatus est Paul.in.d.l. fi.C.de repudian.hæred.tenendo contra cõmunem : quia in illo.§. iudex ibi est vt minister legis:& de mente legis loquitur. Et ideo non sunt duæ dilationes successiuæ, sed vna ex lege,& iudicis arbitrio simul iunctis:quod secus est in arbitrio,secundùm Pet.Cin.Bart.Bal. & Aret.in l.iij.ff.de leg.j.Bar.in.l.de die.in prin.ff. qui satisda.cogan. Vel aliter respondeas secundùm casum.l.ij.ff.de re iudi. potest enim ex officio iudicis quan

cis quandoq; maior, & quandoq; minor dilatio
præstari quadrimestri, secũdùm qualitatem cau-
sæ: vnde si maiorem dederit, succedit loco qua-
drimestris: per. d. §. si quis condemnatus. sed per
partes nõ potest fieri quin annus & dies currat,
seu priuilegium cõpetat. Vnde si aliud tempus
inseratur, præsumitur concessum vltra ius com-
mune, vt aliqd opereẽ. l. si stipulatus. ff. de vsur.
l. si quando. ff. de lega. j. facit doctrina Bart. in. l.
ij. ff. de vsucap. ita dicit Bald. in. d. l. fi. Ego autẽ
pro hac parte põdero tex. in. l. j. §. annus. ff. quan
do de pecu. actio anna. est. ibi, non ex quo eman
cipatus est, sed ex quo peti potuit cõditione exi-
stente. per quem tex. Guli. de cu. in quæstione fa
cti consultus ita respondit: patet enim illic quòd
actio de peculio competit perpetuò cõtra patrẽ
vel dominũ, quandiu sunt in potestate patris vel
domini: sed postquam desierunt esse in potesta-
te, incipit esse annalis. dubiũ illic est si filius aut
seruus contraxerunt, ex quo contractu obligati
sunt sub conditione, an ex die emãcipationis, an
verò ex die conditionis adiectæ contractui? di-
cit ex die conditionis: cum ante peti non possit,
id est ante aduentũ conditionis: sic idem vbi res
est vendita cum pacto legis commissoriæ: quia
tunc non antè potest cedere cõtractus quàm la-
psum fuerit tempus pacti. quam decisionẽ secuti
sunt Bal. & Fulgo. pro qua inducit Fulgo. text.
in. l. bouem. §. si sub conditione. ff. de ædil. edic.
ibi, ante conditionem existentẽ inutiliter agitur.
& sic non ex tempore factæ alienationis compu
tandus est annus: sed ex tempore cõditionis aut
diei adiectæ contractui. ad idem in. l. talis. ff. de
iure do. ibi, vtrum ex die stipulationis, an ex eo
die quo dos esse potuisset, id est nuptiarũ? & re-
sponsum est ex die nuptiarũ. ad idem in. l. Caius.
ver. Modestinus. ff. de excusa. tut. ad idem in. l.
is qui sub cõditione. ff. de actio. & obli. pro qua
parte inducovnũ quod refert Bal. in. l. fi. in fi. C.
de execu. rei iudi. quoniã istæ dilationes nõ pro-
cedunt ex eodem fonte, scilicet ea quæ competit
ex pacto, & altera quæ competit ex vi legis vel
consuetudinis: vna eñ procedit ex causa cõtra-
ctus: altera autẽ ex causa statuti: vnde non potest
dici quòd vnũ tempus sit in locum alterius sub-
rogatũ: cum vnumquodq; habeat originẽ de se
ipso & ex varia origine: nec vnum alterũ tollit,
vt dixi suprà. Pro quo addit Bal. optimũ simile.
In cõstituta pecunia debitor habet decem dies.
tex. in. l. promissor Stichi. §. j. ff. de cõsti. pecu. &
quod datur iudicatis. Idem in debitore in diem,
qui post diem habebit tempus quod datur iudi-
catis: sic in retractu, vt post tempus præfinitũ da
bitur retractus. Quod autẽ non possit vnũ tem-
pus in locum alterius subrogari, probatur ex ra
tione diuersitatis: quoniã dilatio quæ ex conuen
tione datur respicit tantũ vendentẽ. text. in. l. ij.
ff. de lege cõmis. & l. ij. & l. cõmissoriæ. C. de pa
ctis inter emp. & vẽdi. sic quòd post venditionẽ

ipse venditor nisi propter diem aut cõditionem
adiectam cõtractui nõ poterit postea audiri vo-
lens reuocare seu repetere ipsam rem venditam.
& ratio, quia quem de euictione tenet actio, eun
dem agentẽ repellit exceptio. tex. in. l. vendican
57 tem. ff. de euic. † dilatio data ad retrahendũ re-
spicit solos consanguineos: nõ autem ipsum ven
dentem. tex. in. d. c. constitutus. extra de in inte.
restit. Vnde quãdiu potest resolui virtute pacti,
aliquid iuris remanet in potestate venditoris: &
posset appellari potestatiua cõditio, de qua in. l.
58 si filius. ff. de libe. & posthu. † Et ista dilatio da-
ta ex contractu ex potestate contractus impedi-
ret etiam retrahentem, vbi venditor vellet luere
vtendo iure suo: iuxta not. in. l. ij. C. de pac. inter
empt. vnde non mirũ si proximiori volenti con-
trahere nõ currat illud tempus, per prædicta. Et
quòd non cõcurrat dilatio statuti cum dilatione
pacti seu conuentionis, tenuit Alex. in. d. l. fi. in
fi. C. de repud. hæred. improbando dictum Pau.
59 † Quia dilatio statuta debitori ex conuentione
inest obligationi. l. cedere diem. ff. de verb. obl.
addo text. in. l. pacta conuenta. ff. de contrahen.
emptio. & l. lecta. ver. dicebam. ff. de rebus cre-
di. Sed dilatio legalis non inest obligationi: sed
dicitur causa miserationis, vel alia ratione iusta
data. l. si cum militi. §. cum intra. ff. de compẽsa.
quia fit ad conseruationem rerum in agnatione:
vt dixi suprà, per. l. libertis. ff. de condi. & demõ
stra. & l. si in emptionem. ff. de mino. vnde inest
maxima differentia: de qua per Bar. in. l. ita stipu
latus. in. j. q. ff. de verb. obli. per eundem. & Ale
xan. in. l. si constante. §. quoties. in princ. ff. solu.
matri. Et per hæc non obstat quòd primo loco
adductum est pro prima parte arguendo de sen-
60 tentia ad tempus. Quia non est dubium † quòd
contrahens potest sibi præiudicare cõtrahendo
contra legẽ, nisi in casibus limitatis à lege. l. si qs
in conscribendo. & l. fi. C. de pac. sed tertio præ
iudicare non potest. c. j. de alie. feudi paterni. c.
deniq;. & c. porro. quæ fuit prima causa benefi.
amit. col. x. l. ij. C. de libe. & eorũ lib. Vnde pro-
ximis quibus competit ius retrahendi à lege seu
consuetudine ex cõuentione vendentis non po-
test præiudicari: quinimo ipse princeps nõ pos-
set iure ordinario. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne
quid in lo. pub. fiat. Ad secũdum responsum est
post Bal. & Alexan. in. d. l. fi. C. de repud. hære.
per illum tex. Ad tertium, non nego quin valeat
illud pactum, sed nõ debet inferri vt illud quod
inductum est ad augmentum debeat operari di-
minutionem, contra casum. l. nulla. ff. de legi. Et
propterea dicunt Pet. Cin. & Bal. in. l. quod fa-
61 uore. C. de legi. † quòd si mandatũ fuerit vt ali-
cui prouideatur de præbenda integra, si in ea ec
clesia sunt præbendæ non integræ, etiam volen-
te eo in cuius fauore datum est mandatũ de inte-
gra præbenda, non potest admitti collatio non
integræ præbendæ. text. in. c. cui de nõ sacerdo-

tali.de præbendis.in.vj.si eñ potestas redimẽdi concessa fuerit in fauorem venditorum,& sic in augmentum,non debet illud augmẽtum vergere in diminutionem iuris proximorum agnatorum, & sic retractus. Ideo tu teneas opinionem Petri,Cini,Baldi,& Alexand.in dicta.l.fina.C. de repudian.hæredita. Guliel. Bald. & Rapha. Fulgo.in.l. prima.§.annus.ff.quando de pecul. actio anna.est. Quòd vbi venditio facta est sub conditionevel die,quòd retractus nõ incipit nisi adueniente die aut conditione:quod not.perpetuó. Vnum autẽ circa prædicta necessariũ non omitto : quia dictum est soli proximiori in gradu competere beneficium retractus : & proximos inuitari secundùm gradus : per.l. peto.§. fratre.ff.de lega.ij. Quid si proximus differt retrahere , sic vt forsan tollatur spes retractus : an possit per remotiores,aut per iudicem his instãtibus præfiniri terminus intra quẽ teneatur proximior retrahere, aliàs cedat locum sequẽtibus? & videtur quòd cùm annus sit inductus in fauorem proximiorum de genere,quòd nõ est in eorum odium retorquẽdus.tex.in.l.nulla.ff.de legibus.&.l.quod fauore.C.de legi.si igitur præfiniretur minor terminus, certè tolleret sibi beneficium legis municipalis.Secũdò facit, † quia

62 vbi tempus inductum est in fauorem alicuius,vt est in retractu,non potest nisi toto tempore elapso in mora constitui: nec factũ quodcunq; præiudicare.text.in.l.non putabam.ff.de condit. & demon.ad idem in.l. qui hoc anno.ff. de verbo. oblig. vnde per iudicem non potest constitui in mora:nec aperietur via retrahẽdi,nisi forsan vbi nõ esset spes luitionis:arg.l.qui habebat.in princi.ff.de leg.iij. Est tamen verum quòd si intra annum vellet emptori pretium soluere & tanq; proximus retrahere, compelletur emptor pecunias recipere.text.in.l.si ita fuerit libertas. in fi.

63 ff.de manumis.testa. † quia data est dilatio in fauorẽ retrahẽtis. vnde ante elapsum annũ potest quandocunq; voluerit retrahere. simile in.l. stipulatio ista.§.inter certam.ff.de verb. oblig. secus autem vbi per statutum cõstitueretur quòd liceret consanguineis posse rem per consanguineum suum alienatam retrahere: quia tũc posset procedere dilatio data à iudice:cùm ex tacita dispositione legis inuitentur proximi, qui aliàs in re erant successuri.d.l.peto.§.fratre.ff. de leg.ij. & in.c.j.de alie.feu.paterni.colla.x. ita in his terminis tenuit Roma.in.l. prætor ait.§. hoc interdictum.ij.ff.de no.oper. nuntia. vbi plus addit, quòd in illo casu proximiori posset cõpetere iudicis officium:per.l.j.ff.de priuileg.cre. Bart.in l.j.§.permittere.ff.de aqua quotid. & æstiua.sed vbi proximi tantum inuitantur, certè de eis simpliciter intelligendum est: sic vt non posset compelli ante tempus.l.j.C.quando dies lega. cedit. §.j.institu.de verborum obligatio.

Tertiò facit vnum quod no.Moder.in.l. qui filium.§.Sabinus.ff. ad Trebel. quòd vbi tẽpus terminatur per verbum denotãs perfectionem, tunc si tempus est vnicum,vtputa mensis vel anni,tunc inspicitur finis temporis.text.in dicta.l. qui hoc anno.ff.de verborũ obliga.Sed per consuetudinẽ datur vnicum tempus scilicet anni & diei:ideo antè nõ potest currere beneficium statuti. Præterea verba statuti debent interpretari prout iacent.l.iij.§.hæc verba.ff.de nego.gest.l. vnica.§.hoc interdictum de cisterna.ff.de fonte. Sed annus & dies proximiori per consuetudinẽ datur,vt declaraui suprà per.c. cõstitutus. extra de in integrum restit.ideo strictè sunt intelligenda in fauorem proximi agnati. Addo vnũ quod no.Ioan.Fab.in.§.qui autem.in fi.institu.de excusa.tuto.in quantum dicit, quòd vbi quis conquereretur contra emptorẽ de dominio rei proposita actione reali,si succumbat,poterit tamen tanquã proximus virtute consuetudinis retrahere, quamuis annus sit elapsus.l. seruum.ff. quod vi aut clam.nisi dolosè egerit.l.cùm quædam.ff. de adult. Sic putarem quòd vbi terminus datus esset à iudice, quòd talis sententia interlocutoria non posset sibi esse damnosa primo in lapsu anni & diei:sicut nec rei vẽdicatio proposita: quia iudex non debet potestatem legis tollere.Tamẽ in quæstione proposita reperio quòd Iacob. de Rauen.Cin.& Paulus in.l.manifestissimi.§. sed quærebatur.per illum text.C. de fur. tenuerunt terminum posse proximiori agnato præfigi, intra quẽ tenebitur rem retrahere : aliàs locus erit

64 secundo:per illum tex. † ad similitudinem commodatarij, si res cõmodata à commodatario fuerit furto subtracta, poterit actio furti domino rei competere,si velit commodatarium exonerare:sed si interim cõmodãs differt agere,sic quòd periculum sit in mora, tunc potest commodatarius instare,vt per iudicẽ præfigatur tempus, intra quod intentet actionem furti: & si non agat, poterit tunc agere post terminum. ad idem in.l. mancipiorum.secundùm eum.ff.de optio. lega.

65 & in.l.diffamari.C.de inge. manumis. † Sic idẽ secũdùm eos si proximior qui primus inuitatur ad retrahendum,vt dixi suprà per.d.l.peto.§.fratre.ff.de lega.ij.si differt,possunt remotiores instare vt præfigatur tẽpus à iudice intra quod retrahat,aliàs sit locus secundo: arg.l.j.ff.de cura. bonis dando.facit melior text.in.l.quãdiu.ff.de acqui.hære.sic idem in retractu,quia periculum est in mora: quia post tẽpus cessat retractus: arg.l.statuliberum.§.si Stichum.ff.de lega.ij. ad idem facit tex.in.l.si sub conditione.ff.de bo.au

66 tho.iud.possi.† Pro quo induco, quoniam causæ criminales intra biennium sunt terminandæ. tex.in.l.properandum.in princi.C.de iudi.& in l.fi.C. vt intra certum tempus quæstio crimina. termi. tamen iudex potest ex causa minorem terminum præfigere.tex.in.l.si ea quæ.C. qui accusa.pos. sic idem in retractu, in quo datur annus: potest

potest tamē à iudice præfigi terminus primo, vt
post tēpus sit locus secundo: sed hoc debet con-
tingere cum causæ cognitione.l. cū Titio.ff. de
accusatio.&.d.l.diffamari. Dicūt tamen Cin. &
Alex.in.d.l.si ea.& Bal.in authen.ad hæc. colū.
pe.C.de vsur.idem Bal.in.§.j.quo tempore mi-
les.col.x.Alex.in.d.l.qui hoc anno.ff. de verb.
67 oblig. † quòd re adhuc existēte integra, poterit
mora purgari quantumcūq; terminus per iudi-
cem assignatus fuerit peremptorius: iuxta.l.nō-
nunquam.ff. de iudi.&.l.& si post tres.ff. si quis
cautio.pro qua distinct.est text.in:l.quòd si mi-
nor.§.Scæuola.ff. de mino.&.d.l.mācipiorum.
in fi.ff. de optio.lega.in.l.fi. C.de repu.hæred.l.
68 iij.ff.de cessio.bono. † vbi licet post cessionem
bona cedentis vendi possint per creditores, ta-
men ante vendinionem potest cedens cessionem
reuocare venditione non facta: & sic re existen-
te adhuc integra. ad idem in.c. gaudemus.§.pe.
extra de diuor.in.c.si tibi absenti.de præben. in
vj. sic etiā licet terminus datus fuerit à iudice ad
retrahendum tenēti primum locum agnationis,
antequā tamen per sequētem res retrahatur, po-
terit primus retrahere non obstante lapsu termi-
ni, quia res stat adhuc integra.d.l. mācipiorum.
69 l.filij mater.§.j.ff.ad Tertul. † Pro qua parte ter
tiò induco si emphyteuta canonem non soluerit
intra biēnium, cadit à re emphyteutica in.l.ij.C.
de iur.emphy.tamen si paulò post biennium, vt
puta ante litem contestatam pensionem bienñij
soluerit, purgabitur mora, nec priuandus erit re
emphyteutica.tex.in.c.pe.& fi.in fi.extra de lo-
ca.& conduc. & in.c. si quis præsbyterorum.in
prin.extra de rebus eccle.non alienan. facit tex.
in.l.& si post tres.ff.si quis cautio.& in.l. ꝓmis-
sor.ff.de constit.pecu.& in.l.si insulam.vbi ple-
nè per Bart.& Alex.ff.de verbo.oblig.sic idem
vbi per iudicem terminus esset statutus à iudice
proximiori in gradu intra quē teneretur rem re-
trahere, si post terminum omnia sint integra, po
terit ipso facto retrahere.tex.in.l.interdum.§.fi.
iuncta ibi glos.ff.de verbo.obliga.quod exten-
dunt Inno.Ant.& Henri.in.c.cum in tua. extra
qui matri.accusa.poss.etiam vbi per iudicem di-
ctum fuerit quòd post illud tempus non audie-
tur: per.d.l.mācipiorum.ff.de optio.lega.quod
est singulare: nisi forsan aliter interfuerit sequen
tibus.l.si ita quis.§. Seia.ff.de verbo.oblig. Sed
in casu proposito non potest interesse: cum ad-
huc maneat potestas legis, non obstāte termino
dato à iudice: quod nota. Et propterea nō obsta
bit secundùm Bald.in.d.l.si ea.C.qui accu.pos.
col.penult.versic.tertio exponitur. quòd iudex
terminum assignatum à lege absque ministerio
suo nō possit arctare, nec protelare, vel aliter se
intromittere.per.l.eos.§.fin.C.de appel.& in.§.
qui nō solum. in authē.de nup.col.iiij.per Din.
in.c. indultū. de reg.iur.in.vj. sed annus & dies
ex.l. municipali sine ministerio iudicis daт pro-
ximiori ad retrahendum: ideo per iudicem arcta
ri non potest: ne quod in fauorem alicuius indu
ctum est, in odium eius retorqueatur. dicit Bal.
70 verum esse, † iudicem nō posse taxare metas in-
stantiæ, sed potest assignare litigatori seu proxi-
mo agnato terminū, quo elapso instantia duret:
sed si post terminum alius sequens velit retrahe-
re, & præueniat proximū, certè fiet sua: nec pote
rit auocari: & tunc poterit iudex silentium impo
nere re non existēte integra: per.d.l. si minor.§.
Scæuola.&.l.intra vtile.§.vendentibus.ff.de mi
nori.l.j.C. vt omnes tam ciuiles quàm criminal.
&.d.l.mancipiorum.ff.de optio.lega.& hoc in-
telligas cum causæ cognitione.l.ij.&.l. si se non
obtulit.§.si quis condemnatus.in arg.ff.de re iu
di.ita dicit Din.in.d.c. indultū.de reg.iur.in.vj.
71 † Adde tamen vnum ad præcedentia, quòd vbi
duo sunt aut plures æquè proximi, tūc locus est
primo occupanti seu præuenienti.tex.in.l.si Ti-
tius.ff.de verb.oblig. de quo in.l. fideicommis-
sa.§.plerūque.ff. de lega.iij.l.ex duobus.ij.ff.de
duobus reis.l.pluribus.ff.de procu. & in.l. vnū
ex familia.§.j.ff.de lega.ij.de quo dic vt per Bar
to.& Moder.in.l.si pluribus, ff.de legatis.j. vbi
Bart.in materia occupationis refert aliquam di-
stinctionem, quæ in multis articulis mihi nō pla
cet. Primò inquātum reprehendit Petr. in sua
72 distinctione in.j.membro distinctionis, † quòd
in prælatione facienda ratione officij vel iurisdi
ctionis sufficiat litis contestatio: per.l.qui prior.
ff.de iudi.&.d.l.pluribus.ff.de procu.quia dicit
Bar.attendi citationem, per.l.si quis posteaquā.
ff.de iudic. de quo per Moder. post eum in.l.&
quia.ff. de iurisdictio.omniū iudi. Tu dicas Pe-
trum nō errasse: per dicta sua nō negauit Petrus
quin per citationem perpetuetur iurisdictio.ca.
gratum.extra de offic. deleg.&.c.fi.de offi. leg.
vt dixi in.d.l.& quia.per Ioan.Fab.§.fin. instit.
de pœna temere litigan. Præterea in secundo ar
ticulo, quòd in modo procedēdi libellus demō-
strat præuentionē, certè dictum Bart.est falsum.
text.in.c. quoniā contra falsam.extra de proba.
arguendo ex ordine literæ.l.quoties.ff. de vsuf.
73 l.ij.§.prius.ff. de vulga.substit. † quatuor enim
possunt proponi ante dationē libelli: citatio, di-
latio, recusatio, & exceptio.ita est ibi text. glos.
est in.d.l.& quia.in glos.fi.ff.de iurisdi.om.iud.
Bar.in modico omisso cœpit latrare aperto ore:
sic in leuibus insistēdum est. Quantum ad aliud
quod dicit in.d.l.is à quo.ff.de rei vendi. ibi agi
actione personali falsum est, vt patet ex illo tex.
in verbo, res iudicaretur. Secundò arguēdo hoc
modo, quia leges debent interpretari secundùm
titulos in quibus sitæ sunt.l. imperator.ff. de in
diem adiec.vt magis conueniat rubro: præterea
idem in actione noxali, quæ est mixta: text.in.§.
præterea quasdā.insti.de actio. † vnde sub sim-
74 plici venit mixtum.l.si ita.ff.de liber. & posthu.
glos.est, vbi per Barto.in.l.ij.in prin.ff.de verb.

obli.§.omnium.instit.de actio.l.seruis vrbanis. §.fi.ff.de leg.j.copiosè per Moder.in.l. Gallus. §.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu. Idem in actione de peculio, quæ licet sit personalis.§. actiones.instit. de actio.l.summa.in fi.ff. de pecu.sapit tamē naturā realē:quod declara vt per Cin.in.l.dominū.ij.colū.in fi.C.quod cū eo qui in alie.potestate est.quicquid dicat Bar.in.l.frater à fratre.col.viij.in fi.ff.de condi.indebi. Vnde puto non errasse Petrū cū fecit æquiparationem actionis noxalis de peculio & realis,per leges allegatas per eum. Præterea inquantū dicit Bart.in sua distinctione,quòd quādo tractatur de præoccupatione respectu eius de quo agitur,& agunt circa idem & ex eadē causa,& tunc aut non est possibile istas duas causas esse simul veras:& tūc ille dicitur præoccupasse, qui prius peruenit ad sententiam:per.d.l.is à quo.ff.de rei vendi.&.l.pe.ff.de peti.hære. Sed dicat mihi aliquis, an per hoc sit data differētia inter casum.l. si pluribus.ff.de lega.j.vbi ista Bart.recitauit,& d.l.is à quo.ff.de rei vēdi.cū in illa.l.si pluribus. in fi. ex eadem causa in eadē re & eodem tēpore factum est debitū per eundē testatorem in eodē testamēto ex eadem causa lega. in eadē causa fit cōcursus:vni res alteri pretiū debetur:sed res datur ei qui primò litem est cōtestatus.sed in.l.is à quo.cōsyderatur sententia:& tamē in vtraq; lege omnes causæ sunt simul veræ: q̄uis dicat nō esse possibile ambas causas posse esse veras. Tu igitē quantū ad hoc tene doctrinā Petri:& Petrus est vsus termino Iurifcōsulti in.l.iij.§. ex cōtrario. ff.de acq.pos.vnū est debitū, scilicet debitū numero, quia vterq; pōt agere ad rē:& sic duobus insolidū actio cōpetit circa eandē rem,& hoc ab initio:licet in effectu plura sunt debita, cum vni res,alteri æstimatio debeatur: iuxta.l. in tribus.

75 ff.de iud.&.l.ij.in princ.ff.cōi diui. † & tunc locus est occupanti:& fit occupatio per litis cōtestationem.d.l.si pluribus.ff.de leg.j.sed in.l.is à quo.agebatur actiōe reali cōtra nullatenus obligatum:vnde debet attēdi sententia. in alijs autem habētibus diuersam originem & diuersum effectum attenditur sententia. dic vt per Bar.post Petrum in.d.l.si pluribus.Quod nota,si discrimen oriatur inter plures agnatos eiusdem gradus volentes retrahere, vt sit locus præuētioni, quādo dicātur præuenire. Et sic ex prædictis teneas cōclusiuè,q̄ vbi proximus differt rē retrahere,potest præfigi terminus per iudicē, intra quē tenebitur retrahere, aliàs potestas retrahendi aperta erit sequēti:licet potestas nō sit omnino à primo sublata:& inter agnatos eiusdē gradus locus est præuētioni:quod not.quia ista quotidiana sunt & vtilia:vt per Cin.& Pau.de ca.in.d.l.fi.§.j.ff. de fur.& seruo corru. Ad extēsionē prædictum propono quæstionē vtilem:Statuto cauet, vt pro quolibet cōtractu soluatur certa gabella: modo clericus rē emit,quæ postea retracta est p proximū de genere virtute cōsuetudinis de qua

76 suprà dixi:certū est † q̄ clerici liberantur à solutione gabellæ.l.placet.C.de sac.san.ec.p Bal.in l.cū quidā.§.fiscus.& illū tex.ff.de vsur.Inno.in c.nō minus.in prin.extra de immu.ecc.l.ij.C.de epis.& cle.cū munus sit extraordinariū:dubium est an clericus tātūdē possit repetere à retrahente,quantū solutū fuisset à plebeio si rem emisset: de qua vide Cin.Bal.& Pau.de ca.in.l. neq; per se.C.de hæred.insti.in qua quæstione dicit Cin. posse brocardicari:dicit tamē per.l. cùm autē.§. fi.ff.de ædil. edic.q̄ clericus nō possit repetere, facit melior text.in.l.fi.secūdùm vnū intellectū. C.de fruc.& lit.expē. per quē tex.infert Bart. in

77 in.l.stipulatus es opus.ff.de fideiuſ. † q̄ si aduocatus litigauerit cōtra plebeiū in petitione impēsarum litis,si obtinuerit nō veniet salariū suæ postulationis:per.d.l.fi. quæ ad hoc est singularis. ad idē in.l.q̄ si domus.vbi per Bar.ff.de loca.& cōdu.inuersi.cæterū si gratuitā.nisi forsan aliter intersit ipsius aduocati:per.l.j.ff.de actio.empt. &.l.si cū quæstio.C.de euict.tātomagis in clerico rē emente:qui licet ex beneficio clericali eximatur à solutione gabellæ, tamē eius priuilegiū nedū illi ,pderit,sed etiā tertio. Sed qualiter potest consyderari illud interesse vel dānū datū, an ex eo q̄ nō poterit aliorū postulationibus interesse,& sic in hoc dānū patiatur in lucro, an illud lucrū cessatū veniat in æstimationē: in quo dicit Bal.nō venire, per casum.l.si sterilis.§. cùm per venditorē.ff.de actio.emp.vbi venit tantū dānū datum,non autē lucrum cessatum. Inducit aliud simile in testibus,quibus impēsæ refundi debēt, nō autem damna temporis: quia partibus nimis onerosum esset:per.l.quoniā liberi.&.l.si quando.§.sed cùm oportet.C. de testi. ad idē in.l.iij. §.Sabino.ff.de testi. Sed illud tātum venit præstandum quod nō tantūdem fuisset erogaturus: text.in.l.sed si lege.§.quod autē quis.ff.de peti. hære.ibi, vtique enim & si non tam latè erogasset.sic idem in aduocato & clerico,vt illud tantū veniat in æstimatione per quod damnū sequutū est,non autē lucrū est cessatū. Tamen cōtra prædicta reperio quòd nedum veniat æstimandū damnum datumvel illud quod vltro impensum est per aduocatum aut clericum , quàm alius fuisset erogaturus : sed veniat lucrum cessatū in operis & artificio.tex.in.l.sed & si hæreditas.§. ego autem arbitror.ff.ad exhibēdū.ibi,si forte ipse seruus ex operis suis vel artificio suo solebat se exhibere.quem tex.not.glos.in.l.si res immobilis. ff.de rei vend.in verbo,cibaria. Addo text.in.l. non vtiq;.§.fin.ff.de eo quod cer.loco. inquantum tex. loquitur de eo qui solitus est ex mercibus quæstum facere,quòd nedum venit damnū, *Adde quod* sed etiam lucrum cessatum.quem tex.not. Bart. *notatur in.l.* in.l.vnica, in.ix.&.x.col.C. de senten. quæ pro *medicus. in* eo quod interest profe. quod notat̄ etiā in testi. *fi.ff.de ope.* bus,secūdùm Flo.in.d.l.iij.§.Sabino.ff.de testi. *liberto.*

quod

quod videtur verius per illa iura, vt aduocatus
propter postulationẽ cessatam, in postulatione
cessata insit damnum quod veniat æstimandum.
Et per hoc non videtur obstare tex.in.d.l.si ste-
rilis.§.cùm per venditorem.ff. de actio.empt.vt
procedat in emptione vbi venit interesse intrin-
secum,secũdùm casum in.l.j.ff.de actio.emp.nõ
autem extrinsecũ: vt declaraui in.l.iiij.§. Cato.
ff.de verbo.oblig.de quo per Bar.in.d.l.vnica.
C.de seruẽ.quæ pro eo quod interest profer.nisi
si dicas sustinendo Bal.quòd cùm à philosopho
non sit auaritia desyderãda.l.in honoribus.§.fi-
nali.ff. de mune.& hono. & in.l.j.ff.de varijs &
extraordi.cogni.& in.l.professio.C.de professf.
& medi.lib.x. quòd aduocati illud pusillum lu-
crũ æstimare non debent:quod puto satis æquũ
& melius:ego autem dico in clerico maximè suf
ficere quòd nihil sibi deest,per.d.l.fi.C.de fruc.
& lit.expen.&.l.quòd si domus.suprà allega.
No.tex.in versic.neq; homines.& ver.vt ho-
78 mines.in verbo,inuiti. † liberũ debere esse arbi
triũ in cõtrahẽdo.facit text.l.nõ eñ.ff.de actio.
re.amota.in.l.inuitum.suprà eo.in.l.nec emere.
C. de iure delib. quod tamen illic limitant Mo-
79 der.in multis: † adde alios casus vltra eos vbi qs
compellitur aut emere aut vẽdere. Primus casus
est in.l.vnica.C.vt nemini lice.ab emptio.spec.
se excusa.lib.x. Alius in.l.sancimus. C.de sacro-
san.eccl.& in.c.in singulis.xcvj.distin.per glos.
in.l.iij.per illum text.ff.ad.l.Iul.de anno. Alius
in.l.si dominus.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.
& in.§.sed maior asperitas.instit.eo. &.l.vnica.
C.de his qui ad sta.princi.cõfug.Alius in.l.vni-
ca.C.de vendi.re.fis.communium cum priua.li.
x.& in.l.j.§.cura carnis.ff.de offi.præfec. vrbis.
Alius in.§.fi.vbi per glos.in authen.de fideiuss.
col.j. Addo aliũ in emphyteuta vẽdente empo-
nemata,quia domino tenet vẽdere.l.fi.C.de iu-
re emphyt. idem in domino finita emphyteusi,
80 † quia eidẽ aut eius successoribus tenebitur ven
dere magis quàm alteri:tex.in.l.j.C.de metal.&
metal.lib.xj.in.l.cotẽ.in prin.&.§.eam rem.vbi
per Bart. & Roma.ff.de publica.& vectiga.sed
intelligendũ est iusto pretio oblato per emphy-
teutam,& econtrario.l. si possessor hæreditatis.
§.fi.in verbo,pretium.ff.de peti.hæred.l.si fide-
iussor.§.fina.ff.de lega.j.iuncta.l.& si æquo.eo.
tit. sine fraude tamen. Sed qualiter istud proce-
dat. ponamus eñ quòd alius sit plus oblaturus
iusto pretio propter affectionẽ, quia fundus for
san est vicinus,iuxta.l.Aurelius.§.vicinus.ff. de
libera.lega.an debeat attendi illa oblatio? dic vt
per Bart.Ang.Aret. & Roma.in.l. qui Romæ.
§.cohæredes.ff.de verbo.obliga. glos.in.l.ij.C.
de rescin.vendi.& Bal.in fi.sui commenti.Iaco.
de sancto Geor.in summa sua feud. in versic. &
cum pacto de non alienan.colla.xj.in princ.ad-
de text. in.l.j.§. si quid tamen.ff. si quid in frau.
patro. Alios casus refert glos. in.l. inuitũ. suprà
eo.similis glos.in.d.l. nec emere. vbi p Moder.
infra de iure delibe. Adde tamen quòd vbi quis
vẽdere compellitur, debet cum causæ cognitio-
ne compelli iusta causa præcedẽte: sicut patet in
fine huius legis limitantis principium,quãdo ex
potestate legis ita cõfertur scilicet municipalis:
quia tunc illa est iusta causa. quod declaraui su-
81 prà non recapitulo. Adde † quòd vbi alicui in-
terdicitur venditio,non tamen donatio.l.fin.C.
de prædi. curia. libro.x. & in.l.sed si ego. cum
glos.ff.ad Velleya. quod tamen intelliges verũ,
nisi in fraudẽ fecerit.text.in.l. omnes.§. Lucius.
ff.quæ in frau.credi.& in.l.j.vbi per Bald.& Ni
col.Spi.C. de iure fisci.libro.x.de quo in.l.post
82 contractum:vbi per Barto.ff.de dona. † Sed an
is qui prohibetur vendere,prohibeatur permu-
tare: sic vt sicut in emptione cadit retractus, sic
& in permutatione: in quo dixit Ioan. de pla.in
l.fin.per illum tex.post Nico.Spinel.C. de præ-
di.curia.lib.x.quod non:per illum tex.Pro quo
induco, quoniam strictè sumẽdo emptionem &
venditionem non venit rerum permutatio.text.
in.l.j.in fine.ff.de contrahen.emptio.& in.l.j.ff.
de rerum permut.& in.l.naturalis.§. at cum do.
ff.de præscript.verbis. declaratur per glos. in.l.
j.C.de rerum permu.sed cùm statuta seu consue
tudines sint stricti iuris, vt dixi suprà per.l. mu-
lieri & Titio.vbi per Soci.in sua repe.ff.de con-
ditio.& demonstra. & text.in.l.vnica.§.hoc in-
terdictũ de cisterna.ff.de fonte.ideo licet in em-
ptione cadat retractus,nõ tamen in permutatio-
ne. Secundò quia causa statuti cõsyderat potius
constitutionem pretij: vnde vt dicit glos. in.d.l.
fina.in verbo,intelligi.C.de prædi.curia.in em-
ptione est pretium, non autem in cæteris contra
ctibus.l.ij.§.j.ff.de cõtrahen.emptio.in locatio-
ne est merces:ideo,secundùm Bald.illic,semper
in hoc casu restringenda est lex ad contractũ em
ptionis,non autem permutationis.text. est vltra
omnes in.d.l.naturalis.§.& si quidem. in princ.
ff.de præscriptis verbis.& hanc differentiam tra
dit Iustinianus,licet glos.non alleget,in.§.j.insti
83 tu.de loc.& cõduc.Tertiò, † quia cùm illa con-
stitutio,quæ impedit alienationem, sit cõtra ius
cõmune,vt hic,non debet trahi vltra casum suũ.
l.in quorum.C.de pigno.& sic casus omissus ha
bebitur pro omisso.l.si cùm dotem.in prin.&.l.
si verò.§.de viro.ff.solu.matrimo. & in.l.cõmo
dissimè.ff.de liber.& posthu.sic etiam statutum
extra suũ casum procedere non debet.Sed istud
argumẽtum non est peremptorium,propter illa
quæ dixi in textualibus, quia non tollit ius com
mune,sed est præter ius cõmune: quinimo con-
firmat ius commune, secundùm Petrum & Ci-
num hic. Quartò, quia cùm in permutatiõe de-
tur res pro re, dicta.l. prima.ff. de contrahenda
emptio.& dicta.l.naturalis.ff.de præscript.ver-
bis. certè in rescisione contractus non posset
res alienata restitui per retrahentem: vnde in ea

videtur ceſſare retractus, cum ceſſet ratio ſtatu-
ti. Addo quòd ſicut ratione vẽditionia datur re-
ſciſſoria, ſic etiam ratione permutationis. l. j. §. ſi
quis in fraudem. ff. ſi quid in frau. patro. alie. fue
rit. Tamẽ reperio quòd Guliel. de cu. in. l. ij. C.
de vſuſca. pro empto. tenuit contrarium, per illũ
tex. cum ſua gloſ. vt appellatione venditionis ve
niat omnis cõtractus, per quem poteſt dominiũ
transferri. pro quo eſt text. melior & expreſsior
de iure ciuili in. l. ſtatuliberi. §. Labeo. verſ. quo-
niam. ff. de ſtatulib. ibi, quoniam lex. xij. tabula.
emptionis verbo omnem alienationem comple
cti videtur, nec intereſſe quo quiſque genere do
minus eius fieret: & ſic nedum veniret venditio,
ſed & permutatio. pro quo ego addo alium tex.
in. l. apud Celſum. §. auctoris. ff. de except. doli.
ad idẽ in. l. fin. C. de re. alie. non alie. addu quòd
hanc partem tenuit Bal. in. c. vnico, in fi. de con-
trouer. inter dominum & emp. colla. x. vbi dicit
quòd ſiue ratione rei, ſiue perſonæ fiat interdi-
ctio de non vendendo, venit omnis ſpecies alie-
nationis: per. d. l. ij. C. de vſuſcap. pro empto. &
per tex. illius. c. vnici, de controuer. inter domi-
num & empto. col. x. ſed ratione rei ſit prohibi-
tio alienationis, vt res conſeruetur in agnatione
vt dixi ſuprà, per. l. libertis. ff. de condi. & demõ.
quod declara vt per Ioan. Fab. in. §. ita demum.
institu. de hæredi. quæ ab inteſta. defer. Ideo ſi-
cut in emptione cadit retractus, ſic & in permu-
tatione. idem tenet Barto. in. l. filiuſſamilias. §. di
ui. col. pe. verſi. quæro prohibita venditione. ff.
de leg. j. per. l. voluntas. vbi per Cin. & Bald. C.
de fideicõ. &. d. l. ij. C. de vſuſcapio. pro empto.
Ego pro hac parte vltra omnes pondero text. in
l. ſciendum. §. emptorem. quem text. no. ibi Bal.
ff. de ædil. edic. per Bald. in. c. j. de alie. ſeu. colla.
x. & in hoc deciſio iſta eſt ſingularis. Præterea
dicit Bart. in. d. l. ſin. circa finem. C. de prædi. cu-
ri. lib. x. quòd ſi hoc modo admitteretur permu-
tatio, certè fieret fraus legi, & dareẽ materia in-
ueniendi fraudes: quod non eſt admittendum. l.
ij. in fi. C. de indic. viduita. tollen. l. in fundo. ff.
84 de rei vendi. † ſed vbi aliquid fraudis in contra-
ctu committitur, & de fraude conſtat, cõtractus
veniret annullandus, per. l. ſed & Iulianus. §. mu
tui. ff. ad Macedo. l. ſi dolo. C. de reſcin. vendi. l.
j. ff. quæ in frau. credi. &. §. in fraudem. qui & ex
quibus cauſ. manumit. non licet. Tertiò, quia
cùm retractus nõ fuit ſine cauſa introductus, ſed
cũ cauſa rationabili, vt latius diſputaui, ſcilicet
vt res in agnatione ſeu familia conſeruentur. l. ſi
85 in emptionem. ff. de minori. † quod enim dire-
ctè non permittitur, nec per indirectum ſeu per
obliquum. l. iij. §. qui habet. ff. de ſerui. ruſti. præ
dio. l. debitor. in princip. ff. de pigno. actio. l. &
qui ſub imagine. C. de diſtrac. pig. & propterea
reſpondeo ad dicta Ioã. de pla. quòd licet quan-
tum ad modum ſeu formam contrahendi ſit dif-
ferentia inter emptionem & permutationem, &
tunc appellatione emptionis permutatio nõ ve-
nit. ita dicit Bald. in dicto. c. vnico, in fi. de con-
trouer. inter dominum & emptorem. coll. x. ſed
quantum ad dominij translationem idem eſt in
permutatione ſicut & in emptione: quia admiſ-
ſio fit circa cõſeruationẽ dominij rei alienatæ in
ipſa familia ſeu agnatione: ideo ſicut in emptio-
ne & venditione venit retractus, ſic & in permu
tatione: & ita teneo. Idem notauit Guliel. de cu.
in dicta. l. ij. C. de vſuſca. pro emptp. & ſequitur
Nico. Spinel. in dicta. l. fi. C. de prædi. curia. lib.
x. Adde Bald. in. l. fin. verſic. extra no. ff. de con-
dic. ob cauſam datorũ. & iſtud puto verius pro-
pter fraudes quæ contingere poſſunt in his per-
86 mutationibus. † Ego autẽ nouiſsimè do vnã
optimam conſyderationẽ, vt cognoſcatur quan
do in fraudem retractus fieret: Pone enim quòd
is qui permutauit, rem permutatam paulò poſt
videatur adhuc poſsidere cum ea ſimul quam ha
buit ex permutatione, quia tunc præſumitur in
fraudem, per tex. in. l. ſi ventri. §. fi. ff. de priuile.
cred. per quem in ſimili ita dicit Cin. in. l. ij. in fi.
C. de repu. hæredi. facit ſimilis tex. in. l. ſicut. §. ſu
peruacuum. vbi per Fulgo. ff. quib. mo. pig. vel
hypoth. ſol. Sed vbi res permutatæ remanerent
apud ipſos permutantes: & tunc iſto caſu puta-
rem ceſſare in ea retractũ, per. d. l. fin. C. de præ-
di. curia. lib. x. Secundo verò caſu putarem locũ
eſſe retractui, per prædicta, tãquam hæc permu-
tatio ſit facta in fraudem retractus.
87 Quid autẽ in præſcriptione? † idem videtur
ſecundum Bart. in. d. l. filiuſfamilias. §. diui. col.
penul. ff. de lega. j. per. §. alienationis. in authen.
de non alie. aut permutan. col. x. &. d. l. fin. C. de
rebus alie. non alie. &. l. j. C. de fundo dot. quod
88 non eſt verũ: † licet æquè transferatur dominiũ
ſicut per emptionem: vt declaraui in repe. §. dif-
ferentia. in. l. ſi quis vi. ff. de acquirẽ. poſ. per au-
then. niſi tricennale. C. de bo. mat. &. l. fina. in fi.
C. de edic. diui Adria. tollẽ. §. fin. C. de fundis pa
89 tri. lib. xj. † vnde eſt quòd ſicut ius manus mor-
tuæ vendi poteſt cum perſonis quibus adhæret,
ſic & præſcribi: text. in. l. ij. C. de agri. & cẽſi. lib.
xj. & in. l. in his. C. de prædi. nauicula. eodem li-
bro. Et ideo eſt quòd ſi quia nobilis habeat ius
manus mortuæ, & non fuerit longiſsimo tempo
re vſus, per non vſum longiſsimi temporis amit
titur. illud ita firmat Cin. recitando ita fuiſſe de-
ciſum per Petrum diſputando in. l. voluntariæ.
C. de excuſa. tuto. pro qua deciſione eſt tex. in. l.
cùm ſcimus. §. illud. C. de agri. & cenſi. lib. xj. fa-
cit tex. cum gloſ. in. l. longæ poſſeſsionis. ff. de di
uer. & tempo. præſcrip. & in. l. j. C. de ſeruis fugi
90 ti. Pro quo facit optimum fundamẽtum, † quo-
niam is qui contra legem mercatur, cenſetur ma
læ fidei poſſeſſor: ideo tenetur de fructibus per-
ceptis, & qui percipi potuerunt. l. certũ. C. de rei
vẽd. l. fructus. ff. eo. & in. l. j. C. de fi. inſtr. & iure
haſ. fiſ. lib. x. & nõ vſucapis lõgo tẽpore, ſed lon
giſsimo

gissimo: quia eo tēpore de iure ciuili, nō æstima tur mala fides. text. in.l.omnes. &.l.sicut. C. de præscrip.xxx.vel.xl.ann. sic idē in casu proposito.d.l.cū scimus.§.fi. C.de agri. & censi.&.l.fi na. C.de fund.patrimo.lib.xj. Et dicitur ius manus mortuæ quædam iugatio seu capitatio rusti cis imposita, & ab his solis.l. immunitates. &.l. secus. C.de agri.& censi.lib.xj. circa quod adde quod not.Ioā.Fab.in.§.j.post glos.insti. de iure personarum.per Cin.Bal.& Moder. in.l.falso. C.de diuer.rescrip. & istud ius est species seruitutis: secundùm Ioan.Fab.in.§.æquè.institu. de actio.per casum.l.Mela.ff.de alimē.& ciba.leg. quod declarat cùm quærit, quid si cōcessisti expletum in nemore tuo vel rustici cuiusdam māsi debent mihi brauium vel operatorium qualibet hebdomada, an sit seruitus personalis vel realis: dic vt per Ioan.Fab.vbi notaui in.d.§.æquè.institu.de actio.

Et per ista cū laude dei sit impositus finis huic notabili & quotidianæ materiæ retractus: in q̄ si quid bene dictū fuerit, diuinæ bonitati tribuatur. Si quid verò perperam, posterorum iudicio & benignæ correctioni summitto: quibus satisfecisse arbitrabor, si materiā eis melius cogitandi impendero. Excusabunt etiam me immensus Vltramontanorum nostrorū amor, quorum tutelam negligere patrio iure non poteram: necnō & assiduæ reipublicæ & familiares occupationes, quibus iugiter obruimur, ne singula, vt par fuisset, rimari potuerimus: mentis tamen nostræ zelus, & discendi feruida & flagrās cupiditas errorum nostrorū veniam merebitur. Vale lector.

FINIS.

SOLENNIS ET ELEgantissima Repetitio Magnifici & illustris Senatoris regij, domini IOANNIS IGNEI doctoris Aureliani acutissimi, authen. Ex causa. C. de libe. præte.

*VNÀ CVM PLVRIBVS CONCLV*sionibus Petri de Bellapertica ex varijs iuris ciuilis partibus collectis, & per authorem in alma Ticinensi Academia honorificentissimè disputatis, Anno M. D. IX. *die prima Augusti.*

Illustrisimo V. D. Ioanni Deganaio

GALLICO CANCELLARIO DOMINO

suo obseruandissimo Franciscus Rubeus Britannus Trecoren. obsequentissimus, S. P. D.



Vum nihil unquam tam pulchrum praeclarum ue fuerit Illustrisime quaestor Galliae triumphantis columna immobilis, ac studiorum omnium sacrarium, quod obliuionem interitumq; uitare posset, nisi literarum beneficio insenescibilem nitorem, ac uiridem iuuentam adipiscatur, quae rerum fauste gestarum obliuionem, senium, situmq; expellunt ac relegant, mortales uirtutis & ingenij alumnos immortales relictorum posteris operum testimonio reddunt, & futuris imitandos proponunt: quo effectum est ut elegantem hanc & subtilem repetitionem auth. Ex causa. C. de libe. praete. tibi dicatam chalcographis imprimendā tradiderim. Cūq; superiore anno gemina lauro foelix Gallia, Martis, scilicet & Palladis ornaretur, quum omnium, ni fallor, etiam deorum admiratione innumerabilibus potentissimorum Venetorum (ubi profecto Italiae uires sese congesserant) prostratis phalangibus, deuicto agmine, raptis tormentis, profligato exercitu, fusis copijs, captiuo duce pugnator acerrimus Ludouicus XII. Rex noster Christianissimus nullum ueritus puluerem, aestum, solem, inediam, frigus, ferrum, caedes, uulnera, aliud ue belli discrimen uictor euadens, quantum militaris disciplinae norma, quantum armorum exercitatione, quantum castrametandi peritia Gallorum micantia tela inter exteras gentes emineant, sanguinario & cruento hostium periculo comprobauerit. Eodem ferme temporis momento (nisi ridicula uideatur comparatio) ne gentis nostrae gloriae titulus aliquis deesset, quantum literarum acumine, doctrinae praestantia, eruditionis antiquitate, Gallici climatis ingenia sint lucenti igneae mentis face, ac ualido acris ingenij mucrone, Ioannes Igneus Aurelianus doctor insignis, regiusq; Insubrium senator in hoc Ticinensi disciplinarum omnium maxime legum emporio palam monstrauit: ubi consummatissimi legum professores, orbisque totius primarij iuris principes coluntur: quorum omnium fortem robustamq; aciem sustinens, celebrem uictoriam (quod rarissime cuiquam in Italia contigit) cum sempiterna laude reportauit. Non situ igitur tabesieri, non tineis exedi, nō carie corrodi, non scrinijs opprimi, non latebris occultari pretiosam gemmam hanc permittendum existimaui. Vnde mihi & alij prodesse cupiens, peruigili cura & fideli studio, tuo inclyto nomini dicaui, sacratamq; imprimi procuraui. Videbis Illustrissime quaestor prouinciam haud modicam fuisse: utpote uiri inter literas & reipublicae regimen uiuentis: inter quas occupationes quibus hincinde mens eius distrahitur, apparuit quaedam insignis eius diligentia & studium laudabile: quod tam illustre opus uigesimumoctauum uix agens annum ediderit: quod & si non quantum meretur, certe quantum possum laudo. Petrum enim de Bellapertica aliosque parentes nostros diu neglectos acerrimo marte, solo etiam alieno, quo maior animi uirtus nascitur, egregie tutatus est. Quamobrem eidem plurimum debent patrij lares, uniuersa Gallia, propria ciuitas, omnisq; Iureconsultorum ordo, qui Petri Belliperticei gloria intumescit, cuius illa foelici tempestate tanta erat uiri fama, stupor, & nomen, quod limatissima & pene diuina Italiae ingenia, remotissima eius ex parte se auditura & admiratura (uelut magnes ferrum) acciuit. Maiorq; tunc & longe maior Italicorum concursus solius Petri gratia Aureliam erat, quam Gallorum unquam in Italiam cuiusuis etiam Liuij contemplatione fuerit: inter quos Cinum de Pistorio Barto. praeceptorem, Signorolum de Homodeis ac plerosq; alios fuisse autumant. Mira in hoc authore animi nobilitas & praestantia colligitur: quod nulla exterorum tela ueritus, nullaq; Modernorum arma formidans Petri opiniones paulatim lapsas renouauerit, interitusq; periculo sudoribus suis ademerit, iure quodam patrio stimulatus: imo melius dixerim haereditario, & professorio suggestus, instinctus, cum ne quid unicae uetustatis ignoraretur, tum ne clarissimi Petri ornamento & splendore transalpina schola spoliaretur, Aurelianorum ue dignitas aliqua caligine aut nubecula profanaretur: aegre ferens uirum tantae doctrinae (qui accuratissime legum apices, iuris sublimas subtilitates mirifice explicuit) temporum incuria, nepotum,

tum, ut ita dixerim, ſilentio perpetuo ſitu labefactari ac perire: quo nobis non minus, quam Bartolo Italis, gloriandum eſt. Id aſſeuerare auſim Iaſonis re & nominé Mayni communis omnium patris & præceptoris mei obſeruandiſſimi teſtimonio, quem Petrum unquam allegare ſine magno honoris & admirationis præconio audiſſe me memoria non repeto: Scio tamen quamplurimos quibus noſtratum gloriam aut laudes ſaltem debitas prædicare ita delectat, ut torqueat: cum ſibi ereptum arbitrentur quicquid uirtutis noſtratibus tribuatur, rebus (ut uulgus loquitur) aliorum opimis marceſcentes. Qui igitur inuidentiæ ſtimulis agitati Galliæ conſummatiſſimæ detrahunt, eam laceſſere deſinant, cuius inſignia leuantur, prælucent arma, præcedunt togæ. Quare tibi, illuſtriſſime quæſtor, qui firmo pectoris robore, recta iuſtitiæ trutina, altiſſimo conſilio, matura deliberatione, inuiolabili iudicio, exemplari uita, morum integritate, publicarum ac priuatarum rerum prudētia Gallicum imperium moderaris, authoris etiam nutu & mente has uigiliarum ſuarum primitias dicaui, & ſacraui: utpote cujus tutela & fœlicibus auſpicijs uitalem ſpiritum hauriant: & ueluti Palladis ægide protectæ detrahentiū morſus, & inuidorum promptas inſidias, aſſidua latrantium murmura, criticos ungues ſolius tui nominis terror compeſcat, comprimat ue. Quæ omnia ne pili quidem æſtimabunt, ſi approbationis tuæ fauor, robur, lima, authoritasq; comprobauerit: quæ totum opus illuſtret, & ex atro & nubilo, ſi tale eſſet, lucidum ac ſerenum redderet. Opus igitur hoc digniſſimum alacri animo quæſo ſuſcipias: non neotericorum more infinitis doctorum deciſionibus & conſilijs fartum: ſed ſtabili textuum & Accurſianarum gloſſarum baſi emolitum & compactum, tanquam diaphano enchyridio luſtrabere. Opus quidem eſt (ſi dicere auſim) fucatam multorum oſtentationem obumbrans, Aureliam decorans, Galliā illuſtrans, diſciplinamq; noſtrā locupletans, & noſtratum animos ad ſimile edendum incitans, & diſputandi ſcholaſticis facilem admodum materiam miniſtrans. Tanta eſt enim, illuſtriſſime quæſtor, huius amplæ, profundæ, & difficilis materiæ teſtamentariæ dignitas, & in forenſibus (ut audio) controuerſijs frequentia & aſſiduitas, quod alterius quam authoris ſublime ingenium, & incredibilis memoria uix eam explicuiſſet. Vnde eruditionis beneficio, florem & argutæ diſputationis merces retinebit & metet. His omnibus actum eſt, illuſtriſſime domine, quod tibi R. epe. hanc dicarem, non immemor beneficij ab Anna Chriſtianiſſima Francorum regina ſuſcepti, & a te executi: quorum ueſtro munere publicum in pontificia cenſura legendi munus ordinarium, in hoc Ticinenſi primo Academicarum urbium gymnaſio, priſciſq; Athenis minime ſecundo, anno ſuperiore (tametſi immerito) ſum aſſecutus: non immemor etiam quanto obligationis comitatiſq; uinculo tibi deuinciatur germanus meus Egidius rubeus ſenatus regij maximi (cui præes) conſiliarius. Suſcipe iterum igneum opus, & approbando tuum fac: & uti author uetuſtis dedit nouitatem, tu ſuæ nouitati da authoritatem & nomen. Nec rem alienam, ut quiſpiam aduerteret, D. T. offero: qui ſciam alieni largitatem iure uetitam eſſe: ſed tanquam pignus futuræ meæ perpetuæ ſeruitutis conſtituo, conſignoque. Quippe qui meum nunc donare nequeo: pignore tamen alieno meam ſingularem deuotionem & obſeruantiam hac rauca oratiuncula ſignifico, inſinuo, ac teſtor: maior aut ſaltem aliqualis animi nobilitas aliquid donando quanuis alienum, quam nihil largiendo oſtenditur: cum grandia largiri, aut magna præſtare quæ populares admirentur, fortunatorum ſit. Hoc unum tantum a D. T. humiliter efflagito, quod auſpicio tuo ad ſacroſanctas Stephani Poncherij Pariſiorum præſulis ſanctiſſimi, ac Karoli du Haultbois Tornacenſis pontificis meritiſſimi manus perueniat: qui ingeniorum ſuorum ſublimitate, naturæ bonitate, diuinæ & humanæ ſapientiæ claritate, animi cultu, reliquiſq; cum mentis tum corporis dotibus quæ in quouis mortalium deſiderari liceat, eminentiſſimi ſunt. Quare meo iure feciſſe iudicabor, eos inter cæteros ſeculi noſtri uiros præcipua deuotione & colere & admirari: & cum omnium quos ætas hæc tulit literatiſſimi ſint, nihil hoc literario munere gratius, nihilq; iucundius eis futurum fore coniector: qui non ſecus ac uirtutum uiuæ imagines, fidei & probitatis ſimulacra, literatorumq; omnium aſylum, & liberalium diſciplinarum parentes celebrantur. Cum quibus (dij faxint) Illuſtriſſime quæſtor, quod tibi ſupereſt æui, ſumma cum fœlicitate uiuas. Vale, & Franciſcum deuinctiſſimum authoris Ignei memor, tuorum numero & clientelæ aſcribito. Ex literario Ticinenſis Academiæ otio noſtro, Kalend. Auguſti.

Iacobus Philippus Simoneta. I. V. doctor, ET REGIVS SENATOR, MAGNIFICO

& excellentissimo Iurisconsulto, ac in illustrissimo Regio Senatu Mediolanensi collegæ suo integerrimo domino Ioanni Igneo Aurelio, S. P. D.



QVum primùm, mi colendissime Ioannes, in amplissimum senatum Mediolanensem ascitus sapientissimo Christianissimi Regis nostri iudicio mihi notus esse cœpisti, me tibi conciliauit affectu propensissimo tum dignitatis & communium studiorum coniunctio, tum amœnitas ingenij tui, morumque suauitas: vt omittam nobilissimum generis tui stemma: Cumulauit deinde meam in te beneuolentiam, & tuæ virtutis opinionem accessione non mediocri luculentissima Authenticæ Ex causa. C. de liber. præter. Repetitio: quam in florentissima academia Ticinensi superiori anno habuisti: propositas etiam vltra materiam ipsius authenticæ quamplurimas & difficillimas conclusiones eloquentia non minori quàm eruditione mirificè tutatus. Audiere tunc te disserentem non modo celeberrimus totius gymnasij consessus, sed complures etiam grauissimi senatores & ciues Mediolanenses, quos ex hac vrbe doctrinæ tuæ fama expectatioque exciuerat. Summa fuit & incredibilis omnium admiratio. Non enim tibi defuit rerum copia: non orationis cultus: non vis memoriæ tenacissima: non validissimorum argumentorum perfecta reassumptio, & subtiles accommodatæque solutiones. Implesti numeris omnibus eminentissimi Iurisconsulti munus: & oratorem facundissimum præstitisti. Sed cùm omnes te certatim laudibus extollerent, nullum tibi profectò gloriosius præconium contingere potuit, quàm quòd passim prædicabatur, eam esse virtutem tuam, vt tu dignitati senatoriæ non minus afferres ornamenti, quàm ab ea sumeres. Ego verò, qui te prius audieram, legi nuper scriptis mandatam Repetitionem istam: cui veluti quandam appendicem nonnullas elegantes quæstiones addidisti. Fateor nihil hactenus legisse, quod me magis capiat, detineat, & oblectet. Difficilis est in primis materia quam tractas, & rerum varietate multiplex. Vicit omnes ingenij tui præstantia difficultates. In salebrosis nusquam offendis: lumen affers obscuris: dubia confirmas. Quæ nodosæ perplexitatis plena sunt, ea dissoluis & explicas, si qua latent, solers indagator eruis, & demersam in profundo veritatem in apertam lucem effers. Hæc omnia me compulerunt, vt te per inuiolabile fœdus amicitiæ nostræ rogarem & obtestarer, ne tam vtile, tam frugiferum opus à studiosis diutius desiderari sineres, sed in publicum emitteres: & quod omnibus profuturum erat, omnium esse velles. Non es voto meo refragatus: & quod honestissimè petebam, humanissimè concessisti. Non solùm igitur meo, sed & studiosorum nomine tibi quotquot possum & ago & habeo gratias: qui nonnihil vt arbitror mihi debebunt, quòd ad eos me potissimum authore lucubrationes tuæ perueniant. Vale, Mediolani ex ædibus, sexto Nonas Iulias, Anno salutis Christianæ Millesimo quingentesimo decimo.

EIVSDEM IACOBI PHILIPPI SIMONETÆ
Ad lectorem Carmen.

Qui legis eximij doctissima scripta Ioannis,
Ingenio multum sunt placitura tuo.
Disputat articulos summi de culmine iuris:
Rem tractat pulchram, materiamque grauem:
Doctrina est ingens, & rerum copia: sermo
Cultus, & ornatis uerba relata modis.
Igneus haud ullis legum cultoribus impar,
Exequitur numeris omnia plena suis.
Multa Senatori iuris prudentia debet:
Debent, qui sacris legibus inuigilant.
Ignee, fama tuæ laudis per secula uiuet:
Posteritasque tuum nomen in astra feret.

Ioannis Ignei Aurelij doctoris & Regij MEDIOLANI SENATORIS AD Reuerendum & Magnificum I. V. Doctorem & consenatorem dignisimum Responsio.



Acutè disputantis, Senator Magnifice & Iurisconsultorum omnium nostræ ætatis consummatissime, officium esse non tantum quid quisque dicat, sed quid cui dicendum sit uidere: Id maxime proprium est eorum qui aut Commentarios, aut Codices pro rostris patere sinunt: Cùm haud ignorent non defuturos qui scripta reprehendant & reforment. Atque ob id plerosque & legimus & cognouimus nullis amicorum illecebris, nullisue conuicijs deuinci posse, ut lucubrationes suas cuiquam ederent: quorum exemplo licet ingenio, literis, & doctrina impares, libellum nostrum in lucem proferre non existimabamus: nec ea spe scripsimus, ut calculis & chalcographo exponeretur: sed nostra causa duntaxat: ut quæ intercepto iandudum studio, & uiritim libris per frusta mendicatis pro occurrenti necessitate inuestigaueramus: ut cùm necesse foret, id in promptu haberemus. Hoc etiam superesse inficiari potest nemo: cùm nec te latebant errores nostri, quos superiore anno in gymnasio Ticinensi explicauimus: qui & rogatus illic accessisti accito collega nostro Hugone Furnerio iuris peritissimo, conuenientibus etiam tecum tot & tantis ipsius studij censuræ utriusque uerticibus, & studiosissimis in omni dicendi genere scholasticis. Cæterùm nec pateris Codicillum nostrum suo exilio delitere: sed curas ingenij nostri adhuc inculti ruditatem & pauperiem detegere. Verum nec possumus uicti tua exhortatione, & innata affectione, qua nos prosequeris, quin tui uoti compotem te faciamus. Has igitur lucubrationes nostras, quasi quoddam monumentum amicitiæ nostræ & otij nostri, accipe: tua solertissima doctrina, quam omnes & admirantur, & laudant, reforma: pro tua prudentia, qua & ecclesiæ dignitati, & senatoriæ qua fungeris dies noctesq́; consulis, scriptis nostris suffragare: cùm nec aliquod sit officium ad publicam & priuatam disciplinam pertinens, quod in te maxime non eluceat, auspicijs tuis libellus eat, legatur, & uigeat.

Ex ædibus nostris Mediolani septimo Idus Iulij.

M. D. X.

Ex nouella constitutione CXV. §. Aliud. & §. sequ. & §. Sed hic. & §. Si igitur.

Causa exhæredationis vel præteritionis irritum est testamentum quantum ad institutiones: cætera nanque firma permanent.

Summarium sequentis Repetitionis prædictæ constitutionis Authenticæ Ex causa.

1 Diuisio rem ipsam reddit dilucidiorem.
2 Disiunctiuam reddit veram alterius partis veritas.
3 Filius præsumitur gratus fuisse erga patrem: & alleganti ingratitudinem filij incumbit onus probandi.
4 Pater si testamento suo ingratitudinis filij causas inseruerit, sit'ne præsumptio contra filium, disputatio in vtranque partem.
5 Filij si à patre exhæredati sint adscriptis etiam causis ingratitudinis probare tenetur hæres ingratitudinem.
6 Disiunctiua (vel) posita in Authen. non licet. C. de libe. præter. vel exhære. debet resolui in copulatiuam. & numero. 185.
7 Testamentum non est ipso iure nullum propter exhæredationem filij: sed per querelam est annullandum. & numero. 183.
8 Forma non seruata, actus redditur nullus.
9 Exhæredatio sine causa pro præteritione habetur.
10 Querela inofficiosi testamenti non præparata non transmittitur ad hæredem extraneum: ad suum tamen transmittitur. & nume. 41.
11 Actioni dicendi testamentum nullum non præscribitur nisi triginta annis.
12 Actio dicendi testamentum inofficiosum expirat quinquennio.
13 Exhæredatione filij non reddebatur testamentum nullum iure Digestorum, Codicis & Institutionum.
14 Præteritus filius in testamento militis pro exhæredato habetur. & nume. 76.
15 Filius cui aliquid testamento patris relinquebatur duntaxat iure legati inofficiosum testamentum quasi præteritus aut exhæredatus dicere non poterat iure Codicis, sed agebat ad supplementum legitimæ. & nu. 21.
16 Præteritus filius à matre pro exhæredato habebatur iure Codicis. Idem statuebatur in filio emancipato à patre præterito.
17 Filijs emancipatis à patre præteritis vel exhæredatis dedit prætor bonorum possessionem contra tabulas.
18 Filio in potestate patris existenti præterito testamẽtum erat nullum iure digestorum. & nume. 39. & . 70.
19 Filius qui quauis alia ratione ad successionẽ patris admittitur, inofficiosi querelam proponere non potest.
20 Forma exhæredandi aut prætereundi filios qualis iure antiquo fuerit.
21 Præteritus quis dicebatur iure Codicis.
22 Filias non erat necesse nominatim exhæredare, sed inter cæteros duntaxat.
24 Filij & filiæ nulla habita ratione emancipationis aut patriæ potestatis debent hodie nominatim exhæredari aut etiam præteriri cum causa legitima.
25 Hæc verba, euacuato testamento. quam interpretationem recipiant.
26 Intestatum esse, & haberi pro intestato differunt.
27 Tanquam, fictionem non veritatem significat.
28 Rescindi non oportet quod nullum est.
29 Verbum, dari. dominij translationem significat.
30 Dominium rerum paternarum continuatur in filium ex legis dispositione, vbi pater intestatus decesserit.
31 Possessio rerum paternarum non continuatur in filium per dispositionem legis absque facto hominis, consuetudine tamen generali Franciæ aliter obseruatur.
32 Dispositum in vno ex coniunctis procedit in altero.
33 Gratus quisque præsumitur, nisi contrarium probetur.
34 Hæreditas adiri non potest ex testamento, de cuius viribus dubitatur.
35 Filius à patre præteritus impedire non potest quominus hæres scriptus adeat hæreditatem.
36 Præiudicialis causa ante omnia est discutienda.
37 Iudex puniendus est contra dispositionem legis iudicans.
38 Hæres nemo dicitur nisi post aditam hæreditatem.
40 Præteritio & exhæredatio eundem habent effectum iure nouissimo.
41 Querela inofficiosi testamenti in quorum fauorem introducta sit.
43 Querela inofficiosi testamenti per lapsum quinquennij sopita, non est prohibitum alijs rationibus testamentum impugnare.
44 Maritus qui omisit vxorem suam accusare adulterij iure speciali intra sexaginta dies, potest admitti ad eam accusationem post illud tempus iure cuiusuis extranei.
45 Querela inofficiosi testamenti nonnunquam efficit vt dicatur aliquis decessisse pro parte testatus & pro parte intestatus.
46 Querela proponitur etiam aduersus testamentũ in quo filius dolo præteritus vel exhæredatus est.
47 Bona fides in testamentis desideratur non minus quàm in contractibus bonæ fidei.
48 Vincula duo fortius constringunt quàm vnum.
49 Ratione legis cessante cessat & ipsius legis dispositio. & nume. 50.
51 Lex noua veterem corrigens casum omissum non comprehendit. & nu. 216.
52 Actus, qui præter formam à lege præstitutam fit, vim ac robur non obtinet.
53 Vltimæ legis decisioni est standum.
54 Ius accrescendi inter hæredes locum habet, non etiam inter hæredes & legatarios.
55 Filius hæres à patre institutus in portione minore quàm sit legitima querelam inofficiosi proponere non potest: ad supplementum legitimæ duntaxat agit.
56 Fraus legi non videtur fieri cum quid fit lege alia permittente.
57 Consuetudinis ad ius commune reductio facile admittitur.
58 Voluntas testatoris omni modo sortiri effectum debet secundum formam suam specificam.
59 Emancipatorum ac suorum hæredum differentia sit'ne sublata, tam circa successiones parentum testatorum, quàm intestatorum.
60 Vel, disiunctiua particula, & si verba disiungat, sensus tamen nonnunquam coniungit.
61 Emancipati obtinentes bonorum possessionem contra tabulas patris non præstabant legata relicta à patre iure Digestorum nisi certis personis.

Emancipati

62 Emancipati bonorum possessionem contra tabulas patris petentes tenebantur iure digestorum probare se gratos patri fuisse.
63 Emancipari inuitus filius à patre non potest.
64 Minores facile seducuntur.
65 Emancipatus institutus filio in potestate existenti præterito potest beneficio præteriti bonorum possessionem contra tabulas petere. & nu. 113.
66 Quarta bonorum patris debetur filijs etiam emancipatis, ne fame pereant.
67 Filius in potestate existens à patre præteritus vel exhæredatus querelam inofficiosi proponere poterat etiam iure digestorum. Emancipatus autem necesse habebat bonorum possessionem contra tabulas petere.
68 Patris & matris, filij & filiæ, aui & auiæ, nepotis ac neptis, nulla sexus discretione facta in præteritionis seu exhæredationis consideratione eadem est ratio. & numero. 71. & numero 189.
69 Parentis appellatione quæ personæ continentur.
72 Exhæredati sine causa an pro præteritis habeantur.
73 Paria sunt aliquid non fieri, & indebite fieri.
74 Præteritus quis dicatur. ex sententia Bartoli.
75 Prætereundi filium cum causa forma duplex.
77 Emancipatio liberorum est, manumissio seruorum. etsi ea vocabula apud iurisconsultos nonnunquam confusa reperiantur.
78 Voluntas testantis potior est quauis verborum interpretatione in his quæ lex arbitrio testantis relinquit.
79 Hæres scriptus in possessionem bonorum mittendus est interim dum de viribus testamenti quæritur propter præteritionem vel exhæredationem filij. & numero. 81. & numero. 83. & numero. 89.
80 Adiri hæreditas non potest ex testamento quod nullum est.
82 Causæ quæ obstent hæredi scripto quominus mittatur in possessionem rerum hæreditariarum. & nume. 85.
84 Querela inofficiosi testamenti non proponitur nisi post aditam ab hærede scripto hæreditatem.
86 Testamentum, cuius primus gradus aliqua ratione nullus est, vires accipit à secundo gradu.
87 Alleganti quem non esse filium qui semper pro filio habitus est, incumbit onus probandi.
88 Rasura testamentum reddit nullum nisi eius rasuræ causam notarius statim adscripserit coram testatore ac testibus.
90 Testamenti factio non est cum ijs qui ex incesto vetito'que matrimonio nati sunt, neque cum ijs qui deportati sunt.
91 Missio scripti hæredis in possessionem rerum hæreditarium executioni mandatur, etiam si ab ea appellatum sit.
92 Exceptio præiudicialis differt causam principalem & eius executionem.
93 Dubia in testamentis emergentia in fauorem vltimæ voluntatis interpretari solent.
94 Libellus & litis contestatio sint'ne necessaria in missione hæredis scripti in possessionem rerum hæreditariarum.
95 Testamentum in quo filius est sine causa præteritus annullari debet per omnia.
96 Legata relicta in testamento quod ratione præteritionis seu exhæredationis annullatum est, petuntur condictione ex lege. non autem actione ex testamento. & numero 98. & numero. 100. & numero. 105. & numero. 191. & 194.
97 Exceptio regulam firmat in casibus non exceptis.
99 Vero, aduersatiua particula est.
101 Actio quanuis non detur ex pacto donationis, tamen propter ipsum pactum donationis competit condictio ex lege.
102 Tutor datus testamento de cuius viribus dubitatur, confirmandus est à prætore.
103 Actio ex pacto nudo non oritur, etsi propter ipsum pactum lex nonnunquam concedat actionem.
104 Iurans se soluturum vsuras, tenetur propter iusiurandum eas soluere, sed solutas repetit condictione indebiti.
106 Præteritio filij re ipsa non etiam consilio facta non impedit quominus testamentum sit validum quantum attinet ad legata.
107 Opiniones varias recensens in dubio præsumitur adhærere postremæ. & nu. 192.
108 Compensatione tollitur actio personalis, sed ita demum si fuerit opposita.
109 Dolus dans causam contractui bonæ fidei reddit contractum ipso iure nullum, sed ita, si excipiatur de dolo.
110 Iudicium cum falso procuratore actum est nullum, si quidem excipiatur de falso procuratore. & numero. 116.
111 Vltimas voluntates defunctorum lex tuetur quantum potest. & nu. 172.
112 Sententia ab eo lata qui iurisdictionem non habet, est nulla etiam si ab eo confirmetur qui iurisdictioni præest.
114 Dotem quam extraneus dederat, & soluto per diuortium matrimonio receperat, reddere non cogitur si contingat vxorem viro reconciliari.
115 Pactum priuatorum fisco non præiudicat.
116 Querelam inofficiosi proponens non suo sed alterius præteriti beneficio tenetur ad præstanda legata.
117 Actus declaratus à lege nullus, ac præterea per legem rescissus robur ac vim non habet, etiam si de nullitate illius non excipiatur.
118 Solennitate actus omissa quæ pro forma ipsius actus necessario requiritur, redditur ipse actus nullus, nec est necesse exceptionem nullitatis eo casu opponere.
119 Nullitate sententiæ comperta, causa est ab initio agitanda.
120 Priuatio præsupponit habitum.
121 Delictum confiteri videtur qui veniam petit.
122 Sententia quæ est ipso iure nulla confirmari non potest, nec si postquàm ab ea appellatum est comprobata fuerit per eum iudicem qui de appellatione cognoscit.
123 Hæredem prætor facere non potest.
124 Ius petendi bonorum possessionem contra tabulas, & ius dicendi testamentum nullum ex eodem fonte deriuata sunt.
125 Tacitè fieri non potest quod expressè fieri prohibitum est.
127 Testamento per querelam rescisso substitutio vulgaris euanescit.
128 Limitata lex effectum non producit vltra suos limites.
129 Pupillariter substituit pater filio, non vt illi incommodet, sed ne filius intestatus decedat, qui aliàs testari non posset.
130 Filio etiam exhæredato potest pupillariter substitui.
131 Rationis identitas efficit vt idem ius statuatur.
132 Testamentum à secundo gradu exordium capere potest primo gradu institutionis perempto.
133 Frater fratrem in suo testamento impune præterire potest.
134 Antecedēte destructo, necessario destruitur & cōsequēs.
135 Argumentum à contrario sensu receptum est in iure.

136 Testamento patris rescisso, pupillaris substitutio in eo comprehensa euanescit. & nu. 145.
137 Causa destructa, effectus non subsistit. & numero 179.
138 Substituere pupillariter filio pater non poterit, nisi prius sibi hæredem scripserit.
139 Tutor à patre etiam intestato filijs datus, per prætorem confirmandus est.
140 Legata relicta ab intestato in codicillis præstari debent.
141 Mater filijs suis pupillariter substituere nõ potest, quia eos in potestate non habet.
142 Tutores à matre filijs dati, sunt per prætorem confirmandi.
143 Hæres in codicillis inutiliter scribitur.
144 Pupillum prætereundi aut exhæredandi nulla potest subesse causa.
146 Frater testamentum fratris per querelã inofficiosi impugnare non potest, nisi turpi persona testamento fratris instituta.
147 Nisi, particula priuatiua est.
148 Legatum sub conditione relictum, quæ facto impleri non potest, an rescisso per querelam testamento præstã dum sit. & nu. 151. & nu 152.
149 Legatum sub conditione relictum peti potest etiam non impleta conditione, si per hæredem impediatur implementum conditionis.
150 Imputari non debet ei per quem non stat, si non faciat quod per eum faciendum fuerat.
152 Conditionis implementum fato eueniens nihil prodest ei qui eam conditionem implere iussus est.
154 Fructus percepti ex re legata sub conditione, interim dum expectatur euentus conditionis acquiruntur hæredi per quem non stat quominus conditio impleatur.
155 Testamento per querelam rescisso an fideicommissum vniuersale in eo testamento relictum præstandum sit quemadmodum legatum particulare.
156 Dominium eiusdem rei duobus insolidum eodem tempore competere non potest.
157 Fideicommissarius vniuersalis hæredis vicem sustinet.
158 Hæres institutus grauatus per fideicommissum restituere hæreditatem, non potest compelli ad restitutionẽ eius hæreditatis interim dum per filium præteritum disceptatur de viribus testamenti.
159 Fideicõmissum vniuersale nõ debetur priusquàm hæreditas ex testamento adeatur.
160 Hæres institutus grauatus restituere hæreditatem, cogẽdus est adire eam hæreditatem si recuset.
161 Grauari à testatore nõ potest is cui testamento nihil relinquitur. & nu. 180.
162 Inofficiosum testamentũ improbè dicens indignus est omni cõmodo quod ad eum ex eo testamẽto defertur.
163 Filius testamentum patris inofficiosum dicens, si obtinuerit non priuatur eo commodo quod ex eo testamẽto ei defertur.
164 Inductum ad diminutionem non solet operari augmẽtum.
165 Pater & filius eadem persona esse intelliguntur.
166 Fratri licet turpem personam hæredem instituere, præterito vel exhæredato fratre ingrato.
167 Fratrem ingratum preteriens aut etiam exhæredans turpi persona hærede instituta, debet testamento causas ingratitudinis fraternæ inserere. & nu. 171.
168 Frater rescisso fratris testamento, à quo erat sine causa præteritus, tenetur ad præstationem legatorum in eo testamento relictorum.
169 Correctoriæ leges non solent extendi ad casus nõ comprehensos. & nu. 173.
170 Frater tribus duntaxat, filius quatuordecim de causis exhæredari potest.
174 Differentia secundum magis & minus non est generica aut specifica.
175 Donatio reuocatur superuenientibus liberis.
176 Donatio vim contractus obtinet.
177 Falsa causa adiecta institutioni non debet eam institutionem subuertere.
178 Legata in eo testamento in quo filius à patre per ignorantiam est præteritus, rescisso per querelam testamento præstanda sunt.
181 Filiusfamilias testari non potest præterquàm de castrensi peculio.
182 Testamentum etiam imperfectum valet in fauorem liberorum.
184 Testamentum in quo filius est præteritus vel exhæredatus cum causa, ea causa probata validum est per omnia nec potest rescindi.
186 Pronunciare de his temere non debemus de quibus nulla lege definitum est.
187 Filio, qui in potestate patris est, præterito competit querela inofficiosi testamenti.
188 Filius emancipatus præteritus inofficiosi querelam potest proponere.
190 Parentes à filio sine causa præteriti vel exhæredati querelam inofficiosi possunt proponere.
193 Clausula, si non valet iure testamenti valeat iure codicillorum, quid operetur in testamento apposita. & numero. 197.
195 Voluntas morientis expressa si de ea apparet, omnino est seruanda etiam si intestatus decesserit.
196 Legata peti ex testamento non possunt interim dum de ipsius testamenti viribus dubitatur.
198 Posthumi præteriti agnatione rumpitur testamentum.
199 Fideicommissum vniuersale potest fieri tam in testamẽto quàm in codicillis, siue ex testamento siue ab intestato, non seruata etiam solennitate testamenti aut codicillorum.
200 Fideicommissum vniuersale relictum in codicillis testamento appositis, in quibus & fideicommissa particularia relicta sunt, non debebitur quemadmodum nec particularia non adita ex testamento hæreditate. & numero. 204.
201 Intellectus ad. §. ex testamento. in. l. generaliter. ff. de fideicommiss. libertat.
202 Testator non presumitur velle extraneum legitime soboli præferre.
203 Testamentum militis in quo filius per ignorantiam est præteritus nec iure quidem militari stare potest.
205 Intellectus ad. l. si vnquam. C. de reuo. donat.
206 Partis appellatione in dubio intelligitur dimidia.
207 Donatio excedens quingentos aureos insinuationem requirit, non etiam plures particulares donationes eam summam excedentes.
208 Subtilitas verborum considerari non debet in testamẽtis morientium.
209 Clausula codicillaris grauans filium præteritum restituere hæreditatem ab intestato, hæredi scripto nihil operatur.
210 Datum non censetur quod apud eum cui datum est permanere

manere non potest.

211 Filium à patre honorari potius debere quàm extraneum & æquitas suadet, & lex constituit.

212 Legata relicta in eo testamento in quo filius non per ignorantiam sed data opera est præteritus, an debeantur.

213 Lex specialiter prouidens in casu specifico potius regulat legem generalem, quàm lex generalis specialem.

214 Hæreditates parentum magis debentur filijs, quàm filiorum hæreditates parentibus.

215 Testamentum in quo filius quod ad institutionem attinet est præteritus stare non potest, etiam si filio plus legatum sit quàm liceret illi ratione legitimæ accipere.

217 Exhæredati sine causa an censeantur præteriti.

218 Hæres tenetur ad restitutionem eorum quæ à defuncto iniustè quæsita sunt.

219 Titulus, de legatis præstandis bonorum possessione contra tabulas petita, sit'ne per præsentem constitutionem correctus.

220 Dispositio huius constitutionis locum'ne habeat in posthumo.

221 Renuntians hæreditati agnati, non censetur renuntiare iuri quod sibi competit in bonis agnati ratione agnationis.

222 Filiorum appellatio posthumos complectitur.

223 Institutio in re certa nunquid firma permaneat testamento rupto ratione præteritionis aut exhæredationis. & numero. 233.

224 Instituto in re certa cohæredis non adeuntis portio etiam inuito accrescit. & nu. 231.

225 Institutio in re certa est vera institutio.

226 Institutus in re certa habetur loco legatarij, non tamen est legatarius.

227 Legatarij à creditoribus hæreditarijs conueniri non possunt, quẽadmodũ nec institutus in re certa vbi alius datus est cohæres vniuersalis.

228 Legatariorum portio hæredibus non accrescit, nec contra.

229 Intellectus ad paragraphũ, ita igitur. in. l. ex facto. ff. de hæredi. institu.

230 Institutus in re certa cui nullus est cohæres datus, censetur vniuersaliter institutus.

231 Instituti in certis rebus nullo alio hærede vniuersaliter instituto censentur ex æquis partibus instituti.

232 Legata relicta in secundis tabulis nempe pupillaribus an conseruentur rupto ex causa præteritionis vel exhæredationis testamento.

233 Legata relicta à præterito vel exhæredato non debentur.

236 Donatio causa mortis conseruatur testamento rupto ex causa præteritionis aut exhæredationis.

237 Donatio inter virum & vxorem morte donantis confirmatur.

238 Donatio causa mortis quibus modis reuocetur.

239 Donatione causa mortis statim transfertur dominium rei donatæ in donatarium.

240 Legatarijs substituere testator potest.

241 Tutela seu cura testamento data conseruatur rupto etiam testamento ex causa præteritionis seu exhæredationis.

242 Curator etsi testamento dari non soleat, datus tamen confirmandus est.

Omissa oratione quam ad illustrem Papiæ gubernatorem uniuersamq; doctorum & scholasticorum cateruam illo die habuimus, ita more nostro solito, diuino prius inuocato numine, exorsi sumus.



HÆC AVTHENTICA licet propter breuitatẽ suam nõ possit commodè diuidi, nec breuius summari, tamen ad eam diuidendam inducit me difficultas ipsius, & dictum Iureconsulti in. l. j. ff. de exceptione doli. cùm dicat
1 † quòd res diuisa dilucidius & melius intelligitur. Idem text. in. §. sed non vsque. Institu. de lega. idem text. cum glos. in. §. igitur. in procœmio Institu. in verbo, partiri iussimus. dictum glo. in alijs terminis in. §. j. in verbo, sufficere. in authẽ. vt iudices sine quoquo suffragio. collat. ij. cùm dicat nihil esse tam magnum, quin per partes diuisum fiat quasi nihil: tanto magis vbi aliquid paruum erit in partes diuisum, nihil apparebit. l. solent. ff. de alimen. & cibar. lega.

Diuiditur in septẽ partes. Prima est in his verbis, ex causa. in quibus tota ferè glos. difficultas est, vt videbis ex doctrina glos. j. & ij. & Barto. in. j. opposi. & omnium post eum, de quibus in discursu videbitur. Secunda est in verbo, exhæredationis. ex quo eliciam differentiam iuris Digestorũ, Institu. C. & Authenticorũ, circa formã exhæredandorũ filiorũ. Tertia est in ver. præteritionis. ex quo elicietur dubiũ, an hæc authẽ. verificetur in paterna præteritione sicut in materna: an verò in vtraq; fiat diuersa distinctio per eam. Quarta in verbo, irritũ. in quo pendent leges & prophetæ, secundùm Pet. & Cin. Et duæ principales difficultates nascũtur ex eo. Prima, an per hoc verbũ possit verificari opinio Mart. de qua in. j. glo. & ij. vt nõ sit hodie locus querelæ inofficiosi testamẽti. Secũda difficultas, an verum sit quòd hodie irritum sit testamentũ ipso iure propter exhæredationem seu præteritionẽ sine causa factã: an vero veniat tantùm irritandũ. Quinta in verbo, testamentũ. quod dico esse positum ad differentiam codicillorum, ex quo elicietur conclusio posita in glos. fin. an clausula codicillaris adiecta testamẽto, in quo filius est sine causa præteritus vel exhæredatus, aliquid operetur. Sexta in his verbis, quãtum ad institutionem. in quibus videtur esse verificata opin. Bar. contra Pet. quòd legata in eo testamẽto irritando facta debeant peti actione ex testamẽto, et nõ actione ex lege. Septima ibi, cætera namq; firma pmanẽt. in quibus est difficultas quid veniat appellatione cæterorum: & maxime an substitutio pupillaris, exemplaris, aut fideicommissaria vniuersalis comprehẽdantur sicut legata aut fideicõmissa.

Et secundum lecturam Pet.per Cinum appro
batam,Bartol.& omnes,sic summatur: Propter
exhæredationẽ vel præteritionẽ testamentũ nul-
lum est ipso iure quantum ad institutionem:tan
tum cæteris capitulis firmis manentibus.hoc di.

Antequam aperiamus materiam authẽticæ &
glos. præmittã aliqua necessaria circa intellectũ
lecturæ huius literæ,qualiter legi debeat:In quo
articulo dicit Petr.& post eum Cin. & ante eos
Azo , quòd simpliciter legi debet prout iacet:
ponendo hoc modo casum in nube: Si filius fue
rit præteritus vel exhæredatus, alio hærede insti
tuto,testamentum nullum erit quantum ad insti
tutionem tantum:cætera verò capitula testamẽ-
ti,vt sunt legata,& similia, firma manent. Hanc
lecturam Pet. sequutus est Bart.hic, & in.l.filio
præterito. ff.de iniust.rup.& irri.testa. quam o-
mnes sequuntur, cum interpretantur illa verba,
ex causa exhæredationis vel præteritionis,dicen
do debere illa intrãsitiuè legi: videlicet propter
exhæredationem vel præteritionem irritum est
testamentum.inducunt glos. ad hoc in.l.j.in ver
bo,iure condictionis.C.de condic.indeb.Hanc
nouissimi sequunẽ,tacentes authores suos.Plus
dicit Bart.hic non esse verum quod per hanc au
then.probetur quòd in exhæredatione vel præ-
teritione requiratur insertio causæ:sed bene pro
batur in authen.non licet. suprà eo.quòd quali-
ter verum sit,dicam infrà.Tamen quia hæc lectu
ra vera est in terminis huius authent.pro hac in-
terpretatione induco tex.vltra eos in.l.j.in prin
ci.ff.de incen.rui.nauf.ibi, ex incendio quemad
modum accipiemus? vtrum ex ipso incendio? &
sequitur ibi,& melius sic accipitur ꝑpter ipsum
incendium.Illum text.ad hoc inducit Bald.in.l.
ex hoc iure.v.col.ff.de iusti.& iure. cui addo cõ
formẽ in.l.vnica. C.si seruus extero emi se man-
da.ibi,tamen optima ratione non id agitur vt ex
ipso mandato , sed propter ipsum mandatum ex
alio contractu nascatur actio:sic idem in casu hu
ius authen.ex causa exhæredationis vel præteri-
tionis,id est propter exhæredationem vel præte
ritionem:& in hoc nõ est qui dissentiat à Petro.
& tunc dico in his terminis hanc authen. nõ esse
veram,& per præcedentem destrui : & vbi vera
esset ista authen.ex causa. præcedens authen.nõ
licet.falsa esset omnino. Et ratio est,quoniã non
est verum dicere quòd propter exhæredationẽ
vel præteritionem testamentum sit irritum: cùm
per authen.præcedentem,non licet. filius etiam
si sit exhæredatus vel præteritus sine causa , ad-
huc testamentum non erit nullum,sed validum:
quoniã non requirit quòd præcise inferatur cau
sa exhæredationis vel præteritionis,quicquid di
xerit hic Bart. sed per alternatiuam concludit al
terum istorum sufficere,aut quòd filius exhære-
datus sine causa probetur ingratus per hæredem
institutum,aut quòd nominatim causa ingratitu
dinis testamento inserta fuerit . hoc probatur in
illo text.ibi,nisi is probetur ingratus,vel ingra-
titudinis causas testamento nominatim inserat.
2 Pondero † alternatiuam vel,ad cuius veritatem
sufficit alterum impleri:vulga.l.si ita stipulatus.
ff.de verb.oblig.idem in.l.si ex toto.§.j.ff.de le-
ga.j. Pro qua litera Irnerij authoris istarum dua
rum authentic. & præsertim authenti.non licet.

Facit primò,quoniam de iure Codicis & Au
3 thenticorum, præsumptio † est pro filio exhære
dato quòd fuerit gratus patri, quæ antea contra
filium erat:igitur hæredi scripto allegannͭ ingra
titudinem filij incumbit onus probandi. l.omni
modo. C.de inoffic.testa.l.quoties. §.qui dolo.
ff.de probat. Et ita illa particula prima posita in
authen.præcedẽte,ibi,nisi is probetur ingratus.
clarẽ remanet probata. Sed quando causa ingra
titudinis nominatim inserta est testamento per
4 patrem,tune præsumptio † est contra filium : vt
dicetur infrà. quo casu hæres scriptus non tene-
bitur probare causam ingratitudinis.arg.l.fina.
in princi.ff.de dolo. Filius igitur tenebitur pro-
bare se fuisse gratum patri militante illa præsum
ptione iuris:iuxta.l.liberi. C.de inoffic.testa. &
idem patet in authen.non licet.ibi,vel ingratitu
dinis causas testamento nominatim inserat. Pro
qua inductione facit non esse verisimile patrem
velle filium exhæredare cum causa,nisi subesset:
propter affectionem quam lex præsumit habere
patrem in filium : iuxta.l.isti quidem.in fine. ff.
quod metus cau.l.scripto hærede.in fin.ff.vnde
libe. Idem text.in.l.ea quæ pater.iuncta doctri-
na glos.in.l.nullam. C.ex quib.cau.infa.irroga.
Igitur cùm præsumptio iuris sit pro hærede insti
tuto contra filium nominatim cum causa exhæ-
redatum,non videtur dubium quin filius tenea-
tur probare se fuisse gratũ patri stante dicta præ
sumptione legis.d.l.fina.ff.quod metus causa.l.
ab ea parte.iuncta glos.in.l.ij. ff.de probat.quæ
præsumptio hodie cessat, cùm magis præsuma-
tur filius conturbato patre & non sana mente,id
est contra affectionem paternam moto exhære-
datus,vt dicit text.in.l.ij. &.l.Titia. ff.de inoffi.
testa.§.j. Instit.de inoffi.testa. quàm quòd subsit
5 causa exhæredandi filium . Ideo † est quòd non
sufficit hodie causam inseri per patrem,sed opor
tet ꝙ hæres institutus cã probet. §.si autem hæc
omnia.in auth.vt cũ de appel.cogn.col.viij.ibi,
siue vnam quãlibet parẽtes in testamẽto suo in-
seruerint,& scripti hæredes nominatim vel no-
minatas causas vel vnã ex his veram esse mõstra
uerint.Et ꝑpterea dicit gl.ꝙ per Constantinum
probãt filij se gratos,per.d.l.liberi. sed per Iusti
nianũ corrigiẽ:& ꝓhant hæredes scripti,per illũ
tex. Hinc dicũt Pet.& Azo hic,ꝙ istæ duæ auth.
sũt malè signatæ ab Irnerio. Primò,qm̃ nõ dicit
in corpore auth.ꝙ ex cã exhæredationis vel præ
teritionis irritũ sit testamentũ,sed ita, si non inse
ratur cã ingratitudinis,& scripti hæredes nomi-
natim cãm verã esse mõstrauerint: euacuato &c.
& sic

& sic non alternatiuè dicit, quòd aut probetur
ingratus filius, aut causam ingratitudinis nomi-
natim inserat: sed per coniunctam quòd probe-
tur ingratus, & nominatim causa ingratitudinis
inseratur. Tamen si nos vellemus saluare Irneri-
um ab hac impugnatione Pet. & Azo. in authē.
non licet. possumus dicere impropriandam esse
6 alternatiuam, vel. & eam resoluendam † esse in
coniunctam: vt in. l. pen. C. de verb. sign. & glo.
in. l. Lucius. ff. de hæredi. instit. glos. in. l. ij. C. de
obse. patro. præstan. aliâs si sumamus alternati-
uam, vel. in suo proprio significato, erit præce-
dens authen. falsa per supradicta: et nihilominus
redacta ad terminos dicti. §. sinautē hæc omnia.
ista authen. ex causa. erit omnino falsa: cùm pro-
pter exhæredationem seu præteritionem testa-
mentum non erit irritum. quid enim si cum cau-
sa fuerit exhæredatus vel præteritus filius à pa-
tre, & probata causa ab hærede scripto, nónne
testamentum erit validum? clarum est qoòd sic,
per. §. aliud quoq;. & d. §. sinautem hæc omnia.
in authen. vt cùm de appel. cogno. imò plus vo-
luit dicere Bart. quem ferè omnes sequuntur, suf
ficere quòd causa legitima fuerit expressa testa-
mento, ad hoc vt dicamus testamentum non esse
nullum: dato quòd per hæredem scriptum non-
dum sit probata: quia interim dum hæres cona-
bitur probare causam, valebit testamentū. quod
qualiter verū sit, dicam infrá. Et sic ex causa præ
teritionis seu exhæredationis, id est, propter ex-
hæredationem vel præteritionem testamentum
non erit irritum, sicut dixit Irnerius in hac auth.
aliâs sequeretur quòd omnia iura nouissima &
antiqua corrigerentur per eam: quod an verum
sit, quia occurrit opportunè, aliquid aperiā. De
7 † iure enī Digestorū propter exhæredationem
filij non erat nullum testamentum, licet veniret
annullandum. l. inter cætera. ff. de lib. & posthu.
l. iij. ff. de inoffic. testa. l. filio. cum glo. ff. de iniu.
rup. & irri. test. Idem de iure Institu. §. j. Insti. de
exhære. liber. §. eadem. Insti. de hæred. quæ ab in
test. defe. §. j. Insti. de inoffi. test. idem de iure Co
dic. l. fin. suprà eo. l. pen. C. de fideicō. d. l. omni
modo. idē de iure prætorio. l. non putauit. §. non
quæuis. ff. de bon. poss. contra tabulas. plenè in
l. posthumo. C. de bono. posses. contra tabulas.

De iure nouissimo adhuc minus: quoniam se-
cundùm omnium sententiam non erit nullū: sed
tunc annullandū; si causa exhæredationi inserta
non fuerit probata: vt dixi prius per. d. §. sinautē
hæc omnia. & §. si tales igitur. in authent. vt cùm
de appel. cogno. col. viij. Plus dico quòd hodie
dato quòd non sit inserta causa exhæredationis
vel præteritionis etiam de expressis in. §. causas.
in authen. vt cùm de appel. cogno. adhuc tamen
non erit nullum ipso iure testamentum, sed ve-
niet annullandum per querelam inofficiosi testa
menti, aut alia iuris remedia, secundùm opi. Pet.
licet Bart. & sui sequaces aliud sentiant. Et quia
iste articulus est difficilis, subtilis, & quotidia-
nus in iure, ideo plenius attingendus. l. legaui.
ff. de libera. lega. l. iusto. in princi. ff. de vsucap.
§. quas ex omnibus. in verbo, quotidianarum.
in procemio Institu.

Conclusio autem Barto. communiter à citra-
montanis approbata per hunc text. est, quòd te-
stamentum in quo filios exhæredatur aut præte-
ritur sine causa & non probata, nullum est ipso
iure: ita secundòm eos est text. hic, in verbo, irri-
tum. quod satis importat ipso iure: text. in. l. j. ff.
de iniust. rup. & irri. testa. & quod not. per glos.
in. l. iubemus. §. sanè. vers. œconomus. in verbo,
priuetur. C. de sacrosan. eccl. Idem probatur se-
cundùm Bartol. in. l. fin. suprà eo. ver. sancimus.
per quem text. filius potest, etiam si velit, agere
bono. posses. contra tabulas. Idem not. Bart. &
Modern. post eum in. l. j. ff. de testa. per eundem
in. §. exhæredatos. in authen. de hære. & fal. col.
j. per eundem in. d. l. filio. eundem & alios in. d.
l. posthumo. Pro quo inducuntur plura.

Primò vnum quod quotidie Modern. occur-
rit in buccam, quia cùm pro forma requiratur
insertio causæ in exhæredatione vel præteritio-
8 ne facienda. d. §. aliud quoq;. † forma non serua
ta actus erit nullus: vulga. l. cum hi. §. si prætor
aditus. ff. de transac. quibus accommodabo pro
pius text. in ca. vt debitus honor. extra de appel-
la. & in. l. eius. ff. de appel. recipiē. vbi appellans
ab interlocutoria omissa allegatiōe causæ ratio-
nabilis non auditur ideo, quia pro forma requi-
ritur expressio causæ, qua omissa appellatio nul
la erit. Quibus accedit quod not. in. c. quintaual
lis. extra de iureiuran. Idem in casu proposito.

Secundò facit vnum cui non potest accōmo-
dari responsum, secundùm Alexand. hic & Mo-
der. quòd fuit Bar. ante eos in. d. §. aliud quoq;.
in authen. vt cùm de appella. cogno. col. viij. Cla
9 rum est enim † quòd quando filius est exhæreda
tus sine causa, quòd filius dicitur tūc præteritus,
quia non rite exhæredatus. l. non putauit. §. non
quæuis. ff. de bon. posses. contra tabulas. in. d. §.
eadem. Instit. de hære. quæ ab intesta. defe. glos.
in. l. si posthumus. in. j. glos. ff. de libe. & posthu.
sed nemo est qui dubitet quòd præteritione sine
causa facta ipso iure nullum est testamentum:
igitur & exhæredatione sine causa facta nullum
erit. Qualiter autem præteriri possit sine causa
filius, declarat Barto. hic, & in. d. l. filio præteri-
to. & in. l. j. in princ. ff. si quis à paren. fue. manu.
& in. l. iij. suprà eo. cuius doctrina an vera sit, di-
cam infrà, cùm cōtradicāt Petrus, Cin. & nostri.

Tertiò, secundū Imo. & Are. in. d. l. j. ff. de te-
sta. stringit fortiter text. in. d. §. sinautem hæc o-
mnia. ibi, nullum filijs generari præiudicium. in
authen. vt cùm de appel. cogno. deducendo hoc
modo: quia si verum esset testamentum non esse
nullum propter præteritionē sine causa factam,
sed debere annullari per querelam inofficiosi

teſtamenti,indubitanter afferretur maximū præ
iudicium filijs,multiplici capite. Primò in tranſ-
10 miſsione querelæ, quæ,niſi præparata † fuerit,
ad hæredem non tranſmittitur.l.ſi inſtituta.cum
l.ſequen.&.l. Papinianus.§.j.ff.de inoffic.teſta-
men. Secundò,quia cauſæ nullitatis non præſcri
11 bitur † niſi.xxx.annis.vltra eos eſt tex.in.l.licet.
C.de iure deliber.l.ſicut. C.de præſcrip.triginta
annorū.licet multi dubitent.quibus addo quod
not.in.l.ſi expreſsim. ff.de appell. Din.in regu.
non firmatur.de regu.iur.in.vj. & tamen quere
12 la lapſo quinquēnio † extinguitur, ſi non fuerit
præparata.l.ſi quis filium.§.fi. C.de inoffi.teſta.
l.adoleſcētiæ.&.l.fi. C.in qui.cau.in integ.reſti.
non eſt neceſ.l.quemadmodū. ff.de inoffi.teſta.
vnde nō poſſet negari iſtis reſpectibus quin cau
ſa filiorū durior fieret,& ſic deterior:quare &c.

Quartò confirmatur per tex.in.d.§.ſinautem
hæc omnia.ij.ibi,nullamvim obtinere quantum
ad inſtitutionem. quæ verba important nullita-
tem actus ipſo iure,ſecundùm eos:per.l.cùm iu-
dex.C.de ſenten.& interloc.om.iudi.§.j. Inſtit.
quib.mo.teſta.infirm. l.non dubium. C.de leg.
l.& eleganter.ff.de dolo.& dicta.l.ſi expreſſim.
ideo & hoc caſu nullum erit ipſo iure:cùm dicat
text.nullā vim obtinere huiuſmodi teſtamentū.

Quintò confirmatur per eos:quia ſi hoc non
eſſet verum,ſequeretur quòd teſtamentū in par-
te conſeruaretúr & in parte non,ſicut erat de iu-
re antiquo,per.l.nam & ſi parentibus.§.fin.iun-
cta.l.circa.ff.de inoffi.teſta.quod de iure nouiſ-
ſimo non procedit,quia omnia legata conſeruā-
tur: hoc magis etiam procederet, cùm querela
non competat niſi adita hæreditate,vt dicam in-
frà. Nec obſtabit verbum,euacuato.& verbum,
reſciſſo. poſitum in corpore authenti. vnde hæc
authen.aſſumpta eſt: quia reſpondetur duplici-
ter. Primò,quòd illa verba quandoq; reperiun-
tur denotare nullitatem actus ipſo iure, ſcilicet
actum ipſum reſcindi,quatenus de facto proceſ
ſum eſt.pro quibus vltra eos addo glo.in.l.ſi do
lo. C.de reſcind.vendi.gloſ.in. l.Iulianus.§.per
contrarium. ff.de acti.emp.in.l.j.§.j.ff.de ferijs.
in.l.minor.§.ſi ſeruus.ff.de euict. Secundò,quia
hoc procederet, niſi lex noua ſpecialiter contra-
rium ſtatueret, declarando actum nullum: iſto
caſu vbi lex vteretur verbo quod de ſui proprie
tate ſignificaret actum eſſe reſcindendum pro-
latum in materia in qua actus debet eſſe nullus,
tunc deberet impropriari,vt actum non faceret
aliquem, ſed nullum ſecundùm propriam natu-
ram actus,iuxta.l.iuris gentium. §.ſi paciſcar.ff.
de pactis.cum ſimil. Quæ reſponſiones ſeu eua-
ſiones,ſalua reuerentia ipſorū,non ſatisfaciunt,
nec aliquatenus euitant,prout clarius ex infrà di
cendis patebit. Tamen antequam doctrinam
Petri aperiam,& eius fundamēta contraria præ-
cedenti opinioni, non putaui inconueniens ali-
qua præmittere pro declaratione ipſorum & hu
ius literæ & fundamentorum prius dictorum,
præſertim de differentijs iurium in forma exhæ-
redandorum ſeu prætereundorum filiorum.

De exhæredatione.

13 † Et primò de iure Digeſtorū, ſi pater filium
exhæredabat,non erat nullū teſtamentum:quo-
niam pater nominatim filium exhæredando vel
nominatim inſtituendo, rite teſtabatur.l. inter
cætera.&.l.Gallus.in princi.iuncta gloſ. ff.de li
ber.& poſthu. ideo ſi filius exhæredatus nomi-
natim volebat aliquid reportare ex hæreditate
patris, oportebat eum querelare teſtamentum
tanquam inofficioſum.l.iij. ff.de inoffic.teſtam.
plenè in.l.j.&.ij. &.d.l.inter cætera. ff.de liber.
& poſthu.d.l.filio præterito. d.l.j. ff.de teſta. in
verbo,iuxta.vbi per gloſ. & omnes idem de iu-
re prætorio.d.l.non putauit.in verbo,rite.&.d.
l.poſthumo.idem de iure inſti.in.d.§.j.Inſtit.de
exhæred.libe.&.d.§.eadem.Inſtit.de hære.quæ
ab inteſta.deferun.de iure Codic.idem.l.fin.ſu-
prà eo.& iſta procedatur reſpectu exhæredatio-
nis factæ à patre pagano. Secus autem in milite,
in quo non deſiderabatur talis ſolennitas: filius
14 † enim militis etiam præteritus ſemper diceba-
tur exhæredatus:cum in teſtamento militis præ-
teritio haberetur pro exhæredatione. l.Paulus.
in fine.ibi, quoniam filij à patre milite præteriti
pro exhæredatis habeantur.&.l.ſi patronus.ibi,
ſilentio exhæredauit.ff.de bonis liber. Plus dico
15 de iure Codic. quod illo iure filius † non pote-
rat dicere ſe præteritum vel exhæredatum ſi titu
lo legati ei relinquebatur,vel quoquo alio titu-
lo:ſed tantum agebat ad ſupplementum, vbi mi
nus quarta relinquebatur.l.omnimodo.&.l.ſci-
mus.§.fin.C.de inoffic.teſtamen.tamen in teſta-
mento militis debebat nominatim hæres inſti-
tui, aliâs dicebatur exhæredatus. l.ſi cùm vel in
vtero. in vltimo reſponſo. C.de teſtamen.milit.
Idē dicitur in teſtamento materno reſpectu præ
16 teritionis, eo quod præteritio † matris habeba-
tur pro exhæredatione.l.filiam. C.de inoffic.te-
ſtamen.§.mater. Inſtitu.de exhæred.libe.§.cæte
ri.Inſtit.de hæred.quali.& differ. Et ratio in ma
tre per illos tex.erat, quia mater filios non habe
bat in poteſtate. §.fœminæ. Inſtitu.de adoptio.
propterea non tenebatur filium hæredem inſti-
tuere: quæ ratio concludebat idem in patre re-
ſpectu filij emancipati:cùm filius per emancipa-
tionē fieret quaſi incognitus patri: in. l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.§.præ-
terea. Inſtit.quib.mod.ius pat.poteſta.ſoluitur.
& propterea non habebat pater neceſſe inſtitue
re vel exhæredare filium emancipatum, cùm ha-
beretur pro mortuo, dicto.§.& quid ſi tantum.
&.l.j. ff.ſi quis à paren.fuer.manu. & hoc de ri-
gore iuris ciuilis. Superuenit tamen ius præto-
rium, quod ſecutum naturalem æquitatem; eo
quod vinculum illud naturale filiationis nō diſ-
ſolueb

soluebatur propter emancipationem, quin is, qui filius erat, propter emancipationem diceretur esse filius: vnde facta est rescissio emancipationis quo magis, & non quominus. de vtroque est tex. in. l. iij. §. si emancipatus. primo. ff. de bo. poss. contratabu. de quo text. gloriantur plerique Moder. in. d. l. posthumo. C. de bon. possess. con
17 tratabu. Concessit † igitur remediũ filijs emancipatis bonorum possessionis cõtratabu. patris, vbi inueniebãt se præteritos vel exhæredatos. l. j. & per totum titu. ff. de bono. pos. contratab. l. j. & d. l. posthumo. C. eod. §. adhuc. ver. prima, quæ liberis præteritis datur. instit. de bono. pos. & plenè in. l. fi. suprà eo. & hoc est quod cautum inuenio respectu exhæredatiõis in illis iuribus.

Nunc de præteritione.

18 In præteritione verò statutũ est † quòd filius existens in potestate patris de iure Digestorum si inueniebat se præteritum, dicebat testamẽtum nullum. d. l. filio præterito. & d. l. inter cætera. & d. §. j. instit. de exhæreda. libe. & ratio per illa iura erat, quia pro forma requirebatur quòd nominatim hæres institueretur, aut nominatim exhæredaretur: aliàs dicebat nullum: quia pro forma hoc desyderabaẽ, qua non seruata erat actus nullus: vt dixi suprà. Quibus accedit quod not. tex. in. l. is qui in potestate. in prin. vbi per Bart. ff. de lega. præstan. quanuis obstet fortiter text. in. l. iij. ff. de inoff. test. cùm dicat propter præteritionem querelari debere testamentum: quod
19 videbatur plerisque absonum: cùm † querela inofficio. testamẽti non competat, vbi aliud remedium suffragari potest. §. tam autem naturales. instit. de inoffi. testa. sed vbi filius erat præteritus, nullum erat testamentum, & propterea competebat ius dicendi nullum. d. l. filio præterito. & l. j. ff. de bono. pos. contratab. igitur &c. Sed istud argumentum nihil concludit: quia & querela nõ impeditur propter aliud remedium à lege indultum contra testamentũ, vt dicam infrà. Sin verò esset filius emancipatus præteritus, procedunt ea quæ dicta sunt in filio exhæredato emancipato. Vnum tamen nõ omitto circa prædicta, per quod declarabitur illud fundamẽtum quod dicunt Moder. ineuitabile, cui tamen suo loco accommodabo respõsum conueniẽs, quòd pro forma de iure antiquo desyderabatur vt filius nominatim exhæredaretur, aliàs tanquã nõ rite exhæredatus bene dicebatur præteritus. ita loquitur text. in. d. §. eadem. & in. d. l. non putauit. quòd de iure authen. nõ procedit: quia non esset differentia in forma prætereundi vel exhæredandi filium, cõtra dictum. §. aliud quoque. & hoc modo habes formã exhæredationis & præ-
20 teritionis quæ seruabatur de iure antiquo. † Primò quòd filius nominatim exhæredeẽ. quid autem sit nominatim exhæredare: bene ponitur in l. j. & l. ij. vbi dixi post Barto. ff. de lib. & posthu. & in. l. fi. suprà eo. & d. §. j. insti. de exhæreda. libero. sed filius dicebatur præteritus, quando nõ inueniebat se nominatim institutũ, aut nominatim exhæredatum, licet alio modo facta fuisset mentio de filio in testamento, quasi nõ rite fuisset exhæredatus. & sic cognoscis quis sit præteritus de iure Digestorum, & Instit. De iure verò. C. aliter dicebantur præteriti: & nunc sumus in terminis. l. fin. suprà eo. Sed clarius intendo declarare modum quàm sit loquuta illa lex fi. quia de iure. C. non habebat pater necesse filium hæredẽ instituere, sed sufficiebat aliquid relinquere filio quoquo relicti titulo. l. omni modo. & l.
21 scimus. §. finali. C. de inofficio. testamnen. † & tunc non poterat dicere nullum, nec querelare, sed tantum agere ad supplementum quartæ, vbi minus quarta relictũ erat. Idem in. l. penult. & fina. C. quando & qui. quarta pars. lib. x. Vbi
22 † verò pater non instituerat filium, aut nominatim eum non exhæredauerat, vel nullo alio titulo in testamẽto aliquid reliquerat, illo iure dicebatur præteritus. text. est in. l. quidam filium. C. de fideicom. ibi, & postea testamẽto cõdito eum præterijt, nullo ei penitus relicto, alijs hæredibus derelictis. Not. diligenter illa verba, nullo ei penitus relicto. qualiter filio in casu illius. l. nihil relictum erat à patre quoquo titulo siue institutionis siue legati vel fideicommissi: quo casu lex dixit eum esse præteritum & non exhæredatum: vbi si aliquid ei reliquisset, licet non fuisset institutus, tamen non fuisset præteritus vel exhæredatus, vt dixi suprà per. d. l. omni modo. quicquid dicat Bart. in. l. iij. suprà eo. Dicas igitur eũ esse præteritum de iure. C. qui in nullo penitus à patre fuit honoratus quoquo relicti titulo, aut nominatim exhæredatus. ita est text. in. d. l. quidam filium. & l. omni modo. Is autem dicebatur exhæredatus, quando nominatim à patre priuatus erat successione. d. l. fin. §. fin. suprà eo. &
23 hoc respectu filiorum. Respectu † verò filiarũ aliud cauebatur, quia inter cæteros debebãt exhæredari. §. eadem. instit. de hæred. quæ ab intesta. dese. §. emancipatos. insti. de exhæredatione lib. & l. fi. suprà eo.

De iure Authenticorum.

De iure verò nouissimo Authẽ. aliud omni-
24 no diuersum sancitum est: quia † filij & filiæ, nõ facta differentia sexus nec emancipationis, vt dicam latius infrà, debent nominatim hæredes instituti, aut nominatim exhæredari cum causa, aut præteriri cũ causa legitima, quæ sit de cõprehensis in. d. §. causas. in authen. vt cùm de appel. cogno. col. viij. Et vlterius quòd causa nominata à patre, & inserta testamento probetur per hæredem scriptum: aliàs secundùm opinio. Barto. & suorum sequacium nullum erit testamẽtum ipso iure: secundùm verò sentẽtiam Petri, quam nos intendimus sequi, venit rescindendum per que-

relam inoffi. testa. per. d. §. aliud quoque. & alia infrà dicenda: & nunc sumus in terminis nostri articuli: in quo dico veriorem esse opinio. Petri: pro qua ego induco Primò text. in. d. §. sinautem hæc omnia. in verbo, nullum exhæredatis li beris præiudiciū generari, secundùm lectu. Ioā. positam ad illum tex. dixit enim Ioannes glossator antiquus illa verba non esse apta ad importādum irritationē ipso iure, sed verum est quòd nullum præiudiciū generabitur filijs, quia testamētum irritabitur: quo irritato seu euacuato secundùm illum text. res hæreditariæ tanquam ab intestato ad filios peruenient. & dicebat glos. in verbo (euacuato) tenendo lectu. Ioan. euacuato pro euacuando, per querelam scilicet sic tempus erit pro tempore. Ego autem dico post Ioānem nullam impropriationem faciendam esse, sed propriè legendum illum textum, ordinādo hoc modo literam, nullum exhæredatis liberis præiudicium generari, sed liberos ad parentum hæreditatem tanquam ab intestato ex æqua parte peruenire. sed quādo peruenient: respōdet text. euacuato testamento quantum ad institutionem
25 hæredum pertinet: euacuato † testamēto, id est, dum euacuatum erit testamentum quantum ad institutiones & reductū ad causam intestati, scilicet per querelam. quod probatur ex illis verbis sequen. tanquam ab intesta. sumendo etiam illa verba, euacuato testamento. pro duobus ablatiuis absolutis. pro qua interpretatione facit text. similis in. l. à testatore. in verbo, vt acceptis. ff. de condi. & demon. idem in. l. ab emptione. in verbo, restitutis his. vbi per Bartol. ff. de pact. Ego pondero nouissimè rubricam solu. matri. ff. iuncta. l. ij. eo. tit. dum dicit solu. matri. quemadmodum dos petatur. id est, dum solutum erit matrimo. quomodo dos petetur. sic idem in proposito, euacuato testamento. id est, dum erit euacuatum testamentum. Secundò pondero illūmet tex. in his verbis, tanquā ab intesta. ex æqua parte peruenire. notanter dixit, tanquam ab intestato. quia si tanquam ab intestato peruenient, igitur propriè non erit intestatus pater, per. l. j. in principio. ff. de suis & legit. hæredibus. in. l. patris & filij. vbi plenè per Modernos. ff. de vulg.
26 & pupilla. substitu. quia † ista latè differunt, aliquem esse intestatum, vel haberi pro intestato. per. d. l. j. in princip. ibi, planè qui testari non potuit, propriè non est intestatus, puta impubes, furiosus, vel cui bonis interdictū est: sed hos quoque pro intestatis accipere debemus. notāter dixit, sed hos quoque pro intestatis, cùm propriè non sint intestati, sed pro intestatis accipiuntur: quia alibi dicūtur intestabiles. Sic etiam lata est differentia, an sit quis intestatus, an verò dicatur tāquam intestatus. quibus accedit similis text. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupil. substit. ibi, hunc habent sensum vt ei non omnis qui patri hæres extitit, sed is qui ex testamento hæres extiterit. Tertiò ponderatur tex. in verbo, tanquam. quod est denotatiuum improprietatis. tex. cum glos. in. l. pecuniā. ff. de rebus creditis. ibi, tanquam sub contraria cōditione eam mihi spopondisti. & dicit glos. quia nō propriè: idem si sub contraria conditione, licet parificentur, nō tamen per omnia. idem in. c. solitæ. extra de maio. & obedien. ibi, estote subditi regi tanquam præcellenti. & subdit litera interpositum forsitan non sine causa, tanquam. cùm fictionem
27 † & non veritatem denotet. Idem no. Bart. in. l. omnes populi. in penulti. char. in fi. ff. de iusti. & iure. Quartò principaliter pondero tex. in. d. §. sinautem hæc omnia. in ver. si vero contigerit. ibi, & tanquam in hoc non rescissum nō obtinet testamentum. not. verbum, rescissum: quia per illud declaratur verbum, euacuato. prius positum & ponderatum per Ioan. arg. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. obli. l. fin. §. cui dulcia. ff. de vi. triti. & oleo lega. vt nō intelligatur ipso iure, sed tantūmodo per querelam: vt sentit ibi gloss. & bene, propter istud verbum, rescissum. quod denotat validitatem testamenti. argu. l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniusto,
28 rup. irri. testa. quia quod nullum † est rescindi non potest: hoc idem probāt illamet verba, tanquam testamentum in his non sit rescissum. quæ diriguntur ad legata & fideicommissa quæ vult impleri, quasi testamentum in illis non sit rescissum, licet propriè sit rescissum, per illum textū.

Quintò principaliter induco text. in. §. sinautem hæc omnia. ij. col. eod. tit. vt cùm de appel. cognosc. in duabus suis partibus. Prima in illis verbis, sed rescisso testamento. Secunda ibi, res eius defuncti dari disposuimus. deducendo hoc modo: sinautem hæc omnia non fuerint obseruata, disposuimus res eius defuncti dari his qui ab intestato vocantur. sed quomodo & quādo: respondet, rescisso testamēto. Pondero vt dixi verbum, rescisso. quod intelligitur, vt dixi, per querelam inoffi. testa. & idem not. ibi glos. in verbo, rescisso. si debet igitur rescindi, ergo aliquod est, per regulam supra positam: cui concordat dictū glos. in. l. licet. in fi. ff. de iudic. tex. in. §. j. institu. quibus modis testamen. infirmantur. Idem not. Bart. in simili in. l. obseruare. in fi. ff. de offi. proconsul. Secundò pondero illa verba, dari disposuimus. nō enim vult litera hæreditatem dari his qui ad successionem vocantur ab intestato, vbi posita in illo text. non sunt obseruata, nisi prius rescisso testamento. Tertiò satis declarat verbū, dari. vt dicam infrà, non potest dici quòd intelligatur verbum, rescissum. ipso iure, vel verbum, euacuato. vel verbum, rescisso. vel quòd sint illa verba apposita pro rescisione facti actus nulli: sicut dicebat prius Aret. & Imol. in. l. j. ff. de testa. & glos. in. l. si dolo. C. de rescind. vendi. & hoc duplici ratione. Prima, quia non potest constare per illā literā aliquid factū fuisse de facto.

Secunda

Secunda ratio est, quia esset omnino interuertere veram significationem vocabulorum, & ius ipsum calumniari, & eius verba captare: contra casum. l. penult. ff. ad exhiben. l. fin. col. fin. C. de ve. iur. enucle. vnde succederet illud vulgatum, per subauditos intellectus nõ esse recedendum à veritate verborum legis. l. non aliter. ff. de leg. iij. l. præcipimus. in fine. C. de appel. glos. in. c. cupiẽtes. in verbo, petere. de electiõe. in. vj. Quartò pondero illum text. in verbo, dari. per quod probatur clarè quòd filius præteritus sine causa nõ posset à seipso hæreditatem patris apprehendere, sed deberet eam per manus iudicis accipere, iuxta. l. j. C. quorũ bonorũ. in. l. extat. ff. quod met. causa. in. l. j. §. quod autem. ff. quorum lega. & tamen si pater decessisset intestatus, potuisset à seipso apprehendere hæreditatem absq; alicuius iniuria, & eam auocare à quocũq; possessore seu detentore. text. in. l. pro hærede. ff. de acqui. hæred. in. l. in suis. ff. de lib. & posthu. in. §. fi. instit. de hære. quali. & diffe. clarius in. l. filio præterito. in verbo, auocauit. vbi idẽ not. Bar. Pau. & alij. ff. de iniust. rup. & irri. testa. Idem Bart. in l. is qui in potestate. in princ. ff. de lega. præstan. Nunc autem non potest, vt dixi, quãdo pater testatus est prætereundo filium: quia tũc filius debet per viam iuris & iudicis petere hæreditatẽ, proposita scilicet querela, vt dictum est per dictum. §. sinautem hæc omnia. in verbo, rescisso. & in verbo, dari dispofuimus. quod verbũ de-
29 clarat verbum, rescisso. Et idem † verbum, dari. induco, quod vult idem quod dominiũ transferri. l. vbi autem. §. fi. ff. de verbo. obli. sed si pater decessisset intestatus, non fuisset opus aliqua da
30 tione: cùm dominium † rerum paternarum continuaretur sine facto hominis per ministeriũ legis de patre in filiũ. d. l. in suis. ff. de libe. & posthumis. §. sui. instit. de hæred. quali. & diffe. sed si verum esset quòd pater exhæredans filium, vel præteriens sine causa, diceretur intestatus, quasi rite non fuisset testatus, sicut quãdo omissæ sunt aliæ solennitates iuris positæ in. l. hac consultissima. C. de testa. in. §. j. insti. de testa. sicut not. in. l. j. ff. de iniust. rupt. & irri. testa. §. j. instit. de hære. quæ ab intest. defe. l. intestatus. ff. de verb. signi. frustra dixisset text. in. d. §. sinautem hæc omnia. res eius defuncti dari dispofuimus. cùm iam ex dispositione legis acquisitæ eis essent ab intestato. sed tex. consyderans patrem non esse intestatum, sed verè testatũ, voluit filios præteritos sine causa debere per viam iuris, scilicet querelæ reuocare quæ per patrem acta sunt contra officium paternum: iuxta. l. iij. ff. de inoffic. testa. Et ex his sequitur aliud sumptum à. d. l. in suis. ff. de liber. & posthu. non esse medium cõtinuationis dominij rerũ paternarũ de patre in filium, quia
31 immediate trãsit: licet † aliud sit in possessione: vt patet in. l. Pomponius. §. quæsitum. &. l. cùm hæredes. ff. de acqui. pos. §. j. in authen. de iureiuran. à moriente præsti. collatio. v. in. l. hæres. ff. de vsucapio. Quanuis per statuta Mediolani trãsferatur dominium & possesio in hæredem, seu continuetur de testatore in hæredem. idem seruatur in regno Franciæ ex communi consuetudine. Sic eñ vulgo dicitur, le mort saisit le vif. id est, immediatè facit dominum & possessorem suum hæredem: de qua meminit Cin. in. l. ea lege. C. de condic. ob cau. dato. contra tamẽ regu. iur. communis, vt patet in. l. j. §. fi. ff. si quis testa. lib. iuf. esse fue. l. cùm miles. ff. ex qui. cau. maio. &. d. l. cùm hæredes. in prin. sed si lex nouissima eo casu quo factum est testamentũ in quo etiam filius est exhæredatus vel præteritus sine causa velit dominium trãsferri in hæredem scriptum, quomodo dubitari potest testamẽtum non esse aliquod? Quod verum sit, dominiũ fuisse acquisitum hæredi scripto ratione testamenti, arg. l. à Titio. ff. de furtis. probatur in. l. si res aliena. in princip. ff. ad Trebel. sic etiam in illis verbis, dari dispofuimus. & in verbo, rescisso testamento. cùm non velit ille text. vt dixi, res defuncti dari his qui vocantur ab intestato, nisi rescisso testamento, tanquam si esset intestatus pater, sed non propriè, vt dixi suprà, per. l. j. ff. de suis & leg. hæred. Sextò principaliter facit, si verum esset q̃ testamentum hodie esset nullum ipso iure, si posita in illo. §. sinautem hæc omnia. per testatorẽ patrẽ non obseruantur: nõ posset inficiari quòd correcta essent omnia iura ciuilia tractantia de inoffic. testamen. secundùm opin. Marti. hic recitatam per gloss. & ratio est, frustra enim contenderetur de annullatione seu rescisione testamẽti per querelam inofficiosi testamenti, si testamentũ esset nullum ipso iure in casibus præmissis, per d. l. nam & si sub conditione. &. §. j. instit. quib. mo. test. infir. & hoc ideo, quia querela inofficiosi testamẽti nõ datur nisi ad rescindẽdum quod rectè compositũ est. l. hoc colore. cum tribus legibus sequen. ff. de inoffi. testa. §. j. ver. sed hoc dicitur. instit. de inofficio. test. l. vt liberis. in verbo, rescisso. C. de colla. sed vbi nullum est, cõ tradiceretur effectui querelæ, quia quod nullũ esset peteretur annullari seu rescindi, vt dictum est suprà. Nec mouere debent dicta Bart. hic, & in. d. l. filio præterito. & in. d. l. j. ff. de testam. distinguentia istos duos casus tanquam diuersos, an filius sit sine causa præteritus vel exhæredatus, an verò sit cũ causa exhæredatus, sed adhuc nõ probata: licet à fortiori in hoc vltimo casu habeo indubitatum testamentum non esse nullum sed validum: ideo de eo non est tractandum: per l. Labeo. ff. de Carbo. edic. quia iste casus est de indubitabili. Sed tamẽ dico quòd idem est iudicium de vtroq; casu, per dictum. §. sinautem hæc omnia. in princi. vbi illa duo copulatiuè desiderãtur, & idẽ copulatiuè disponit de vno sicut de alio: vnde illa duo determinabilia debent æqualiter determinari, prout per illũ text. disponitur.

Pro quo facit regula communis, quòd dispositū
32 † in vno ex coniunctis procedit in alio. l. tripli-
ci. ff. de verb. signi. in. l. re coniuncti. ff. de legat.
iij. l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. substit. in
l. si ita stipulatus. ff. de verb. obli. l. si ex toto. §. j.
ff. de leg. j. aliàs dico vnum, quòd nihil videretur
addere ius nouissimū in hoc vltimo casu ad ius
C. per. l. omni modo. C. de inoffic. testa. vbi no-
stri doct. Aureliani dicunt quòd de iure nouissi
mo in tertio causæ non desyderatur, & eius pro-
batio ex forma testamēti, sed ex quadam iustitia
arg. l. hæc verba. ff. de cōdi. & demon. idem ple-
nè probat tex. in. §. cæterum. in ver. consyderare
nāque debent. & in versi. vnde & constat. in au-
thenti. vt cùm de appel. cogno. hoc persuadetur
33 ratione, quia vnusquisque præsumitur † gratus,
nisi contrarium probetur: per. d. l. quoties. §. qui
dolo. ff. de proba. & d. l. omni modo. quod cor-
roboratur ex ratione. l. iij. & l. Titia. ff. de inoffi.
testa. & d. §. cæterum. & l. non est. ff. de inoffic.
testa. §. j. in authen. vt immobilia antenup. dona.
col. v. videlicet patrem solicitatū esse dolo & ar-
te alterius ad filium ita exhæredandum: & talis
præsumptio iuris transfert hodie onus probādi
causam ingratitudinis in hæredem scriptū. qua-
re non facio differentiam inter vtrūq; casum per
Bart. memoratū, quin querela esset omnino ex-
tincta, si verum esset testamētum esse nullū ipso
iure si nō fuerint seruata posita in. d. §. sinautem
hæc omnia. quod nō est verisimile fuisse de men
te Iustiniani, per. l. si quando. in prin. C. de inoff.
testa. & maximè cùm non inueniatur per ius no-
uissimum expressè cautum: propterea habet lo-
cum illa lex, præcipimus. in fi. C. de appel. §. fi. in
fi. in authen. de exhi. & intro. reis. col. v. l. vnica.
C. de inoffi. dot. corrigerentur etiam iura Dige-
storū & Institu. & C. tractantia de bon. pos. con
tratabu. quæ viderentur esse frustra inuēta: cum
illud beneficium ex quadā æquitate naturali in-
uētum sit à Prætore ad instar querelæ per. l. j. in
princ. ff. de bono. possess. contra tabu. quod non
puto verū per supradicta. Septimò principa-
liter facit text. qui forsitan non poterit euitari in
d. §. cæterum. in authen. vt cùm de appel. cogno.
col. viij. in duabus suis partibus: prima est ibi, fi-
liam gratam inuentam fuisse: & nihilominus do
lo & machinatione quorundam fuisse exhæreda
tam. secunda pars est ibi, filium autem hæredem
patris vel matris iussimus fieri: sicut & in scriptis
super hac causa nostrum manifestat arbitriū. qui
tex. apertè probat in fortioribus terminis filiam
fuisse exhæredatam sine causa, & per dolum: sic
quòd dolus dederat causam exhæredatiōi: vt pa
tet in his verbis, dolo & machinatione quorun-
dam. tamen tex. non dicit testamentū fuisse nul-
lum, dato quòd concurrerāt duo vitia, videlicet
dolus, & exhæredatio sine causa: sed dixit, iussi-
mus fieri hæredē. sed clarum est, vt dixi suprà de
verbo, dari. si pater non fecisset testamētum, vel
fecisset, sed non seruatis solennitatibus requisi-
tis in. d. l. hac cōsultissima. C. de testa. non est du
bium quòd filia successisset ab intestato, per. §. j.
in authen. de hæred. ab intest. veni. col. ix. & alia
suprà adducta. nec hoc modo imperator fecisset
eam hæredem seu iussisset eam fieri per sententiā
suam: sicut dicitur in. d. §. cæterum. ibi, nostrum
manifestat arbitrium super ipsa causa prolatum.
sed dixisset continuari, protegi, manuteneri de-
bere dictam filiam in possessione bonorum hæ-
reditariorum patris vel matris: per. l. si seruus. C.
quod cum eo qui in alie. pote. est. quem tex. sin-
gulariter not. ibi Bal. per eundem Bal. in repeti.
d. l. in suis. per Moder. in. l. fin. C. qui admitti ad
bon. possess. possunt. in. §. sui. Institut. de hæred.
quali. & differ. si igitur text. in. d. §. cæterū. dicit,
iussimus fieri. igitur antea non erat. argumēto. l.
arboribus. §. de illo. ff. de vsufruc. non potuisset
esse si querela nō fuisset facta ad principem, per
regulam. l. fin. C. de edic. diui Adria. tol. decisio
principis legem imponit cæteris. l. j. ff. de consti.
princ. §. sed quod principi. insti. de iure naturali.
Octauò retorqueo vnum dictum Bart. hic &
in. l. j. ff. de testa. cùm dixit per text. in. d. §. sinau
tem hæc omnia. quòd causa debet probari per
hæredem, vbi à testatore expressa sit in testamen
to: sed ad hoc vt sit hæres, debet adiri hæreditas:
quia aliter non posset probari per hæredem. &
34 vbi † diceretur testamentum non valere, vel de
eius viribus dubitaretur, non posset adiri hære-
ditas. l. sed si de sua. ff. de acquir. hæred. sed vera
existente declaratione data per me ad. d. §. sinau-
tem hæc omnia. cùm dixi illum text. copulatiuè
de duobus casibus determinare æqualiter, vide-
licet quòd causa inseratur & probetur, aliàs te-
stamentum rescindatur, & dicat Bar. debere hæ-
reditatem adiri per hæredem ad hoc vt possint il
læ duæ qualitates verificari, patet testamentum
esse aliquod, in quo etiā filius est sine causa ex-
hæredatus: quia non erit nullum, prius quàm de
viribus ipsius testamenti fuerit cognitum: vt pa-
tet in illo tex. cùm dicit, vel vnam ex his liberis
suis testamētis inscripserint, & scripti ab eisdem
hæredes aut omnes, aut certas, aut vnam ex his
probauerint, testamētum in sua firmitate mane-
re præcipimus. Nota illa verba, in sua firmitate
manere præcipimus. quæ æqualiter respiciūt co-
pulatiuè illa duo copulata verba, inscripserint &
probauerint. vnde vtriq; orationi commune est
& adaptatur: pro quo, vltra allegata prius, facit
text. in. l. cùm pater. §. cum imperfecta. ff. de leg.
ij. in. l. quia dicitur. ff. de euictio. quod not. Bar.
in. l. stipulationū. ij. §. j. ff. de verbo. obli. & quod
notatur in. l. si quis ex argentarijs. §. si initium ta
bularum. ff. de eden. facit etiam regula prius as-
sumpta de copulatiuis. vnum tamen dico, quòd
assumptum Bart. loquens de hærede simpliciter
nō potest probari in. d. §. sui autē. quia tex. loqui
tur de hærede scripto: vt dicā infrà. vnde lata est
differen

differentia. l. scriptus hæres. ff. de Carbon. edic. quod clarius declarat Aret. in. l. j. ff. de testamẽ.

Nono pondero text. in. l. quanuis. C. de edic. diui Adria. tollen. ibi, præteritum filium. ubi li-
35 cet † filius fuerit præteritus à patre in testamento, nõ poterit impedire quin hæres scriptus mittatur in possessionem hæreditatis, & in ea manu teneatur: iuxta. d. l. si seruus. C. quod cum eo. & d. l. fin. C. de edic. diui Adria. tollen. quacunque appel. non obstan. nec præteritione filij. per. l. quisquis. C. quorum appel. non recipi. l. si. ff. de appel. recipien. & d. l. quãuis. sed si verum esset quòd ratione præteritionis testamentũ esset nullum ipso iure, nõ deberet nec posset de iure mitti hæres scriptus in possessionẽ hæreditatis: sed deberet impediri missio. d. l. fi. in ver. sancimus. & in ver. sinautem aliquis cõtradictor. Et ratio
36 est, quia causa † est præiudicialis, quæ prius cognosci deberet. §. præiudiciales. institu. de actio. & tamen vult quòd præteritione non obstante mittatur & manuteneatur hæres scriptus in possessione hæreditatis: vt patet in. d. l. quamuis. ibi, tamen scriptus hæres in possessione mitti solet. Cui concordat. l. si is à quo. in princ. ff. vt in pos. lega. & si dicatur quòd ille text. procedat de iure. C. quo iure ratione præteritionis testamẽtum non erat nullum, sed veniebat annullandum. l. fina. suprà eo. & toto tit. de inoffic. testa. supra. dico hoc non esse verum: cùm idem cautum sit de iure authen. d. §. finautẽ hæc omnia. ij. in authen. vt cùm de appel. cogno. in illis verbis ponderatis per me, sed rescisso testamento, eis qui ab intestato ad hæreditatẽ defuncti vocãtur, res eius dari disposuimus. quæ verba puto diligenter esse notanda: quia nõ vult bona hæreditaria, in casu quo posita in illo text. non fuerint obseruata, dari his qui vocantur ab intestato, nisi prius rescisso testamento. & Bart. in. d. l. fin. videns non posse euitare illum text. & d. l. quanuis. nisus est velle dicere quòd tũc cùm vitium præteritionis non est patens, verum est nõ esse differendã missionem propter præteritionem per. d. l. quanuis. secus autẽ vbi esset patens seu visibile: quia tunc præteritio impediet missionem, per. d. l. fi. quod tamen nõ puto verum: quia semper potest videri ex inspectione testamẽti ipsum vitium præteritionis. facit tex. in. l. j. ff. quemadmodũ testamenta aperiãtur. in verbo, aliter postquam inspectis cognitisq; verbis testamenti. & in. l. ij. §. inspectio. ff. eo. & in. l. de his. ff. de trãsactio. & dicam infrà suo loco. Si ergo vitium præteritionis non potest impedire missionem ex testamento, quomodo potest negari quòd testamentum sit aliquod, & nõ nullũ: quia certum est quòd si testamentum esset nullum propter defectum solennitatis necessariæ ad perfectionẽ testamẽti de quibus in. d. l. hac cõsultissima. C. de testa. iudex nõ potest nec debet facere missionẽ ex illo testamẽ
37 to: aliàs † posset in syndicatu puniri, quasi faciẽs cõtra dispositionem legis: iuxta. l. cum prolatis. ff. de re iud. l. si filiusfami. ff. de iudi. quia faceret contra dispositionẽ. d. l. fin. Decimò facit vnũ quod memini suprà, quod. §. finautẽ hæc omnia. sæpe allegatus, cõiungat ipsa duo, scilicet quod inseratur causa, & probetur: nec in vno magis disponat, quàm in alio. & propterea Irnerius in authent. non licet. suprà eod. & hic, reprehenditur ab omnibus. quomodo possumus dicere q admittatur separatio illarum clausularũ tam strictè coniunctarum, per. l. triplici. ff. de verbo. signific. vnde cùm Bar. in eo casu quo causa est inserta sed non probata per hæredem scriptum, dicat testamentũ non esse nullum, dico illud dispositum in isto casu procedere in alio quando causa non est inserta. Nec obstabit si dicatur, diuersam esse rationem in vtroque casu: quia non potest illo eodem momẽto fieri probatio quo scripta est, sed differtur post mortem testatoris: vnde hæres debet adire hæreditatem, antequã pos-
38 sit dici, hæredẽ posse probare: cùm † non sit hæres, nisi post aditam hæreditatem. igitur antequã possit probare, debet adiri hæreditas: per. l. sed si de sua. ff. de acquiren. hæred. Et ista fuit consyderatio Bar. in. l. j. ff. de testa. quæ est omnino falsa: cum tex. illius. §. finautem hæc omnia. non loquitur simpliciter de hærede, sed de hærede scripto: sed antequam hæres scriptus adeat hæreditatem, posset probare causam exhæredationis. & in hoc est latũ discrimen an dicatur hæres scriptus vel hæres simpliciter, per. l. hæres scriptus. ff. de Carbo. edic. &c. Et adhuc isto casu fortius dici posset contra Bart. per supradicta. Secundo nõ obstabit aliud de ꝓbatione, quia secuta probatione illud quod erat incertũ hæredi, seu magis ignoratum quàm incertum, facta probatione trahetur retro. l. nec venditio. §. penulti. ff. de contrahen. empt. l. cùm quidam. §. fin. & l. hæres quandocunq;. vbi per Aret. ff. de acquir. hæred. & proterea non impedietur missio ex alio capite, cùm filius allegat se exhæredatum: quia iudici vt iudici nõ constat filium, qui dicit se filium, esse filium. ipsi autem, aperio testamẽto, constat sine tergiuersatione de volũtate testãtis. Et istud est in quo motus est principaliter tex. in dicta. l. quanuis. quare ex illis duobus dico non esse differẽtiam inter ista duo copulata quin fiat eadem decisio, per. d. §. finautem hæc omnia. & idem videntur not. Imo. & Aret. in. d. l. j. ff. de testamen. de quibus dicam latius infrà.

Nec obstabunt allegata primo loco per Bart. & Moder. & primo illud quod dicebant Alex. & nouissimi hic, obstare vnum cui non putant posse responderi, videlicet quod pro solennitate requiritur insertio causæ in exhæredatione facienda: aliàs talis exhæredatio tanquam non rite facta habeatur pro præteritione: per. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. posses. contra tab. qua solẽnitate nõ seruata actus erit nullus: quia

ad istud vltimum respondet Imo.in.d.l.j. de te-
sta. verum esse actum fieri nullum per omissio-
nem illius solennitatis, nisi lex vlterius procede-
ret ad remedium rescissiuũ: sicut fecit in.d.§.sin-
autẽ hæc omnia. quæ solutio licet sufficeret per
supradicta, quicquid dicat Are.in.d.l.j.ff. de te-
sta. quam in simili tradit Bart.in.l.non dubium.
C.de leg. repetit eam post eundem Bart. Imo.in
l.cùm lex.ff.de fideiuss. Tamen ego aliter censui
esse respondendũ, quòd illa solennitas insertio-
nis causæ ingratitudinis non est necessaria neces
sitate præcisa, sed causatiua tantum: vtpote si pa
ter velit testamentum conseruari & non infirma
ri, debet omnia posita in.d.§. sinautem hæc om-
nia. sæpe allegato, diligẽter obseruare. hoc pro-
bat clarè ille tex.in his verbis, in sua firmitate ma
nere præcipimus. & deinceps ibi, suã habere fir-
mitatem decreuimus. quæ verba non important
nullitatem ipso iure, sed rescissionẽ tantum: non
propter defectum formæ testamẽti, sed iustitiæ.
pro qua parte est text.in.d.§.cæterũ. Et similem
solutionem in istis terminis tradit glos.in.l.Gal-
lus.in princi.in verbo, posse.in princi.glos.ff.de
liber. & posthu. cùm dicit glos. & necesse est, ne
testamẽtum rumpatur. quæ assumpta est ex.l.in-
ter cætera.ff.de liber. & posthu.ibi, ne præteritis
istis testamentũ rumpatur. idem tex.in.l. posthu
mo.in ver.ne ergo eo modo. & ver.ne fortè me
viuo.ff.de iniust.rup. & irri.testa. sic etiã in pro-
posito, si velit pater testamẽtum non irritari, ser-
uet omnia posita in illo.§. sinautẽ hæc omnia. &
sic necessitas ista nõ erat necessitatiua sed causa-
tiua. Ad aliud fundamentum quod fit de.d.l.
non putauit. & de.§.eadem.instit.de hæred.quæ
ab intest.defe. quòd ad sydera vsque exclamant
Moder.nõ puto esse aliquo modo verum de iu-
re nouissimo, vt dicã infrà. Et ratio est, quia cùm
hodie sit differẽtia in modo prætereundi & ex-
hæredandi cum causa, quæ nõ fiebat de iure anti
quo, propterea non puto faciendam esse exten-
sionem ad ius nouissimum: maximè cùm non fie
ret differentia præteritionis vel exhæredationis,
de qua memini suprà. Hoc clarius declaro: fru-
stra enim dixisset text.in.d.§.aliud quoq;.in au-
thenti.vt cùm de appel.cogno.ibi, præterire aut
exhæredes in suo facere testamento: nisi forsitan
probabũtur ingrati. & quod sequitur, quòd pa-
ter teneatur cum causa filiũ exhæredare aut cum
causa præterire, si non voluisset facere differen-
tiam inter præteritionẽ & exhæredationẽ. Qua-
re si verum esset quòd exhæredatus sine causa di
ceretur præteritus & nõ exhæredatus, non pos-
set dici filius exhæredatus, nisi quãdo esset cum
causa exhæredatus: quod tamen est falsissimum:
per.d.§.aliud quoque.in illis verbis prius nota-
tis. Quæ omnia cessabant de iure antiquo: quia
longè alia forma data erat exhæredationi & præ
teritioni. Nec potest dici filius sine causa exhære
datus præteritus: sed quòd non rite fuit exhære-

datus. vnde talis exhæredatio non potest nocere
filio: iuxta.l.filium.in prin.ff.de bono.pos.con-
tra tabu. Nec est verum aliud assumptum, quòd
propter præteritionẽ sine causa factam nullum
sit testamentum: quia etiam dixi, & adhuc dico,
per præteritionẽ sine causa factam non esse nul-
lum testamẽtum, sed quòd debeat annullari. idẽ
in exhæredatione. Præterea non potest fieri ho-
die relatio ad ius antiquũ: quia de iure antiquo
non licebat patri quoquo pacto filium præteri-
re, sed necessitabatur pater filiũ nominatim ex-
39 hæredare, aut nominatim instituere: aliàs † præ-
teritus rumpebat testamentum: per.d.l.inter cæ-
tera.ff. de liber. & posthu.d.l. filio præterito.ff.
de iniu.rup. & irri.testa.§.j.instit.de exhære.lib.
& exhæredatus non nominatim dicebatur præ-
teritus, per.d.§.eadẽ. propter omissam formam.
Sed hodie sicut licet patri exhæredare cum cau-
sa filium, sic etiam licet præterire cum causa: &
sicut non licet præterire filium sine causa, sic nec
40 licet exhæredare sine causa, & cõtra. & sic † tam
præteritio quàm exhæredatio habent eandem le
gem de iure nouissimo, per.d.§. aliud quoq;. &
tamen de iure antiquo habebant naturam sepa-
ratam. quare non valet extensio nec fundamen-
tum, per supradicta.

Ad alia fundamẽta recitata per Imo. & Aret.
in.d.l.j.ff. de testa. maximè ad illam inductionẽ
factam de.§.sinautem hæc omnia. in ver.nullum
filijs generari præiudicium. respondent ipsimet
Imo. & Aret. verum esse in effectu nullum gene
rari præiudicium: quia testamẽtum rescindetur.
Et licet nihil allegent, dico bene facere tex. cum
glos.in.l.nostram.in verbo, nõ valere. C. de te-
sta. sed hæc solutio mihi non placet: quia non est
nisi quærere miserorũ refugium, sicut dicit Cin.
in.l.vnica. C.vt actio.ab hære. & contra hæred.
incipiãt. Aliter respõdeo, quia ille text. facit pro
Petro contra Bart. vt dixi suprà in primo funda-
mento Petri: quia rescisso testamento per quere
lam bona filijs restituentur seu dabuntur, per. d.
§.sinautem hæc omnia.in verbo, euacuato. & in
verbo, rescisso. quia rescisso testamento nullum
erit præiudicium. Nec est verum quod dicebant
parari præiudiciũ filijs, si per querelam deberet
rescindi testamẽtum: eo quòd querela non præ-
parata nõ transmitteretur: quia dico hoc esse fal
sum: & est dicere contra apertum casum legis: vt
patet in.l.si quis filium. & .l.scimus.§.fi.C.de in-
41 offic.testa. vbi non † præparata transmittitur ad
suos hæredes. idem in.l. cũ antiquioribus. C. de
iure delib. & sicut filius poterat testamentum pa
tris inofficiosum querelare, sic & nepos testamẽ
tum aui querelabit, sicut & pater viuens potuis-
set: verum est autẽ quòd ad extraneos hæredes
non transmittitur nisi præparata.l.si proponeba
tur.cum.l.sequen.ff.de inoffic.testa. sed illi non
veniunt in consyderatione: cùm per præteritio-
42 nem nulla fiat eis iniuria. Beneficiũ † autẽ istud
inuentum

inuentum est vt filij, & qui ex eis descēdunt, à tali iniuria liberi fiant. d. §. aliud quoque. & §. hæc autem diffinimus. in authen. vt cùm de appel. cogno. col. viij. quare respectu huius primi capitis nullum fit eis præiudicium. Ita dicit glos. in. l. si quis filium. C. de inofficio. testamen.

Nec obstabit aliud secundum, quòd querela quinquennio extinguitur: per. l. quemadmodū. ff. de inoffi. testa. l. adolescentiæ. & l. fi. C. in qui. cau. in integ. restit. nō est neces. exceptioni verò nullitatis nō præscribitur nisi triginta annis. l. licet. C. de iure delib. Ad istud respōdebant Imo. & Aret. in. l. j. ff. de testamen. prout responsum est in præcedente. Sed hæc solutio mihi nō satisfacit. ideo aliter respōdent aliqui antiqui, prout in simili refert glos. in. d. l. adolescentiæ. & l. fin. quòd hoc vltimum scilicet præscriptionis quinquennalis fuerit inductū à Iustiniano, quod non inuenitur hodie extēsum. Sed ista solutio est falsa omnino: quia & ante Iustinianū idem caueba tur per. l. j. C. de in integ. restit. mino. idem. d. l. si quis filium. §. fi. C. de inoffi. testa. Secundò, daro quòd hoc esset verum, tamen fatuum est responsum, & nihil concludens: cùm hoc potuisset facere Iustinianus, per. l. fi. C. de leg. vnde nostri aliter respōdent in. d. l. si quis filium. & in. d. l. adolescētiæ. quòd licet † post quinquenniū non admittatur querela inofficiosi testamenti, per iura allegata, tamen possunt admitti per alia iuris remedia, allegando testamentū non esse iure factū etiam post quinquēnium, virtute legis antiquæ & nouissimæ: & hoc modo nullum fiet eis præiudicium. Pro quibus facit text. in. l. suum. C. de iur. delib. Et ita etiam respondet Imol. per illum text. non faciendo mentionē de Petro & alijs in l. filio. xxij. col. in fi. ff. de iniust. rup. & irri. testa. Eandem sententiā no. Aret. in. §. j. ver. sextus casus. Instit. de hæred. instit. Pro quibus ego addo quod in simili not. Bar. Paul. & Imo. in. d. l. filio præterito. Idem Barto. in. l. is qui in potestate. in prin. ff. de lega. præstan. & in. l. quæ sub cōditione. §. fi. ff. de condi. insti. cùm dicit, filium præteritum posse dicere nullum illo iure, tamen poterit ei succurri alio medio per petitionē hæreditatis, aut auocare hæreditatem à possessore seu detētore vel ab hærede scripto. & si opponatur de testamento, tūc poterit replicari de nullitate, per dictam. l. quæ sub conditione. §. fin. & d. l. filio. in verbo, auocauit. Bene facit text. in. l. diuus. ff. de petitio. hære. Secundò induco tex. cum glos. quem à nemine inueni ponderatū in nostris terminis, in. l. contra maiores. C. de inof. test. quem tex. ad aliud bene allegauit glos. in. d. l. adolescētiæ. & glos. in authen. si tamen in medio. C. de tēpo. appella. sed ad aliud propositum, vt potes ex eis videre. Sed quātum ad dictum nostrū, quòd possit agi alio remedio vbi querela cōpetit omissa ipsa querela, probat apertus textus, dum dicit quòd tēpus quinquennale datū ad querelandū, non currit durante instantia petitionis hæreditatis: & sic vides qualiter poterit filius agere petitione hæreditatis, vel dicere testamētum non iure perfectum, omissa querela: & sic non habebit necesse intentare querelam si nō vult: quia aliud remedium potest sibi opitulari. Cōfirmatur, vbi alicui competunt plura iuris remedia, si vno nō sit vsus in tempore, & propterea perierit, si alterum non ita sit breui finiturū, poterit eo vti. l. iure mariti. C. ad. l. Iuliam de adulte. vbi † maritus iure speciali potest accusare mulierem intra sexaginta dies de adulterio: & præfertur quibuscunque: sed si intra illud tēpus non accusauerit, non impeditur quin possit iure extranei post sexaginta dies accusare vxorē suam de adulterio. Idem in. l. si maritus. §. in extraneis. ff. ad. l. Iul. de adulte. His addo in simili. l. si cùm ipse. ff. de excusa. tut. Secundò quoniā bonorum possessio contra tabul. cōpetit filio exhæredato sicut querela inofficiosi testamēti, & ius dicendi nullum. De primo est tex. in. l. posthumo. C. de bono. pos. contratabu. §. adhuc. ver. prima quæ liber. Instit. de bono. posses. De secūdo in. l. iij. ff. de inoffi. rest. De tertio in. l. j. ff. de bono. posses. contra tabul: & in. d. l. filio præterito. & tamen vbi etiam non petierit bono. posses. contratabu. vel querelam, adhuc tamē poterit dicere nullum. Et vltra allegata per me suprà, nouiter pondero text. in. l. is qui in potestate. in princ. ff. de lega. præstan. ibi, qui etiam non petita bono. pos. intestati hæreditatem obtineret. & in ratiōe literæ ibi, cùm & sine hac hæreditatē habiturus sit suo iure. Idem in l. fi. §. sancimus. suprà eo. Ad quem tex. bene aduertit hic Barto. & in. d. l. filio præterito. Et hoc modo nō poterit dici fieri præiudiciū filijs, cùm non neget Petrus quin & alia remedia cōpetant filio præterito sine causa, vel exhæredato vltra querelam. Nec est verum dicere, non competere querelam vbi est aliud remediū: quia hoc est falsum. Non obstabit. §. tam naturales. Instit. de inoffic. testamē. quia intelligitur † quando filius potest habere alio iure bona defuncti ex testamento, quàm per querelam, vt puta titulo legati vel fideicommissi facti in testamento: quo casu non erit locus querelæ: sicut nec erat de iure. C. per. l. omni modo. C. de inoffic. testamen. Et per hoc tu notabis vnum ex doctrina illius. §. iuncta sua glos. quòd de iure institutionum ad tollendam querelam sufficiebat patri quoquo relicti titulo relinquere: sicut dicitur de iure. C. per dictam. l. omni modo.

Ad aliud fundamentum per quod dicebatur, quòd si querela esset necessaria, testamentū posset pro parte conseruari quandoque, & pro parte infirmari: & sic sequeretur inconueniēs, quòd pro parte decederet intestatus & pro parte testatus. istud † fundamentum non merebatur adduci propter rationem. l. nam & si parentibus. §. fina. & l. circa. ff. de inoffic. testamen. iuncta. l. Pa

pinianus.§.sed nec puberis.ff.eod.§.hæreditas. Instit.de hære.instit. Secundò plus dicit gloſ.& Barto.vbique poſt eam,præſertim in.d.§.ſinautem hæc omnia. quod etiā dato quòd teſtamentum ſit nullum ipſo iure,nihilominus teſtator ex expreſſa diſpoſitione legis decedit pro parte inteſtatus & pro parte teſtatus:quia quantū ad inſtitutionem tantum, ſecundùm eos,nullum erit teſtamentum:quantum vero ad legata & cætera capitula teſtamēti valebit ex ſpeciali prouiſione legis,per.d.§.ſinautem hæc omnia. quod tamen vltimum nō puto verum:vt dicā infrà. Vnum tamen nō omitto, quòd licet teſtamētum irritetur per omnia,tamen lex pollicetur etiā ſpeciali prouiſione actionem legatarijs propter ipſum teſtamentū: & ſic argumentū per hoc nihil cōcludit.

Ad aliud vltimum de.§.ſinautem hæc omnia. in ver.nullam vim obtinere.reſpōdet Imo. in dicta.l.j.ff.de teſta. prout reſponſum eſt ſuprà ad verba poſita in illo tex. nullum filijs &c. Aliter autē reſpondebat Fulgo.ſecundùm Aret.quòd fuit de mente Imo.in.d.l.j.illum tex.procedere, niſi vlterius lex proceſsiſſet dādo remedium reſciſſorium,ſicut fecit in illo.§. ſimilem ſolutionē tradidit Bart.in.l.non dubium.C.de legib. Pet. in.§.rurſus.Inſtit.de actio.Porcus & Moder.in §.emancipatos.Inſtitu.de exhæred.liber. Et per hæc vera eſt opinio Pet. dicētis non eſſe nullum teſtamentum patris ipſo iure propter præteritionem vel exhæredationem ſine cauſa factam : ſed quòd venit annullandū per querelam inofficioſi teſtamenti,aut alia iuris remedia,de quibus ſuprà.Nec obſtabit iſte tex.in verbo,irritū.ſecundùm Pet.Io.& Azo.quos ſequitur Are.& Imo. in.d.l.j.ff.de teſtam.quod iſta ſunt verba Irnerij qui non habuit poteſtatē legis condendæ.& verbum iſtud,irritū.aut ſimile,non inuenitur in corpore authen.ſed verbum,reſciſſo.verbum, euacuato.& verbū,reſciſſum. quæ omnia verba nō important nullitatem, ſed demonſtrant validitatem teſtamēti, vt in prædictis clarè oſtēdi ſuprà.

Et per hoc poſſet dici quòd iſtæ duæ authēticæ non ſint veræ. & primò authenti. præcedens propter alternatiuam poſitam in ea: cùm in corpore authen.ſit cōiuncta & non alternatiua. Idē dico de hac authen.in duabus ſuis partibus,prima eſt in his verbis, ex cauſa præteritiōis vel exhæredationis,de quibus plenè ſuprà notauimus. Secunda pars eſt in verbo,irritum eſt. quantum ad inſtitutionē: quia nō dicitur,irritū. in corpore,ſed eſt verbū,euacuato. & alia de quibus ibi.

Ex his infero quòd ſi vera eſſet litera huius authen.ſecundùm declarationem prius per me datam, videlicet teſtamētum propter præteritionē vel exhæredationem irritum eſſe ipſo iure, tunc non eſſet locus querelæ inofficioſi teſtamēti, ſecundùm opin.Marti.quæ vera eſſet:& Moder. hoc ſentientes confeſsi ſunt per illud fundamentum: quia fruſtra peteretur teſtamentum annullari, cùm nullū eſſet. Pro quibus ego addo text. meliorem quàm allegent in.d.l.is qui in poteſtate.in prin.ff.de lega.præſtan.ibi,qui etiā non petita bonorū poſſeſſione inteſtati hæreditatē obtineret.item ibi,cùm & ſine hac hæreditatem habiturus ſit ſuo iure.Idem notatur in.l.j.in princ.ff. de ferijs.per Aret.in.§.j.Inſtit.de exhære.lib. cū alijs notatis per me ſuprà. Plus dico quòd ſi verum eſſet,de iure authenticorū nullum eſſe teſtamentum ipſo iure vbi nō fuiſſent ſeruata poſita in.§.aliud quoq;.&.§§.ſequētibus,in authen. vt cùm de appel.cog.non eſſe hodie locum querelæ:& licet Aret. plenè diſputet hūc articulum in d.l.j.ff.de teſta.tamen quia in terminis ſuis gloſ. hic & Bart.dicta per eos nō videntur mihi vera, aſſumpto capitali fundamento, cui omnia correſpondent,reſpondebo aliter.dicunt enim nō eſſe veram ſententiā Marti. dicentis querelam inofficioſi teſtamenti receſsiſſe ab aula,dicunt hoc eſſe falſum iſto caſu,videlicet ſi cauſa eſt expreſſa teſtamēto,ſed nondum probata per hæredem ſcriptum,quo caſu valet teſtamentū,& opus erit querela inofficioſi teſtamenti ad reſcindendū,in qua hæres ſcriptus ꝓbabit cauſam exhæredationis. Secundò pōderabant tex.in.d.§.ſi tales.ibi, igitur.in authen.vt cùm de appel.cog.ibi, teſtamentum ſuam obtineat firmitatem. & ibi, teſtamētum in ſua firmitate manere præcipimus. per quæ demonſtratur in caſu ſuperiore teſtamentū nō eſſe nullum ſed validum quoad reſcindatur: & propterea opus eſſe querela. quē text.ego ſuprà ponderaui contra eos , & denuo repeto per idem fundamētum : quia ſi verba iſta referantur ad iſtum caſum,cùm ille text.coniunctim diſponat,verificantur in vtroq; coniuncto:& ſi in iſto non ſit nullum, ſic nec in alio : eo maximè quod text.in.d.§.aliud quoq;.prius voluit inſerere de probatione cauſæ quàm de cauſa nominanda diſponere: cùm dixit, niſi probabuntur ingrati,& cauſas ingratitudinis parentes ſuo inſeruerint teſtamēto.idem in.§.ſiue igitur.eo.tit.ſed ſi in primo caſu nullum eſſet teſtamentū,videlicet quando non eſt inſerta cauſa:ſi quidem quādo eſt inſerta ſed adhuc nō probata, tunc erit nullū quoad fuerit probata præſumptione iuris, trahendo retro vbi non apparebit.ſed neutrū mihi placet: & primò opinio Mart. quia hodie habet locum querela: ſed bene verū eſſet quòd ſi litera huius authē.eſſet vera,& fuiſſet eo modo poſita in corpore authen. dicerem indubitatū eſſe nō eſſe hodie locū querelæ propter verbū, irritum. poſitū hic in text. & alia per me adducta.Secundò non eſt vera opinio Barto.in alio,cùm dixit reſeruatam eſſe querelam in hoc ſolo caſu quando cauſa eſt inſerta teſtamēto ſed adhuc non probata: quia dico fortius querelam eſſe neceſſariam , & alia remedia iuris, vbi non eſt inſerta cauſa præteritioni vel exhæredationi : per ea quæ dixi latiſsimè ſuprà.

Alia

Alia conclusio.

46 Secundò infero ex prædictis, quòd etiam † si dolus dedisset causam exhæredationi, adhuc testamentum non erit nullum, sed venit annullandum: licet Bal. hic contrariũ sentiat: motus, quia dolus dans causam contractui bonæ fidei reddit contractum nullum. sic idem in testamento: præsupponendo tamen quòd testamentũ sapiat naturam contractuũ bonæ fidei. Secundò dicit esse casum in. d. §. cæterum. in authẽ. vt cùm de appel. cogno. col. viij. ibi, quia dolo eam & machinatione. Ista duo ego confirmabo dupliciter. pri
47 mum, quoniam testamẽtum † debet ex bono & æquo iudicari, & abundare bona fides, sicut in contractibus bonæ fidei. l. filio. ff. de inoff. rup. & irri. testa. l. j. in princip. & l. Paulus. & l. lege Cornelia. prima. ff. ad. l. Cornel. de fal. l. j. in verbo, dulci officio. C. de his qui sibi ascribũt in testa. vbi in testamentis non debet nisi ex bona fide agi: aliàs falsum committitur: per illos tex. Et propterea dixerunt Pet. Ioan. Fab. Aret. & Moder. in. §. actionũ. Instit. de actio. & in. l. in minorum. vbi per eosdem, & Cin. C. in qui. cau. in integ. restit. non est necess. & in. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & in. l. nemo potest. ff. de leg. j. quod testamentum in multis æquiparatur contractibus bonæ fidei: quod maximè dico in casu præsenti, in quo agit ex fide tantũ, sicut in cõtractibus bonæ fidei. l. bona fides. ff. deposi. igit &c.

Secundò induco aliud: quia stante opinione Bart. de qua suprà, vbi testamentum est nullum ratione exhæredationis sine causa factæ, tãto magis vbi dolus dedisset causam exhæredationi:
48 quia militarẽt duo vincula † quæ plus vno stringerent. §. pater. in authen. de cõsang. & vteri. fratri. col. vj. l. si. C. de edic. diui Adria. tollen. l. scripto hærede. §. si. ff. vnde liberi. §. sed hodie. Insti. de adopt. & alibi sæpe. Tertiò, dato quòd nõ esset verum omnino præcedens dictum, adhuc tamẽ videtur quòd debeat esse vera cõclusio Bal. vbi concurrerent ista duo vitia, scilicet omissio causæ & dolus dans causam exhæredationi, vt vbi vnum nõ operaretur, duo saltem impedirẽt, & facerent nullum. arg. l. ex his. C. de testa. milit. vbi verba enuntiatiua non disponũt in testamento. l. qui volebat. ff. de hære. insti. l. optimam. vbi per omnes. C. de contrahen. stipul. etiã fauore libertatis: tamen vbi concurrunt duo fauores, scilicet libertatis & militum, bene disponũt per. d. l. ex his. Idem notat Bart. in. l. cùm scimus. in fi. C. de agric. & censi. lib. xj. Moder. in. l. si certis annis. in princ. C. de pactis. tanto magis duo vitia impediũt, & maximè in odiosis, vti in casu nostro, in quo tractatur odiũ exhæredatiõis, quod restringi debet. l. cùm quidã. ff. de liber. & posthu. regula, odia. de reg. iur. in. vj. Accedit in argu. l. fin. C. de litig. quoniam si cum vitio litigiosi interueniat dolosa machinatio, magis punitur quàm qui sine dolo contrahit. quare &c. Sed conclusio Bald. nemini post eum placuit: & ab omnibus improbatur multipliciter. Primò, quia licet in aliquibus testamentũ sapiat naturam cõtractuum bonæ fidei, non tamen in omnibus. vnde hæc æquiparatio isto casu potest negari: cùm non sit lex quæ æquiparet testamentum contractibus bonæ fidei: quare non potest per nos extendi. arg. l. illam. C. de colla. §. optimum. in authen. de non eligen. secun. nuben. colla. j. & maximè cùm nõ omne simile sit idem. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. substi. in. l. quod Nerua. ff. deposi. Plus dico vltra prædicta esse casum decisum in iure, vbi dolus dedit causam exhæredationi testamentum non esse nullum: in l. non est enim consentiẽdum. ver. quod plerunque. in verbo, instigationibúsve corrupti. ff. de inoffic. testa. quem text. reputat singularem Bal. in. l. j. C. de peti. bono. subla. lib. x. vbi addit aliũ tex. in. l. fin. ff. si quis ali. testa. prohi. in verbo, auferendum. cùm dixit tex. non esse auferendum à marito quod relictum erat marito ab vxore, offensa placata sermone blãdo: secus si per vim vel dolum, quia tunc auferendum est: & sic non erit nullum, sed annullãdum denegatis actionibus: vt dixit tex. in. l. penul. eo. titu. cui addo conformem in. §. j. in authenti. vt immobi. ante nup. dona. colla. v. l. ij. C. si quis ali. testa. prohib. ibi, veluti indignas personas à successionis compẽdio remoueri, celeberrimi iuris est: notãdo verbum, remoueri.

Vltimo loco retorqueo text. contra Bald. in dicto. §. cæterum. in authen. vt cùm de appel. cogno. qui tex. nullo pacto potest euitari, fatendo etiam quòd dolus dederit causam exhæredationi: patet in ver. inuenimus pulcherrimam filiam. ibi, quia dolo & machinatione quorũdam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere: filiam autem hæredem patris vel matris iussimus fieri. Nota primò qualiter dolo & machinatione fuerat exhæredata, & sic dolus dederat causam exhæredationi: & tamen dixit, nullo modo permisimus obtinere. Secundò dixit, filiam iussimus hæredem fieri. quæ demonstrant valere testamẽtum, licet causa non subesset exhæredãdi filiam: prout nec verè erat: vt patet in verbo, grata. nec expressa seu nominata fuit: cùm nulla potuisset nominari, eo quia grata, & de parẽtibus bene merita. hæc demonstrãt illa verba, quia dolo & machinatione. quòd nõ fuerit cum causa exhæredata filia, sed per dolum & machinationem quorundã tantum: & nihilominus text. non dixit testamentum esse nullum, sed tantum dixit, nullo modo permisimus obtinere, & iussimus fieri hæredẽ. & sic dolus dans causam exhæredationi sine causa factæ non reddit testamentum nullum. qui solus tex. sufficeret pro Petro contra Bartolum.

Sed ista conclusio Barto. dicentis nullum esse

testamentum ratione præteritionis sine causa fa-
ctæ vel exhæredationis limitatur nõ procedere,
per eundem Bart.in.l.cùm ex filio.ff.de vulg.&
pupil.substit. per omnes Moder. hic post Bart.
& in.d.l.filio præterito.ff.de iniu.rup.& irri.te-
stamẽ.quando exhæredatio non esset facta mala
mente,vel animo iniuriãdi.& quia ista esset pul-
chra & solẽnis limitatio,si vera esset,tamen quia
mihi non placet post Petr.in.d.l.cùm ex filio.&
in.l.multi.ff.de libe.& posthu.per eundem in.§.
exhæredatos.in authẽ.de hære.& fal.col.j. ideo
de ea videndum est diligentius,& de rationibus
adductis per eos: & in primis dicebat illic Bart.
& Moder.post eum,& Bald.hic,quem nouissi-
mi sequuntur,Alexã.in authen. non licet.suprà
eo.quod cùm illa lex,cùm ex filio.non sit corre-
cta specificè per ius nouissimum,eo quòd inser-
tio causæ nõ sit necessaria iure nouo,nisi vbi ex-
hæredatio animo iniuriãdi filium à patre fit,non
autẽ vbi causa prouisionis filij:quare lex nouissi
ma patitur se cum antiqua: & quantum possibi-
le est euitãda est legum correctio,& facienda se-
cundùm eos reductio & concordia ipsarũ.l.vni-
ca.C.de inoff.dot.c.cùm expediat.de elec.in.vj.
§.fin.in fi.in authen.de exhi.& introdu.reis.col.
49 vj. igitur † cessante ratiõe legis nouæ cessat eius
dispositio:vulgata.l.adigere.§.quanuis.ff.de iu-
re patro.§.his omnibus.lxj.distinc.cum infinitis
infrà in quarto fundamento adductis.Secundò,
quia nũc sumus extra terminos iuris nouissimi,
vt dicetur infrà: vnde haberet locum lex, præci-
pimus.in fi.C.de appel.standũ esse legi antiquæ:
nisi specialiter per legẽ nouã inueniatur mutata.

Secundo loco principaliter facit text.in dicta
l.multi non notæ causa.ff.de libe. & posthu.qui
text.est clarus:quibus addo similes in.l.filijs ma
trem.C.de inoffi.testa.l.in fideicommissi.§.cùm
Pollidius.ff.de vsuris.l.si ita relictum.§.cùm Pe
gasus.ff. de lega.ij.l.quidã cùm filium.ff.de hæ-
redi.instit.l.si furioso.ff.de curat.furi.l. Paulus.
in prin.ff.de bo.liber.& idem tenet ante Bartol.
Io.Fab.in.§. non solum.Institu.de pupil.substi.

Tertio loco addebat vnum Aret.in.l. cùm ex
filio.ff.de vulgari & pup.substi.& in.d.l.j.ff. de
testa. quod de iure Digestorum causa etiam de-
syderabatur in exhæredatione filij , sicut de iure
nouissimo.l.nam quod.§.j.ff.ad Trebel. cui ad-
do meliorem in.l.iij.§.si emancipatus.primo. in
versic.nam & si tam ignominiosam.ff. de bono.
possessio.contra tabu.& tamen non poterat irri
tari testamẽtũ patris,quãdo exhæredatio nõ fie-
bat causa notæ.idẽ dicẽdũ est de iure nouissimo.

Quartò,consyderanda est enim ratio legis,vt
dixi.l.cùm pater.§.dulcissimis.ff.de legat.ij.Sed
ratio quare filij debent hodie cum causa exhære
dari est, vt filij ab iniuria paternorum testamen-
torum liberi fiant.§.hæc autem.&.§.sequenti,in
authenti.vt cùm de appella.cognos.col.viij.ibi,
hæc autem disposuimus , vt & parentes & filios
à testatorum iniuria liberos reddamus.& ibi, so
la est enim nostræ serenitatis intentio à parenti-
bus & liberis iniuriam præteritionis & exhære-
dationis auferre.idem in.§. siue igitur.eod. titu.
ibi,ne liberi falsis accusationibus condẽnentur,
vel aliquam circunscriptionem in parẽtum sub-
stantijs patiantur.sed in terminis huius limitatio
nis cessat ratio illius constitutionis:quia nõ ani-
mo iniuriandi, sed causa prouisionis fit exhære-
50 datio : ideo † cessare debet eius dispositio : vul-
ga.l.adigere.§.quanuis.ff.de iure patro.l. circa.
§.deficientium.ff.de mune.& hono.l. his oneri-
bus.§.auctis.ff. de vaca.mune.pro quibus omni
bus addo text.in.l.si posthumus.§.fin.in fi.ff.de
libe.& posthu. vbi probatur de causa exhæreda
tionis , & modo exhæredandi, & causa iritatio-
nis testamenti.

Quinto loco addo aliud, quoniam indubita-
tum est,filium de iure Digestorum debere habe
re legitimam debitam iure naturæ titulo institu-
tionis : nec sufficiebat quòd alio titulo ei relin-
queretur:sicut fit de iure nouissimo.l.ita tamen.
§.qui rogatus.ff. ad Trebel.l. inter cætera.ff. de
libe.& posthu.per omnes in.d.l.cùm ex filio.ff.
de vulg.& pup.substit.& in.d.l.filio præterito.
tamen nos videmus quòd illo iure sustinebatur
testamẽtum,vbi filius nõ erat exhæredatus cau-
sa notæ:cùm per illam exhæredationem sua legi
tima non interuertebatur:per.d.l.multi.& alias
leges cõcordãtes suprà notatas:quod nõ est ho-
die immutatum.standum est igitur iuri antiquo.
51 Sextò , in correctorijs casus omissus † habe-
tur pro omisso.l.commodissimè.&.l. Gallus.§.
& quid si tantum.vbi plenè per omnes.ff.de lib.
& posthu.l.si cùm dotem.in princi.&.l. si verò.
§. de viro. vbi plenius quàm alibi per Roma.ff.
solu. matrimo. & debet remanere in dispositio-
ne iuris communis.l.fina.C.de testa. mili.l.ij.C.
de noxa.act. cùm in specie non inueniatur deci-
sus nisi per iura antiqua , debet remanere in dis-
positione iuris antiqui. Vnum tamẽ dicebat hic
Bald.quem sequuntur Moder.in.d.l.cùm ex fi-
lio.in princi.quòd si filius exhæredatus non cau
sa notæ velit petere debitum bonorũ subsidium
poterit si forsitan minus quarta sit sibi relictum:
per.l.si ita relictum.§.Pegasus.ff.de leg.ij.quod
dictum non puto verum:quia aliàs non esset ex-
hæredatio facta causa prouisiõis,sed magis cau-
sa priuationis. Et licet hæc sententia ita ab o-
mnibus approbetur, tamẽ nunquã visa est mihi
vera:& ideo cõuenio cum Pet.quoniam durum
esset contra stimulum, id est apertam legis deci-
sionem calcitrare.§.j.&.§.tertia verò cõstitutio-
ne.primo responso.in authenti.de filijs ante do-
ta.instrumen.natis,col.iij.l.ij.§. hoc autem. col.
penult.C.de vete.iure enucle. Plus dicunt Mo-
der.in.l.j.§.huius rei.ff.de offic.eius cui manda.
est iurisdic. quòd cessant omnia argumenta vbi
est clara decisio legis.Quare dico præcedentem
opin

opinionem non esse veram, cùm habeam casum specificè in iure decisum in dicto.§.aliud quoq. in authenti. vt cùm de appella. cogno. colla. viij. sbi, præterire aut exhæredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem. & quod sequitur. Tu aduerte ad illa verba, vel alium quemcunq; modum. per quæ dico inconuicibiliter quòd nisi pater iure institutionis reliquerit filio quartã, etiam si plus quarta filio relinqueret pater triplo per alium quemcunque modum, adhuc tamen non poterit sustineri testamentum: cùm ille text. vlterius procedat annullando ipsum testamentum patris: vt patet in. d. §. sinautem hæc omnia. cùm dicit text. sinautẽ hæc omnia obseruata non fuerint. quæ sunt posita in dicto. §. aliud quoque. & .§. sequen. euacuato testamento dabuntur omnia bona hæreditaria his qui ab intestato vocabãtur. His accedit quod dicit Bar. & omnes post eum in. l. non dubium. C. de legib. Christopho. Porcus in. §. emancipatos. Institut. de exhæred. liber. & propriè in terminis

52 nostris Imo. in. l. j. ff. de testamẽ. quòd † vbi lex procedit annullãdo, si modus designatus per eã seruatus non fuerit, quocunq; modo aliter fiat, pro infecto habebitur per dictam. l. non dubiũ. idem in. l. quoties. ff. qui satisdare cogan. Ratio est, quoniam lex tunc resistit actui: ideo aliter factum irritatur. l. si non sortem. in prin. ff. de condi. indeb. l. cùm hi. §. si prætor aditus. ff. de transactio. plenè per Alexan. in. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obli. & bene faceret illa regula trita apud Moder. de qua pleni sunt eorum codices, vbi aliquid pro forma desyderatur, omissum reddit actum nullum. & per hæc audere discere sufficienter esse responsum ad omnia superiora dicta: quia si dicatur in dicto. §. aliud quoque. non licere parentibus relinquere filijs debitam legibus portionem, & sic quartam, nisi iure institutionis, nec sufficere per quemcunq; alium legitimũ modum, etiam si causa prouisionis fieret, eis relinquere, nihil iuuat si pater filiũ exhæredauerit non notæ causa, etiam si quartam reliquerit aut plus ea, sed oportet quòd titulo elegãtiore ei relinquat, qui est titulus institutionis. & aliqui nouissimi nostræ ætatis remissa illa cõclusione primo loco recitata mutantes consilium in melius, iuxta. l. nonnunquam. ff. de collatio. bono. §. j. in princip. in authen. vt fratrũ filij. col. ix. §. j. & .§. duo. in authen. de nupt. col. iiij. dixerunt in dicta. l. cùm ex filio. ff. de vulga. & pupil. substitu. quòd debet filio iure institutionis, & nullo alio relinqui quarta, per. d. §. aliud quoq. in his verbis, alium quemcunque modum. ponderando illa verba diligenter, quæ includunt omnes modos qui possent cogitari ad hoc vt filio relinqueretur quarta: quos omnes respuit, excepto modo institutionis. Et vt dixi licet deberent ista sufficere pro solutione, tamen seriatim omnibus respondebitur. Primò ad primum, secundum & vltimum fundamenta, quia eundem effectum habent, non esse verum casum esse omissum à. l. nouissima, nec extra terminos nostros, sed propriè in terminis huius cõclusionis, per illa verba, vel alium quemcunq; modum. quæ concludunt generaliter in omni casu post prima specificata. & hoc casu indeterminatè procedunt. l. doli clausula. ff. de verbo. obliga. in. l. generali. §. vxori. vbi plenè per Bart. ff. de vsufru. leg. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & argen. lega. vulga. l. Iulianus. in

53 princ. ff. de lega. iij. standum † erit igitur vltimæ decisioni legis. l. sed & priores. & . l. nõ est nouũ. ff. de legi. plenè Moder. in. l. pacta nouissima. C. de pac. quia in hoc recessum est à iuribus antiquis, cùm dixerit in specie non admitti testamentum, nisi pater iure institutiõis debitam legibus portionẽ, scilicet quartam filio reliquerit, etiam si titulo cuiuscunque donationis, legati, fideicõmissi, vel alterius cuiuslibet tituli reliquerit.

Ad alia fundamenta, videlicet ad. l. multi. & alias leges per me allegatas licet sit sufficiẽter responsum per supradicta, tamen dico etiam in terminis iuris Digestorum non fuisse interdictam querelam filio exhæredato non notæ causa, sed permissam, si magis filio prodesset habere quartam sibi debitam per viam querelæ vel bonorũ possess. cõtra tabul. quàm sub illo titulo sub quo relictum erat. l. Paulus. in princ. ff. de bon. liber. ibi, nocere ei non oportere quominus contra tabul. libertorũ aui bono. posses. petere possit. ex quibus verbis habes vnum effectum ex quo magis expedit filio querelare, aut cõtratabulare testamentũ in quo fuit exhæredatus non causa notæ quàm adhærere testamento. Addo alium effectum propter detractionem quartæ etiam Trebellianicæ vel Falcidiæ iuxta. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. tãtomagis hodie hoc procedit cum nõ sufficiat alius titu. quàm institutionis. Præterea addo vnum inconueniens quod vno casu sequi posset: quid si ille cuius fides est accõmodata vt filio relinquatur, vel aliquid tradatur nolit restituere, oportebit eũ ius suũ prosequi actione ex testamento, vel alijs remedijs iuris. l. quidam cum filium. ff. de hæredi. instituen. quod esset ei maximè onerosum propter vnum quod dicit ibi Bald. summando illam legẽ, guarda à chi te fide. Nec obstabit quod voluit dicere Aret. in. l. j. de testa. quòd de iure Digestorũ desyderabatur causa in exhæredatiõe, quia hoc nõ est verum: sed sufficiebat quòd filius nominatim exhæredaretur etiam sine causa. per. l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. §. j. instit. de exhære. libe. Verum est autem quòd filius magis onerabatur cum querelabat testamentum patris, cum inueniebat se exhæredatũ à patre cum causa quæ videbatur legitima ad exhæredãdum filiũ: & istud est quod vult tex. in dicta. l. iij. §. si emancipatus.

primo.ff.de bono.posses.cōtra tabul. in dicta.l. si posthumus.§.fina.ff.de libe. & posthu. nec est verum quod dictum est in quarto fundamento, quòd tātum de iure nouissimo insertio causæ & exhæredatio seu præteritio debeat fieri cum causa, vt filij tantum ab iniuria liberarentur. per.§. hæc autem.in authenti.vt cùm de appel. cogno. quia lex nō stetit in illis terminis simpliciter, sed vlterius processit, statuendo quòd filij instituantur saltem in aliquo, vt filius titulo honorabiliore facilius consequi posset. & hāc responsionem tradiderunt Iaco. de Rauenna, Pet.eius discipulus, & post eos Cin.in authenti.nouissima.C.de inofficio.testamen.cùm dixerunt hoc fuisse à lege nouissima ordinatum causa honoris: cum titulus institutionis sit honorabilior titulo legati. l.iij.§.non solum.ff.de legat.præstan.& maximè secundùm Cin.quia debet pater quærere filium honorare sicut seipsum.l.Iulianus.ff.si qs omis. causa testa.cum sit filius eadem persona cum patre.l.fina.C.de impub.& alijs substitu. Addunt & aliam rationem, propter cōmodum iuris ac-
54 crescendi, quod habet † locū inter hæredes, non autem inter legatarios & hæredes. de quo plenè in.l.vnica.C.quando non petenti. partes accres. & sic concurrūt duæ rationes secundùm eos honoris & vtilitatis. Præterea si esset verum quòd subsisteret testamentum in forma limitationis supra positæ, sequeretur quòd iura Codic. quæ dicunt sufficere ad impediēdum querelam aliquid filijs relinquere quoquo relicti titulo.l.omnimodo.C. de inofficio.testamen. remanerent incorrecta: quia & adhuc sufficeret patri filio aliquid relinquere quoquo titulo: quod tamē est falsum per.d.§. aliud quoque. suprà ponderatum. Nec obstabit verbum, sola. positum in dicto.§. cæterum. quia declaratur per principiū.§. in quo refertur titulus institutiōis, vt patet in illis verbis, siqui hæredes fuerint nominati etiam si certis rebus iussi fuerint esse contenti. quæ verba declarant omnia sequētia.iuxta.l.Titia.§.idē respondit.ff.de verborum obligatio. Vnum tamen nō omitto, quod non inueni adhuc tactum ex.d.§. cæterum.per illum text. temperatū esse rigorem illius.§. aliud. & quasi redactum ad iura codic.
55 quia pater † non habet necesse filium instituere in tota quarta, sed sufficit in aliquo eum instituere hæredem: quia tunc non poterit querelare testamentum tanquam inoffic. sed poterit tantum agere ad supplementum quartæ, sicut agebat de iure codi.per.d.l.omnimodo.C. de inoffi.testa.

Istam tamen cōclusionem Petri limito in vno casu multum singulari, quando virtute consuetudinis vel statuti alteraretur ius commune, de quo suprà: videlicet quòd filij non deberent necessario institui, sed ab eis omnia bona adimerētur & matri aut alteri deferrētur. ego do tibi exēplum in duabus consuetudinibus quæ in plerisque partibus Galliæ obseruant. Prima est quòd nobilis decedens relictis liberis, tutor filiorum ratione tutelæ acquirit sibi omnia bona mobilia quæ ex successione parentum ipsorum filiorum illis proueniebant. Secunda est quòd si vxor vel auia vel alius ascēdens remanet superstes, in bonis mobilibus patris excludūt quoscūq; descendentes etiam filios. quæ tamē sunt rigorosæ consuetudines: & in his dico quòd bene sustineretur illa exhæredatio nō notæ causa facta vbi pater illis filijs plus relinqueret, quàm essent percepturi, si directò succederent patri: quo casu illæ cōsuetudines possent regulari secundùm ius commune.l.ij.C.de noxa.actio.l.fin.C.de testamen.milit. & maximè cùm per illas consuetudines sit derogatum iuri communi iuxta.l. de quibus.ff.de lega.l.j.&.ij.C.quæ sit longa consuet. quæ maximè habēt vim in regno Frāciæ: in quo nō ligant leges imperiales: nec à regnicolis pro legibus seruantur, vt dicit Bald.in.l.nemo.C.de senten.& interlo.omnium iudi. & dicam in alijs conclusionibus infrà. Pro qua limitatione induco text.amœnum & notatu dignum, & quem in contingentia facti allegaui: & secundùm ipsum me consulente iudicatum est, & obtentum. in.l. quidam cum filiumfamilias.ff. de hæredi. instit. cùm dicat tex.de filiofami. qui rogauit extraneū volentem eundem filium sua contēplatione hæredem instituere, sciens filiūfamil. si simpliciter institueretur, hæreditatē ad patrem peruenire, & non ad eum: vt alium institueret hæredem: & rogaret tacita fide ipsius hæredis instituti habita, de ea illi restituēda adueniente tempore quo sui iuris esset: quærebat, si testatore mortuo qui precibus filijfamilias annuerat, an hæres à patre filijfamil. posset conueniri, & respōdit non posse: an etiā à filio, dixit quòd sic: & tenebitur hæres adueniente tempore quo sui iuris erit per actionem vtilem mandati ipsam hæreditatem restituere filio. & ita per illum text. consului cuidā nobili mulieri quæ præsentiebat bona sua mobilia peruenire ad matrem suam filijs exclusis virtute dictæ cōsuetudinis vt relinqueret extraneo illa bona & rogaret illum extraneum tacita fide habita de restituendis illis bonis filijs suis adueniente morte dictæ auiæ: qua nobili mortua voluit auia repetere dicta bona mobilia, quasi facta esset illa donatio seu legatū in fraudem ipsius, & propterea deberet reuocari.argu.l.pe.ff. si quid in fraudē patroni alie.fue. tamen per illū tex.iudicatum fuit contrarium, & obtentum. cui addi di text.in.l.pe.ff.de cura.furi.in.l.si mater.C.de institu.& substitu.sub condi.fac. & huic limitationi potes addere alios text. positos per me in præcedenti conclusione in secundo fundamento. licet contrarium aliquando consuluerit insignis doctor dominus Nicol. de Matiscone in ciuitate Aurelianeñ. non recordatus de illis tex. motus tantum illa ratione, quia aliàs esset facere fraudem legi. contra.l.fraus legi.cum.l.sequen. ff.de

ff. de legi. per omnes in. l. non dubium. C. de leg.
Din. in regu. fin. de reg. iur. in. vj. tamen ad istud
faciliter respondetur: prout & tunc respondi,
hoc non esse inconueniens: nec per hoc fit fraus
56 legi † quando lex hoc permittit. l. Gracchus. C.
ad legem Iul. de adulte. ita not. Bald. in. d. l. non
dubium. secundo respondi, & hæc melior, quia
cum illa cõsuetudo detrahat à iure communi &
naturali, accusando filios, faciendo eos alienos
à successione parentum sine peccato, vt supra di
xi. quibus accedit text. in. §. quamobrem. &. §.
non licebit. in authenti. de trien. & semis. col. iij.
57 facilius † igitur admittitur reductio ad ius com-
mune: quoniam vnaquæq; res de facili reuerti-
tur ad suam pristinam naturam. ita in simili re-
spondet Ioan. fab. in. §. sed naturalia. Institu. de
iure naturali. maxime quia consideranda est vo-
luntas testatoris, quæ conformatur iuri naturali,
patiendo bona sua tradi filijs iuxta. §. primũ ita-
que. in auth. de hære. & falc. col. j. Secundo con-
formatur legi ciuili. d. l. quidam cum filium. &
d. l. pen. quibus concordat. l. in fideicommissi.
§. cum Polidius. ff. de vsur. Tertio dixi procede-
re prædicta, cum per illam consuetudinem non
tollatur libera testãdi facultas in his, seu de istis
disponendi: quare non mirum si valeret valet à
fortiori quasi facta extraneo, qui in hoc cẽsetur
extraneus: sicut in simili dixit text. in. §. j. versic.
licebit enim. in authent. de trien. & semis. col. iij.
58 Secundo quia † implenda est voluntas testantis
in specifica forma. l. qui hæredi. &. l. Meuius. ff.
de condi. & demon. præsertim vbi. l. non inueni
tur resistere tali voluntati, licet etiam nõ assistat
l. si non sortem. in princi. ff. de condi. indebi. no.
omnes in. l. nemo potest. ff. de lega. j. in. l. testan-
di facultas. C. de testamẽ. sed debet considerari
illud dictum Bal. prius recitatum in. d. l. quidam
cum filium. guarda à chi te fide.

Sed circa ista omnia instat difficultas an dicta
in præcedentibus procedant indistinctè in filio
emancipato, sicut in retento in potestate: & quia
in hoc articulo multum elaboratum est tam per
antiquos q̃ nouissimos, ideo diligentius aduer-
tendũ est. dixit enim Bar. quem fere oẽs sequũ-
tur hic, & in. l. filio præterito. ff. de iniusto, rupt.
& irri. testa. dicta in filio in potestate retento nõ
procedere in filio emancipato, motus principali
ter ex decisione glo. in. §. exhæredatos. in authẽ.
de hære. & falci. col. j. cuius decisionem non ad-
mittunt doctores simpliciter, sed cum quadam
distinctione. Anteq̃ tamen eam referam, indu-
co illud fundamentum, cum quo omnes simpli-
citer pertrãseunt, quia hodie non est sublata dif
ferentia patriæ potestatis & emancipationis nisi
ab intestato, non autẽ ex testamento. §. j. in auth.
de hæredi. ab intesta. venien. col. ix. cum dicit il-
le text. solum sublatam esse differentiam ab inte
stato patriæ potestatis & emancipationis. ideo
cum alia sit causa testamẽti, & alia intestati, arg.
l. quandiu. ff. de acqui. hæred. l. anteq̃. C. cõmu.
de succes. propterea non potest fieri extensio de
vno casu ad alium, cũ sit diuersa ratio. l. Gallus.
§. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis.
hoc fundamentum volui prius recitare, cum di-
rectè contradicat primo membro distinctionis
recitandæ post eos. primo enim Bart. & alij post
eum sequentes doctri. glo. in. d. §. exhæredatos.
distinxit emancipatum à filio in potestate reten-
to hoc modo, si filius emancipatus sit præteritus
vel exhæredatus sine causa, tunc nullum erit te-
stamentum patris: sicut dictum est de filio in po-
testate præterito vel exhæredato sine causa. per
d. §. aliud quoq;. in auth. vt cum de appella. co-
gno. col. viij. quem tex. dicunt verificari tam in
suo q̃ in emancipato. Istud dictum non puto ve
rum, si præcedens fundamentum & capitale eo-
rum sit verum. ratio est, quia si verum est dicere
differentiam patriæ potestatis & emancipatio-
nis sublatam esse tantum ab intestato, & non ex
testamento, prout dixerunt. per. d. §. j. in authen.
de hæredi. ab intesta. venien. col. ix. falsum est
quod hic dicitur in hoc primo membro distin-
ctionis differentiam esse sublatam etiam ex testã
mento quantum ad insertionem causæ ingratitu
dinis: aliàs quod testamentũ erit nullum si exhæ
redetur filius emancipatus sine causa. & hic cla-
rè appareret aut quod præcedens fundamentum
sit falsum, aut iste primus articulus distinctiõis:
quia contrariantur sibi directè, vt vides. & si di-
catur hoc non esse verum, & q respectu diuerso
rum possunt se compati, dico hoc non esse ve-
rum. dicant quicquid velint moder. existiman-
tes ab alijs collectum & tactum nouũ esse: quia
nunq̃ hæc diuersitas inuenietur posita de iure
nouissimo etiam si captauerimus verba legis: cõ
tra. l. pe. ff. ad exhi. adhuc minus sustineri pote-
rit sequens articulus distinctionis, cum dicunt q
si filius emancipatus sit præteritus vel exhæreda
tus cum causa, q sit differentia inter filium eman
cipatum & suum: quia testamentum erit validũ:
& filius emancipatus præteritus cum causa non
poterit petere annullationem testamẽti, nisi per
bono. posses. contratabu. vt in toto titulo. ff. &
C. de bono. posses. contratab. secus in suo: quia
competunt sibi alia remedia, de quibus suprà.
59 Ego † dico hunc articulum non esse verum, nec
posse in iure probari, nec sustineri posse: nisi ve-
lint dicere sequendo præcedens fundamentum
præmissum q cum sit sublata differentia patriæ
potestatis & emancipationis de iure nouissimo
ab intestato tantum, ideo in causa testamenti re-
manemus in dispositione iuris communis anti-
qui. iuxta. l. præcipimus. in fin. C. de appell. quia
adhuc dico q si debeamus remanere in terminis
iuris antiqui dico q filius emancipatus non po-
terit dicere testamentum patris nullum, siue cũ
causa, siue etiam fuerit sine causa exhæredatus:
nec erit nullum: & ideo habet necesse contrata-

bulare testamentũ patris.l.j.in princ.& per totũ
titu.ff.de bo.posses.contratabu.§.emancipatos.
insti.de exhæredatione libe. Secundo etiã dico,
ꝙ si debemus remanere in illis terminis, adhuc
dico nedum per ius.C.sublatam esse differentiã
ab intestato patriæ potestatis & emancipationis
per.l.meminimus.C.de legi.hære.& in.d.§.j.in
auth.de hæredi.ab intesta.venien.sed etiã ex te-
stamẽto:& est tex.si bene aduertatur in.l.fin.§.
sancimus.suprà eo.vbi primo tex.resoluit diffe-
rentiam sexus etiã ex testamento:deinde subdit
ꝙ in testamento mares & fœminæ vocentur, &
eodem modo exhæredentur nominatim,& bo.
posses.cõtratabu.habeant,qualẽ haberent filius
suus vel emancipatus.vt si filia fuerit præterita
ad instar filij emancipati vel sui,vel euertat ipso
iure, vel per contratabul.bonorum posses. sta-
re hoc non patiatur.quibus verbis dico probari
differentiã emancipationis esse sublatã:vt ea re-
media quæ cõpetunt suo præterito,cõpetant &
emancipato,per illa verba,ad instar filij emanci
pativel sui,vel euertat ipso iure &c. Et si dicatur
ꝙ illa alternatiua,vel.distingueret filium eman-
cipatum à suo,& ꝙ remedia rescissoria relatiue
accipi debent,vt referantur suo & emancipato
secùndum dispositionẽ iuris cõmunis distinguẽ
tis suum ab emancipato,secundo & fortius si di
catur per illum tex.posse probari distinctionem
præcedentẽ in forma exhæredandorũ filiorum
suorũ & emancipatorũ,& quantũ ad modũ im-
pugnandi,quia suus diceret nullũ, emancipatus
vero cõtratabularet,& sic referantur singula sin
gulis:sed istud dico nõ esseverũ:quia filius suus
nõ tantũ potest dicere nullũ,vel querelare,sed
etiam contratabulare.§.adhuc.versi.prima quæ
liberis.insti.de bono.posses.idẽ probatur in.d.
l.fina.quam glo.in.d.§.adhuc.in verbo, liberis.
ponderauit.idem post glo.notauit hic Bar.& in
d.l.filio præterito.ff.de iniu.rupto & irri.testa.
per quem tex.dixit ꝙ suus potest dicere nullum
vel cõtratabulare.& sic illa alternatiua,vel. po-
sita in.d.l.fi.ver.sancimus.non esset posita rela-
60 tiuè sed coniunctim:quia licet † personas distin-
guat,tamẽ sensum cõiungit.l.si ex toto.§.j.ff.de
leg.j.Et ꝙ sensum coniungat,dupliciter proba-
tur in illo text.primo,qa illas duas alternatiuas,
aut. &,vel.aptauit tex. tam suo q̃ emancipato,
quandoꝗ prius de emancipato loquendo q̃ de
suo,& quandoꝗ contra:& postea concludit de
remedijs:vt patet in illo tex.ibi,suus vel emanci
patus haberent. deinde in alio vers.ad instar filij
emancipati vel sui.& postea subdit,vel euertat
ipso iure vel per cõtratabulas bonorũ possessio
nem &c.demonstrando ꝙ ipsa remedia tam suo
q̃ emancipato sunt cõmunia.Secũdo posset di-
ci ꝙ illa verba,vel testamẽtum ipso iure euertat
vel per contratab.bono.posses.referantur ad fi-
liam præteritam prout referuntur cum qualitati
ƀus sequẽtibus,quæ sunt,ꝙ ad instar sui & emã
cipati si sit præterita,euertat ipso iure testamen-
tum,vel agat bono.pos.contratabu.prout pos-
sent sui vel emancipati præteriti:& sic demõstra
tur,non calũniando literam,illa remedia esse cõ
munia suis & emancipatis. Istis addo,ꝙ si vera
esset sententia Bar.& suorum sequacium,ꝙ dif-
ferentia non esset sublata ex testamento patriæ
potestatis & emancipationis,sequeretur(vt di-
xi)hoc esse falsum quod dictum fuit per eos,fi-
lium emãcipatum debere exhæredari cũ causa,
aut ꝙ aliâs nullum sit testamentum,sicut dicitur
de suo præterito sine causa : quia hoc esset fal-
sum per eorum fundamentũ,si verum est ꝙ sub-
lata,sit differentia ex testamento:cum pater non
tenebatur de iure antiquo emãcipatum institue-
re,cum esset sibi incognitus,vt dixi suprà per.l.
Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posth.
nec erat nullũ de iure prætorio,sed veniebat tan
tum annullandum per bono.pos.cõtratab.vt di
xi.sed referẽdo distinctionẽ Bart.ad.l.fi.§.sanci
mus.suprà eo. sustinereĩ ꝙ esset nullũ:sed aliud
esset falsum,qaverũ esset sublatã esse differentiã
patriæ potestatis& emãcipationis ex testamẽto.

Tertio ꝙ sit rescissa de iure antiquo differen-
tia patriæ potestatis & emancipationis ex testa-
mento,est tex.in.§.emãcipatos.insti.de exhære.
libe.idem in.l.iij.§.si emancipatus.ibi, quo ma-
gis,non quo minus.ff.de bono.pos.contratabu.
quẽ tex.no.moder.in.d.l.posthumo.C.de bon.
contratabu.in eo ꝙ dixerat text. factam esse re-
scissionem quo magis,& non quo minus.si igi-
tur remanemus in dispositione iuris antiqui,&
præsertim iuris prætorij,quo sublata est diffe-
rentia suitatis & emancipationis etiam ex testa-
mento,igitur retorquẽdo contra eos fundamen
tum suũ,videlicet ꝙ respectu emancipatorũ ius
antiquum non inueniatur in specie correctum
per iura nouissima,& ideo standum esse iuri an-
tiquo:verum erit inconcussè cessare hodie ex te
stamento differentiã patriæ potestatis & emanci
pationis:licet quantum ad remedia rescindentia
testamentum competentia filijs esset differentia.

Quarto si esset verum ꝙ ab intestato tantum
esset sublata differentia emãcipationis,& nõ ex
testamento,falsissima esset alia opinio Bartol.&
aliorum post eum dicentiũ quòd à filio emanci-
pato præteritovel exhæredato sine causa debeã-
tur omnia legata relicta in testamento in quo
esset præteritus sine causa : sicut dicitur de suo
sine causa præterito:& ratio est,quia remanere-
mus in dispositione iuris antiqui , quo iure filij
61 emancipati † obtinentes in bono.pos.cõtratab.
nõ tenerẽtur præstare legata nisi certis personis
iuxta.l.j.C.de bo.pos.cõtratab.l.j.&.ij.&.l.fi-
liũ.§.omnibus.ff.de lega.præstã.ex eo ꝙ in isto
casu nõ inuenitur cõtrariũ in specie cautũ de iu-
re nouissimo.vñ secũdũ eorũ fundamẽtũ,qa sta
retur iuri antiquo.l.si extraneus.ff.de cõdi. cau.
da.d.l.præcipimus.in fi.C.de appel.nõ deberẽt
emanc

emancipati legata alijs personis ꝙ cõiunctis: & tamen Bart. & omnes post eum negant, cum dicunt emancipatum præteritum sine causa teneri ad omnia legata, sicut suus: moti omnes illo fundamento, quoniam aliâs sequeretur ꝙ emancipati essent melioris conditionis suis, quod esset absurdum secundum eos: maximè in illo casu præmisso quando filius emancipatus scienter esset præteritus sine causa, quo casu non conseruatur. toto titulo de lega. præstand. ff. sed tunc quando filius emancipatus esset ignoranter præteritus, secundum eos. & sic vides non esse verum eorum capitale fundamentum, cum dicunt non esse differentiam emancipationis rescissam nisi ab intestato: quia in isto casu esset rescissa etiam ex testamento, per supradicta: respectu vero vltimi dicti an verum sit dicetur opportunè suo loco.

Quinto sequeretur aliud inconueniens, si dicta per eos essent vera, & maximè differentiam esse ex testamento inter suos & emancipatos, ꝙ filijs directè non posset pater, tamen per obliquum hoc faceret contra regulas iuris communis. l. oratio. ff. de sponsa. l. scire. §. j. ff. de tuto. & cura. da. ab his. regula, cum quid. de regu. iur. in vj. sed vbi filius suus nõ posset exhæredari cum causa, cum non subesset, filius posset alienis suggestionibus & machinationibus emancipari à patre, & emancipatus exhæredari sine causa à patre quidem solicitato dolose. sicut dicit tex. in l. non est em̃ consentiendum. ff. de inoffi. testa. §. cæterum. in authẽ. vt cum de appel. cogno. coll. 62 viij. ex eo sequeretur aliud, quia † vbi emancipati exhæredati volebant contratabulare, tenebantur probare se fuisse gratos, & de patre benemeritos. iuxta. l. liberi. C. de inoffi. testa. l. non putauit. ff. de bono. pos. contratabu. sic idem esset de iure hodierno: quia hic casus esset omissus de iure nouo, ideo haberetur pro omisso. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. per quẽ infert Bar. si testator reliquerit centum filiæ si nuberet, si vero religionem profiteretur, quinquaginta: eo casu quo profiteretur tertium ordinem sancti Frãcisci, nullum esset testamentũ, aut nulla esset eius prouisio: cum casus iste esset omissus. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. quod non est admittendum per supradicta: quia esset eis nimis graue. & si dicatur ꝙ potest prouideri illis casibus, 63 cum filius † si non vult non potest emancipari à patre nec cõpelli ad hoc. §. generaliter. in auth. qui. mo. natura. efficiun. sui. col. vij. glo. fin. in. §. fina. insti. quib. mo. ius patr. po. sol. dico ꝙ licet forsitan non induceretur filius per vim, tamen quandoꝗ dolus & machinatio plus operarentur: quia de facili hoc fieret. vt videtur notatum in specie in. d. l. non est enim consentiendum. & in. d. §. cæterum. & maxime procederet in filijs 64 minoribus, q facile † seduci possent. §. j. in auth. vt immobilia antenupt. dona. coll. v. quem tex. no. Bal. in simili in. l. ij. col. iiij. C. de rescin. ven. & ideo expedit talibus fraudibus occurrere. l. in fundo. ff. de rei vendic. cum nihil sit quin malus homo deditus malitiæ inueniat. §. j. in authen. vt hi qui obli. habe. se perhibent res minorum. col. vj. §. mitiores. in auth. de nup. col. iiij. C. plerũꝗ. de rescriptis.

Sexto facit aliud quod non inuenitur correctum de iure nouo, secundũ Moder. quid enim si filius emancipatus sit institutus suo præterito 65 sine causa: certum † est ꝙ beneficio præteriti poterit institutus contratabulare. l. si post mortem. §. fina. cum. l. sequẽ. ff. de bono. possef. cõtratab. l. fin. ff. de libe. & posthu. demus ꝙ emancipatus contratabulet & obtineat beneficio præteriti, se quereretur si verũ esset non esse rescissam differẽtiam patriæ potestatis & emancipationis nisi ab intestato, & non ex testamento, cum remaneremus in dispositione iuris antiqui, ꝙ non deberẽtur omnia legata, sed quæ certis personis essent relicta: de quibus in. l. j. iij. & . l. virilis. ff. de lega. præstan. in. l. j. C. de bono. possef. contratabul. & tamẽ secundũ eos erit falsum duplici ratione. prima quia lex nouissima vult omnia legata præstari, vt patet hic & in corpore authen. vnde hæc authen. sumpta est. secunda ratio prius assignata, quia melioris essent conditionis emancipati suis, secũndum eos qui in hoc idem tenent: & maximè dico procedere in hoc casu cum filius emãcipatus non vtitur suo beneficio, sed beneficio sui præteriti, qui non debet maiorem commoditatẽ reportare, ꝙ is cuius beneficio vtitur, habere potest. argum. l. quod fauore. C. de leg. Dicant moder. quicquid velint hoc patet clare, quia filius emancipatus qui beneficio sui præteriti contratabulat, suo nomine non potuisset cõtratabulare: & nihilominus suus teneretur pro parte sua contingente integra legata soluere: emancipatus vero non: quod esset inconueniẽs, vt beneficiũ quod à lege principaliter in fauorem sui hæredis inductũ est, minus commodi sibi quàm alij afferat, vt dixi.

Septimo facit tex. in. l. sed cum patrono. ff. de bono. pos. ibi, ꝙuis enim iure ciuili deficiant liberi, qui propter capitis diminutionem desierũt sui hæredes esse, propter æquitatem tamẽ rescindit eorum capitis diminutionem prætor. ex quibus not. ꝙ qui desierint sui esse per emancipationem, propter rescissionem prætoris sui fiunt: & maximè, vt dicam infrà, quia prætor quo magis, & nõ quo minus rescindit. facit quod no. Bar. in l. illud. §. testamẽta. ff. de bon. pos. cõtratab. moder. in. l. Gallus. §. & qd si tm̃. ff. de lib. & posth.

Octauo facit. l. iij. §. si emancipatus. primo. ff. de bono. possef. contratabu. cum dicat rescissiones prætoris fieri quo magis, & non quo minus. sed si admitteretur ꝙ adhuc differenttia esset ex testamento, rescissio prætoris nihil eis opitularetur: cum ius prætorium non inueniatur muta-

tum. Ex illo textu colligo aliud, cum dicatur in eo per emancipationem non posse fieri quin is, qui iustus est filius, sit filius, etiam quanuis impius. §.j. ad fin. in authenti. de incestis nupt. collatio. ij. capitu. si qui filij. xxx. distinctio. sed si filijs debeatur quarta iure naturæ, vt pater in. §. primum itaque. in authenti. de hæredi. & falcid. collat. j. §. non licebit. in authenti. de trien. & semis. collatio. iij. l. scripto hærede. ff. vnde liberi. quomodo possumus dicere vbi natura non distinguit suos ab emancipatis, & lex admittat rescissionem emancipationis quæ erat de iure ciuili, vt dictum est, quocunque modo filius impediretur succedere patri, siue ab intestato, siue ex testamento quòd debeat reseruari illa iniquitas quæ filium emancipatum priuat suo debito naturali: vt dicit text. in. l. fina. in princip. ff. de bo. damna. Et quòd hodie non habeat locum differentia patriæ potestatis & emancipationis, est text. in. §. j. &. §. excipiatur. in authenti. de trien. & semis. ibi, omnibus alijs de inofficioso positis legibus, & præcipuè nostris in sua virtute seruandis. &. §. neque illo. in secundo responso. eo. titu. ex quibus habes non tantum ab intestato, sed etiam ex testamento sublatam esse differentiam. præsertim probatur in. d. §. neque. ibi, de cætero seruando in nepotibus & pronepotibus non suis & sub potestate constitutis, minus tertia parte eos habere, quam eorum parentibus viuentibus oportebat relinquere testatores. Nota illa verba, non suis & sub potestate constitutis. & illa verba, oportebat relinquere testatores. qui text. probat tam ex testamento quàm ab intestato: cum dicat à non suis vel in potestate constitutis testantibus vel morientibus ab intestato relinquendam esse quartam quæ est tertia bonorum parentibus viuentibus: à fortiori debet relinqui à parentibus non suis & sub potestate constitutis. argumento. l. nam & si parentibus. in principio. ff. de inofficioso testamento. & dictæ. l. scripto hærede: quia maius est vinculum de patre in filium, vel ascendente in descendentem, quàm contra. per illa iura. & ideo si quarta à non suis ex testamento relinqui debet patri, tanto magis deber à patre relinqui filio etiam non suo. vnde saltem vsque ad quartam debita est institutio filij etiam

66 emancipati: cum illa † quarta pro alimentis debeatur filijs, ne fame pereant, dicto. §. non licebit. in authenti. de triente & semis. collatio. iij. sed alimenta non possunt negari filio, etiam emancipato. l. fina. C. de emancipa. liber. & quod notatur in. §. fina. Instit. de legi. agna. succes. ibi, vt emancipationes liberorum semper videantur quasi contracta fiducia fieri. quem text. extendo in filium, per rationem supradictam. Secundo, quia iura sanguinis mutari non possunt. l. iura sanguinis. ff. de regulis iur. & vbi non esset sublata differentia ex testamento, nunquam emancipatus assequeretur nomen hæredis, dato quòd contratabularer testamentum, & obtineret. §. quos autem. Institu. de bonorum possess. quod esset multum damnosum filijs emancipatis. Per ista dico aliud, quia si volunt glos. & Bartol. dicere non esse rescissam differentiam tam ex testamento quàm ab intestato, dico non esse verum quòd pater teneatur cum causa eum exhæredare: quicquid dixerit glo. & Barto. in dicto. §. exhæredatos. in authent. de hæred. & falci. colla. j. & hic. & in dicta. l. filio præterito. adhærendo etiam eorũ fundamentis: quibus prædictis nunquam vidi responsum. Et tenendo hanc vltimam partem non obstabit. §. j. in authenti. de hære. ab intest. venien. colla. ix. quia non est verum quòd text. dicat ab intestato tantum sublatam esse differentiam & non ex testamento, sed tantummodo studet Iustinianus antiquas leges reformare in eo, in quo faciebant differentiam inter filios in successionibus ab intestato: cum iam in successione ex testamento satis opportunè prouiderat: vt patet in titu. de hære. & falcid. in titu. de trien. & semis. in titu. vt cùm de appel. cogno. in quibus satis de success. ex testamen. loquutus erat, & quia in eis nulla videbatur esse dubitatio, propter tam apertas decisiones. sed cum plerique de successione ab intestato disputabant an in eis esset eadem ratio, voluit declarationem facere specialem, per quam censuit etiam ab intestato cessare differentiam sicut ex testamento.

Nec obstabunt alij duo articuli distinctionis positæ per Bartolum & Modern. quia licet illis satis accommodatum fuerit responsum per illa inconuenientia supra posita iuxta doctrinã gloss. in capitu. sicut vrgeri. j. quæstio. j. cum ad tollendam consequentiam sufficit dare instantiam, tamen vltra prædicta dico neutrum articulorum esse verum: cum si negauerimus vnum, & alterum negabimus necessario, per fundamenta ipsorum. Primo, vt dixi cum asserunt sublatam non esse differentiam patriæ potestatis & emancipationis in modo annullandi testamenti paterni, quia filius suus per querelam, emancipatus vero per contratabulas. Secundò in alio cum dicunt nullum esse testamentum si in eo filius sit sine causa præteritus siue suus fuerit, siue emancipatus. Tertio, cum dicunt distinguendo emancipatum à suo quando suus est cum causa præteritus vel exhæredatus quòd nullum sit testamentum: si autem sit emancipatus exhæredatus cum causa, testamentum erit validum. Ex quibus collige apertam contrarietatem, vt dixi prius, cum faciebam distinctionem sui & emancipati ex testamento & ab intestato. Primo, quia erit ab intestato & ex testamento eadem ratio in vtroque in eo, quòd tam suus quàm emancipatus secundùm eos debent exhæredari vel præteriri cum causa. per dictũ. §.

aliud

aliud quoq;. quẽ ad hoc inducunt. & sic falsum est dicere si hoc verum sit, quòd non sit sublata differentia ex testamento patriæ potestatis & emancipationis. Secundò, quia de iure antiquo emancipatus exhæredatus etiam sine causa non reddebat testamentum nullum. vt patet in toto titul. ff. & C. de bono. possess. contratabul. & tamen per eorum præsuppositum erit nullum testamentum de iure nouo. per. d. §. aliud quoq;. & sic tollitur differentia etiam ex testamento secundum eorum fundaméta patriæ potestatis & emancipationis. Tertio cum dicunt in sua distinctione Bart. & moder. hic & in. d. l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. & irri. testa. & glo. ante eos in. d. §. exhæredatos. in authen. de hære. & falci. colla. j. multum interesse an emãcipatus prætereatur vel exhæredetur: dicendo testamentũ hodie esse nullum si emancipatus est præteritus sine causa, sicut quãdo suus est præteritus sine causa: secus autem si sit præteritus emãcipatus cum causa: quia tunc erit differẽtia secundum eos inter suum & emancipatũ: quia suus, si sit cum causa præteritus, adhuc nullum erit testamentum: secus in emancipato, quia valebit testamentum. Quarto, cum distinguunt præteritionem ab exhæredatione, dicendo quòd si filij sui sunt exhæredati sine causa, nullum erit testamentum: si vero sint emancipati exhæredati, nõ valebit: & oportebit eos contratabulare. Quinto loco cum dicunt. §. aliud quoq;. in auth. vt cũ de appel. cogno. verificari tam in suo quàm in emancipato, prout dixit Bar. & omnes post eum in. l. Gallus. §. in omnibus. ff. de libe. & posthu. idẽ Bar. in. d. l. filio præterito. per oẽs hic, & in. l. posthumo. C. de bono. posse. contratabu. eundẽ Bart. in. d. §. exhæredatos. quod vltimum cum verum sit, cum indistincte loquatur de filijs, non distinguẽdo suos ab emancipatis, sicut nec distinxit in. d. §. neq; illo. in authen. de trien. & semi. collat. iij. quòd ille. §. non patitur distinctionem glo. Bar. & aliorum: nec vnquàm inuenietur probata lege nec ratione: vnde hoc sufficeret dicere: per. §. optimum in authen. de non eligendo secundo nuben. colla. j. Oportet enim necessario dicere, aut quòd remaneamus in totum in dispositione iuris antiqui, videlicet in causa testamẽti, vt emãcipatus sine causa vel exhæredatus non possit facere infirmari testamẽtum, nisi quatenus poterat de iure antiquo: vt in. l. non putauit. ff. de bonorũ possess. contratabu. aut si dicamus. d. §. aliud. verificari tã in suo quàm in emãcipato, quòd cessat differentia patriæ potestatis & emancipationis nedum ab intestato. d. §. j. in authen. de hære. ab intestato venienti. collat. vj. sed etiam ex testamento, per. d. §. aliud quoq;. & sic non erit in aliquo vera præcedens distinctio, nec fundamentum, per supradicta. Adhuc minus dico veram esse differentiam quam ipsi faciunt inter præteritionem & exhæredationem, cum contrarietur directẽ illi. §. aliud quoq;. vbi tex. facit eandem decisionem de exhæredatione & præteritione: sic quòd nulla sit differentia maior in vna quàm in alia. & Bar. hoc negare non potuit in. d. l. filio præterito. Scio autem differentiam esse de iure digestorũ inter præteritionem & exhærdationem, sed non eam quam ipsi tra-

67 dunt: est enim † indubitatum de iure digestorũ filio præterito aut exhæredato etiam suo cõpetere querelam. l. iij. ff. de inoffic. testa. ibi, quare exhæredari vel præteriri non debuerunt. & in his verbis, exhæredant vel prætereunt. licet etiã competere possit bono. posse. contratabu. l. j. ff. de bono. possess. contratab. §. adhuc. insti. de bonorũ possess. sed [illegible] emancipato siue præteritus esset, vel exhæredatus, non dabatur querela, sed tantũ bono. possess. contratab. d. l. j. & l. non putauit. in princi. ff. eo. de bono. possess. contratab. vnde & hæc differentia prius recitata non haberet locum, per supradicta. Secundò de iure codicis in. l. fin. suprà eo. & in. l. posthumo. C. de bo. possess. contratab. nec aliter inuenietur cautum de iure codicis: vnde & illo respectu illa differẽtia non erit vera cum non probetur lege. Tertio minus probatur de iure Authenticorum: nec est aliquis tex. in corpore iuris qui dicat & minus qui probet talem differentiam: imo magis totũ oppositum est verum: quia non est maior ratio nullitatis de iure nouissi. ex causa præteritionis quàm exhæredationis in filio emancipato, sicut nec fit in suo. patet in. d. §. aliud quoq;. in princ. ibi, præterire aut exhæredes in suo testamento facere. nisi forsitan probabũtur ingrati: & ipsas nominatim causas ingratitudinis parentes suo inseruerint testamento. nescio si possit colligi ex illis verbis aliqua differentia inter præteritionẽ & exhæredationẽ per illam disiunctiuam, vel. quæ licet sit posita inter diuersa, tamen sensum nõ alterat, sed coniungit. l. si ex toto. §. j. vbi per omnes. ff. de lega. j. sed sunt qui dicunt probari in. d. §. sinautem hæc omnia. in authen. vt cum de appel. cogno. in his verbis, nullum exhæredatis liberis præiudicium generari. deducẽtes hoc modo, quòd cum ius nouissimum sit correctorium iuris antiqui, non debet extendi extra casum expressum; iuribus notissimis. ideo debet verificari tantum in exhæredatis, & non in præteritis. Sed ad istud respondit sufficiẽter Imol. in d. l. filio. ff. de iniusto, rupto & irri. testam. idem Imo. & Are. post eum in. d. l. j. ff. de testa. tamen vltra dicta per eos addo nouissimam considerationem, præter eam quam tradidit hic Alexã. & Moder. post eum super verbo, exhæredatis. dicentes exhæredatos sine causa esse præteritos per. l. non putauit. §. j. ff. de bono. pos. cõtratab. de qua dicetur infra, cum ille tex. se referat ad. §. aliud quoq;. per illa verba, sinautem hæc omnia obseruata non fuerint. quæ omnia sunt quòd filius debeat exhæredari aut præteriri cum causa,

quæ debet etiam per hæredem scriptum probari: quare in vim illorum verborum non potest negari quin in vtraq; fiat eadem relatio. iuxta doctrinam Barto. in. l. si ita scriptum. in princ. ff. de libe. & posthu. per eundem in. l. in repetendis. ff. de lega. iij. aliàs sequeretur quòd vera esset vna cōclusio ineuitabiliter negata ab omībus, quòd si non loqueretur in præteritione, sequeretur quòd afferretur præiudicium liberis præteritis sine causa, quod exhæredatis non afferretur: per illa verba, nullum exhæredatis liberis præiudicium afferri: cum non intelligerentur illi tex. nisi de exhæredatis: & sic in præteritis maneret firma dispositio iuris antiqui. Secundo quia melioris cōditionis essent exhæredati præteritis: quod negant ipsi omnes: cum dicunt facilius nullitatem causari ratione præteritionis sine causa factæ, quàm exhæredationis: cū exhæredatio præbeat aliquam formam testamento, & maximè de iure digestorū: præteritio vero detrahit à forma. Secundo cum dicunt de filio emancipato præterito nullum esse testamentum sicut de suo: secus autem in exhæredato: & per hoc demonstratur ipsos velle concludere à fortiori dicendum esse in præteritione quàm in exhæredatione, quæ isto casu cessaret: quia plus priuilegij exhæredatis daretur, quàm præteritis: stringendo post eos illa verba prædicta, nullum liberis exhæredatis præiudicium generari: quia à contrario præteritis generaretur præiudicium, si ille tex. in eis non posset verificari. & istud est ineuitabile. quare dico in præteritis procedere illum text. quicquid dicant moder. Et propterea dixerunt Imo. & Are. in. d. l. j. ff. de testa. hāc opinionem Petri esse veriorem, & in iure probabiliorem: cum quibus ego consentio per supradicta:
68 quæ † ego extendo procedere in descendentibus fœminis non facta aliqua differentia sexus, siue præteritio fiat à patre siue à matre de filio vel filia & alijs descendentibus vel ascendentibus masculis vel fœminis per. d. §. aliud quoq;. de quo infrá. licet Bart. & alij dubitauerint per §. mater. Instit. de exhære. lib. l. filiam. C. de inoffic. testa. dico autem quòd si loquamur de iure Digestorum. C. vel Instit. non esse dubium quin præteritio matris habeatur pro exhæredatione, per supradicta & alia posita per me in primis cōclusionibus: sed nos nunc loquimur de iure authenti. quo iure dico omnes differētias antiquas esse sublatas: & vltra ea quæ solent Modern. in hoc articulo notare in. l. ij. in princi. & in. l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupil. substit. arguentes de patre ad matrem, de filio ad filiam, & de descendentibus ad ascendentes, & contra: quæ argumenta illo iure non procedebant: vt dixi suprà: sed hodie concludunt in specie. vt patet in dicto §. aliud quoq;. in authent. vt cùm de appella. cogno. ibi, sancimus igitur non licere penitus patri vel matri, auo vel auiæ, proauo vel proauiæ, suū filium vel filiam vel cæteros liberos præterire, aut exhæredes in suo facere testamento. per quæ non potest negari quin ex testamento sit sublata differentia sexus, nedum quantum ad descendētes, sed etiam ascendentes. & illa verba, præterire aut exhæredes facere. sunt communia toti orationi, quæ coniunguntur in vim dictæ alternatiuæ: vt dixi suprà. per. d. l. si ex toto. §. j. ff. de leg. j. cui addo. l. hæc verba, ille aut ille. ff. de verb. signif. Secūdo, quia verba in oratione posita sunt cōmunia ad omnia posita in dicta oratione, quibus possunt adaptari. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de lega. ij. l. quia dicitur. ff. de euictio. & maxime secundùm omnes, vbi vnica est & absoluta oratio: nec ex ea colligi potest aliqua distinctio. argu. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularū. ff. de eden. prout est in. d. §. aliud quoq;. Secundo principaliter est text. in. §. primū itaq;. in authen. de hære. & falci. colla. j. ibi, alijs quidē necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam, tanquam hæc pars secundùm ipsam naturam eis debeatur: quale est filijs & nepotibus, patribus atq; matribus. nor. illam coniunctiuam, atq;, quæ principaliter coniungit. l. triplici. ff. de verb. signif. l. re coniuncti. ff. de lega. iij. ideo idē in matre sicut in patre cum dicat ille text. patribus atq; matribus. Tertio loco facit text. in. §. non licebit. in authen. de trien. & semis. colla. iij. qui alijs apertius probat ibi, & hæc omnia dicimus non in patre solo, sed in matre, & auo, & proauo, sed adiunctis vnicuiq; fœminarum personis auia & proauia, siue paternæ siue maternæ sint. & ratio colligitur ex. §. neque illo. vers. neq; enim masculus. qui immediatè sequuntur cum dicit, neque enim masculus in se, neq; fœmina solum ad natiuitatē propter agnationem sufficiens est, sed sicut vtrūq; eorum coaptauit deus ad generationis opus, ita nos eandem vtriusq; sexus seruamus æqualitatem. eadē ratio posita est in. l. fina. suprà eod.

Quarto loco facit text. in. d. §. aliud quoq;. in his verbis, nisi forsitan probabuntur ingrati, & ipsas nominatim causas ingratitudinis parentes suo inseruerint testamento. nota verbum, parentes.
69 quoniam † appellatione parentis non tātum venit pater, sed & mater, & auus, & auia, proauus, & proauia, siue paterni siue materni sint. text. in. l. appellatione parentis. ff. de verb. signi. & sic etiam vt ostēderet in præteritione tantum non esse text. restringendum in matre, sed esse in patre communem: vt quod prius de patre & matre in specie dixerat, sub termino generali vtrūque comprehendente declarauit, scilicet sub verbo parentis. idem tex. in. l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testamen.

Quinto loco facit text. in. l. cum ratio naturalis. ff. de bo. damna. ibi, ac ne iudicio quidem parentum nisi certis de causis summoueri ab ea successione possint. cui accedit tex. in. l. scripto hæ-

rede. in

rede. in fi. ff. vnde liberi. idem tex. in. §. cæterum.
in authen. vt cum de appel. cogno. col. viij.
Sexto si esset verum ꝙ ille text. in. d. §. aliud
quoqꝫ. in verbo, præteriri. referretur tantum ad
matrem, & nõ ad patrem, & sic inquantū fieret
mentio de præteritione intelligeretur tãtum de
matre, & non de patre, & ꝙ præteritio habere-
tur pro exhæredatione, sicut cautum erat de iu-
re antiquo: vt patet in. d. §. mater. insti. de exhæ-
reda. libe. in. l. filiam. C. de inoffi. testa. sequere-
tur vnū absurdum, quod totus mundus non pos
set euitare, quia sequeretur ꝙ pro forma non te-
neretur pater filium cū causa præterire, sed tan-
tum exhæredare: quia patet per Bar. de iure anti
quo quod requirebatur insertio causæ in præte
ritione filij, sed nullo modo potest præteriri,
etiam vbi esset causa prætereundi: & ideo, vt di-
xi, cum ius antiquum non esset correctum per
d. §. aliud quoqꝫ. nec per alium tex. de iure nouis
simo, sequeretur ꝙ remaneremus in dispositio-
ne iuris antiqui: id est ꝙ non teneretur filium cū
causa præterire. Secundo dico aliud quod neces
sario sequeretur, ꝙ tamen non teneretur cū cau-
sa filium præterire, ex quo præteritio sua habere
tur pro exhæredatione secūdum ius antiquum;
ad quod ius nouissimum trahi deberet, iuxta. l.
sed & posteriores. ff. de legi. est ille tex. in matre
tantum, quod non procederet in patre, vt dictū
est in præcedente dicto. Tertio infero vnū aliud
necessarium, quod sequitur ex præcedentibus;
ꝙ verificaretur: frustra disputatum est per Bart.
& omnes post eum, si hoc esset verū, quomodo
possit filius præteriri cū causa, vt distinguere-
mus præteritionem ab exhæredatione, de qua
per eum hic. & in. l. iij. suprà eo. & l. filio præte-
rito. ff. de iniu. rup. & irri. testa. per eūdem in. d.
§. aliud quoqꝫ. & idē in. §. exhæredatos. in auth.
de hære. & falci. colla. j. & vbiqꝫ per omnes post
eum. & in. l. j. ff. de testa. Et ratio huius dicti est
quia si tex. ille loquitur tantum de præteritione
materna & non paterna, non poterit in aliqua le
ge fundari intentio ipsorum in eo articulo quòd
cum causa debeat filius præteriri: quia de iure di
gestorum non est cautum: quinimo lex irritabat
testamentum vbi filius erat præteritus, quoquo
pacto præteriretur: cum pro forma requireba-
tur, vt dixi supra, ꝙ aut institueretur nomina-
tim, aut nominatim exhæredaretur. l. inter cæte-
ra. ff. de liber. & posthu. in. §. j. insti. de exhære. li
70 bero. aliâs si præteriretur testamentū † viribus
subsistere non poterat: quia forma omissa erat
data à lege in testamentis. de iure codi. idē vt pa
tet in. l. fina. suprà eo. de iure authen. si non pro-
batur in. d. §. aliud quoqꝫ: ex quo scripta est hæc
authen. ex causa. ego non inuenio aliquam legē
quicquam tractantem, nec video quòd aliquis
det alium tex. præter illum. §. aliud quoqꝫ. vsqꝫ
ad tempora nostra: ideo, vt dixi, remaneret in
dispositione iuris antiqui. l. si extraneus. ff. de cō

dict. causa data. & in. l. præcipimus. in fine. C. de
appel. & tamen prout ego sentio, & sum in ea
sententia, aut nihil intelligo, aut text. ille in. d. §.
aliud quoqꝫ. loquitur tam in præteritione pater
na quàm materna: vt iura fatentur in dictis iur.
allega. & declaraui prius. Et ideo vera est regu-
la & conclusio per me scripta quòd non refert à
quo parente siue à patre, siue à matre fiat præteri
tio vel exhæredatio, siue etiam de filio fiat, vel fi
lia: in nullo facta differentia sexus, siue agendo
siue patiendo. & idem probatur in. §. siue igitur
omnes. versi. iustum. in authen. vt cùm de appel.
cogno. col. viij. & opinio Petri ex his stetisse vi-
detur quæ legibus communibus fundata est.
71 Ista ego dico non tantum † vera esse in patre
& matre, sed etiam in auo, auia, & alijs omnibus
ascendentibus, per eadem iura in dicto. §. aliud
quoqꝫ. & alijs allegatis. & hoc verum esse puto
quando nepos vel neptis, pronepos aut prone-
ptis tenent primum gradum, & non aliter: vt pa-
tet in. l. Gallus. in princi. & per totam. l. ff. de li-
ber. & posthu. in. §. neqꝫ illo. in authen. de trien.
& semis. col. iij. quia tunc per illos text. succedē-
rent in locum patris præmortui. §. cum filius. In-
stitu. de hære. quæ ab intesta. deferun. in. l. iij. §. si
emancipatus. ij. & §. sequen. & l. j. §. fin. ff. de bo
no. posses. contratab. aliâs non: vt plenè in. l. Gal
lus. in. §. sui. Instit. de hære. quali. & diffe. & quia
iste articulus est planus, non tango nunc. sed dic
vt in. l. j. ff. de succes. edic. & C. eo. tit. l. fin. idem
in. l. illud. in princi. ff. de bono. possess. contrata-
bul. in. l. si quis filium. C. de inoffi. testa. in. l. si is
qui. ff. de inoffi. testa. & quod not. in. l. si quis fi-
liusfamilias. §. j. ff. de acquir. hæred. Circa ista o-
mnia instat vna maxima difficultas, quam nunc
aperui, in ver. iij. infero. si verum est quod sentit
Petrus, & nemo est qui possit diffiteri, quòd fi-
lius debeat cum causa præteriri à patre, quomo-
do poterit cum causa præteriri: & sub qua for-
ma: vt cognoscatur qualiter & quando sit præte
ritus, & quando exhæredatus: & per hanc quæ-
stionem tu habes solutionem ad argumentum
quod tantum exclamauerunt Moder. cum dixe
rūt quòd exhæredatus sine causa sit præteritus:
quod est falsum, vt dixi suprà, & adhuc aliquid
sentiam infrà. Veniamus igitur ad quæsitum: in
quo varij varia dixerunt, sicut dicit tex. in. c. lite-
ras. extra de restit. spolia. in. l. quia poterat. ff. ad
Trebel. & in. c. super literis. extra de rescrip.
72 Primo dixerunt nostri Moder. quòd hi † di-
cuntur præteriti qui sine causa sunt exhæredati.
per tex. in. §. eadem. insti. de hære. quæ ab intest.
defe. cui text. concordat. l. non putauit. §. non
quæuis. ff. de bono. posses. contratab. & dixi ple
nius suprà. dicas hoc dictum, quod clamauerūt
aperto gutture esse ineuitabile, esse falsum, &
contra casum legis. d. §. aliud. in authen. vt cum
de appel. cogno. col. viij. ibi, præteriti aut exhæ-
redes in suo facere testamento. & paulo post

subiungit,nisi ingratitudinis causas nominatim
suo inserat testamento:& sic vides qualiter tex.
non dixit esse præteritum qui exhæres factus est
sine causa illius expressa:cum dicat nō licere pa-
tri filium præterire aut exhæredē facere,nisi inse
ratur causa propter quam meruit exhæredari:&
sic distinxit præteritionem sine causa ab exhære
datione sine causa,& econtra. Et propterea ces-
sent loqui.arg.autem eorum,vt dixi,possent de
iure prætorio & institutionū procedere,quo iu-
re forma exhæredationi data erat,sed non præte
ritioni:quo casu succederet illa vulgata iuris re
73 gula:paria † esse aliquid non fieri,vel non debi-
tè fieri.de qua per Moderñ. hic. quibus accedit
tex.in.l.quoties.cum alijs no.per eos.ff.qui sa-
tisda.cogantur.sed vbi non erat solēniter exhæ-
redatus,perinde erat atq; si exhæredatus nō fuis
set:& propterea dicebatur præteritus,quasi legi
timè de eo instituendo.aut exhæredando men-
tio facta non esset.sed istud hodie cessat:quia vt
dixi æque in præteritione causa desideratur, si-
cut in exhæredatione ;ideo si hodie sine causa
fuerit exhæredatus,non dicetur præteritus , sed
exhæredatus:per illa verba præteritos aut exhæ
redes in suo facere testamēto . Præterea contra-
diceret alia aperta decisio Bart.hic &in.l.iij.su-
prà eod.&.l.filio.ff.de iniusto,rup.& irri.testa.
74 ꝙ is dicatur † præteritus,de quo instituendo vel
nominatim exhæredando mentio facta non est.
pro qua ponderat text.in.l.pen.C.de fideicom:
&.l.ij.ff.de leg.ij.cui ego addo tex.meliorem in
§.j.insti.de exhære.libe.ibi,vt eum hæredem in-
stituat,vel eū exhæredē nominatim faciat : aliàs
si silentio præterierit,inutiliter testabitur . idem
tex.in.d.l.inter cætera.ff.de liberis & posthu.&
idem tex.in.l.fina.§.sancimus.C.eo.titu.sed tu
posses concordare ꝙ illi text . intelligendi sunt
quando nominatim est exhæredatus:secus vbi
non est nominatim:& sic firmiter:exhæredatio
facta nō esset. ita procedat text.in.d.§.eadē.sed
ista euitatio non potest satisfacere dicto.§.aliud
quoq;.cum per illum text.eadem forma requi-
ratur in præteritiōe sicut in exhæredatione: qua
re diuersa est ratio de vtroq;,distinguendo præ-
teritionem ab exhæredatione in alia forma:quia
hoc non sufficeret ad quæsitum dictum.

Quare Barto.in.l.iij.suprà eo.& in hac auth.
dixit quòd hoc modo præteriri potest filius cū
causa,& erit legitimè præteritus si dicatur , filiū
meum,quia me verberauit,prætereo.& hanc se
quuntur ferè omnes citramontani recedentes à
Petro & à nostris:& hoc dicunt esse maximi ef-
fectus Moder. quia si hoc casu non esset præte-
ritio sed exhæredatio,testamētum valeret : quia
cum causa,per hunc tex.&.d.§.aliud quoq;.vbi
si est præteritio testamentum erit nullum : siue
cum causa,siue etiā sine causa facta fuerit . iuxta
decisi.glo.in.§.exhæredatos.in verbo,noluit.in
authen.de hære.& falci.col.j.quam glos.si velis
intelligere,debes coniungere cū alia glo.j.illius
§.in verbo,exhæredatos.cum primū dixerat te-
stamētum valere vbi cum causa fuerat filius ex-
hæredatus,et postea in dicto verbo,noluit.dixit
testamentum nonvalere vbi est præteritus filius
cum causa vel sine causa.

Istam decisionem seu formam præteritionis
videtur aperuisse Francisc. Accur.in.l.iij. suprà
eod.prout refert Petrus,& Cin. post eum.tamē
istud dictum dicit non esse verum:& ratio,quia
aliàs lex verbis fuisset imposita : contra.l. quo-
niam indignum.C.de testa.melius in.l.iij.§.hæc
conditio.ff.de adim.leg. in.l.ij.in fin. verbis.C.
communia de lega.in.l.fin.in fin.C.de vsuris.&
ita sentiunt Petrus,Cin.& nostri:licet Barto.&
sui sequaces aliud dicant non moti aliqua lege:
ppterea dixit Iacobus de Rauaneyo præceptor
Petri & Petrus(quos postea sequutus est Cin.
& nostri omnes in.d,l.iij.suprà eod.per eosdem
in.§.j.insti.de exhære.liber.quos etiam sequor
in eorum conclusione,quam ego non lecto Pe-
tro nec alio cogitaui)quòd difficile est dare mo
dum quin semper dicatur esse exhæredatus ma-
gis quàm præteritus:tamen ego dico circa istud
75 quòd dupliciter † potest præteritio cum causa:
vno modo secūdum Petrum,si dicatur hoc mo-
do,filio meo maledicto qui me verberauit,lego
centum vel decem,nulla alia de filio mentione
facta præter legatum in testamento:tunc dicitur
præteritus,& non exhæredatus,quia nec expli-
cite nec implicite videtur exhæredasse,sed præ-
terijsse.explicite non exhæredauit,quia non est
seruata forma,si verbis tantum debemus atten-
dere:prout dixit hic Bar.& omnes post eum: &
declaraui in præcedēti dicto.nec implicitè,quia
nec institutioni nec exhæredationi potest forma
legati adaptari.l.pe.infrà de fideicō. in.§. aliud
quoq;.in authen.vt cū de appel.cog. colla. viij.
ibi,nec per quēcunq; aliū modum.Pro quo di-
cto bene facit tex.in.l.his verbis.§.j.in ver.pure
ff.de hære.insti.in simili vt si dicatur secundū il-
lum tex.filium meum maledictum hæredem in-
stituo:tūc institutio est, sed cum maledictis.tex.
in.l.si cum vel in vtero. in fi.C.de testa.mil.quā
statim declarabo.ideo si postes filius querelet te
stamentum,quia præteritum se dicat,obstabit ei
causa præteritionis,quæ est,quia patrem verbe-
rauerat.igitur hærede scripto probante causam
illam ingratitudinis, valebit testamentum irre-
uocabiliter:vt dixi suprà.& istam primam partē
tu potes hoc modo facile defendere.& ante Pe-
trum bene aperuerunt hic Azo & Mart.Silima.
quos secutus est hic Cin. licet de eis nullus sit q
sentiat verbū.Secūdo ego dico ꝙ pōt aliter fieri
præteritio nullo legato filio facto:videlicet si di
xerit testator moriēs in testamēto quod habet fi
lium vnū nominatū Titiū,qui eū verberauit: se-
clusa illa difficultate si duos habeat filios eiusdē
nominis iuxta.l.duo sunt Titij. de test.tutel.sed
quòd

quòd vnum tantum habeat illius nominis: tunc si nulla alia mentione facta de filio instituendo aut exhæredando, sed cum illo maledicto inferto testamento simpliciter pertransierit testando, sustinebitur testamentum, si postea probetur ab hærede scripto illa causa ingratitudinis, scilicet q filius patrem verberauerit. Pro quo induco text. in. d. l. si cum vel in vtero. C. de testa. milita.
76 in fi. respon. l. Et vt intelligatur, † præsupponas vnum quod prius notaui, q præteritio in testamento militis habeatur pro exhæredatione. l. si patronus. in verb. silentio exhæredauit. & in. l. Paulus. ff. de bon. libe. & idem probatur in. d. l. si cum vel in vtero. in primo responso. vbi primo dixit tex. si miles ignorãs habere filiã silẽtio præterierit, non erit exhæredata, sed præterita, sicut si paganus fuisset. Deinde quærit quid si sciuerit se filiam habere, quam non instituit, sed fecit ei legatum simpliciter, dicit tex. erit exhæredata: quia miles est testator: secus autem esset in pagano: quia non esset exhæredata, secundum glo. fin. & bene: quia illud imputabitur filiæ in quartam: & aget tantum ad supplemẽtum quartæ: & hoc de iure codicis: quo iure, vt dixi, sufficiebat filijs relinquere quoquo relicti titulo. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. sed de iure nouo, quo oportet titulo institutionis relinquere, vt dicam infra, isto casu non est exhæredata, sed præterita. per. d. §. aliud quoq. Per quæ vides ex mẽte illius glo. probatam esse primam formam præ tereundi filium iuncto illi glo. d. §. aliud quoq. Nec puto esse verum quod dictum est per Bart. & alios verbum, prætereo. distinguere præteritionem ab exhæredatione: & licet pro respõsione sufficeret vnum quod plerunq supra recitaui nõ esse legem quæ hoc dicat. §. cõsideremus. in authen. de trien. & semis. colla. iij. d. §. cum autem. vers. optimum. in authen. de non eligen. secun. nuben. colla. j. tamen dico iura allegata per Bart. contradicere omnino. primo tex. in. l. iij. su prà eod. cui accedit similis in. l. j. vers. qui neq legaturus est. & vers. ita hæres esto. iuncta doctri. glo. in verbo, hæres. & in. l. quoties. §. sed si non in corpore. ff. de hære. insti. quoniam verba nõ faciunt formam exhæredatiõis. Et licet istud sit notum, & propterea sufficeret vnum aut duos text. inducere in cõmunibus. l. damni infecti. la picola. ff. de dam. infec. l. scire oportet. §. fin. vbi idem not. Bar. ff. de excusa. tuto. tamen possum inducere plures tex. primo. l. certum. in fin. ff. de reb. credi. ibi, an vocabulis quibusdam demonstretur. l. quoniam indignum. C. de testa. ibi, sed quibuslibet confecta sententijs in quolibet loquendi genere formata institutio valeat, si modo per eã liquebit voluntatis intentio: ratio subiungitur, quæ fortius dicto stringit, nec necessaria sunt momenta verborum, quæ forte semenecis & balbutiens lingua profudit. idem text. in. l. receptitia. §. fin. versi. sed & vt subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed vana nominũ vocabula amplecti desiderant. C. de consti. pec. facit rubri. ff. si quis à parent. manumiss. facit in
77 verbo, manumissus. quoniam manumissio † ad seruos tantum pertinet & non ad filios: sed emãcipatio. l. j. §. alienatio. ff. quando de pecu. actio annalis sit. glos. in. l. scire. ff. de legi. & tamen videmus q Iurisconsultus vtitur termino, manumissus. pro, emancipatus. simile in. l. iij. in verbo, manumissus. in. l. finali, in verbo, manumissor. in. l. prima. vbi illud verbum pluries repetit. ff. eodem. si à iureconsulto verbum, manumissus. positum est pro verbo, emancipatus. nec per hoc dicetur esse manumissio, tãto minus verbũ, prætereo. positum cum prioribus qualitatibus distinguet præteritionẽ ab exhæredatione: quia debent considerari termini in ea verborum conceptione quæ semenecis & balbutientis linguæ volubilitatẽ demonstrant: vt dicit text. in. d. l. iij. suprà eo. &. d. l. quoniam indignum. licet contra illum text. aperte dicat Bar. in. d. l. j. in princ. ff. si quis à paren. manumis. fue. non motus aliqua lege nec fundamento legis: cum dicat per illa verba, filium meum non instituo, quia me verberauit. quòd hoc modo erit præteritio, & non exhæredatio. Ego nescio vbi Bart. hoc cogitauit: quinimo contradicit. d. l. iij. suprà eo. quid enim refert an dicamus filium non instituo, vel dicatur alienum facio ab hæreditate? ego enim nihil inuenio discriminis inter vtrunq. aut oportet, si velimus dicere secundum ipsius dicta, ad hoc vt dicatur exhæredatus nominatim, vt exhæredetur per hæc verba, filium meum exhæredo: aliàs non dicitur esse exhæredatus: quod est falsum. illa enim dicta per Bart. videntur quasi dicta propter simplices & ignaros & nominis & significationis. sicut in simili dicit text. in ca. j. in princ. de noua for. fideli. colla. x. pro qua parte contra Bart. facit text. in simili in. l. cum in loco. §. j. ff. de hære. insti. per quem tex. dicunt Angel.
78 & Inno. q in † dependentibus à nostra voluntate inspicienda est opinio testantis, & non veritas terminorum. per text. in. l. seruo manumisso. iuncta doctrina glo. ff. de condi. indebi. facit in simili quod not. in. l. in his. §. fin. cũ. l. sequen. ff. de solu. idem tex. in. l. Publia. in prin. iuncta doctrina gloss. in verbo, humanum. ff. deposi. cum dicat per illa verba, si aliquid mihi humanum cõtigerit, intelligitur si moriar: & tamen põt aliud humanum contingere. & illum tex. dicit Barto. esse singularem. & in facto si testator dixerit, si deus aliquid de filio meo faciat, bona deueniant ad talem: interpretari debent ea verba, si morietur filius: licet illa verba aliud possunt importare, vt dixi. text. est cum glo. in. l. in vulgari. §. fin. ff. de verb. signifi. in. l. quidam ita. in princ. ff. ad Trebel. in. l. vxorem. §. Seia. ff. de leg. iij. & quia istud est ita brocardum, vt dixi suprà, sufficeret vnum exemplum: tamen vt videas plenè, dic vt

no.per omnes in.d.l.j.ff.de hære.insti.in.l.quo-
ties.C.eo.in.l.nõ aliter.ff.de leg.iij.in.l.certum.
ff.de reb.cred.plenè in.l.quoties.C.fam.ercis.in
l.ex facto.ff.de hære.insti. & in.l.quo in loco.§.
fin.eo.tit.per Moder.in.l.si seruus pluriũ.§.fin.
per illũ tex. ff.de leg.j. per Spec.in tit.de instru.
edi.§.nũc vero aliquæ. ver.pone procurator. in
c.si de beneficio.extra de concess.præbẽ.in.l.cũ
aquiliana.vbi per Bar. ff.de transact.per glo.&
omnes in.l.j.C.devsufru.& alibi superfluum est
in re vulgata dare plures concordantes. Quare
dico ꝙ per illud verbum,prætereo.non est pro-
bata distinctio præteritionis ab exhæredatione:
ideo tu tene quod prius annotaui post Petrũ in
forma ꝑtereundi filium cũ causa & exhæredãdi.
79 Ex his infero aliud,quòd ꝗuis † filius sit præ
teritus vel exhæredatus sine causa, & propterea
dubitetur de viribus testamenti, modo aliâs te-
stamentum non sit abolitum neq; cancellatum:
tamen hæres scriptus mittendus est in possessio
nem hæreditatis seu rerũ hæreditariarũ per.l.ij.
in verbo,præteritũ.&.l.iij.C.de edi.diui Adria.
tollen.cuius contrariũ not.ibi Bart.& in.l.j. eo.
titu.vbi plane dixit Bart.quòd si vitium præteri
tionis apparet ex ipso testamento,vt quia,secun
dum eum,in testamento non facit mentionẽ de
filio instituendo vel exhæredando nominatim,
isto casu defectus præteritionis impediet missio
nem: per illum text.& hanc decisionem Bartol.
omnes citramõtani in dictis legibus sequuntur
nullo facto discrimine.
Secundo,pro eo tamẽ facitvnum,quod prius
notatum est plenè,quòd si ratione præteritionis
80 testamentum † sit nullum,vt dixi,non est dubiũ
quòd ex testamento nullo hæreditas adiri non
potest.l.j.ff.de iniusto, rup.& irri.testamẽto.cũ
vulga.apparente igitur vitio testamenti occasio
ne præteritionis, debet impediri missio. Tertio
quia per.d.l.fi.C.de edic.diui Adria.tollen.vbi
vitium est visibile,impeditur missio ex testamẽ
to.sed est indubitatum quòd apparere poterit
per aperturam testamenti an filius sit præteri-
tus,vel non. arg.l.ij.§.inspectio. &.l.fi.&.l.j.in
versi.cognitis verbis testamenti.ff.quẽadmo.te
stamenta aperiantur. de quibus per Modern.in
l.de his. ff.de transactio. Apparente igitur vitio
visibili testamenti,debet impediri missio:& im-
pedietur ipso facto per iudicem.d.l.fin.Quarto
ego dico istud idem apertius nouo iure authen-
ticorum procedere : quo iure (vt dictum est) in
exhæredatione & præteritione debet causa præ
teritionis aut exhæredationis inseri : per.§.aliud
quoq;.sæpe alleg.in authen.vt cùm de appel.co
gno.coll.viij. sed nulli dubium quòd aperto te-
stamẽto prius poterit oculate videri an sit exhæ-
redationi vel præteritioni causa inserta,vel non:
sic cum vitium istud sit visibile, & propter vitiũ
visibile impediri debeat missio, igitur etiam ne-
gari nõ potest quin ratione præteritionis vel ex-
hæredationis sine causa factæ impediri debeat
missio ex testamẽto. Et per hoc respondet Bart.
ad.d.l.ij.C.de edic.diui Adria.tol.in verbo,præ
teritum.quod intelligatur quando vitium præte
ritionis non apparet ex ipso testamẽto:secus vbi
appareret:vt dictum est per.d.l.fina. & quanuis
ista solutio videatur sumpta ex verbis.d.l.fi.ver.
scimus tamen.dico non esse veram, nec per hoc
recedendum esse à dictis Petri quicquid dicatur
per Bart.& sequaces.Antequam tamen vlterius
procedam,vt clarius veritas appareat, præmitto
aliquas conclusiones sumptas de mente Petri.
81 Prima est,Præteritio † etiam sine causa facta nõ
impedit missionem ex testamento non cancella-
to nec abolito.licet Barto.& alij contrarium di-
cant.Secunda,quòd missio debet per iudicẽ fie-
ri sine libello & litis contesta.licet Barto.in hoc
82 sibi cõtrarietur.Tertia est,quòd † illæ causæ tan
tum quæ proueniunt ex omissione formæ testa-
menti,quæ desideratur secundùm.l.hac consul-
tissima.C.de testa. impediunt missionẽ ex testa-
mento circa primam conclusionem:dico nõ esse
verum quòd propter præteritionem impediatur
missio in possessionem:& hoc duplici capite,pri
mo,quia est contra casum. l.ij. C. de edicto diui
Adria.tol.nec obstabit declaratio Bart. quæ est
falsa duplici ratione:prima,quia dicta sua proce
derent vbi dubitaretur an filius posset dici præ-
teritus vel exhæredatus: sicut erat secundùm iu-
ra.C.& prætoria, & Institutio. & Digestorum.
secundùm quæ erat differentia inter præteritio-
nem & exhæredationem in modo prætereundi
& exhæredandi : vt dixi plenè supra. & patet in
l.fina.suprà eo.in.l.quidam.infra de fideicõmis.
l.omimodo. C.de inof.test.vt videretur an esset
præteritus vel nõ,vel an mereretur dici præteri-
tus vel exhæredatus:sed nihilominus hoc non fa
83 ceret:quin † dato ꝙ esset præteritus,adhuc nihil
obstaret quominus fieret missio in possessionẽ
hæreditatis ex testamẽto in quo filius est præte-
ritus.quod verũ sit,est tex. quẽ totus mũdus eui
tare nõ posset in.d.l.ij. C.de edic.diui Adri.tol.
cum dicat tex. ꝙ quãuis filius alleget se præteri-
tum,& sic anteq; constet vel discuti debeat verũ
esse vel falsum ꝙ sit præteritus vel nõ, hæres scri
ptus prius mittẽdus erit in possessionẽ hæredita
tis:notando dictũ verbum,alleget.positũ in illo
tex.ex quo & sequentibus positis in fine. l.appa
ret exceptionẽ præteritionis nõ impedire missio
nem,licet per filiũ præteritũ allegetur. nec dicit
tex.si apparet filiũ esse ꝑteritũ vel nõ,sed obstat
filio volẽti allegare se ꝑteritũ,vt impediat̃ missio
ex testamẽto:ꝓpterea statuit vt in primis & ante
omĩa mittat̃ hæres scriptus in possessionẽ hære-
ditatis virtute testamẽti nõ aboliti neq; cãcellati;
priusq; de exceptione ꝑteritionis allegata ꝑ filiũ
cognoscat̃:vbi si esset audiendus filius prius sup
allegata ꝑteritione,impediret̃ missio.l.cũ quære
bat̃.&.l.vir bonus.ff.iud.sol.c.j.de lit.cõt.li.vj.
sed

sed funditus ab illa allegatione præteritionis secluditur filius, nisi prius facta missione ex testamento: qua facta, audietur postea volens se allegare præteritum, & non antea: vt dixi per. d. l. ij.

Secundo facit alius text. ineuitabilis in. d. §. sinautem hæc omnia. ij. in authen. vt cum de appella. cogno. colla. viij. ibi, sed rescisso testamento his qui ab intestato ad hæreditatem defuncti vocantur, res eius defuncti dari disposuimus. Nota illum text. prius enim dixit, sin autem hæc omnia non fuerint obseruata. quæ autem sunt illa omnia? hæc sunt, quòd filius vel pater sit præteritus vel exhæredatus cum causa, & probata per hæredem scriptum: & quòd causa iusta præteritionis vel exhæredationis sit ex causis positis in. §. causas. & sequent. §. nullam vim (dicit ille tex.) obtinebit testamẽtum. sed quid? vtrum immediatè debebit dari venientibus ab intestato? Respondetur ꝙ non: sed dicit, rescisso testamento res eius defuncti his qui vocantur ab intestato dari disposuimus. igitur antequàm res hæreditariæ dentur venientibus ab intestato, debet rescindi: priusquàm igitur testamentum sit rescissum, debet hæres scriptus mitti in possessionem: & maximè (vt dixi) quia antequàm audiatur allegans præteritionem, & propter eam debere testamentum rescindi per querelam, vt dixit ibi glos. mittendus est hæres scriptus in possessionẽ per iudicem. d. l. ij. C. de edic. diui Adri. tollẽ. Et illi textui non potest accommodari responsum, nec huic decisioni poterit aliquis contradicere, vt dixi in defensione ipsius conclusionis: vt apparebit ex argumentis quæ post hanc repetitionem inferuntur.

Tertio quoniam non est verum vt dixi supra quòd testamentum ratione præteritionis sit nullum ipso iure, sed ꝙ venit annullandum. Et pro ista parte tu considera vnum quod notaui in primis conclusionibus, & recensui in primo fundamento huius conclusionis, quoniam debet filius præteritus allegare præteritionem suam, seu nullitatem resultantem ex ea, si qua nullitas esset: iuxta. l. filio. ff. de iniu. rupt. & irri. testa. aliàs firmum semper erit testamentum: per illum tex. Si debet igitur allegare posito quòd verum esset quòd testamentum esset nullum: quod non est verum, vt dixi plenè, & antequàm audiatur allegans suam præteritionem debeat hæres scriptus mitti in possessionem: per. d. l. ij. in verbo, alleget. nulli dubium quòd præteritio non impedit missionem ex testamento: modo (vt dixi) non sit abolitum neque cancellatum, per dictã. l. fin. Et per hoc satis est accommodatum responsum primo & secundo fundamentis allegatis per Bart. ad alia duo sufficienter respondebitur suo loco in tertia conclusione, quam tamen ego statim referam propter occurrentẽ opportunitatẽ.

Quarto facit, quoniam si per querelam inofficiosi testamenti debet peti annullatio testamẽti, prout & no. gl. in. d. §. sinautẽ hæc omnia. in verbo, rescisso. vt dixi per fundamẽta superius notata, & per quæ etiã Imo. in. l. j. ff. de testa. dicit istã opinionem in veritate iuris esse probabiliorẽ, prout in rei veritate est: tũc antequàm audiatur querelans, debet mitti in possessionem hæres
84 scriptus. Et ratio est, quia † querela non competit nisi post aditam hæreditatẽ. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testa. in. l. scimus. §. pe. C. eo. de inoffi. testa. nulli dubium quin si post aditam hæreditatem debeat per querelam ratione præteritionis petere rescissionem, quin prius hæres mittendus sit in possessionem.

Quinto, quia non est aliqua lex quæ contrarium sentiat dispositis in illa. l. ij. C. de edict. diui Adria. tollen. quare tunc non inueniatur correcta, remanet firma illius legis dispositio, vt dixi per. l. præcipimus. C. de appel. facit quod not. in. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr. ideo non puto esse recedendum à casu legis expresso propter non expressum. Et vt commode respondeatur duobus vltimis fundamentis alleg. per me pro Bar. putaui esse conueniens nunc aliquid de tertia conclusione prius posita hic discutere: & sequitur per modum quæstionis vt clarius pateat:
85 quæ † sint causæ quæ impediunt missionem in possessionem hæreditatis, si præteritio vel aliud simile vitium non impediat? Circa quod communis conclusio est ꝙ vitium visibile impedit missionem: secus si non sit visibile, per. d. l. ij. §. fina. C. de edic. diui Adria. tollen. Quod tamen non videtur mihi verum, & maximè isto iure nouissimo, quo requiritur insertio causæ in præteritione: per. d. §. aliud quoque. & per hunc text. quoniam, vt dixi, nõ potest negari quin ex apertura testamenti possit videri oculatè & immediatè si filius sit cum causa præteritus vel exhæredatus sicut, põt videri quis sit hæres scriptus, vel quodcunq; aliud capitulum testamenti: vt dixi in fundamentis allegatis per me pro opinione Bar. Et vltra prius alleg. ego pondero tex. in. l. si mulier. ff. quemad. testa. aper. ibi, aperiendæ sunt tabulæ secundæ, vt sciatur cui cõmissa sit curatio: sicut enim potest videri cui sit commissa curatio, quis sit heres scriptus, nunquid etiam eodem instanti potest videri an filius sit præteritus vel exhæredatus? & maximè si exhæredationi causa aliqua sit inserta vel testamẽro: non potest hoc inficiari: & maximè de iure nouo quo hæres scriptus tenetur adhuc causam probare, vbi est inserta: & nihilominus dicitur prius rescindendũ testamentum antequàm res filijs aut alijs venientibus ab intestato dentur, licet sint præteriti etiam sine causa, vel exhæredati sine causa, vel cum causa & non probata: quod intellige cum declaratione prius per me data, iuncta d. l. ij. Quòd autem possit videri, non negatur per Bar. quinimo confitetur, cum dicat, si ex testamento appareat de præteritione: & tunc tan-

quàm vitium esset visibile, quòd missio propter præteritionem impediretur: secus autem vbi nõ appareret. Tolle exemplum, quãdo filius à primo gradu esset præteritus, à secundo exhæredatus: iuxta. l. iij. §. fina. ff. de libe. & posthu. isto casu non appareret clarè vitium. vel clarius dic ex
86 d. §. fina. si primus † gradus à quo esset præteritus, esset ex aliquo capite nullus, tunc testamentum à secundo gradu inciperet: de quo etiam in l. ex facto. vbi per Bar. & Pau. ff. de hære. instit. quo casu non esset dubium ꝙ non sine maxima difficultate cognosceretur deveritate præteritionis: vnde præteritio hoc pacto nõ impediret missionem, quando requireret nimium altam indaginem: sed istud non potest procedere isto iure quo requiritur institutio, aut quod cum causa prætereatur aut exhæredetur: quod liquidè satis ex apertura testamenti constare potest vtrum hoc factum fuerit, id est, an institutus sit, vel præteritus seu exhæredatus cum causa, vel etiam sine causa. Secundo etiam non procedit ille text. in. l. iij. §. pe. ff. de libe. & posthum. quia etiam ex alio capite non obstaret, eo quòd essemus extra terminos. d. l. fina. C. de edic. diui Adria. tollen. quia primus gradus esset omnino inutilis: vnde præteritio non veniret in consideratione, sed ex hæredatio tantum facta à secundo gradu: secundum Bal. & Paul. de cast. in. d. l. ex facto. & Bar. in. d. l. iij. quare alij vt Pau. de cast. & Alex. dixe
87 runt ꝙ † si institutus hæres filium negaret filiũ esse: tunc vitium testamenti non esset patens, sed latens, quoad probatũ esset da filiatione. Istud dictum non videtur mihi verum, vbi filius esset in quasi possessione filiationis: etiam si pater negaret esse filiũ. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. fina. ff. de probatio. Et maxime vbi filius esset impubes: quia per Carbonianum edictum præsumptio esset pro filio. l. j. in princ. ff. de carbo. edi. facit quod no. in. l. siue possidetis. C. de proba. in. c. super eo. ij. extra de proba. in l. j. ff. de proba. dicenti igitur contrarium competit onus probandi, per. d. l. siue possidetis. plene per Bar. Bal. & omnes in. d. l. filium. Et hoc maxime procedit de iure codicis clarius, quo iure sufficiebat quoquo titulo aliquid filio relinquere: & vbi nihil inueniebatur relictum esse filio, tunc dicebatur præteritus: & dixi per. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. in. l. pe. C. de fideicom. vbi vero aliquid relictum erat, non poterat negari ꝙ filius nõ erat præteritus: nec poterat querelare testamentum, sed tantum agere ad supplementum: dicatur mihi nunquid videri potest per lecturam testamenti vtrum aliquid sit filio relictum vel non: certè sic: & sic vitium præteritionis quoquo pacto fiat, sic non potest esse, quin sit visibile: & tamen propter illud vitium etiam patens nõ impeditur missio per. d. l. ij. idem isto iure potest videri si causa præteritionis vel exhæredationis inserta sit, seu potest videri si est præteritus vel non: & tamen vt dixi illo iure authẽ. & isto iure codicis debet prius rescindi testamẽtum scilicet per querelam, quàm dentur filijs ab intestato venientibus bona defuncti patris: vt declaraui supra: igitur &c.

Et per ista tu habes satis claram solutionem ad fundamenta Bart. tantominus vbi causa esset inserta & probata, quia tunc indubitatè valeret testamentum: per illa iura, & per hunc text. & auth. nõ licet. C. eo. & multominus impediretur missio quãdo indubitate testamẽtũ esset validũ.

Vnde alij dixerunt ꝙ illæ causæ quæ non requirunt aliam indaginem, hæ sunt quæ impediunt missionem. pro quibus in. l. filius à quo. ff. vt in pos. leg. in. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhi. in. l. fi. C. de compensatio. de quo etiam in. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. per Ioan. fab. & alios in. §. in bonæ fidei. in. iij. col. insti. de actio. tamen nõ videtur mihi verum ijsdem argumentis quibus supra: quia etiam vbi causa non esset expressa præteritioni non est amplius contendendum. d. §. fin. autem hæc omnia, secus forsan posset dici vbi causa esset expressa, quia tũc posset requirere altam indaginẽ. sed de iure codicis cessat illud dubiũ: quia propter probationem, quæ, vt dixi, dicebatur esse si nihil in testamento relictum erat filio, vitium erat patens: & patebat ex apertura testamenti: & non poterat propterea desiderare longam indaginem: & tamen, vt dixi supra, non impedit missionem ex testamento: quare non puto circa istam apertùram istorum esse insistendum, cum nihil faciat.

Ego vero declarabo clarius quàm alius sit locutus nõ recedendo à terminis. d. l. fi. C. de edic. diui Adria. tollẽ. quia dico ꝙ etiã si non apparet aliquis contradictor, iudex nõ debet facere missionem virtute testamenti, nisi appareat sibi esse solenne: id est factum in præsentia septem testiũ, subscriptũ ab eis, & à notario: iuxta formã. l. hac consultissima. C. de testa. in. l. ij. & per totum titulũ. ff. quẽad. testa. aperiantur. vel vbi testamen
88 tum sit cancellatũ vel † rasum in loco suspecto: iuxta. d. l. fin. in prin. & tex. in. l. j. §. si rosæ à muribus. vbi per glo. & Bar. ff. si tab. testamẽti nullæ extabunt. nisi in casu. l. pe. §. j. ff. de his quæ in testamento delen. ex eodẽ instrumento facta legitime fide à notario de causa rasuræ eodem instanti & corã testatore & testibus: quia tunc hoc nõ procederet: vt plene per Bar. in. d. l. fin. aliàs tamen verũ esset ꝙ iudex deberet factũ hominis supplere: arg. l. si ob cãm. C. de euic. l. fi. C. si mã ci. ita fue. alie. vt manumit. in. l. statuliberi. ff. de statulib. id est nõ mittere talẽ hæredẽ ad pos. hæreditatis: sed deberet veniẽtibus ab intestato relinquere: aliàs iudex posset in syndicatu ad interesse partis læsæ condẽnari, iuxta. l. cũ prolatã. ff. de re iudi. tanꝗ iudicans contra expressam iuris dispositionem per. l. si filiussa. ff. de iudic. in. §. j. insti. de obl. quæ ex quasi delic. nascuntur. quia

faceret

89 faceret contra.d.l.fina. vbi † verò contradictor
apparebit, adhuc non impediretur missio ex te-
stamento non vitiato nec cancellato, quæcũque
sit causa contradictionis, sed verum est quòd im-
pediret manutentionem. Et pondero tex.in.d.l.
fin.in ver. si autẽ aliquis contradictor appareat.
C.de edic.diui Adria.tollen.ibi, tunc in iudicio
competenti causæ missionis & subsecutæ cõtra-
dictionis ventilentur: & ei possessio acquiratur,
qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit,
siue qui missus est, siue qui antea detinẽs contra-
dicẽdum putauerit. subdens post hæc in ver.se-
quen.nullis angustijs temporum huiusmodi mis-
sione coarctanda, sed siue tardius siue præmatu-
rè aliquis missus est, legis arbitriũ tantummodò
requiratur.nota diligenter illum text.in his ver-
bis, causæ in possessionem missionis & subsecu-
tæ contradictionis ventilentur. & quod subdit,
nullis angustijs temporum coarctanda, etiam si
præmaturè facta esset: & sic sine ordine iudicia-
rio id est datione libelli, litis cõtest. & similibus,
iudex per se, siue contradictor nõ sit, siue etiam
appareat, debet facere missionem, qua facta, au-
diat cõtradictorem: & si cognouerit subsecutas
causas contradictionis potiores esse, tũc illi pos-
sessio acquiratur: iuxta arbitrium.d.l.fi. sed per
hoc non debet retardari missio ex testamẽto nõ
vitiato nec abolito vel cãcellato: vt dicit glos.in
verbo, contradictor, etiam si esset ex his notatis
in.l.ij.eo.tit.nisi incontinenti vellet probare: &
licet nihil alleget, bene facit.l.iij.§.ibidem.ff. ad
exhiben.cum alijs no. per glos.vt dixi prius: sed
hoc mihi non placet videlicet quòd per hæc im-
pediatur missio.vnũ tamen ego dico per.l. si ser
uus.vbi per Bald.C.quod cum eo qui in alie.po
testate est. quòd is debebit interim manuteneri
in possessione hæreditatis seu rerũ hæreditaria-
rum, quousque discussum sit de causis contradi-
ctionis, per dictam.l.secundã.C.eo.de edic.diui
Adriani tollen. Addo aliud, antequam intrem
dicta Petri, quòd nisi sit vitium in hærede insti-
90 tuto, vt quia non habeat testamenti † factionem
passiuam, quia forsitan sit incestuosus & nepha-
rius, iuxta.l. cum ancillis.C. de incest. nupt.vel
bannitus, seu deportatus, cui non potest aliquid
relinqui præterquam causa alimẽtorum: vt in.l.
si in metallum.ff.de his quæ pro non scriptis ha-
bentur. & sic de similibus.aut nisi aliâs vitiosum
esset testamentum in sua facie, vt quia non habe
ret omnia requisita posita in.l. hac cõsultissima.
C.de testamen.quòd tunc non impediretur mis-
sio ex testamento, per illa iura.quæ not.ad decla
rationem dictæ.l.fina.

Clarius autem locutus est Petrus circa intelle
ctum dictæ.l.fina.nec puto recedendum à dictis
suis, cum declaratione quam dabo ad dicta sua:
dixit enim quòd quando apparet testamentum
esse solẽne, quod saltẽ prima facie iudici vt iudi
ci nõ potest videri vitiosum, vt quia septẽ testes
interuenerint cũ notario, & alijs nota.in dicta.l.
hac consultissima.nulla citatione præcedẽte, aut
alia mutatione, debet iudex ex officio suo mitte
re hæredem scriptum in tali testamẽto in posses-
sionẽ hæreditatis.pro quo dicto Petri addo tex.
in.l.seruus.ff.de bonorũ possessio. & quod no-
ta.in.l.ea quidem.C. de accusatio. vnum postea
reperi quod addidit Cin.in dicta.l.fina.in.iij.co
lum.C.de edic.diui Adria.tollen. per illos text.
quòd illa pronuntiatio debet per iudicem inter-
loquendo fieri: & quanuis hæc noua additio Ci
ni bene videatur probari in dicta.l.finali.tamen
videtur mihi vnum quòd respectu articuli æqui
polleat diffinitiuæ. pro quo facit vnũ quod me
91 mouet, quoniam à tali missione † non est diffe-
rendum prætextu appellationis, per.l. quanuis.
C.quorum appella.non recip. & .l.fina.ff.de ap-
pellatio.reci. sicut dicitur in sentẽtia lata in me-
ro possessorio, per.l.vnicam, cum sua materia.C.
si de momentaria possessio.appel.fue.per quem
tex.idem notat glos.in dicta.l.finali. Et huic di-
cto & sententiæ Petri satis applaudet text. in di-
cta.l.fin.in princip.ver.sancimus.ibi, competen
ti iudici testamentum ostenderit non cancellatũ.
& sequitur, sed quòd prima figura sine omni vi-
tuperatiõe appareat: deinde subdit, mittatur qui
dem in possessionem earum rerum quæ testato-
ris mortis tempore fuerũt. quam legem diligen-
ter not. contra additionem quam fecit Cin.ad di
cta Petri, quia plenè confessus est non apparen-
te aliquo contradictore sine libello missionem
faciendam esse: prout firmant Petrus & Bartol.
post eum, sibi in hac parte contrarius: prout di-
cetur in conclusione sequẽti: sed apparente con
tradictore.hoc addit ad Petrũ quòd necessarius
sit libellus quod est falsum, & est directè contra
casum dictæ.l.secũdæ.in verbo, alleget. & in di-
cta.l.fina. in ver. si autem aliquis contradictor.
C.de edicto diui Adria. tollen.ibi, causæ missio
nis & subsecutæ contradictionis ventilentur: &
ei possessio acquiratur. & in ver.nullis angustijs
temporũ huiusmodi missione coarctãda. Quo-
niam hic sensus est apertus legis quòd missio ex
illo testamento quod prima figura non apparet
vitiosum, licet appareat cõtradictor, non debet
quoquo temporis momento retardari, nec coar
ctari, etiam si præmaturè facta fuerit: sed ea mis-
sione facta, discutiatur de causis missionis, quæ
succedant loco libelli, pariter de causis contradi
ctionis: & tunc habẽti potiora iura, quæ postea
ex discussione causarum missionis & causarum
contradictionis apparebunt, acquiratur posses-
sio: vt si is qui missus est, habeat potiora iura, cõ
tinuetur, & manuteneatur in dicta possessione,
quia prius missus est: vt dixi per.l. si seruus.C.
quod cum eo qui in aliena potestate est. vbi ve-
rò cõtradictoris iura potiora esse visa fuerint iu
dici, tunc auocata possessione ab eo qui missus
est, acquiratur contradictori.per.d.l.fina.

Vnum tamen ego dico, quod per illā missionem hoc modo factam scilicet ex testamēto nemine citato, nō acquiritur possessio, sed sola detentatio seu quaedam asinina possessio. Et istud probatur in dicto ver. sancimus. ibi, non autem legitimo modo ab alio detinētur. & in dicto versic. si autē. ibi, siue qui missus est, siue qui antea detinens contradicēdum putauerit. nota verbū, detinētur. & verbū, detinens. vt non de ipsa possessione sed de ipsa tenuta discutiatur, quam in Gallia reeredentiam, in cōstitutionibus nostris appellamus: quam declaratione in similibus terminis facit Io. Fab. in. §. retinēdae. Insti. de interdictis. aliquod per eum in dicta. l. fina. pro quo ponderat text. in. c. licet. in fi. extra de proba. Et idem obseruat curia regni Franciae in spiritualibus: in temporalibus verò cessat haec difficultas: prout & in Mediolano: quoniam absque aliqua missione haeres acquirit possessionem omnium rerum haereditariarum quoniam mortuus immediate saginat viuū, de quo per Cin. in. l. ea lege. C. de condi. ob cau. da. idem vt dixi in Mediolano: quia etiam sine aliqua actuali apprehensione haeredi instituto dominium & possessio acquiritur: vel succedenti ab intestato. licet in contrariū sit ius commune: quia licet dominium acquiratur, vt plenè in. l. in suis. ff. de libe. & posthu. non tamen possessio. l. j. §. Scaeuola. ff. si quis testa. liber esse ius. fue. l. cùm haeredes. in princ. ff. de acqui. possess. l. cùm miles. ff. ex qui. cau. maio. plenè per Petrum in. l. j. in prin. ff. de acquir. pos. Et

92 licet † regulariter causa praeiudicialis emergens differat executionem causae principalis. §. praeiudiciales. Instit. de actio. in. l. quoniā Alexandrū. C. ad. l. Iul. de adult. in. l. praeses. C. ad. l. Falci. de pla. in. l. fundū. & l. fundi. ff. de excep. tamen vbi testamētū prima figura nō apparet vitiosum, nulla est exceptio quae impediat missionem ex testamento. hoc patet in. d. l. fin. in verbo, prima figura. quae verba tu diligenter nota ad declarationē praesentis dubij, quod prima figura testamēti sola est quae impediat executionem testamenti seu missionē ex testamēto: & illa dicitur prima figura, scilicet quod testes rogati, subscripti, & praesentes fuerint testamento: & alia de quibus in dicta. l. hac cōsultissima. de quibus memini suprà. Et huic sententiae satis applaudet id quod not. glos. in. d. l. fi. in verbo, prima figura. & hoc ope

93 ratur † fauor vltimae volūtatis: pro qua in dubio respōdetur. l. in ambiguis orationibus. ff. de reg. iur. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. plenè in l. j. C. de sacrosan. eccle. alia ergo vitia non impediunt: quia iudici vt iudici non constat quod aliquis habeat filium, & cùm etiam iudex ignorare potest: & propterea nō est mirum si dicitur in. l. ij. C. de edic. diui Adria. tol. quod praeteritio filij non impedit, licet filius se alleget praeteritum. per illum tex. quia aperto testamento non apparet iudici vt iudici de exclusione filij, vbi bene constat de institutione haeredis. quod bene seruatur in Italia: praesertim in ducatu Mediolani. Restat illud quod aperuimus suprà, quod est ex

94 secunda conclusione nostra, an libellus † requiratur in missione. & licet vt dixi Cin. aliquid voluerit scriptis Petri addere, dicendo quod apparente cōtradictore sit necessarius libellus, tamē hoc est falsum, vt notaui in praecedente conclusione: & secutus est Bar. licet in hoc sibi contrarius sit, nō in specie, quoniā in extrauagante, ad reprimendū. tenuit idē quod dixit hic Cin. & generalius loquendo quàm loquatur Cin. quoniā in dicta extrauagante, in verbo, summariè. dixit quod in omnibus iudicijs summarijs quaecūque sint, requiritur libellus & litis contestatio, & plenè debet formari libellus, ac si ordinariè procederetur, & sententia diffiniatur. per. l. iij. in prin. & in. §. praeterea. & l. tigni. in princi. & ff. ad exhib. sed in dicta. l. fin. contrarium apertè sensit in missiōe in possessionem ex illa. l. & quia dictum Barto. in dicta extrauagan. non est verum, vt patet in clemen. saepe. de verb. signific. in. §. necessitate. vbi per glos. in authen. vt iudices sine quoquo suffra. colla. ij. Et dicam in alijs conclusionibus tangentibus materiam possessionis vbi notaui, ideo tene quod idem Bart. post Pet. dixit in hoc articulo in dicta. l. fin. C. de edic. diui Adriani tollen. In tex. puto aduertendum circa vnū quod venit de mente huius authē. in his verbis, irritum est testamentum quantum ad institutionem. & in quo Bart. habet suam intētionem fundatam contra vnam opinionem Petri dicētis testamentū non conseruari in aliqua parte sui, vbi per praeteritionem vel exhaeredationem sine causa factam testamentum venit per querelam aut alia remedia iuris irritandum. Ex quibus dictis Petri eliciam aliquas conclusiones in iure verissimas. Antequam tamen vlterius procedam, putaui vnum notare quod quotidie in buccas omnium occurrit ex isto text. quod quoties aliquid lex irritat quo ad quid, non excedit illud specificè irritatum, vt patet hic: quia legata non cōprehenduntur vt patet ex verbis sequentibus, caetera nanque firma permanent. & ita hunc tex. notat hic Bart. & Moder. post eū. & in. l. filio praeterito. ff. de iniust. rup. & irri. testa. Moder. in. l. demonstratio. §. fin. ff. de condi. & demon. facit pro hoc. l. fina. ad fi. legis. ff. de haeredi. insti. huic posset bene accedere illud tritum & quotidianū brocardicum per Modernos Papienses nostrae aetatis plenè extensum, quod non est bona extensio de vno casu ad alium vbi lex resistit extensioni. & licet possent hic multa colligi sufficient tibi duae remissiones, vbi pro societate tua videbis in. l. Gallus. §. & quid si tātum. per illum tex. ff. de libe. & posthu. in. l. j. in prin. ff. de vulga. & pupil. substit. secus vbi non resisteret. de quo in l. si non sortem. in prin. ff. de condi. indebi. in. §. emancipatos. vbi per Moder. Instit. de exhaere. liber.

liber. Istis præmissis ex dictis Petri elicio tres cõclusiones in iure verissimas. Prima est, quòd te-
95 stamētum † in quo filius est præteritus sine causa annullabitur in totum, licet producatur actio ex testamēto pro legatis. licet Bar. aliud sentiat, & omnes post eum: & tamen etiam idem tenuit
96 glos. vt dicam infrà. Secunda, quòd † actio pro legatis in eodem testamento factis competit ex lege, non autem ex testamento. secundùm Petrũ & nostros. licet glos. variauerit & Bart. contrarium sentiat vt infrà. Tertia, non esse verũ quòd per hoc testator decedat hodie pro parte testatus & pro parte intestatus: prout voluit dicere glos. Bar. & Moder. post eam: de quibus omnibus sigillatim videndum est.

Circa primam dixit Barto. duo: primò, quòd non est verum quòd debeat irritari testamentũ, imo nullum est ipso iure quantum ad institutionem tantum, & non quantũ ad legata. per istum tex. in verbo, irritum. & in his verbis, quantum ad institutionem. & in illis, cætera nanque firma permanent. cui satis accommodatum est responsum suprà. & etiam dicebat hic Azo in summa, & ferè omnes secuti sunt, quòd ista sunt verba Irnerij, qui non habuit authoritatem legis condendæ, iuxta. l. fin. C. de leg. & non imperatorũ: quare non posset hoc respectu qui verus est stare hoc fundamentum: & per hanc solutionem satisfieret omnibus fundamentis Bart. contra Petrum sumptis ex hoc text. maximè huic, quòd si quantum ad institutionem tantum irritum sit testamentum, & non quantum ad cætera capitula testamenti, legata non irritarentur testamēto irritato seu irrito existente. per. d. l. fin. ff. de hære. instit. Quid autem veniat appellatione cæterorum, dicam infrà. sed adhuc ego dico incidenter vnum quòd quãuis vera esset litera huius authēticæ, adhuc non haberem hanc regulam pro explorata & expedita per. l. generali. §. vxori. vbi per Barto. ff. de vsufruc. leg. in. l. Pomponius. in princ. & quod ibi no. ff. de procura. quia verum esset vbi lex vlterius nõ procederet declarando vt dicunt omnes per illum text. in. l. nõ dubium. C. de legi. & in. d. §. emancipatos. Instit. de exhære. libe. glos. in. l. si expressim. vbi per Bart. ff. de appella. cum simi. Secundò, quòd licet exceptio
97 † firmet regulam in non exceptis: non tamen dilatat eam: de quo plene in. l. j. vbi per glos. & ibi no. ff. de regu. iur. igitur per hoc nõ concluderetur confirmatio legatorum, quanuis regulariter lex limitata limitatum producit effectum. l. imperator. ff. de postula. in. l. statuliberum. §. Stichũ. ff. de lega. ij. Secundo loco principaliter bene facit pro Bart. secundùm Moder. in. l. j. ff. de testa. tex. in. d. §. finautē hæc omnia. in authen. vt cùm de appel. cog. col. viij. primò in his verbis, nullam vim quantũ ad hæredis institutionē obtinere testamētum. subdens, legatis & fideicõmissis pariter suam obtinentibus firmitatem. & per hoc nõ posset satisfacere quod prius dictum est videlicet quòd hæc authen. fuit cõposita ab eo qui nõ habuit potestatē legis cõdendæ: cùm idē cautum sit ab imperatore, per illũ tex. vnde succedit regula. l. vnicæ. §. hinc igitur. C. de iusti. co dice cõfir. & quod no. feudistæ in proœ. feu. Feli. in. c. canonũ statuta. extra de cõstit. Quoniam si interpretatio seu extēsio legis fit ab eo qui nõ habuit potestatem legis cõdendæ, si inueniatur confirmata à legislatore, potest pro lege referri: sicut dicitur de constitutionibus feudorum, quæ in multis per ius canonicum cõmendatæ sunt vt. no. in. c. cæterũ. extra de iudi. & de capitulis magni decreti quæ non habēt vim canonis nisi quatenus authoritate legis diuinæ seu põtificũ sunt approbata in. c. de libellis. vbi per glos. xx. dist. in. c. tria. xxxvj. q. ij. vbi tenetur authoritas Hieronymi reiecto cõcilio Aquisgrani facto. sic idē in proposito, licet Irnerius non habuit potestatem legis condendæ, tamen quia eadem sunt posita per Iustinianũ in corpore authen. nõ potest iuuari opin. Petri per illa responsa. Tertiò facit, quoniam si secundùm sententiã Petri testamentum in quo filius est sine causa præteritus debet per querelam inofficiosi testamenti irritari, nulli dubium quòd per querelã irritandum testamentum poterit pro parte irritari & pro parte confirmari. l. circa. ff. de inoffic. test. cum vulg. non erit igitur inconueniens dicere quantũ ad legata cõfirmari testamētum per illa verba posita in. d. §. sinautem hæc omnia. ibi, legatis suam vim obtinentibus. alia multa colliges pro opi. Bar. & sequacium ex dictis Petri & Imo. in. l. j. ff. de testa. quæ nolo trãscribere iuxta. §. & nos non latuit, in authen. quibus mo. natu. effi. legiti.

Tamen in puncto iuris verior est sentētia Petri & nostrorum, quòd testamētum quod venit irritãdum propter præteritionē sine causa factã per ius nouissimum irritatur omnino etiam quo ad legata: licet postea tex. vlterius procedat conseruando legata quasi non facta in illo testamento: & ideo quòd nõ petētur actione ex testamento, sed ex lege.

Pro prima cõclusione primo ponderatur tex. in. d. §. sinautem hæc omnia. in versi. tanquam in hoc rescissum non obtineat testamentum. in authent. vt cùm de appel. cogno. col. viij. no. illum tex. quia prius dixerat legata adimplenda esse, et tradēda his quibus relicta erant: & subdit, tanq̃ in hoc rescissum non obtineat testm̃. per hæc tu vides q̃ in legatis nõ obtinet testamētũ tanq̃ rescissum: sed nihilominus vult lex ipsa legata his quibus relicta sunt dari quasi ab intestato, licet quãtũ ad ea sit rescissum testamentũ. l. eã quã. C. de fideicõ. l. ab intestato. &. l. fin. ff. de iure codi. l. fi. ff. de hære. insti. si igitur testamentũ sit rescissum non possunt deberi ex testamēto nullo. per
98 d. l. eam quam. Igitur † cùm lex vult dari legata dicuntur dari ex lege & virtute legis tantũ, & nõ

testamenti, licet propter ipsum testamentū. idem ego dico si legamus illum. §. sinautē hæc omnia. prout legit Barto. in prædictis verbis, tanquam in hoc non rescissum obtineat testamētum. Ego autem habeo prout legi suprà, tanquam in hoc non rescissum obtineat testamentum: sed non facio magnam vim inter vtrunq;: tamē dico quòd litera Bar. bene intellecta idem sentit: quia dico idem esse si tanquam non rescissum in hoc obtineat, igitur verè fuit rescissum, vt prius notaui, propter illam dictionem, tāquam. c. solitæ. extra de maio. & obe. l. pecuniam. ff. de rebus cred. cū alijs per me notatis suprà quæ possent hic repeti: quia propriè non erit tale per. l. j. ff. de suis & legiti. hære. tamē lectura voluminis mei clarius se habet, cùm dicat, tanquā in hoc rescissum non obtineat testamētum: vt sit sensus, testamentum non obtineat, tanquam in hoc, scilicet in legatis & fideicommissis, rescissum. si autē sit, prout legit Bartol. videlicet, tanquam in hoc non rescissum obtineat testamentū, vt sit sensus, testamentum obtineat tanquam in hoc non rescissum: & hoc modo vbi dictio, tanquam. non esset denotatiua improprietatis sed veritatis prout asseruit Aret. in. l. j. ff. de testa. volens illum tex. hoc modo euitare: tunc testamentum nō esset rescissum quātum ad legata & fideicommissa: & propterea petentur actione ex testamento. sicut in simili Bartol. ita voluit inducere tex. in. l. fin. in fi. ff. de hæredi. instit. & licet ita esset, tamen adhuc dico non recedendo à veritate verborum illius text. quòd nihilominus non ex testamento, sed ex lege reseruāte legata peti debent. Pondero illum text. in duabus suis partibus. & primò ego pondero illum tex. in. §. sinautem hæc omnia. primo. in authen. vt cùm de appel. cog. col. viij. qui tex. non potest euitari. primò enim dixit text. dando casum quando in testamento nulla legata vel fideicommissa relicta erant, sed hæredis institutio tantum facta erat, quo casu non est mirum si lex dixerit quantum ad institutionem hæredis euacuari testamentum: quia in alijs nihil dispositum erat: & ista est vera responsio ad inductionem illius tex. factam contra Petrū. & quòd iste sensus sit verus, patet ex versi. si verò contigerit. qui immediatè sequitur, qui dicit, si verò contigerit in quibusdam talibus testamētis quædā legata vel fideicommissa aut libertates aut tutorum dationes relinqui, vel quælibet alia capitula concessa legibus nominari. Nota diligēter illa verba, vel quælibet alia capitula. qualiter in prima parte illius. §. in quo dixit testamentum quantum ad institutionē hæredis irritādum, nullum aliud erat capitulum in testamento præter hæredis institutionem: non mirum si non dixit quantum ad legata, cùm nulla facta essent: vt patet ex his ver-
99 bis, si verò contigerit. quæ † dictio est aduersatiua. l. in repetendis. vbi per Bart. ff. de lega. iij. in l. si ita scriptum. in prin. vbi per eundem. ff. de liberis & posthu. deinde dicit tex. illius. §. sinautē hæc omnia. ibi, iubemus ea omnia adimpleri & dari illis quibus fuerint derelicta. notāter dixit, adimpleri & dari his quibus fuerunt derelicta: non dicit testamentum tenere, sed dari iussit: & sic nō ex testamento, sed ex Imperatore, qui lex est, data sunt: quia iussit ea dari cùm dicit, iubemus. postea declarat cùm dicit, & tanquā in hoc rescissum non obtineat testamentum. quæ declarāt verbum, iubemus. quia iussit legata dari tanquam in hoc rescissum testamentum non obtineat. Addo istis aliud quod voluit text. constare testamentum in legatis, sed voluit rescindi testamentum etiam quantum ad legata: & nihilominus propter testamentū ipsa adimpleri. Non dicit testamentum in his constare, aut firmum manere quantum ad legata, sed testamentum quantum ad ipsa esse rescissum & nil valere: legata tamen propter testamentū esse adimplenda. ita volunt illa verba illius text. & propterea dico dictionem, tanquam. esse declaratiuam intētionis Petri vt solum propter testamētum ex lege dentur legata: vt dicam infrà per alia similia itidem in. §. sinautem hæc omnia. Secundò vbi dixit, legatis suam obtinentibus firmitatem propter visum testamentū, quasi ab intestato relicta essent. iuxta. l. ab intestato. ff. de iure codi. Et hoc ideo quia de stricto iuris rigore testamentum quantū ad institutionē annullatum reddebatur nullum quantum ad legata: vt dixi prius per. l. Papinianus. §. fin. ff. de inoffic. testamen. & peti non po-
100 terant: hodie † verò quia lex voluit ex quadam æquitate conseruare legata propter ipsum testatorem, petentur tantum actione ex lege propter testamentum. Ego pro ista parte induco in similibus terminis. l. vnicam. C. si seruus extero emi se manda. in versicu. tamen optima ratione. vult enim litera quòd si seruus mandauerit se emendum, certum est quòd nullum est eius mandatū. l. seruus. ff. man. regula, quod attinet. ff. de regu. iur. dicit tex. exterus seruum ad suum mādatum emit à domino, quē postea manumisit iuxta formam mandati serui: voluit exterus pecuniam repetere: dubium erat an à domino serui à quo emptus erat, an ab ipso seruo deberet repeti: à domino non poterat: & ratio, quia dominus non mandauerat: à seruo non, quia nec valuit mandatum serui: tamen optima ratione dixit tex. licet nō ex ipso mandato, quia inutile, ad pecuniam competat actio, tamen ex alio contractu propter mandatum competet actio. Sic non ex ipso testamento, quia nullū reddetur, vnde ex ipso non nascetur actio: sed propter ipsum cōpetet actio ex lege scilicet nouissima conseruante legata. facit in simili text. in. l. si quis argentum. §. fi. C. de dona-
101 tio. ex pacto † nudo de donando non oritur hodie actio: sed propter ipsum pactum nascetur actio ex lege per illum tex. idem not. in. §. de constituta. Instit. de actio. Tertiò facit text. in. l. iure

nostro

nostro.§.fina.cum.l.sequen.ff.de testa.tute.ibi,
euctus & iudicatæ rei declarabit vtrum ex testa-
mento patris an ex decreto prætoris acceperit:
102 quem ego induco hoc modo, quoniam † tutor
datus in testamento de cuius viribus dubitatur
seu cõtenditur, confirmandus est.l.j. &.iij.ff. de
cõfir.tuto. & ex euentu litis cognoscetur vtrum
ex testamento sit tutor, an verò ex prætore: dicit
tex.in dicta.l.iure nostro. quæ rationem reddit:
quia si rescindatur testamentum, tutor erit dati-
uus & non testamentarius: licet vt dixi, propter
testamentum remittatur sibi satisdatio, tanquam
si esset testamentarius.d.l.iij.ff.de confirm.tuto.
Si verò non rescindatur, erit testamentarius, nõ
datiuus. sic idem de iure nouissimo in casu.d.§.
sinautem hæc omnia.in authen.vt cùm de appel.
cogno.col.viij. quia si filius sit sine causa præte-
ritus, testamentum rescindetur, vt dixi suprà per
querelã inofficiosi testamenti, igitur propter re-
scissionem non erit testamentarius, sed datiuus,
quasi datus à lege, quæ non voluit ipsum testa-
mentum in his confirmare, sed rescindere: licet
propter testamentum voluerit legata, fideicom-
missa, libertates, dationes tutorum, & alia quæli-
bet capitula testamenti conseruare. Quare non
potest negari quin ex ipsa lege conseruante, &
non ex ipso testamẽto quod rescissum est, peten-
tur. pro qua parte ego põdero tex.in.l.§. in prin
cip.ff.de consti. pecu.ibi, qui constituta ex con-
sensu facta custodit: & sic non ex ipso pacto per
legem prætoriam confirmato agitur: sed ex le-
ge ipsa nascitur actio de cõstituta propter ipsum
pactum: quia si lex prætoria non præbuisset fo-
mentum illi pacto, nunquam agi potuisset ex il-
103 lo pacto nudo: quia obstat † regula iuris com-
munis de qua in.l. iurisgẽtium.§. sed cùm nulla.
ff.de pac.& dicam infrà. sed quia lex præbuit si-
bi fomentum, bene ex ipsa lege agitur, & nõ ex
pacto: quia si ex pacto debuisset agi, non assum-
psisset sibi nomẽ à prætore ipsa actio quæ de cõ
stituta dicta est.d.§.de constituta.Insti.de actio.
&.d.l.j.ff.de constit.pecu.Pro eadem parte ego
pondero tex.in.§.cæterum.in authen.vt cùm de
appel.cogno.col.viij.ibi, nullo modo obtinere
permisimus. nota diligenter illum text. qualiter
testamentum à principe rescinditur, nec permi-
sit obtinere illud testamentum in quo filia grata
& bene de parentibus merita priuata hæredita-
te remaneret: sed integram hæreditatem fecit ei-
dẽ restituere: & sic ex ipso principe, qui lex est,
vt dixi per.§.fi.in authen.de consulibus.col.iiij.
conseruantur legata propter testamentũ, & non
ipsum testamentum.

Quartò ego addo vnum optimũ simile ex au
then.sacramenta puberum.C.si aduersus vendi-
tio.secũdùm inductionem Christopho.Porci in
§.fi.Instit.de hære.quali.& diffe.quẽ sequuntur
Moder.in.d.authen.sacramẽta puberum.quam
Canonistæ cõmuniter approbant in.c.quanuis.
de pactis. in.vj.per illum tex.per Are.in.§.qua-
drupli.Institu.de actio.dicunt enim quòd sacra-
menta puberũ non confirmant ipsos cõtractus:
licet ipsa sacramẽta debeant inuiolabiliter custo
diri: per illum text. cùm dicat, sacramenta pube-
rum inuiolabiliter custodiantur. latum enim est
discrimen an dicatur cõtractus puberum per sa-
cramentum confirmari, an verò sacramẽta pube
rum inuiolabiliter custodiri debere: quia primo
loco nõ admitteretur aduersus cõtractum illum
iuratũ restitutio, prout aliqui dixerunt per illum
tex.sed cùm dicatur, sacramenta puberũ inuiola
biliter esse obseruanda, quia poterit sacramentũ
obseruari: & tamen cõtractus non erit confirma
tus: sicut in simili not.in.c. debitores.&.c. cùm
104 contingat.extra de iureiur.quia † debitor qui iu
rauit soluere vsuras, tenebitur ratione iuramẽti
eas soluere: & hoc modo saluum erit iuramentũ.
sed post solutionem factam competit sibi repeti
tio, tanquam indebitè solutio facta fuerit: & sic
non propter ipsum sacramentũ contractus con-
ualidatur qui per restitutionem venit annullan-
dus, licet propter ipsum sacramẽtum possit com
pelli minor ad implementũ & obseruationem iu
ramenti. Sic propter legem volentẽ omnino ob-
seruari legata, & ea adimpleri, non confirmatur
testamentũ, quod venit per querelam inofficiosi
testamẽti annullandũ: quia authoritas legis lega
ta tantum speciali ratione voluit conseruari: &
hoc per rationes assignatas à Petro hic in capite
suæ lecturæ, quã approbant hic ferè omnes, quia
in illis non est facta iniuria filijs. & cùm voluerit
principaliter cogitare Iustinianus tollere illã in-
iuriam quæ infertur à patre filijs, eos prætereun
do vel exhæredãdo sine causa per.d.§.cæterum.
nõ mirum si legata & similia capitula in quibus
nulla fiebat iniuria voluit cõseruare: vnde si vo-
luisset cõseruare testamentũ in legatis vsus fuis-
set alijs terminis prout vsus est Iureconsultus in
l.filio præterito.ff.de iniust.rup.& irri.testamẽ-
to.ibi, tamẽ volũtas testatoris ex bono & æquo
tuebitur.sed in.d.§.sinautẽ hæc omnia.aliter di-
xit: quoniam voluit testamentum rescindi in to-
tum, & nihilominus vlterius ordinauit quòd le-
gata & fideicõmissa adimplerentur, quasi in his
non esset rescissum testamentum, per illum text.

Quintò facit fundamentũ Petri, quoniam vbi
aliquid viribus subsistere non potest per se nisi
postea confirmetur, ex confirmante non ex con
firmato agitur.l.asse toto.ff. de hære.instit. cum
alijs concor.no: per eũ cui accedit text.in.l. vni-
ca.§.huic igitur.C.de iusti.codic. confir.& quia
hoc est brocardicum fundamẽtum die vt in.l. &
quia.vbi per Barto.& Moder.ff.de iurisdictio-
ne omnium iudicum. si ex lege confirmante seu
conseruante agi debet, & non ex conseruato.igi
tur &c. Sed istud non placet mihi: quia in hoc
contradiceret sibi Petrus: quia per hoc sentiret
verum esse testamentũ conseruari in legatis licet

ex illo testamento agi non posset: quia dico hoc
non esse verum: sed potes euitare istud hoc mo-
do, quia per hoc non voluit inducere testamen-
tum esse conseruatum, sed propter ipsum testa-
mentum conseruari legata: & sic quasi videatur
non factum testamentum, non autem quòd sit in
eis approbatum, sed propter ipsum dabũtur au-
thoritate legis quasi ab intestato relicta: cùm te-
stamentũ ipsum ad casum intestati reducatur, iu-
xta.l.j.ff.de iniust. rup.& irri.testa: in.l. intesta-
tus.ff.de verb.sig.in.§.j.in princ.instit. de hære.
quæ ab intesta.defe. Et hanc declarationem ego
probabo apertis oculis ex dicto.§.sinautem hæc
omnia.ij.in authenti. vt cùm de appella. cogno.
colla.viij.cùm dicat text.sed rescisso testamento
res defuncti his qui ab intestato successuri sunt
dari iussimus, legatis suam obtinentibus firmita
tem: sic vides legata conseruari quasi ab intesta-
to essent relicta tãtum sicut dixi prius per.l. eam
quam.C. de fideicom.& dictã.l. ab intestato. in
princi.ff.de iure codicil. nec per hoc verum erit
dicere quòd pro parte testator etiã ab initio pos
sit decedere testatus & pro parte intestatus: quia
hoc erit falsum, cùm testamentum irritetur in to
tum: quanuis legata quasi ab intestato relicta da
ri iusserit. non enim dicit irritari quantum ad in-
stitutionẽ tantum: sed dixit, legata dari iussimus.
declaraui. Nec obstat si dicatur non esse incon-
ueniens si dixerimus cum glos.in dicto.§.sinau-
tem hæc omnia. & in hac authenti: quòd ex quo
per querelam debet irritari testamentum in quo
filius est præteritus sine causa, possit decedere
pro parte testatus & pro parte intestatus, sicut
erat de iure antiquo, per.l.nam & si parẽtibus.§.
fin.cum.l.circa.ff.de inoffi.testa.& in.§.hæredi-
tas.Instit.de hæred.insti.cum simil. quoniam de
iure antiquo legata dependebãt ex institutione
hæredis.§. ante hæredis institutionem. Instit.de
leg. ideo vbi institutio hæredis annullabatur &
legata extingurbantur. d.l. Papinianus.§.fin.ff.
de inoffi.testa.lex verò, circa. &.l.nã & si paren
tibus.§.fina. procedebant quando testamentum
per querelam non irritabatur in totum seu in to
ta institutione, sed in parte: vnde ratione partis
cõseruantur legata. sicut in simili dicitur in sub-
stitutione pupillari per Bar.in.l.ij. in princip.ff.
de vulg.& pupil.substit.per.l.Papinianus.§.sed
nec impubes.ff.de inoffi.testa.sed istud non po-
105 test procedere isto iure: quia † extinguitur testa
mẽtum etiam quo ad legata: sed lex speciali pro-
uisione voluit legata propter ipsum testamẽtum
conseruare: cùm etiã ab intestato (vt dixi prius)
relicta legata voluit adimpleri.per.d.l.eam quã.
sic etiam consyderauit vt quanuis testamentum
reducatur ad causam intestati per querelam, ni-
hilominus debeantur quasi ab intestato facta es-
sent, per.d.§.sinautem hæc omnia.ij.& sic illa re
gula nõ loquitur in terminis nostris, sicut vides
ex.d.l.circa.& dicta.l.nam & si parentibus.§.fi.
ff.de inoffic.testa. quare non valet ista inductio,
quicquid dicatur hic per glos. & in dicto.§. sin-
autem hæc omnia. & per Bart. & omnes in.l.fi-
lio.ff.de iniust.rup.& irri.testa. & ita nostri do-
ctores Galli cum ista opinione pertranseunt: à
quibus non potest tuto recedi: & quos secutus
est hic Cin. Vnde superest respondere ad omnia
fundamẽta Bart. approbata hic per omnes. & in
d.l.filio præterito. & in.l.j.ff. de testa. quæ nihil
aut parum videntur mihi vrgere contra Petrum.
Et primò non obstat text.in.l.fin.ff. de hære.in-
stit. quem tex. dicit Barto. esse præcisum ad hoc:
106 sed ad illum tex. facilis est respõsio: quia † quan
do præteritio re tantum & non consilio fit, bene
cõseruantur legata: per.l.cùm mater.ff. de inof-
ficio.testamen. & ita procedat.d.l.fin. quoniam
testator ibi nõ intendebat præterire filiam, & sic
reuocare institutionẽ primo loco factam: sed fal
so rumore motus quia dicebatur filiam esse mor
tuam, propterea motus fuit ad alium hæredẽ in-
stituendum: vbi si non intellexisset filiam illo ru
more mortuam, alium hæredem non fecisset. vn
de bene succedit pro hoc dicto text.in.l. Titius.
§.Lucius.ff.de libe.& posthu. quia ibi pater qui
posthumũ instituit ignorans natum esse, sub no-
mine posthumi instituit: dubiũ erat an hæres es-
set: respondit quòd sic. & ratio est, quia si testa-
tor sciuisset natum, æquè eum hæredem fecisset.
sic idem in casu proposito: si sciuisset filiam fuis-
se viuã, alium non fecisset hæredem: quare bene
sustinentur legata. tamen circa istud vltimum di
cam infrà post Petrum & Bart. secus autem vbi
re & consilio præterijsset filiam: vt in casu huius
authen. & d.§.sinautem hæc omnia. quia si sciẽs
se habere filium sine causa præterit, vel exhære-
dat, isto casu testamentũ nõ sustinebitur: & pro-
pterea legata non conseruantur ex testamento,
sed ex lege: per rationẽ Petri superius adductã.
Secundò etiam respondetur idem, quod ex lege
peteretur, & nõ ex testamẽto, sed propter ipsum
testamentũ: ponderãdo verbum, perinde. quod
est denotatiuũ improprietatis vt dixi suprà. Sed
hæc solutio nõ est tuta, propter illa verba, ex po
steriore testamento. posita in dicta.l.fi.ff.de hæ-
redi.insti. & illa verba, in secundis tabulis fuisset
instituta: & ideo tu tene primam solutionẽ, quæ
plenè satisfacit illi textui. Non obstant cætera
allegata per Bar. & sequaces quãdo dixit, quòd
vbi aliquid à lege quo ad quid irritatur, restrin-
gitur ad illud: quoniam lex habens causam limi-
tatam limitatum producit effectum.l. statulibe-
rum.§.Stichum.ff.de lega.ij.& similia argumen
ta. quia ego dico vera esse, vbi lex in istis termi-
nis limitatis remaneret: secus vbi vlterius proce
dit declarando. sicut in dicto.§. sinautem hæc o-
mnia. & in similibus terminis ita respondet Bar.
in.l.non dubium.C.de leg.Imo.& Are.in.l.j.ff.
de testa. Christophorus Porcus & Moder.in.§.
emancipatos. Instit. de exhære. liber. Quoniam
tex.

textus ibi vlterius procedit addendo, sed rescis-
so testamento res defuncti eis qui ab intestato
vocātur dari disposuimus: legatis &c. suam ob-
tinentibus firmitatem. Prius enim dixit res de-
functi dari venientibus ab intestato, saluis re-
bus legatis, quas voluit tradi his quibus relictæ
erant: & sic ab intestato, & non ex testamento
voluit dari, sed authoritate imperatorum seu il-
lius legis voluit res legatas dari legatarijs. quam
declarationem nouiter repertam per nos diligē-
ter considera. Et per hæc videtur mihi esse ple-
ne satisfactum fundamentis Barto. pro opi. Pe-
tri. Quare concludo idem quod prius positum
est in tribus conclusionibus, quòd testamentum
hodie propter præteritionem annullabitur in to
tum: & ideo legata non petentur actione ex te-
stamento, sed actione ex lege. Tertio quòd ho-
die nō decedit testator pro parte testatus & pro
parte intestatus: prout sensit hic glo. & ferè om-
nes post eam. Et hanc similiter approbat glos. in
verbo, cætera. cum dicit, vel dic agi condictione
ex lege ad legata. quæ est vltima opinio in ea re-
citata, quæ non inuenitur mutata: vnde succedit
glo. communiter approbata in. l. qui filium. §. fi-
na. in verb. & alia. ff. ad Trebel. quòd in opinio-
107 nibus † aduersis inter quas non apparet de speci
fica approbatione alicuius, dicendum est vltimā
esse aprobatam. quā glos. pro singulari no. Ro-
ma. in. l. iij. §. Neratius. ff. de acqui. pos. Moder.
in. l. pacta nouissima. C. de pactis. in. l. si idem cū
eodem. §. finali. ff. de iurisdic. omnium iudicum.
& alibi sæpe. & ita in nostris terminis fuit vlti-
ma sententia glos. hic in verbo, cætera. cùm di-
cit, vel dic agi cōdictione ex lege ad hæc legata:
& id est verius.

Ex his omnibus infero quòd si vera esset sen-
tentia Barto. & suorum sequacium quòd ratio-
ne præteritionis vel exhæredatiōis sine causa fa-
ctæ testamentum esset nullum ipso iure, quòd fi
lius ipse præteritus non haberet necesse dicere
nullum: licet in hoc articulo glossæ sint variæ, &
Barto. post eas variauerit, quia modo vnum di-
xerunt, modo aliud.

Primo enim dixit glos. in dicta. l. filio. ff. de in-
iusto, rupto & irrito testamen. quòd licet de iu-
re Digestorum propter præteritionem filij testa
mentum sit nullum. l. inter cætera. ff. de liber. &
posthu. verum est si velit dicere nullum: per illū
text. similis glos. in. l. is qui in potestate. ff. de le-
ga. præstan. eadem glos. in. §. aliud quoq;. in au-
thenti. vt cùm de appella. cognosc. collatio. viij.
& glos. in. l. seruus. in princi. in verbo, ipso iure.
C. de inofficio. testamen. pro quibus glos. bene
facit quod not. in. §. in bonæ fidei. per illum tex.
108 Institu. de actio. quoniam † actiones personales
tolluntur compensatione. idem text. in. l. fina. C.
de compensa. §. fina. Instit. quib. mod. tol. oblig.
idem in. l. cùm quærebatur. &. l. vir bonus. vbi
per Barto. & omnes. ff. iudicatum sol. verum est
dicunt ibi glos. approbatæ per omnes, si cōpen-
satio fuerit ab homine opposita. idem in nullita-
te testamenti dicunt omnes glossæ suprà notatæ
per illos text. & maximè hoc dixit glos. in dicta
l. seruus. in princi. & in. d. l. filio præterito. pro-
cedere in casu nostro. & idem fundamentum in
similibus terminis repetit Barto. post Petrum in
l. & eleganter. ff. de dolo. cùm dixit, quòd licet
109 † verum sit quòd dolus dans causam cōtractui
bonæ fidei, reddat cōtractū ipso iure nullū, per
illū tex. hoc verū est secūdùm eum si opponatur
ab homine, aliàs non. Tertio loco accedit aliud
110 simile. certum est enim † quòd iudicium actum
cum falso procuratore est nullum. l. licet. C. de
procura. hoc verum est si opponatur ab homine
per. l. iij. §. falsus. ff. rem ratam haberi. per Barto.
in. l. prima. ff. de ferijs. de quo articulo dicam la-
tius infrà. sic idem & fortius in terminis nostris:
111 cùm lex † studeat conseruare voluntates defun-
ctorum. l. qui hæredi. &. l. Meuius. &. l. in testa-
mento. prima. ff. de conditio. & demonstra. l. ple
num. §. equitij. ff. de vsu & habi. l. in ambiguis.
ff. de regu. iuris. l. prima. C. de sacrosan. eccle. &
huic sententiæ videtur applaudere Bartol. in di-
cta. l. filio præterito. & in. l. posthumo. C. de bo-
no. posses. contra tabul. vbi plenius per Moder.
Cuius contrarium notauit hic glos. & Bartolus
& in. §. aliud quoque. in authē. vt cùm de appel.
cognosc. colla. viij. in. §. exhæredatos. in authen.
de hæred. & fal. col. j. per Barto. in. l. is qui in po
testate. in princip. per illum text. ff. de lega. præ-
stan. per eundem in. l. quæ sub conditione. §. fin.
ff. de conditio. institu. & eam videtur approbare
Pau. & Imo. in dicta. l. filio præterito. super illo
text. in verbo, auocauit. Modus autem datur fi-
lio præterito ad petenda bona hæreditatis per
Barto. in dicta. l. quæ sub conditione. §. finali. &
locis alleg. quòd agat incidenter petitione hære
ditatis: & tunc si opponatur de testamento, repli
cetur de nullitate: per. l. j. C. de or. iudicio. idem
dicit in sententia nulla: quia oportebit agere pri
ma actione: & si excipiatur de sententia, replice-
tur de nullitate. cuius contrarium dixit glos. in. l.
prima. in verbo, quæstionis. secundùm eum. ff.
quæ sententiæ sine appella. rescin. subdit tamen
quòd si principaliter vult agere de nullitate, po-
test. Ego autem nouiter pro hac inductione Bar
to. induco tex. in. l. si quasi. ff. de pignora. actio.
vbi si creditor quasi recepturus pecuniam credi
tam à debitore pignus ipsum restituit debitori,
potest agere creditor contraria pignoratitia: &
si excipiatur de reddito pignore, replicetur de
dolo vel fraude. idem tex. in dicta. l. quæ sub cō-
ditione. §. fina. ff. de condit. institutio. ibi, nec est
necesse adire prætorē. idem probatur & fortius
in ver. sequenti.

Plus dico & in fortioribus terminis quòd de
stricto rigore iuris etiam si filius nolit dicere te-
stamentum nullum in quo filius est præteritus,

adhuc tamen non confirmatur testamentũ: quia
semel fuit nullum: licet ex quadam æquitate con
firmetur si nõ dicat nullum. pro quo est text. in-
euitabilis in dicta. l. filio præterito. in ver. licet
subtilitas iuris refragari videatur. & in ver. atta-
men voluntas testatoris ex bono & æquo tuebi
tur: & sic licet hæreditatem à fratribus non auo-
cauerit, & sic noluerit impedire testamentum, li-
cet subtilitas iuris refragetur, confirmabitur te-
stamentum, & sic ex æquitate: cùm tantum testa
mentum confirmatur de æquitate, nõ autem de
rigore iuris: per illa verba, licet subtilitas &c.
Accedat pro hoc dicto glos. in similibus termi-
nis. in. l. licet. ff. de iudicijs. cùm dicit de senten-
112 tia † lata ab eo qui iurisdictionem non habebat,
licet postea confirmetur per eum cui compete-
bat potestas iudicandi, tamen sententia illa non
potest confirmari nec conseruari: & ratio, quia
illa occasione quæsitũ est ius tertio. & illã gloss.
reputat Bartol. singularem in. l. obseruare. in fi-
ne. ff. de offi. proconsul. & licet nihil alleget pro
ea, tamen ego induco textum optimum in. l. non
valet. C. ad leg. fal. de plagia. in. l. j. C. de iurisdic.
omnium iudic. plenè per Moder. in. l. fina. ff. de
iurisdi. omnium iudi. & ratio est, quia quod nul
lum est confirmari non potest: per regulam. l. nã
& si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniu-
sto, rupto & irri. testamen. & idem not. Alexan.
post glos. & Barto. in. l. si expressim. ff. de appel
latio. sic idem in proposito, quia si extãt filij seu
fratres istius præteriti sine causa, quia ex perso-
113 na † ipsius præteriti acquiritur eis ius querelãdi
seu contratabulandi testamentum præsens, per
l. si post mortem. §. finali. ff. de bonorum posses-
sio. contra tabu. & in. l. fina. ff. de libe. & posthu
mis. vnde cùm semel ius sit quæsitum tertio, non
potest ex eius facto confirmari, si expediat eis te
stamẽtum infirmari: & hoc de rigore iuris, vt di-
xi suprá. pro qua parte est tex. in. l. in insulam. §.
114 fina. ff. solut. matrimo. si stipulata † erat dos per
extraneum dotantem in casum diuortij, si semel
diuertatur, licet postea matrimonium reintegre-
tur, tamen non compelletur ille extraneus ad re
stituendam dotem. idem in. l. item quæritur. §. fi.
cum. l. sequẽt. ff. locati & cõduc. in. l. si cùm Her
mes. C. loca. & conduc. pro eadem sententia est
text. in. l. prima. §. vsqueadeo. ff. de iniurijs. per
115 quem text. dicit Barto. quòd si inter † duos no-
biles facta est pax sub pœna soluenda à fractore
pacis, & applicanda fisco, quòd licet ipsi fuerint
reconciliati, non tamen potest impediri exactio
pœnæ iam acquisitæ fisco per fractionem pacis:
pro quo dicto Barto. ego addo vltra eum tex. in
l. j. ibi, nam etiam si nolit filius pro eo litigabit.
ff. de libera. causa. secus vbi res sit integra. l. filij.
ff. ad Tertul. in. l. quòd si minor. §. Scæuola. ff.
de minori. quia tunc præiudicaret: per illos text.
sic idem in casu proposito: per. d. l. filio præteri-
to. in his verbis, licet subtilitas iuris refragari vi-
deatur. quem tex. notaui suprá. ad idem in. l. fi. ff.
de libe. & posthu. Et licet verũ sit quòd rumpa-
tur testamentum beneficio præteriti, tamen verũ
116 est † quòd is qui cõtratabulat vel querelat bene
ficio præteriti & nõ iure suo, tenebit ad integrà
legata, præterito omittente contratabulare seu
querelare testamentum tanquam inofficiosum:
per. l. nonnunquã. ff. de lega. præstan. idem nota
uit Bal. in. l. ij. suprà eodẽ. per eũdem & Paul. &
Moder. in. d. l. posthumo. C. de bono. possessio.
contra tabu. per eundem in. l. si pater. C. de insti-
tu. & substitu. sub conditione factis.

Antequã tamen aperiam modũ, præmittã ali-
qua ꝓ declaratiõe ampliori huius articuli, quòd
117 quando † lex dicit aliquid esse nullum, & proce
dit vlterius rescindendo ipsum factum, tunc nõ
est necesse quòd opponatur ab homine ad id re-
scindendum: cùm lex ipsa satis per se rescindat.
tex. in. l. ij. C. quando prouoc. nõ est necesse. ibi,
sententiam eius cõtra tam manifesti iuris formã
datam nullas habere vires palàm est. & subdit vl
terius procedẽdo, & ideo in hac specie nec pro-
uocationis auxilium necessarium est. idem text.
in. l. si expressim. ff. de appella. in. c. licet canon.
de electio. in. vj. sic idem in casu nostro, & pro-
pterea do tibi modum in hoc casu ex. d. l. filio. in
his verbis, si præteritus à fratribus partem hære-
ditatis auocauit. & in ver. sequẽ. ibi, quòd si bo-
nis se patris abstinuit. quem tex. not. diligenter;
quoniã filio præterito testamẽtum nullum erat;
& ex eo non debebantur legata & libertates: &
ideo subdit quòd filius præteritus si volebat cũ
fratribus suis à patre institutis succedere, quo-
modo consequi poterat partẽ hæreditatis: vide-
bat ꝙ nõ posset ratione testamẽti: dicit ꝙ proui
sio est ꝙ auocet partẽ hæreditatis à fratribus in-
stitutis: & si opponatur per fratres de testamen-
to, tũc isto casu replicet de nullitate: & sic causa
nullitatis incidẽter tantũ tractabitur, & nõ prin
cipaliter. per hoc tamẽ nõ erit contrariũ dictum
Bar. suprà recitatũ in. l. quæ sub cõditione. §. fi.
ff. de cõdi. instit. & in. d. §. aliud quoq;. in authẽ.
vt cùm de app. cog. quia nõ impediet agere prin
cipaliter de nullitate si velit, sed melius erit ꝙ in-
cidẽter tractetur. tñ quia per hoc litigabit plenis
manibus, vbi si principaliter agat, vacuus canta-
bit: quare vnũ potius altero. ita dicit Pau. de ca.
in. d. l. filio. Si verò lex nõ procedit vlterius an-
nullando seu rescindẽdo, & tunc opus est facto
hominis. d. l. ij. C. quãdo prouoc. nõ est neces. &
in. l. cũ prolatis. ff. de re iudi. & in. l. fi. C. de com
pẽsatio. aliàs, vt dixi, nõ opus erit remedio rescis
siuo. Vel aliter secũdùm Pe. Cin. & Io. Fab. in. l.
si constat. C. de compensa. per Pet. & Io. Fab. in
dicto. §. in bonæ fidei. Institu. de actio. in quantũ
declarant dictum Marti. reprobatum per gloss.
per eundem Petrum in. l. si ambo. ff. de compen
satio. eo quòd dicebat Martinus tolli ipso iure
actionem per compensationẽ: dixit Io. Fab. post
Petrum

Petrum in locis allega. quòd non est verisimile quòd Mart. fuerit ita fatuus dicere: & quia esset multum fatuum quærere an compensatio tollat sine facto hominis actionem ipso iure: nec vnquam cogitauit ita Marti. sed tūc cum fuerit opposita, an tollat? & non est dubium: per dictam l. si cōstat. & dicto. §. in bonæ fidei. idem in alijs in quibus præcisè per se non posset ostēdere nullitatem præcisam cum reuocatione, tūc opus est facto hominis: quia aliàs iudex non posset nisi parte requirente. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. sed secus vbi lex compensaret: quia tunc factum legis succederet loco facti hominis. l. si ob causam. C. de euict. in. l. finali. C. si manci. ita fue. alie. vt manumit. in. l. statuliber rationem. ff. de statuliberis.

Vel aliter & tertiò & ad casum nostrum dico quòd si nullitas prouenit occasione solennitatis omissæ, tunc aut necessaria erat illa solēnitas necessitate necessitante pro forma ipsius actus sine
118 qua viribus subsistere nō potest, & dico † quòd siue loquamur in sententia siue in testamento omissio formæ reddit actum nullum: tolle exemplum, in sententia si non interuenerit citatio, datio libelli, litis contestatio, & similia de quibus in. l. prolatam. C. de sententijs & interlocu. omnium iudicum. in. c. quoniam contra falsam. extra de probationibus. cùm illa solennitas dat esse rei omissio ipsius reddit actum nullum. per dictam. l. prolatam. idem in testamēto, quando septem testes non interuenerūt, & alia de quibus in. l. hac consultissima. C. de testamen. isto casu omissio talis formæ etiam si non opponatur reddit actum nullum: & vt dixi suprà per. l. finalem, C. de edicto diui Adriani tollendo. iudex si mitteret scriptum hæredem in tali testamento virtute talis testamenti teneretur in syndicatu: quia iudicans contra expressum casum dictæ. l. fin. pro quo facit. l. si expressim. ff. de appellatio. & dicta l. secunda. C. quando prouocare non est necesse, idem vbi defectu personæ non subsisteret testamentum vel sententia: quia tunc testamentū erit nullum, vt patet in. l. discretis. C. qui testamen. facere possunt. & per totum titulum. Idem in. §. primo. & per totū ti. Institu. quibus non est permissi facere testamen. in. l. qui ætate. ff. de testa. idem in sententia, quia persona non esset habilis: vt in seruo, filio, & similibus. l. si longius. in princip. & l. vix certis. ff. de iudic. l. seruus. C. eodem, de iudic. præterquam in casibus à lege permissis, vt in dicta. l. vix certis. vbi per glos. & omnes. Si verò solennitas illa non desyderetur necessario & hoc necessitate non necessitante, sed causatiua; da exēplum in testamēto, vt pater teneatur cum causa filium hæredem instituere aut exhæredare cum causa. Et ego dico quòd illa non est necessitas præcisa seu necessitans, sed causatiua: id est si velit testamentum suum non infirmari, debet filium hæredē instituere, aut exhæredare vel prætérire cum causa: per hunc tex. & d. §. aliud quoque. & quòd illa sit causatiua, est text. cum glos. in. l. Gallus. in princip. in verbo, posse. & l. inter cætera. ff. de liber. & posthu. quos text. pondera ui suprà in similibus terminis; & ista solennitas non reddit nullum hodie, sed venit annullandū; vt plenè dictū est suprà; & vbi esset nullum, non haberet filius necesse dicere nullum per supradicta: sed cùm habeat necesse aut querelare vel dicere nullum, debet aut per petitionem hæreditatis, iuxta. l. j. & l. ij. & l. regulariter. & l. licet. ff. de petitio. hæredit. vel agere querela inofficiosi testamenti per supradicta, vel per ius dicendi nullum. l. j. ff. de bonorum possessio. cōtra tabulas. si autem loquamur in sententia, idem dico: quia annullabitur, & iterum de causa ipsa ex integro cognoscetur, quanuis in hoc aliqui variauerint: quoniam aliqui sunt qui dicunt quòd ex istis actis debeat cognosci de nullitate sententiæ. idem not. glos. in. l. prima. C. de senten. & interlo. omnium iudicum. alij quòd de nouo per dictam. l. j. debeat cognosci integraliter de ipso iudicio. Ego autē cogitaui vnum medium, quòd aut ipsa nullitas prouenit ab initio ipsius iudicij, & tunc ex integro cognosci debet, absque aliqua reuolutione actorum factorum in illo iudicio nullo: per dictam. l. j. C. de senten. & interloc. omnium iudicum. si autem ex postfacto, quia ex actis ipsa nullitas prouenit, aut in procedendo inordinatè, aut in iudicādo, vt quia iudicatum est contra expressam legis dispositionem, & erit de nouo cognoscendum. d. l. si expressim. & ex ipsis actis debet cognosci de nullitate. ita est tex. in dicta. l. l. si expressim. ff. de appellatio. in dicta. l. cū prola
119 tis. ff. de re iudica. sed postquam nullitas † comperta erit, ex integro cognoscenda erit causa. ita est text. in dicta. l. si expressim. & in dicta. l. ij. C. quando prouoc. non est neces. Sed vt ad conclusionem redeam, si testamētum est nullum prout dixi ex ea nullitate, non habet necesse dicere nullum: cùm & iudex debeat loco partis etiam impedire, & supplere factum hominis: per ea quæ notaui ex decisione. l. fi. C. de edicto diui Adriani tollē. & bene facit illa. l. si expressim. ibi, ideo & sine appellatione causa denuo induci potest.

Plus ego dico & in fortioribus terminis, q si verum esset quòd testamētum in quo filius est præteritus sine causa esset nullū ipso iure, adhuc tamen querelando testamentum vel contratabulando non approbaret testamētum nec per hoc confirmaret ipsum testamētum. & licet hunc articulum plenè disputauerim in anno. xviij. ætatis meæ Aureliæ repetēdo legem primam. ff. de vulga. & pupilla. substitutio. tamen quia hic articulus commodè occurrit, ego aliqua succinctè aperiam: & hūc articulum firmaui, & adhuc firmo; licet Bartolus vbique teneat cōtrarium; præsertim hic, & in. l. is qui in potestate. ff. de lega. præstan. & in. l. filio. ff. de iniu. rup. & irri. testamen.

& in.l.posthumo. C. de bonorum possessione
contra tabulas. vbi Moderni plura de hoc arti-
culo attigerunt post Baldum & alios. per Bart.
in.l.illud.ff. de bonorum possessione contra ta-
bulas. & alibi sæpe. Et ad id motus est Bartolus
arguendo de sententia ad testamentum: quia si-
cut sententia lata cõtra falsum procuratorem est
nulla, vt dixi suprà, per.l.licet. C. de procura. do
minus tamen appellando confirmat sententiam.
l.tertia.§.falsus.ff.rem ratam haberi. sic idem fi-
lius contratabulando seu querelando testamen-
tum patris nullum, confirmat & approbat iudi-
cium patris.
Secũdò, quomodo possumus dicere aliquem
petere rescissionem testamẽti, nisi præsupponat
120 testamentum valere? Et ratio est, quoniam † pri-
uatio præsupponit habitum.l.decem.ff. de ver-
borum obligationi.in.§.seruus.Institu. de capi-
tis diminutio. si filius igitur petat testamentum
rescindi, confitetur aliquod esse, per regulam iu
ris vulgatam, quia quod nullum est rescindi nõ
potest.l. nam & si sub conditione.§. post defe-
ctum.ff.de iniu.rup.& irri. testa.& maximè cùm
hoc beneficium sit rescissorium, vt dicam infrà.
121 Tertio pro ista parte, quoniã † petens absolu
tionẽ tacitè videtur cõfiteri delictum.l.si quidẽ.
C.de excep.in.l.filiũ.C.de libe.cau.&.c.venera
bilem.inverbo, postulauit.extra de elect.l.quo-
niam.ff. de his qui notantur infam.§. fin. vbi per
Ioannẽ Fab.Insti.de inge.c.literas.extra de præ
sumptio. & alibi.sic idem in cõtratabulante: de-
cisio est glos.in.§.adhuc.in verbo, tabulas.per il
lum textum Institu. de bonorum possessioni. in
l.prima.&.l.illud.ff.de bonorum possessio.con
tra tabul.in.l.finali.suprà eodem. Si igitur bono
rum possessio contra tabulas tendat ad annul-
landum.l.vt liberum. C.qui admit.ad bonorum
possessionem possunt. igitur & tacitè innuit te-
stamentum aliquod esse. ita notant Moderni in
l.is qui contra.& in.l.ex duobus.§.finali.cum.§.
sequen. vbi aliquid per glos.ff. de vulga.& pu-
pillari substitutio. Contra eum tamen facit text.
in dicta.l.quæ sub conditione.§.finali.ff. de con
ditio.institu. ibi, semel enim in perpetuum à præ
tore remissum est, nec per singula remittendum.
item cùm petit rescindi testamentum, intelligen
dum est quatenus de facto processum est: sicut
in simili dicit glos. in.l. Iulianus.§.j.ff. de actio.
empti.in.l.si dolo. C.de rescin.vendi.idem text.
in.l.j.§.j.in verbo, infirmabitur.ff. de ferijs. vbi
glos. deducit similem quæstionem in sententia:
Si non tenet sententia ipso iure nõ est necessaria
appellatio. sed quid si appelletur? an confirme-
tur, dato quòd non prosequatur? & respondet
quòd non. & ita est text.apertus in dicta.l. si ex-
pressim. in secundo responso. vbi idem no. Bar.
post glos.ff. de appel. & in fortioribus terminis
122 dixit glos. quòd licet † causa appellationis esset
commissa, & per iudicem ad quem pronunciatũ
esset bene fuisse iudicatum & male appellatum,
adhuc tamẽ non esset confirmata sentẽtia per.l.
cum qui. C.de inoff.testa.sic idẽ in casu proposi
to. & ratio est, quoniam magis dicitur erratum
in electione eligendo viam appellationis, cùm
debuisset nullam dicere sentẽtiam, vel agere pri
ma actione, vt dixi per.d.l. si expressim. quàm
confirmare sententiam nullam. idem in testamẽ-
to: vnde sibi nõ præiudicat eligendo ius minus
potens.l.mater.in fine.ff.de inoffic.testamen.&
dicta.l.cum qui.vbi per glos.C. de inoffic.testa.
pro quo accedit in simili quod not.in.l.genera-
liter.C.de non nume.pecu.vt magis credatur il-
lud erroneè esse factum quàm animo cõfirman-
di actum. quem text.cum glos.not. Moder.in.l.
iurisgentium.§.sed cum nulla.ff.de pac. repetũt
idem in.l.lecta.ff.de rebus credi.
Quartò dico quòd si prætor non potest face
re aliquẽ desinere esse hæredem.§.restituta.insti
tu.de fideicõ.hære.l.cùm quis.ff.de fideicom. li
ber.§.quos autem. Instit.de bono.pos. quẽ pos-
simus dicere quòd bonorum possessio cõtra ta-
123 bulas dicatur cõfirmare, cum etiam † non posit
aliquem facere hæredem, per.d.§. quos autem.
quo casu succederet vnum cui nõ potest accom-
modari responsum, quia si testamentum est nul-
lum, non potest hæres adire hæreditatẽ ex illo te
stamento, vt dixi per.l.fi.C. de edic. diui Adria.
tol.sed aliàs sequeretur quòd vbi prætor directè
nõ posset facere aliquem hæredẽ, posset per in-
directum: quare filius contratabulando faceret
hæredem scriptũ in tali testamento legitimũ hæ-
redem: eo quia contratabulando cõfirmaret te-
stamentum: quo casu confirmans de nouo dat:
iuxta.l.vnicã.§.hunc igitur. C.de iusti.codi. con
fir. Bar.in.l.& quia.ff.de iur.om.iud.in.l.asse to
to.per illũ tex.ff.de hære.insti. Si igitur non pos
sit prætor facere directè aliquẽ hæredem, quo-
modo poterit per indirectum? contra regulas iu
ris cõmunis: de quibus per glos. & omnes in.l.
soluẽdo.ff.de neg.gest.quod faceret: quia is qui
esset scriptus, & nõ posset adire ex illo testamen
to nullo, tamen adire posset si filius contratabu-
lando confirmaret testamentũ. quare non potest
hoc etiã procedere. Sed istud cessaret in querela
inofficiosi testamenti: quia dico hoc verũ esse: cũ
(vt dixi suprà) antequã posit querelari, requiri
tur quòd hæres scriptus adiuerit ex testamẽto.l.
Papinianus.§. qui de quarta.ff. de inofficio. te-
stamẽ.sed istud nihil est, propterea ad istud pos-
set accommodari prius responsum, quod pro-
cederet illa querela quatenus de facto aliquid fa
ctum esset. Sed ista euitatio nunquam mihi pla-
cuit. Et ideo puto melius esse respondendum,
& prout respondet iurisconsul. in dicta.l. si ex-
pressim. ꝙ per hoc nõ dicitur cõfirmare, quia de
nouo de ipsa causa differi posit, tanꝗ si querela
non fuisset intentata: sicut dicitur de appellatio-
ne: quia non habita ratione sententiæ latæ super
querela

querela, posšit ex integro de nullitate cognosci, & auocari hæreditas ab hærede nulliter scripto: sicut dictum est suprà per dictam. l. eum qui. C. de inoffic. testa. &. l. filio. ff. de iniust. rup. & irri. testa. in verbo, auocauit. quẽ tex. no. ibi pro singulari Pau. de cast. & Bar. ante eum in dicta. l. is qui in potestate. ff. de leg. præstan. Nec obstat argu. Barto. de appellatione ad bonor. pos. contra tabulas, per. l. iij. §. falsus. ff. rem ratam habe. secundum glos. in dicta. l. j. §. j. in verbo, infirmabitur. ff. de feri. quia dicit esse speciale in dicto casu. sed ista solutio nunquam mihi placuit: & maximè, quia non datur ratio specialitatis per glos. secundò quia refugium est miserorum: vt dicit glos. quotidiana in. l. filium. C. fami. ercis cun. vnde Bart. in dicta. l. j. aliter respõdet dando rationem differentiæ inter appellationes seu nullitates sententiarũ. Bald. aliter respondet in dicta. l. posthumo. C. de bon. possess. contra tabu. quem ferè omnes sequuntur dicentes non esse bonum argu. de appellatione ad bono. pos. contra tabu. rationem differentiæ tradit ibi. aliàs vltra Bald. dedit Paul. & alij Moder. Et licet ex prædictis fundamentis satis posšit apparere ratio differentiæ cum declaraui effectus bono. possess. contra tabu. tamẽ quia adhuc mihi supradicta non sufficiunt, ego dabo aliud responsum, licet in repetitione. d. l. j. ff. de vulga. & pup. substitu. plura de hoc articulo disputauerim, tamen si bene consyderetur vnũ quod prius notaui, satisfactum erit prædictis. pro quorum intellectu ego præmittã

124 vnum, quia bonorum possessio † contratabulas est introducta eo iure & ordine quo ius dicendi nullum. l. j. in prin. ff. de bono. pos. contra tabul. per Moder. plenè in dicta. l. posthumo. C. de bono. pos. cõtra tabu. sed vt dixi licet filius expressè approbet testamentum nullum, adhuc de rigore iuris non erit confirmatum. per. d. l. filio. ibi, licet subtilitas iuris refragari videatur. ff. de iniusto, rup. & irri. testa. tãtominus poterit tacitè approbando confirmare, vbi actus contratabulandi esset sui natura per tacitũ iuris intellectum approbatiuus. & hoc per regulas iuris communis,

125 quod † non potest expressè non potest tacitè fieri. de qua plenè in. l. cùm quid. ff. si cer. pe. in. l. j. &. ij. C. qui admit. ad bonorũ possess. vnde si hoc esset verum, plus operaretur tacita approbatio quàm expressa: quod non debet admitti ad. l. iij. §. falsus. ff. rem ratã habe. quod est solidius arg. Bartol. in hac parte arguendo de bonorum possessio. cõtra tabul. quia dicunt omnes in dicta. l. posthumo. C. de bono. possessio. contra tabul. quòd lata est differentia inter bonorum possessio. contra tabu. & appellationem. quas accumulaui in repetitione dictæ. l. primæ. ff. de vulga. & pupilla. substitutio. Ego vltra dicta in illa repe-

126 titio. dico † quòd iudicium cum procuratore falso agitatum eatenus est nullum quatenus nõ approbatur à domino: & hoc in odium suum, non in fauorem siue etiam alterius damnum vt dicam in alijs conclusionibus. l. licet. ff. de iudic. &. l. licet. C. de procura. secuta autem ratihabitione cõfirmatur: & maxime in casu dicti. §. falsus. quia procurator falsus promiserat de rato: quo casu dominus eligendo remedium commune confirmabat cautionem rati datam per procuratorem, non autem ipsum iudicium seu sententiam: nec inuenies aliquo iure cautum quòd per ipsam appellationem confirmetur iudicium: & ita tu aduerte ad illum text. cùm dicit, procuratore victo prouocauit. Stipulationis defecisse cõditionem apparuit, cùm ad auxilium commune superatus confugisset. Et si dicas, quòd satis effectus ipse appellationis probat cõfirmationẽ iudicij: quia si non confirmaret, nõ diceretur habere ratum: & per hoc non defecisset stipulatio. tu dic quòd imo dicitur deficere, quia sufficit quòd tacitè sit impletũ in vno casu eligendo quãtum ad effectũ ipsius stipulatiõis. arg. l. primæ. in prin. ff. de iniurijs. vel dicas sufficere quòd suppleatur in eo in quo decoxit. deficiebat enim in consensu domini tantũ: vnde facilius potest suppleri: sicut dicit Barto. in dicta. l. j. ff. de ferijs. sed secus in testamento, quia non deficit ex defectu consensus filij, sed formæ omissæ per dictam. l. filio. &. l. inter cætera. ff. de liber. & posthu. in casu vero dicti. §. falsus. nõ erat vitium in forma, quia licet iudicium debeat esse perfectum respectu personarũ, & propterea debeat inquiri de persona procuratoris. dicta. l. licet. C. de procura. tamen vbi cauit de rato, satis poterit iudicium fundari: nec erit defectus omnino in forma. l. j. C. de procur. vnde dominus cõfirmãdo hoc nõ supplet quod deest tantum: sed filiusfamilias cõtratabulando non dicitur supplere formam omissam: quia illa non potest suppleri nisi per ipsum testantem: iudicium verò in quo interuenit falsus procurator qui cauit de rato, non caret omnino forma: ideo non est mirum si dominus in eo potest supplere. Et per hæc tu habes nouam & inauditam consyderationẽ ad. d. §. falsus. quam tu diligenter not. Et tu addes omnibus alijs differentijs nota. per Bald. & omnes in dicta. l. posthumo. Bart. in dicta. l. j. ff. de ferijs. & Pau. de cast. in. l. ij. C. quando prouoc. non est necesse. in declaratione dicti §. falsus. per Bartolũ in dicta. l. si expressim. per me in dicta repetitione. l. primæ. ff. de vulga. & pupil. substitutio. per Bartolũ in dicto. §. falsus. Ad secundum fundamẽtum satis opportunè respõsum est in præcedenti si bene inspicientur ea quæ ibi exposui, quòd per hoc nõ confirmat iudicium duplici capite. primo, quoniam etiam expressè non posset: tanto minus tacitè: per dictam l. filio. & hoc de rigore iuris. Secundo & fortius prout respondet. l. eum qui. C. de inofficio. testamento. quia etiam si bene secuta esset declaratio à iudice, adhuc tamen testamentum non approbatur: per illum text. cui cõcor. d. l. si expressim.

Tertiò prout dicit glos. in dicta.l. si expressim.
quia magis vt declaretur nullum quàm vt con-
firmet: quanuis hoc non habeat necesse: si tamen
velit, hoc poterit: vt dixi suprà post Bartol. in.l.
quæ sub conditione.§.finali.ff.de condi.institu.
per eundem in dicta.l.filio. & sequütur omnes:
& ego idem notaui suprá. Moder.in.l.§.ff.de te-
sta. per eosdem latius seu copiosius quàm alibi
in dicta.l.posthumo. C. de bonorum possessio.
contra tabul. Ad tertium & vltimum ego dico
quòd petens absolutionem à delicto nõ per hoc
verè confitetur delictum, sed magis præsumitur
hoc ad cautelam facere, nisi confiteretur delictũ:
& cum illa confessione concurrat veritas facti.c.
exhibita. extra de homi.in.l.vnde Neratius.§.fi-
nali.ff.ad legem aquil.per Ioan. Fab.in dicto.§.
fin.Institut. de inge.in.l.ij.C.de inge.manumis.
aliquid per Paul.in.l.iij.C.de iure aureo.annul.
sicut in simili dicit text.in.l.quæ sub conditione.
in princip.vbi per glos.ff.de condi.insti. de quo
plenè per Barto. & omnes in.l.non erit.§. dato.
ff.de iureiurand. quia aliqui sunt ita scrupulosi,
quòd etiam vsque ad superstitionẽ timent & ve
rentur ne redarguantur aut accusentur, petunt
se absolui: quia tunc per hoc nõ est confiteri de-
lictum, iuxta ea quæ dicit text.in.c.ad eius.in fi-
ne.v. distinctio. quia bonarum mentium est ti-
mere culpam vbi non est. reliqua circa istud po-
teris plenè videre per Ioannem Fabrum in loco
præallegato per Baldum in.l.quoniam.ff.de his
qui notantur infamia. Et pro hoc clarus est hic
articulus: quicquid dixerit Bartolus in locis al-
legatis.

Nunc restat videre de vltima parte huius au-
thenticæ quæ est in his verbis, cætera nanque fir
ma permanent. Ex quibus ortum est maximum
discrimen inter omnes scribẽtes quid veniat ap-
pellatione cæterorum: de legatis, & fideicom.li-
bertatibus, & dationibus tutorum non est du-
bium, per.§.sinautem hæc omnia.in authenti. vt
cùm de appellatio.cognosc.collatio.viij.ex quo
sumpta est per Irnerium hæc authentica consti-
tutio & præcedens: dubium autem est de substi-
tutionibus vtrum substitutiones conseruantur à
127 lege, & quæ. De his substitutionibus † per quas
succeditur directè testatori, qualis est substitu-
tio vulgaris, non est qui faciat dubium: quia nõ
conseruantur per istum textum, nec per ius no-
uissimum. ita dicunt omnes hic & in.l.prima.§.
substituere.ff.de vulg.& pupilla. substitutio. &
in dicta.l.filio præterito.ff.de iniusto, rup. & ir-
rito testamento. in.l. prima.ff. de testa. per eos-
dem in.l. quidam eulogio.C. de iure deliber.in
l. Papinianus.§.sed nec impuberis.ff. de inoffi-
cioso testamento. & vbique per omnes. secus au
tem in his per quas non succeditur directè testa-
tori: vt est in substitutione pupillari & exempla
ri, quia & illæ conseruantur, secundùm Barto-
lum & sequentes. & in his iacet tota difficultas
nostra: quoniam & Petrus tenuit cõtrarium. Et
licet hunc articulum copiosè examinauerim in
repetitione dictæ.l. primæ.ff. de vulgari & pu-
pillari substitutione. quia tamen melius hic oc-
currit quàm alibi, vltra ea quæ per me posita
sunt in dicta repetitione, succinctè aliqua ordi-
nabo, quæ videbuntur mihi ad rem facere. vnde
vt præmisi, Bartolus per hunc textum & au-
thenticam ex quo sumpta est hæc authentica, hic
& vbique tenuit quòd conseruantur tabulæ pu-
pillares seu pupillaris substitutio annullato testa
mento paterno, per hunc textũ in his verbis, cæ-
tera nanque firma permanent. quæ non sunt ver
ba Irnerij, sed Iustiniani, in dicto.§. sinautẽ hæc
omnia. plerunque allegato. motus quoniam in-
ter capitula testamenti est substitutio pupillaris.
l.secũda.ff.de vulgari & pupillari substitutio.in
dicta.l.patris & filij.&.l.si plures liberos.§.finali.
ff.eodem.in.§.liberum.Institut. de pupilla.sub-
stitutione.dicta.l.Papinianus.§.sed nec impube
rum.ff. de inofficioso testamento. & alibi sæpe.
de quibus infrà. si quãtum ad institutionem tan-
tum testamẽtum infirmatur & non quantum ad
alia capitula testamenti, vt patet hic, & in corpo
re authenti. igitur & substitutio pupillaris quæ
est de alijs capitulis testamẽti cõseruatur, sicut &
legata: per illa verba, cætera nanque firma per-
manent. & idem fundamẽtum concludunt Mo-
der.præcisè Bartho.Soci.in.l.demõstratio.§. fi-
na.ff. de conditioni. & demonstrationi. de quo
argument. memini suprà, licet ad aliud proposi-
tum, ex quo includitur aliud conforme funda-
128 mentum, quia lex habens † limitatum actum li-
mitatum producit effectum.l. finali.ff.de hæred.
institu.in.l.statuliberum.§.Stichum.ff.de legat.
ij.sed lex ista habet modum limitatum quantum
ad institutionem, igitur & quantum ad substitu-
tionem pupillarem nõ producet effectum: cùm
modus in substitutione sit limitatus seu remissus
per illa verba, cætera nanque firma permanent.

Secundò adducit Bartol. aliud arguendo dẽ
datione tutorum ad substitutionẽ pupillarem:
quia sicut tutela ordinata per patrem fit ad pro-
uisionem filij & non ad iniuriã, & propterea per
ius nouissimum conseruatur, dicto. §. sinautem
hæc omnia. in authentica, vt cùm de appellatio-
ne cognosc. sic idem dicendum in substitutione
129 pupillari, quia fit † non ad iniuriam filij, sed pro
uisionem tantum: pro quo facit vltra eum textus
in.l.prima.in princip.ff. de suis & legitimis hæ-
redi.in.l.non solum.ff. de excusa. tutorum. quia
hoc modo intestatus non decedet, & quia est in-
testabilis, per illos textus, & testamentum facere
non possit, nisi fieret substitutio, non succedere
tur ei ex testamento. idem in.l. Iulianus.ff.de ac-
quirenda hæredita. in.l.ij. ff.de vulga. & pupil-
la.substitu. idem in.l.cum quidam.C.de leg.ibi,
maximam ad suum filium ostendens affectio-
nem, cui nihil quidem emolumenti reliquit,
sed post

sed post exhæredationis iniuriam etiam substitutionem ei addidit. Ex quo textu elicio aliud fundamentum quod maxime in hoc capite concludit pro Bartol. & sequacibus, quod à nemine tactum est.

130 Quoniam † & substitutio potest fieri etiam filio exhæredato. §. non solum. Institu. de pupilla. substitu. dicta. l. j. §. fin. ff. de vulga. & pupil. substitu. & valebit per illos text. quare ergo si filius fuerit exhæredatus non conseruabitur testamentum: quoniam substitutio non ad iniuriam filiorum sed ad prouisionē fit: vt dixi supra post Bartol. Ex quo sequitur aliud fundamentum, quia lex nouissima non fuit mota ad id statuendum, nisi vt filij ab iniuria illata liberi essent. §. aliud quoq;. &. §. cæterum. in authenti. vt cùm de appella. cogno. colla. viij. Sed cum in ea filijs non fiat iniuria sed prouisio, ideo sublata institutione non censetur esse sublata substitutio: sicut dicitur de legatis & datione tutelæ: maximè cum, vt dixi, secundùm aliquos hæc sit principalis ratio & decisiua huius authenti. quare lex conseruauit legata & non institutionem, quia in legatis non est facta iniuria filijs, sed tantum in exhæredatione: non est mirum si rescissa sit: quæ ratio militat in substitutione pupillari fortiori ratione vt dictum est: idem igitur concludendum est in substitutione pupillari prout cōclusum est in legatis: per regulam. l. de precio. ff. de public. in

131 rem actio. cum simil. quia etiam † vbi est eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio & maximè secundùm Bartol. & Modern. qui in hoc articulo multum extendunt fimbrias suas: cum sit bona extensio de vno casu ad alium, vbi est eadem ratio. l. si mihi. ff. de solutio. plenissimè per eos in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. sed cum eadem sit ratio in his & fortior, multo magis dicendum est in substitutione: argumen. authent. multo magis. C. de episc. & clerie. quod argum. est optimum vt in locis ad hoc notissimis.

Tertio facit aliud fundamentum, quoniam si verum est quod dixi si debeat testamētum querelari per ius nouissimum, & sic antequam querelaretur adiri hæreditas, adita igitur hæreditate erit confirmata substitutio pupillaris per aditionem: quare est quòd lex non poterit iure speciali reseruare substitutionem, sicut & tutelam, & legata? & istud argu. non procederet vbi testamentum esset nullum ipso iure: quia non posset ex illo hæreditas adiri, & per consequens confirmari substitutio pupillaris aditione hæreditatis. quod not.

Quarto loco principaliter ponderatur tex. in l. ij. §. j. versic. planè. ff. de vulga. & pupil. substitu. quoniam omissa causa testamenti adhuc conseruatur substitutio pupillaris, licet ꝑpter omissionem non succedatur sibi ex testamento: tanto magis vbi testamētum reductum esset ad causam intestati propter exhæredationem filij sine causa factam. Et ratio potest esse vltra eum, cum lex nouissima specificè sibi reseruauerit omnia capitula testamenti dempta institutione quam infirmauit: vt in opinionibus Bartol. latius per nos discussum est per dictum. §. sinautem hæc omnia. Igitur à fortiori conseruatur substitutio pupillaris de iure nouissimo.

Quinto loco pro opinione Bartol. ego addo

132 vnum aliud fundamentum: quia licet † primus gradus qui est institutionis non valeat potest tamen testamentum à secundo gradu exordium sumere, dicit textus in. l. iij. §. fina. vbi per Barto. & Paul. ff. de liber. & posthum. per eosdem in. l. ex facto. ff. de hæredi. institu. non erit igitur inconueniens dicere quòd licet peremptus sit primus gradus institutionis, tamen adhuc substitutio pupillaris conseruetur. quod argu. procedit in substitutione vulgari & non in pupillari vt dicam infrà.

Sexto loco inducebant aliqui Modern. hoc fundamentum pro opinio. Bartoli, quoniam diuersa est forma impugnandi testamentum paternum à testamento pupillari. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffici. testamen. deducendo hoc modo secundùm eos, quia respectu testamenti paterni filius rumpit si fuerit præteritus: quia non licebat patri filium præterire, vt dixi suprà: sed respectu testamenti fratris cessat ratio: quoniam frater potest à fratre præteriri. §. j. Institu. de inofficio. testamen. l. fratris. C. de inofficio. testamen. cum diuersa igitur sit ratio impugnandi testamentum patris, & testamentum filij, rupto testamento patris non erit ruptum testamentum filij quatenus &c.

Septimo loco adducebant Modern. in dicta l. j. ff. de vulga. & pupilla. substitu. quia pro forma non requiritur quòd adeatur hæreditas patris ex testamento patris ad hoc vt conseruetur substitutio pupillaris: quòd qualiter verum sit, adducam infra: & quia videtur mihi esse contra apertam iuris decisionem, ego non curo aliter referre.

Octauo faceret aliqualiter text. in. l. & si duobus. §. finali. &. l. is qui contratabulas. &. l. & si contratabulas. ff. de vulga. & pupilla. substitu. Vbi licet testamentum infirmetur per bonorum possessionem contratabulas, adhuc tamen substitutio pupillaris conseruatur. idem videtur dicendum in querela: quoniam per querelam inofficiosi testamenti irritabitur: cum, vt dixi, procedat eodem iure & ordine. l. j. ff. de bonorum possessio. contratab. & ita pro hoc tu posses residere cum Barto.

Tamen contrarium tenuit Petr. quem in repeti. dictæ. l. j. ff. de vulga. & pupil. substit. secutus sum: nec adhuc est quod me moueat contra eum quare non debeam eum sequi, & ita notat Pet. in. d. l. j. ff. de vulga. substitu. & in. §. liberis.

Instit.de pupil.substi.quos tex. singulariter pro fundamento dictorum suorū ponderaui. & primo tex.in.d.§.liberis.in ratione sui:ibi,nam pupillare testamentum pars est & sequela testamēti paterni:adeo vt si patris testamentum non valeat,nec filij quidem valebit:vt quia dicit glo.filius sit præteritus,& alijs modis: de quibus in.l.j.ff.de iniu.rup.& irri.testa.& per illum tex.dissolues multa argumenta prius recitata,& præsertim duo quæ feci ad dicta Barto.recitata per me in secundo fundamento Barto. quibus in specie respondebo. Tu autem diligenter nota illa verba,pars est & sequela testamēti paterni.& quod sequitur,si igitur sit pars & sequela,ita necessario regulata à testamento patris vt si non valeat testamentum patris, nec valeat etiam testamentum pupillare,quomodo possimus dicere quòd conseruetur per ius nouissimum sub illo contextu verborum, Cætera nanq; firma permanent: Et maximè quia obstant duæ regulæ iuris com-

134 munis. Prima est,quoniam † extincto antecedēti necessario omne consequens ex eo extinguitur.l.illud.ff.de acquir.hæred.l.ij.ff.de pecu.lega.regula,accessorium.de regu.iur.sed antequā possit valere pupillare per illum text.requiritur quòd testamentum in institutione valeat in totū vel in parte,& conseruetur in totum vel in parte l.in substitutione.ff.de vulg.substi.si igitur quātum ad institutionem integralem testamentum ipsum non valeat, quomodo valebit substitutio pupillaris, quæ requirit quòd testamentum paternum in institutione valeat integraliter vel in parte:vt dixi:prout no.glos.in.d.§.liberum.Secunda est regula satis trita.Ideo non me inuoluā diu quia vbi nō reperitur in specie ius antiquum correctum: stamus iuri antiquo. l.præcipimus. in fin.C.de appellatio.quare &c.

Secundo loco pōderatur tex. in.d.l.ij.in principi.ff.de vulg.& pupil.substi.ibi,si principale testamentum ruptum sit & pupillare euanuit: sic rupto testamento patris,nullum erit pupillare.

Tertio facit text. in.l.si quis eum.§.fina. ff.de vulga.& pupil.substi.vbi si pater duo testamenta fecerit,in primo substitutionem pupillarem fecerit,in secundo vero nō fecerit,si secundum testamentum valet, vtrūq; primum testamentum, id est, paternum & pupillare ex consequenti reuocatum erit.sed hoc satis habet apertam respōsionē:per.l.si in iure peritus. &.l.si quis in principio testamenti.ff.de leg.iij.in.§.posteriore.Instit.quibus mod.testa.infir. quia posterius validum rumpit primum etiam aliàs validum.

Quarto facit tex.in.d.l.Papinianus.§.sed nec impuberis. ff.de inoffic.testa. ibi,sed si in patris obtentum est, nec hoc valebit. & vt pateat clarius sic deducas, quoniam nec mater aut frater possunt dicere testamentum filij aut fratris inofficiosum, nisi prius querelauerint testamentum patris aut mariti,& in ea obtinuerint: quia tunc remaneret liberum testamentum patris à querela,sic etiam filij:quinimo non sufficeret quòd in parte obtinerent: sed necesse est quòd in totum ipsum testamentum patris rescindatur in tota institutione:aliàs si in parte firmum maneat, sic & pupillare : vt dixi supra , per . l. in substitutione. ff.de vulga.& pupilla.substitutio.glos.in.§.liberum.Institu. de pupilla.substitut.idem text. in.d.§.sed nec impuberis. vbi vtrunque dictum patet. primo in versi.ergo nec frater impuberis, si patris non dixit. quoniam antequam testamentum pupillare possit annullari requiritur quòd in querela proposita contra testamentum patris obtentum sit : aliàs firmum erit pupillare . patet in versic.seq.ibi,sed si in patris obtentum sit,nec pupillare valebit : arguendo à contrario si non fuerit obtentum in testamento patris valebit pu

135 pillare:quod † argu.est optimum. l.j.§.j.ff.de officio.eius cui mand.est iurisdi. & id argu. admittit text.ibi,nisi pro parte patris testamentum rescissum est:tunc enim pupillare valet.in quibus verbis probatur etiam vltimū dictum quod adhuc vt pupillare testamentum euanescat, requiritur quòd in totum patris testamentum irritetur quātum ad institutionē:vt dixi suprà,per.d.l.in substitutione . Ratio autem de matre,quia pater fecit:vt patet in capite.§. Ex his clarè cōstat quòd

136 vbi † testamentū patris irritatur non potest subsistere pupillare:& ratio, vt dixi,quia pars est & sequela testamēti patris.d.§.liberum.si igitur est sequela & habens suum fundamentū ex eo:non est possibile quòd superficies sustineri possit sine ruina,corruente fundamento suo.c.cum Paulus.§.q.j.l.nam origo.ff.quod vi aut clam. Quoniam institutio est quæ infundit vitam substitutioni pupillari.l.j.ff.de vulga.substitu.tanquam anima substitutionis.l.ij.ff.de vulg.substi.semota anima non poterit momento corpus viuere. Pro quo dicto ego pondero textū in.l. quidam eulogio. C.de iure deliber. per quem text.idem not.Bald.in.l.ij.C.de hære.actio. idem tex.in.l. patris & filij.&.l.ij.§.prius.ff.de vulga.& pupilla.substitu. similis ratio identitatis ponitur in.l. fina. C.de impuber. & alijs substitu. quare cum sit sequela , & sic accessorium , vt dixi suprà,annullato principali annullatur & accessoriū. l.ij. ff.de pecu.lega. & in regula,accessorium. de regul.iur.in.vj.cum concord.ibi nota.

Quinto accedit aliud conforme fundamen-

137 tum:quoniā annullata † causa causante annullatur & causatum.l.j. C.per quas perso.no.acqui. l.manumissiones.ff.de iust.& iure.sed causa causans substitutionem pupillarem, & quæ est necessaria necessitate necessitante pro forma est q; testamentum sibi pater fecerit, & hæredem insti

138 tuerit,& institutio firma maneat:& vbi † nō erit facta institutio hæredis in testamento patris,nullo pacto sustineri potest substitutio pupillaris. text.in.d.l.j.ff.de vulga.& pupil.substi.ibi,substituere

stituere liberis pater non potest, nisi hæredē sibi
fecerit. idem text. in. l. ij. §. prius. eo. tit. causa igi-
tur causante annullata annullabitur & causatū.
& ista conclusio sit in. d. §. prius. per iurisconsul.
& in. d. §. liberis. cum dicat text. liberis autem
suis nemo potest facere, nisi & sibi faciat. & post
redditam rationem quæ est, quia pars est & se-
quela testamenti patris. subiungit ampliando,
adeo quòd si testamentum patris non valeat, nec
filij quidē valebit. Et per istud tu habes clarum
responsum ad pleraque fundamenta prius posita
per me, quibus sigillatim respondebitur.

Sexto igitur sequitur hæc conclusio necessa-
ria de iure nouissimo: quia si in tantum substitu-
tio pupillaris sit pars, sequela & accessoria testa
menti paterni, adeo vt si testamentum patris non
valeat, et pupillare non possit valere, dico quòd
per destructionem illius antecedentis, scilicet te-
stamenti patris quantum ad institutionem, neces
sariò concludendum est substitutionem non va-
lere. nec putes eam absurdam, si Iurisconsultus
eam fecerit vbique: & Iustinianus eam specificè
approbauerit: à qua non inuenitur specificè re-
cessum. nec etiam clausula illa generalis posita
in isto text. ibi, cætera nanque firma permanent.
aliquid detrahit: quinimo trahit etiam depēdens
ab eo: vt dixi, per regulas præcedentes. de quo
per omnes in. l. doli. ff. de verb. oblig. in regula,
generi per speciem. de reg. iur. igitur illa verba
non trahūtur nisi ad ea quæ ex institutione ipsa
dependentiam non habent: quæ autem sint ista,
dicam in expeditione gloss. Et maximè vt dixi,
quando ius nouissimum non corrigit in specie
antiquum, stamus iuri antiquo. cap. j. & . ij. extra
de noui oper. nuntia. dicta. l. præcipimus. in fin.
C. de appella. §. j. Institu. quib. mod. testa. infir.
§. fin. in authenti. de exhiben. reis.

Septimo infero ex prædictis aliud quòd per
hoc non valuit fundamentum Bartol. factum de
tutela ad substitutionem pupillarem: vt dicam
139 infrà latius. quoniā † etiam ab intestato possunt
tutores dari: & valebit datio: sic quòd iudex te-
nebitur illum datum etiam ab intestato confir-
mare. l. j. & . l. iij. ff. de confir. tuto. et in ea dicetur
decedere testatus. §. j. Institu. de leg. agna. tutela.
140 idem in legatis † quæ in codicillis & ab intesta-
to fieri possunt, & debebuntur. l. eam quam. C.
de fideicommis. in. l. ab intestato. & . l. fina. ff. de
iure codic. addo tex. ad primum in. l. ij. C. de con
fir. tut. per hoc nō est mirum si in eis facta est per
Iurisconsultum reseruatio, quasi facta sint ab in-
testato patre: per iura præallegata. quæ omnia
cessant in substitutiōe pupillari per supradicta.

Non obstabunt fundamenta primo loco reci
tata, & primo argu. quod fit de tutela ad substi-
tutionem pupillarem, vt continuetur materia vl-
timi fundamenti recitati pro Petro: quoniam ad
istud respondebat Bald. & plerique eum secuti
sunt: non enim potest procedere secūdùm eum,
eo quia diuersa est ratio tutelæ & substitutionis
pupillaris: quia tutela non absorbet iura legiti-
morum hæredum: sed substitutio pupillaris sic.
text. in. l. iam hoc iure. ibi, si voluntas parentis
non refragetur. ff. de vulga. & pupil. substi. in. l.
quāuis. C. de lega. l. j. C. de legi. tutel. per eundē
Bald. in. l. si quis sub conditione. in fin. j. colum.
versic. in tex. ff. de testam. tutel. Aliam rationem
differentiæ tradunt Moder. in. d. l. j. §. fina. ff. de
141 vulga. substit. quoniam † mater non potest sub-
stituere pupillariter filijs suis. l. ij. in princi. ff. de
vulga. substi. de quo in. §. j. Instit. de pupil. subst.
& ratio, quia mater non habet filios in potesta-
te. §. mater. Institu. de exhæred. liber. §. fœminæ.
Institu. de adop. sed ad hoc vt valeat substitutio
pupillaris, requiritur quòd is cui substituitur sit
in potestate. d. l. ij. sic nec tutorē potest dare ma-
142 ter: tamen † si fuerint dati, veniunt confirman-
di. l. mater. C. de testa. tutel. l. ij. ff. de confir. tut.
substitutio autem pupillaris confirmari non po-
test: vt not. Bart. in. d. l. ij. ff. de vulga. & pupilla.
substit. quare non potest fieri extensio de tutela
ad substitutionē pupillarē: cum diuersa sit ratio.

Ego autem nouissimè addo duas alias ratio-
nes quæ magis vrgent. Primā ego notaui suprà
in vltimo fundamento, quòd substitutio facta in
testamēto non solēni est inutilis, nec potest con-
firmari, per supradicta. Et tamen tutela data in
testamento non solenni confirmanda est, etiam
sine solēnitate: per. l. iij. ff. de confir. tuto. l. ij. C.
eo. l. iure nostro. §. fin. & . l. sequen. ff. de testam.
tutel. Alia ratio differentiæ est, quia tutor in co-
dicillis dari potest. l. j. ff. de confir. tuto. & confir.
mandus est per illum tex. Tamen secus in substi
143 tutione, quia in codicillis non potest † hæres in-
stitui, seu institutio hæreditatis fieri. l. si idem. in
fin. & . l. hæreditatem. C. de codicil. §. pen. Instit.
de codicil. tanto minus poterit fieri substitutio:
cum, vt dixi, debeat præcedere institutio: nec ali
ter potest substitutio sine institutione subsistere.
l. j. & . ij. ff. de vulga. substit. l. si paterfamilias. ff.
de hæred. instit. in. l. cum proponas. C. de hære.
instit. §. j. Instit. de vulg. substit. quare diuersa est
ratio. Ad rationē per me allegatam pro opinio-
ne Barto. quæ est, quòd lex non tulit institutio-
nem, nisi quia in ea tantum filijs facta erat iniu-
ria, & vt ab ea liberati essent, testamētum rescin-
ditur quantum ad institutionē: & cum per substi
tutionē prouideatur pupillo & non fiat iniuria,
debet cessare dispositio in ea: quia per hoc erit
diuersa ratio impugnādæ institutionis & substi-
tutionis: institutio propter iniuriā. d. §. cæterū. in
auth. vt cùm de appel. cog. prouisio filij per sub-
stitutionē debet alio capite regulari, vt dixi. Ad-
144 uertatur, quia in pupillo † non pōt subesse cau-
sa prætereūdi vel exhæredādi. l. si quis suo. §. fin.
C. de inoff. test. & dicā infrà in discussiōe glossa-
rū: & idē not. suprà dato q sit facta de infante &
alio maiore. arg. l. q iurasse. in prin. ff. de iureiur.

in.l.pupillus.ff.de acquir.hæred.l.fin.ff.de iuris & fac.ignoran.& per.d.l.si quis suo.§.fin.vnde non potest dici hoc fecisse in prouisionem filij, cum ipse iniuriose filium sua hæreditate priuauerit.sed hoc non videtur sufficere, propter.l.cum quidam.C.de leg. ibi,maximam ad suum filium ostendens affectionem cui nihil quidem emolumenti reliquit,sed post exhæredationis iniuriam etiam ei substitutionem addidit.sed ille tex.facit pro me in verbo,ostendens affectionem.secundùm glos.enim per antiphrasim hoc dicit: quoniam non præsumitur habere pater aliquam affectionem ex dispositione legis si filium gratum exhæredat. Et est text.in specie in.d.§.cæterum. in authen.vt cùm de appel.cogno. in verbo,gratam filiam.quinimo ponderatis illis verbis,ostẽdens affectionem . cum non haberet. secundùm glos.in verbo,affectionem.præsumit indignum quòd pater filio suo impuberi substituat,cum ei non reliquerit quicquam in quo possit subsistere:licet forsitan aliunde haberet: vt dicã infrà in resolutione alterius fundamẽti adducti ꝓ Bart.

Præterea lex quæ etiam cognouit an ad prouisionẽ filij vel non fieret, specificè voluit quòd quoquo pacto facta esset, si testamentum patris non valeret,quòd nec substitutio pupillaris conseruaretur:vt dixi clarè suprà in fundamẽtis, per §.liberum. Institu.de pupil.substi.& .l.Papinianus.§.sed nec impuberis. ff.de inoffic.testamen.

145 Quare † cum testamẽtum irritetur quantum ad institutionem, indubitati iuris est substitutionẽ pupillarẽ euanescere ex quadam necessaria consequentia,per.l.illud.ff.de acquirẽ.hæredi. Nec obstat quod dicitur quòd substituere potest filijs exhæredatis.§.non solum. Institu.de pupill. substitu.l.j.§.fina. ff.de vulga.& pupil.substitu. quia considerandum est quid postea Iustinianus dixit post.§.non solum. in.d.§.liberum. qui immediatè sequitur: quòd licet filio exhæredato possit substituere pupillariter, addidit tamen ꝙ si testamẽtum patris irritetur,& pupillare euanescat:quare si per querelã vel aliud iuris remediũ testamentũ patris irritetᷣ,nec pupillare valebit.

Vel posses addere quòd substitutio illa pupillaris quæ facta est filio impuberi in bonis quæ aliunde habebat posset cõseruari: sed non in bonis patris relictis filio impuberi.et si hoc esset verum,tu habeas vnum nouum , nec vsque ad hæc tempora cogitatum,quòd substitutio pupillaris bene posset sustineri quantum ad peculium impuberum aduentitium: cum in eo etiam si filius fuisset institutus,non potuisset testari:quare prouisio illa bene posset operari, quoniam respicit integrum fauorem filij. Sed ista consideratio nõ valet:quia est indubitatum quòd illa substitutio pupillaris à patre non potest fieri nisi in his bonis aduẽtitijs acquisitis pupillo exhæredato:vnde & hæc erant in consideratione de iure Digestorum,quod non est limitatum:& tamen cautũ est illo iure, vt dixi, quòd si non valeret testamẽtum patris,non valeret etiam substitutio pupillari,per supradicta: quare nec hoc nec illud potest iuuare pro opinione Barto.contra Petrum. Eodem capite non potest secundùm fundamentum procedere cum dicebam quòd aditione cõfirmabatur pupillaris substitutio:& cum nõ possit impugnare testamẽtum nisi per querelam, & antequam querelans audiatur, necesse est quòd ex testamẽto hæreditas adeatur,dico quòd istud idem procedebat de iure Digestorum:& tamen lex vlterius procedit decidendo quòd si non valet paternum testamentum, non valeat etiam pupillare. quare cum non sit correctum de iure nouissimo,stamus iuri antiquo . per dictam.l.præcipimus.C.de appella.

Nec obstat quod tertio loco adducebatur de l.ij.§.planè.ff.de vulga.substitu.vt licet per edictum prætoris si omissa causa testamenti testamentum reducatur ad causam intestati,nihilominus retinet effectum testamentum quantum ad substitutionem,legata,fideicommissa & libertates,eadem ratione vbi testamẽtum reducitur ad causam intestati per querelam : quia dico quòd in nullo potest succedere identitas:quinimo longe diuersa est ratio : quoniam prætor per illud edictum omne id quod cogitauit hæres in fraudem impedire ex testamento voluit conseruare, vt obuiaret malitiæ & fraudibus:vt dicit text.in l.j.&.iij. &.l.licet. & per totum titulũ. ff.si quis omis.causa test.sed secus in casu nostro,quia lex inducit querelam ad irritandum id quod in iniuriam filiorum factum est vt dixi : sed in exhæredatione filijs facta erat iniuria,ideo reuocat eam quoniam lex putauit indignum quòd pater videretur velle ostendere affectionem ad filiũ substituendo ei pupillariter, cum nullam affectionẽ haberet: & quia magis hoc erat absonum vt filijs substitueret quos exhæredauerat: vt dixi supra per.l.cum quidam.C.de lega.iuncta doctrina glos.in verbo, affectionem. &.d.§.cæterum. in authent.vt cùm de appel.cogno. colla.viij.& quia etiam substitutio pupillaris est pars & sequela testamenti paterni, & adeo est sequela seu accessoria, vt dixi, vt si non valeat testamentum patris,non valeat etiam testamentum pupillare. propterea rescisso testamẽto patris,nullũ erit pupillare:p.d.§.liberũ.&.d.§.sed nec impuberis.

Ad secundum fundamentum respõdent Are. & Imo.in.l.ex duobus.§.finali.ff.de vulg.& pupilla. substitut. Ego autem aliter declaro quòd per.§.sed nec impuberis.est diuersa ratio impugnandi testamẽtum patris & testamentum filij: quia hoc verum . quia primo loco debet impugnari testamentum patris:& eo expugnato non valebit pupillare ; per illum text. si autem vellet pupillare querelare sine paterno non posset frater duplici ratione : prima,quia † nisi turpi per-
146 sona à patre instituta in testamento filij non poterit

terit frater testamentum fratris querelare. l. fra-
tris. C. de inoffic. testa. §. j. Instit. de inoffic. testa.
secunda est, quia primo oportet deuincere testa
mentum patris. l. quidam eulogio. C. de iure de-
liber. quia si valet paternum valebit & pupilla-
re: nisi illo respectu, quia esset turpis persona fra
tri pupillo substituta. vnde non per hoc conclu-
ditur conseruatio testamenti pupillaris vbi testa
mentum esset inutile, per dictum. §. sed nec im-
puberis. quem text. retorqueo contra eos.

Ad. l. iij. §. fin. ff. de lib. & posthu. suprà respō
sum est. vltra illa respondet Barto. Pau. & alij in
d. §. fin. & in. l. ex facto. ff. de hæred. instit. quia si
viuo adhuc testatore moriatur institutus tūc im-
pleta est causa substitutionis vulgaris si institu-
tus hæres esse non poterit, de qua in. d. l. si pater
familias. ff. de hæred. instit. §. j. Institu. de vulga.
substit. in. l. pater Seuerinam. ff. de condi. & de-
monstr. in. l. cum proponas. C. de hæred. institu.
vnde cum causa ipsa sit resoluta non mirum si à
secundo gradu incipiat, per illum text.

Ad aliud, quòd pro forma non desideratur ꝙ
adeatur hæreditas ex testamento patris: & licet
in hoc non faciam vim, tamen quicquid dicatur,
obstat. l. ij. ff. de vulg. substit. ibi, nisi adita quoqꝫ
hæreditas patris sit, pupillare testamentum eua-
nescat: pondera dictionem, nisi. quæ est priuati-
147 ua † omnino: de qua per Bart. in. l. si quis cum.
§. qui iniuriarum. ff. si quis cau. per eundem in. l.
j. ff. de condi. & demonst. licet dicant in. l. j. ff. de
vulga. & pupil. substi. esse tantum accessorium:
hoc me non multum mouet: cum ita sit accesso-
rium, vt euanescat, nisi adeatur hæreditas ex te-
stamento patris. satis enim pro solennitate hoc
desiderat, ex eo quòd non possit aliter sustineri
nec valere substitutio, per. l. ij. ff. de vulg. & pu-
pil. substit. quare nec hoc nec aliud obstare po-
test, quicquid dicant. Ad. l. is qui contra. & l. ex
duobus. §. fin. cum. l. sequen. responde, vt ibi per
glos. per eandem in. §. liberum. Institu. de pupil.
substitu. per eandem glos. in. d. l. Papinianus. §.
sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. Ex his pu-
to clarè procedere conclusionem, quòd annul-
lato testamento patris annullatur substitutio pu
pillaris. Ego autem idem dico in cæteris à fortio
ri, cum nulla sit quæ mereatur hos fauores quos
postulat pupillaris dempta exemplari. l. humani
tatis. C. de impub. & alijs substitu. cum concor.
ibi nota. quæ ad exemplum pupillaris reducta
est. & hoc maxime quia ex eis aut immediate suc
ceditur testatori secundùm communem opinio-
nem, aut immediatam habent dependentiam ab
institutione, sine qua non possent sustineri: qua-
re annullata institutione annullatur & substitu-
tio per supradicta. & hæc secūdùm doctrinā Pe-
tri quicquid per Bar. & nouissimos dictū fuerit.

Vnum tamen circa primum assumptum puto
esse aduertēdum cum dictum est de legatis quæ
conseruantur iure speciali per ius nouissimum,
licet testamentum irritetur: an istud sit indistin-
ctè verum in omnibus legatis: quid enim si lega-
tum sit factum sub conditione quæ casu fortui-
to non potuit impleri per legatarium? An per
hanc authen. conseruetur. In qua quæstione in-
cluditur illa dubitatio Petri in. l. j. C. de lega. &
in. l. j. C. de institu. & substitu. sub condit. fac. &
Barto. in. l. illis libertis. ff. de condi. & demonst.
148 vtrum † legatum quod sub conditione factum
est, quæ facto impleri non potuit, an defectus
implementi impediat petitionem legati. & hac
vltima decisa, alia prima erit expedita. In primis
dixit Bartol. quòd conditio non habebitur pro
impleta licet facto impleri non potuerit, per. l. in
testamento. ff. de condi. & demonstr. cui accedit
text. quem ad sydera vsqꝫ exclamauit Bart. & di
xit solitum esse allegare contra doctrinam Dini
præceptoris sui in regula; imputari. de regu. iur.
in. vj. per eundem in regula, cum non stat. eo. tit.
& contra Petrum in. l. j. C. de lega. & est in. l. qui
concubinam. §. vxori. ff. de lega. iij. quam senten
tiam Bart. omnes approbant limitantes tantum
in causa alimentorum, vt propter fauorem ali-
mentorum debeatur legatum factum sub condi
tione, quæ casu fortuito impleri non potuit, per
d. l. j. C. de lega. per eosdem in. d. l. j. C. de institu.
& substit. sub condi. fac. in. l. Seio. in princ. ff. de
annu. lega. & ratio huius dicti potest esse, quo-
niam testatoe videtur cogitasse de omni impedi-
mentò implementi conditionis: & maximè quid
solet occurrere vt quócunqꝫ pacto implementū
non succedat, impediatur exactio legati. l. si ea.
C. de conditio. inser. l. quæ sub conditione. ff. de
condi. instit. secus autem posset dici vbi talis ca-
sus nō esset solitus euenire: quia tūc posset quod
prius dictum est cessare, per. l. fistulas. §. fin. ff. de
contrahend. emptio. l. fluminum. §. vitium. ff. de
dam. infec. quia tales casus qui sunt non soliti &
qui præuideri non possunt, regulariter non ve-
niunt in consideratione: per illos textus. Secun-
149 do † etiam non procederet, quando per hæredē
aut facto hæredis casus superuenıret, per. l. ij. §.
fina. ff. de condi. causa da. causa non secuta. l. Lu
cius. §. quisquis. de lega. ij. l. si Titio. in princi. ff.
de lega. j. l. quibus diebus. in princi. ff. de condi.
& demonstra. vbi vero per tertium impediretur
tunc secus: licet reseruetur actio legatario cōtra
eum qui impediuit ad interesse, quod patiť pro-
pter non impletam legati conditionē. l. inde Ne
ratius. §. idem Iulianus. ff. ad. l. Aquil. idem in. l.
j. ff. de eo per quem factum est. in princi. idem in
l. diuus. ff. de in inte. resti. Sed vnum ego dicerē,
ꝙ vbi ille tertius impediuit & fuisset iusta causa
credēdi, per. d. l. j. ff. de eo per quem factum est.
cum ibi not. & in. l. non exigimus. §. si quis in iu-
dicio. & §. sequen. in fi. ff. si quis cautio. nec esset
soluendo, tunc per clausulam generalis edicti (si
qua mihi iusta causa videbitur) de qua in. l. j. in
fin. ff. ex quib. caus. maio. in. l. j. §. si quis propter

inundationem. ff. de itine. actuq; priua. posset restitui per illos tex. quibus videtur accedere tex. in.l. aduersus. C. de magi. conue. in. §. fin. Instit. de satisda. tut. idem not. Din. in regula, cum non stat. de regu. iur. in. vj. in.l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. ij. per glos. in.l. iure ciuili. ff. de reg. iur. per Modern. in.l. iure ciuili. & .l. in testamento. secunda. ff. de condi. & demon. Quam limitationem in causa alimentorum factam ego extendã. pro ea tamen accedit tex. in.l. annua. ff. de annu. lega. Primo igitur extendo in causa libertatis. argu.l. fin. C. de neces. seruis hæred. insti. l. cum ita datur. ff. de condi. & demonst. Secundo in causa piæ causæ: cum eadẽ sit ratio quæ in causa libertatis. tex. quem singulariter exclamat ibi Bal. in l.j. §. fin. ibi, melior quidem causa erit ius qui primus ad hanc rationem pietatis deuenit. C. de cõmuni seruo manumis. per Bart. in.l.j. C. de sacro sanc. eccle. Rom. in authen. similiter. C. ad.l. fal. Si igitur in his casibus sit speciale: igitur in contrarium erit ius commune.l.j. ff. ad municipal.l. neq; Dorotheum. C. de decurioni. iuncta.l. dictij. eo. tit. lib. x. & per hæc non erit vera distinctio Din. secundũ Barto. quam fideliter Bart. recitauit: & quam secutus est Cin. in.d.l.j. C. de instit. & substi. sub condi. fac. nec distinctio Petri, secundũ eum per. d. l. qui concubinam. §. vxori. ff. de leg. iij. & aliter non respondet ad dicta Dini nec Petri, quod mihi non placet.

Nouissimi contenti alienis epulis simpliciter sequuntur dicta Bart. in.d.l.j. C. de lega. & in.l. in testamento & .l. illis libertis. ff. de condi. & de mon. dicentes regulam Barto. generalem esse, licet in alimentis sit speciale per. d.l.j. & alibi sæpe. Et licet Bartol. magis studio contradicendi recitauerit aliqua dicta Petri, sed imperfectè, ideo aliquid ex dictis eius aperiemus circa hunc articulum: antequàm tamen ipsa referam, vt secludam capitale Bartol. contra Petrum & Din. putaui primo ad id respondendum esse, scilicet ad.l. qui concubinam. §. vxori. ff. de lega. iij. quẽ text. mirabiliter contra Petrum & Din. Bartol. extollit, qui nihil aut parum facit pro Bart. plus dico quòd magis contradicit Bart. quàm faciat pro eo. Et vt absoluatur omnino propter Bart. curaui plenè expedire vt pateat. Et Barto. principaliter facit fundamentum super principio illius. §. quòd mulier fuit impedita habitare cum filio casu. Ideò debet habere pro illo tempore quo habitauit tantum & non plus: vt patet in princ. illius text. secundum eum: sed si per filium staret, tunc est aliud, vt in fine. §. sed in alimentis est secus: vt in.l. supra allega. vt dixi in.l. illis libertis. ff. de condi. & demon. Et ista sunt verba originalia Bartol. in.d. §. vxori. quæ nullo modo vera sunt: cum Bartol. contradicat omnino illi text. & prima pars dicit totum oppositum eorum quæ dixit Bartol. quia per filium steterat quominus staret cum matre: & data opera filius recessit à matre: & propterea debetur legatum vt patet in verbo, migrauit. & in verbo, non habitassent. quia dicit glos. quòd stetit per filium. Et ideo cum mater non habitet, non potest pro maiori tempore percipere legatum quàm habitauerit: cum legatum sit dum cũ filio habitaret: nec putabo inconueniens casum recitare more glos. & antiquorum scribentium in legibus dubijs. primo enim dicit text. maritus legauit vxori ducenta dum cum filio Capuæ esset: contigit quòd mortuo marito filius qui habitabat cum matre, aut mater cum filio, voluit filius seorsum viuere à matre: & propterea de facto migrauit, id est recessit, dicit glos. & benè, cui accedit text. in.l.j. ij. respõso. ff. de migrando. modo dubium erat de legato vtrum matri deberetur: & videbatur quòd non, ex eo quòd mater cum filio non habitaret: & sic cessat causa legati.l. si quis ita. ff. de condi. & demon. Respondet Iurisconsultus, quòd si ambo, scilicet tam mater quàm filius Capuæ habitauerint, licet vnà non habitassent, legatum deberi. & ratio secundùm gloss. in verbo,
150 non habitassent. quia stetit † per filium scilicet quo minus vnà habitassent: non mirum si percipiat legatum, quia per eam non stetit, sed per filium: per regulam, cum non stat. & regulam, imputari. de regul. iur. in. vj. l. in executione. §. fina. ff. de verb. oblig.l. iij. ff. de statulib. cum alijs de quibus infrà, & sic non casu impedita est mater, sed facto hæredis, ex cuius persona dependebat vis legati. & per hæc tu clarè vides quòd dictum Barto. non est verum, & propterea cesset Barto. tantum exclamare illum text. est tamen verum quòd verba textus bene sonant quòd non habebit mater legatum nisi pro tanto tempore quanto cum filio habitauerit, sed per hoc non sequitur quòd text. dicat fato seu casu fuisse matrem impeditam quo minus cũ filio habitaret, sed per factum filij sui desinit habitare cum eo.

In secũda parte tex. adhuc minus probat quæ est in vers. si autem in aliud. quia quæritur, quid si nõ habitassent continuè, sed per aliquos dies, & postea aliud municipium transiuissent ad habitandum, an vxor seu mater percipiet legatum annuum? Respondet matrem non posse nisi pro vno anno legatum percipere quo habitauerint simul, quanto libet tempore habitauerunt. Idem dicit gloss. & bene in verbo, quantolibet. etiam si in minima parte habitauerint, matrem debere integrum legatum habere pro toto anno, per.l. à vobis. & .l. in singulos. ff. de annuis lega. cũ alijs ibi nota. per omnes. pro reliquo vero tempore non. & ratio, quia non est seruata conditio adiecta legato, quæ erat, quòd dum cũ filio Capuæ habitaret, & nunc nõ habitant Capuæ, sed aliud municipium elegerunt, sed videbatur quòd nihilominus deberet, quia per matrem nõ stabat, quod est falsum: quia sponte & data ad hoc opera transierunt ambo mater & filius in aliud municipiũ.

nicipium. text. est ibi, qui non potest euitari in verbo, transissent. Not. diligenter illud verbum, transissent. scilicet mater & filius: et sic non fato. Sed cōtra dicit ille text. in tertia parte, in ver. videamus. videtur q semper debeatur, & q illa cōditio quæ est, dum cū filio Capuæ erit, nō sit conditio, sed q sit scriptura simplex quæ debet haberi pro superuacua. dicit hoc non esse verū: vt patet in his verbis positis in illo text. scilicet, qd' non probo. Et ideo cōcludit in fin. ibi, sinautem per mulierē. qui refertur immediatē ad vers. præcedentē: iuxta doctrinā. l. Titia. §. idem respōdit. de verb. obli. l. qui liberū. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupil. subst. q si per mulierē non est mora quo minus cum filio habitet, legatum ei deberi. Igitur cum in illo ver. sinautē in aliud. mater fuerat in mora, aut saltē per eam steterat, non debebitur legatū. & q sit verum, pōdera illam dictionem, sinautem. quæ est aduersatiua, vt dixi supra post Bart. in. l. in repetēdis. ff. de leg. iij. & in. l. si ita scriptū. in princ. ff. de libe. & posthu. & sic vides q in toto illo. §. nō potest elici intētio Bart. q casu mater fuerat impedita, quo minus conditionē impleret: sed per factum hæredis, aut per factum suum: quo casu si per hæredem, debetur legatum scilicet cū distinctione præcedēte: si per
151 eam steterit, nō debebitur. Et † cōtra dicta Barto. & suorū sequacium, primo facit text. in. l. fin. in prin. C. de cōditio. inser. ibi, quia hoc dare seruus nō potest propter memoratū casum fortuitum. in vers. seq. ibi, nobis placuit, vt & omni modo libertas competat: & cōmodum quod hæredi vel extraneo relinquitur, non sbstrahatur. & hoc nō erit speciale in alimentis, sed regulariter concludit. Secūdo facit text. in. l. pater. §. Tusculanus. ff. de lega. iij. vbi testator fecerat legatum duorū millium solidorum, cui fideicōmiserat de illis restituēdis cuidam collegio. contigit quòd collegium fuerit casu dissolutū antequā solutum esset legatū per hæredem: quærebatur an per dissolutionē illius collegij deberet impediri petitio legati, cum pareri nō possit fideicōmisso: respōdit deberi legatū, licet fideicōmissum impleri nō possit: quia sufficit quòd per legatariū non steterit, quo minus pareret voluntati defuncti. & sic casus fortuitus non impedit petitionem legati, modo culpa non præcesserit casum: vt dicam infrà, & notaui plenè in. l. cōtractus. ff. de reg. iur.

Tertio facit tex. in. l. turpia. §. sed & si serui. ff. de leg. j. qui tex. multū stringit cōtra Bart. vbi si mors serui impedieuerit, quo minus cōditio adiecta legato impleretur, & sic casu fortuito, tamen casus non impedit petitionem legati: & ratio eadem repetitur, quia per te non stetit quo minus. vbi vero stetisset, quia seruum occidisset, tūc secus. l. iij. §. fin. ff. de condi. cau. da. causa non secuta. l. Lucius. §. quisquis. ff. de lega. ij. l. iure ciuili. ff. de regu. iur. l. cum res. §. j. ff. de lega. j.

152 Quarto facit, quoniam † sicut implementum conditionis fato contingens non prodest ei qui tenebatur implere. l. ij. in fine. ff. de condi. & demonstr. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sillania. per quem tex. solet inferri, quòd si statuto caueatur quòd capiens bannitū habeat centū, non debebuntur fato capiēti: sed qui sciēter & data opera capit. idem in. l. nulla. C. de dclat. lib. x. sic idē debet dici econtrario in casu proposito, vt impedimentū contingēs fato & nō data opera obesse non debeat. l. quæ sub cōditione. §. quoties. ff. de condi. insti. ibi, non videtur enim defectus cōditione si parere non possit: implenda est enim voluntas, si potest: & in ver. mortuo. ibi, nō videbitur defectus conditione hæres quāuis verum sit compellendum eum manumittere si viueret. vbi habes alias concordantes vltra nota. suprà.

153 Vnde Petrus quasi amplexus est omnia dicta superiora: & concordauit hoc modo: quia † aut est talis conditio adiecta legato quæ potest momento impleri per legatariū: & tunc deficit legatum cōditione non impleta, etiā si casu tantū impleri nō potuit, per. l. legatū. C. de condi. insti. in l. si filius. vbi per omnes. ff. de libe. & posthu. Si vero non potest impleri momēto, sed habet tractum successiuū, & tunc considerat duo: primo, aut enim fauore hæredis, aut fauore legatarij adiecta est legato cōditio. Et tūc aut nō inchoauit implere legatum, & deficit legatū: per. l. Seio. in princi. ff. de annu. leg. in. l. qui hæredi. §. fin. ff. de condi. & demōst. si vero inchoauit implere legatum, & tunc si est causa alimentorum, debebitur in futurū: per. l. j. C. de lega. l. annua. in princ. vbi per glos. ff. de annu. lega. idem fauore libertatis, per. l. quæ sub cōditione. §. quoties. ff. de condi. instit. & in alijs casibus specialibus per me notatis alias non debebitur, per. l. in testamento. ff. de condi. & demons. Secundo vero casu debebitur legatum: iuxta doctrinam glos. in. d. l. annua. in princi. ff. de annu. lega. Ego vero putaui aliqua esse supplenda circa distinctionē Petri, cum primo loco dixit de conditione momentanea: quia aliter dico q si conditio adiecta legato est potestatiua, & momento impleri potest, tunc si casu impeditur is qui conditionem implere debet, & fuit in mora implēdi ante casum, quantum ad eius cōmodum nō habebitur pro impleta. l. cum res. §. pe. & fin. cum sua materia. ff. de leg. j. l. statuliberū. §. Stichum. ff. de lega. ij. si autem nō fuerit in mora implēdi, sed antequā fuisset in mora implendi casu impeditur, tunc habebitur pro impleta quantum ad fauorem eius qui debebat implere. ita procedit tex. in. l. turpia. §. si mors. ff. de lega. j. l. pen. C. de condi. insti. l. quæ sub cōditione. §. quoties. ff. de cōdi. insti. Si vero non est potestatiua, licet momētanea, tūc dico q si casu impediatur, procedat reliqua pars distinctionis Petri: cuius dicta puto etiā procedere vbi non esset momentanea: per leges alleg. Si autem non casu sed facto hominis, & tu cōsidera q in primis di-

ctis huius articuli dictum est, quia aut culpa ipsius qui debebat implere: & nõ habebitur pro impleta: quia stat per eum: per regulam, imputari. de regul. iur. in. vj. Si vero facto tertij: & tunc aut ille erat in cuius fauorem conuertebatur legatum casu quo non impleretur, & habebitur pro impleta in odium impedientis: per iura secundo loco allegata. l. cum res. §. pen. & fin. ff. de leg. j. l. qui concubinã. §. vxori. ff. de lega. iij. l. Lucius. §. quisquis. ff. de leg. ij. cum alijs concor. Si vero facto tertij, in cuius fauorem nõ conuertebatur legatum deficiente cõditione, & non habebitur pro impleta: sed dabitur actio contra impedientem. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad legẽ Aquil. l. j. ff. de eo per quẽ fac. est. de quo etiam in. l. quibus diebus. ff. de conditio. & demonstr. & in hoc tu posses commode repetere quæ in exordio huius articuli exposuimus.

Quibus sic stantibus concludo apertè quòd in his casibus, in quibus cõseruatur legatum sub conditione momentanea vel etiam non momentanea, hisdem conseruabitur per decisionem huius authenti. seu iuris nouissimi, scilicet. §. finautem hæc omnia. in authenti. vt cùm de appel. cogno. colla. viij. aliter non: per supradicta. & per hæc plenè decisua est hic articulus.

Ego idem dico in fideicommissis sicut in legatis. argu. l. j. ff. de lega. j. cum fideicommissa per omnia sint adæquata legatis, & econtra.

Ex his infero vnum circa præmissam à me distinctionem, cum dixi de hærede non existẽte in mora implendi conditionem adiectam legato, quod
154 fructus † interim percepti acquirãtur hæredi nõ existẽti in mora: & per hoc habenti causam iustã retinẽdi: de quo plene per Pet. & Cin. in. l. iubemus. C. ad Trebel. per Areti. in. §. j. ver. sextus casus. Insti. de exhæreda. libe. per Pet. & Cin. in. l. in fideicõmissi. ff. de vsuris. per eosdẽ in. l. si tibi homo. §. cum seruus. vbi per omnes. ff. de lega. j. per eosdem Pet. & Cin. & omnes in. l. in legatis. C. de vsur. & fruc. rei lega. in. l. in fideicommissariam. & l. mulier. §. alia causa. ff. ad Trebelli. per eosdẽ in. l. Paulus. ff. ad. l. falci. per Imo. in. l. seruo legato. §. j. ff. de lega. j. quicquid dicatur per glos. in. d. l. in fideicõmissi. & per Bart. & sequa. post eam. & in. d. l. in fideicõmissariam. & in. l. à Titio. ff. de furtis. per Modern. in. l. hæres. ff. de acquir. hære. per glo. in. l. huic scripturæ. ff. ad. l. Aquil. per Moder. in. l. cum res. §. penul. & fi. ff. de leg. j. & per alios in. l. quod seruo. ff. de leg. ij. & alibi sæpe. de quo etiam in. l. Herẽnius. ff. de vsuris. vbi pro saturitate videbis. non repeto.

Dictum est suprà de legatis & fideicommissis particularibus quòd cõseruantur per ius nouissimum: vt patet in dicto. §. finautem hæc omia. ex quo sumpta est hæc authenti. & præcedens.

155 An istavera sint in fideicommisso † vniuersali? & quia posset aliqs volẽs verbis insistere, & nõ veritati dictorum Bar. dicere quod Bar. hic voluerit se ad substitutionem fideicommissariã restringere, & non fideicõmissum vniuersale simpliciter sumptum, & in hac specie tantum, si hæres institutus sine liberis decedat: vt hic clarè per eum in col. pe. ver. quæro quid de substitutione. quanuis hoc sit vanum disputare, vt intelliges ex sequentibus, tamen vt non recedam à dictis suis, ego aliqua dicam in terminis suis post Pet. Vnde dixit Bart. figendo pedem in hoc quod substitutio fideicommissaria vniuersalis conseruatur per hanc authenticam cõstitutionem. ponderat cum ista auth. tex. in. d. §. finautem hæc omnia. in authen. vt cum de appel. cog. coll. viij. ibi, legata & fideicommissa. Idem in. §. finautem hæc omnia. ij. ibi, legatis & fideicommissis. cui ego addo duo trita. Primum est, quoniam lex indistinctè loquens debet indistinctè intelligi: vulga. l. de pretio. ff. de pub. in rem actio. cum alijs vulga. ibi no. per glo. & omnes, sed illi tex. indistinctè sunt locuti in fideicommissa, non distinguendo fideicommissa vniuersalia à particularibus, quare &c. Secundo tu pondera dictionem, cætera. de qua in hac authen. quæ satis videtur in reliquis disponere: vt in. l. Gallus. §. idẽ credendum est. vbi plene per Bartol. & omnes ff. de libe. & posthu.

Secundo loco principaliter inducebat Bart. tex. in. l. si seruum. §. j. ff. si quis omis. causa testa. iũcta decisione glo. in. l. ita tamen. §. j. ff. ad Trebel. vbi per substitutionem fideicommissariam non impeditur successio ab intestato, licet postea eam restituat. cui potest accedere tex. in. §. restituta. insti. de fideicom. hære. in. l. cum quasi. §. fi. ff. de fideicom. liber. quia saltem semper retinet nomen hæredis post restitutionem.

Addit hic, pone quòd in restitutione rogatus est hæres institutus de restituendo si sine liberis decesserit, an cuacuata institutione propter præteritionem vel exhæredationem filij sine causa factam per hunc tex. & filius iuxta conclusionem suam, quæ est quòd conseruatur fideicommissum vniuersale per. d. §. finautem hæc omnia. oneretur fideicommisso: & sic filius teneatur per fideicommissum totam hæreditatem fideicommissario restituere? an tunc fideicommissum incipiet deberi si filius præteritus sine liberis decedat, an vero debet considerari de hærede instituto à quo filius præteritus hæreditatem auocauit, quòd ille hæres decedat sine liberis? vel breuius vtrum illa conditio, si sine liberis decesserit. debeat in hærede instituto verificari, à quo auocata est hæreditas per filium præteritum ratione præteritionis sine causa factæ? an vero in filio sine causa præterito auocante hæreditatem & bona hæreditaria? Et ista est clara mens Bartoli. licet obscurè Bartolus quæstionem suam inuoluerit: in quo dicit Bartolus quòd verificatur in hærede instituto, & non in filio. per. l. necessario. §. finali. ff. de peric

pericu. & commod. rei vend. cum alijs nota. per cum: licet secundùm eum obstet. l. si quis vsumfructum. ff. de vsufruct. lega. Et licet nouissimi aliquid studeant de hoc nouissimo discutere cō sentientes Bartolo in præcedente conclusione, puto superfluum, nunc aliquid discutere de hac quæstione, propter ea quæ dicentur infrà.

Ego autem dico quòd ista non est vera conclusio, nec de rigore iuris, nec de æquitate: licet communis sententia sit in contrarium: & dicat Imol. in. l. filio. ff. de iniusto, rup. & irri. testa. & in. l. ita tamen. §. quoties. in fi. post glo. ff. ad Trebel. ꝙ ista sit communis sentētia, per omnes in. l. eam quam. C. de fideicō. et ꝙ non sit vera antequàm ego intrem casus legum aliqua præmittam incōuenientia, quibus non potest responderi.

Primum est, quia si verum esset quòd fideicōmissum vniuersale conseruaretur, esset dare mirabilem cautelam & damnatam, sicut Cain vel Iudas Iscariotes, ad priuādum filios hæreditate, non obstante decisione huius authē. & omnium iurium mundi quæ ab æterno fuerunt, & erunt in æternum, quia vbi filius sine causa priuari nō posset hæreditate, tunc per fideicommissum vniuersale posset priuari à patre. Secundo quia ratione fideicōmissi nullo pacto filius quicquam posset consequi ex hæreditate patris, cum totum deberetur fideicōmisso: & quod verum sit, quia secundùm omnium sententiam nemine reluctante ad id, licet testamentum irritetur quantum ad institutionem, nihilominus ōmia legata & fideicommissa debētur, absqꝫ hoc quòd posset filius quicquam detrahere: quod vltimum an sit verū, dicam infrà, per hunc text. & d. §. finautem hæc omnia. ibi, legatis & fideicōmissis suam obtinentibus firmitatem. Si fideicommissum vniuersale obtineret firmitatem, quis posset inficiari ꝙ fideicōmissarius cui est facienda restitutio totius hæreditatis ratione fideicommissi non perciperet totam hæreditatem: & sic filius nihil reportaret: quia non obstante quacūqꝫ irritatione testamēti facta à lege, vel faciēda ab homine, excluso omnino filio fideicōmissarius totā hæreditatem cōsequeretur, si verū esset ꝙ saluū esset fideicommissum vniuersale: sicut dicitur de legatis particularibus, per. d. §. finautē hæc omnia. Et tamen clarū, & clarius sole lucente in meridie ꝙ omnia iura hoc negant: quia volūt ꝙ si non subsit causa & sit expressa testamēto, filius habeat bona hæreditaria, dēptis legatis & fideicōmissis particularibus: quomodo possunt verificari in vniuersalibus: non posset negari ꝙ sequeretur ineuitabilis cōtradictio: patet ad oculū: quoniā si fideicōmissum vniuersale cōseruetur nō obstāte querela, & ꝙ testamentū esset nullū & declaratū nullū per iudicē, nihilominus fideicōmissum vniuersale debebitur irreuocabiliter sicut legata per hūc text. ibi, cætera nāqꝫ firma permanent. & in. d. §. finautē hæc omīa. ibi, legatis & fideicōmissis suā obtinentibus firmitatē. in auth. vt cùm de appel. cog. col. viij. Et nihilominus lex vult bona irrita to testamēto quantū ad institutionē dari venientibus ab intestato, scilicet filijs sine causa præteritis: quomodo poterit esse ꝙ filius habeat bona hæreditaria quasi ab intestato, eo quia testamentum reducitur ad causam intestati, & ꝙ fideicōmissarius vniuersalis virtute fideicōmissi omnia bona habeat? Et sic per hoc tu vides quòd duo

156 † erunt domini insolidū eiusdem rei & eodē tēpore contra omnia iura mūdi, in. l. si vt certo. §. si duobus vehiculū. ff. cōmo. de quo in. l. iij. §. ecōtrario. ff. de acqui. pos. quia filius præteritus habebit omnia bona modo quo suprà, per. d. §. finautē hæc omnia. Secūdo ibi, res eius defuncti his qui ab intestato veniunt dari iussimus. noto verbum, dari. & sic dominiū transferri. l. vbi autē. §. fin. ff. de verb. obli. & nihilominus ꝙ debebāt dari virtute fideicōmissi vniuersalis ipsi fideicōmissario, per. l. j. in prin. et per totū. ff. ad Trebel. in. §. j. Instit. de fideicō. hære. & sic duo erunt domini insolidū eiusdem rei & eodē tēpore: quod non potest esse, vt dixi. Et si dicas hoc nō erit verum quia habebit filius præteritus sine causa cū onere fideicōmissi de restituēdis bonis ipsi fideicōmissario. Ego possem dicere ꝙ hoc lex nō dicit: & sufficeret, per. §. cum autē. versi. optimū. in authēt. de nō eligen. secūdo nuben. colla. j. tamē ego aliter dicam hoc esse falsum, quia aliàs esset inutile beneficiū huius authēti. cum nihil ad filiū remaneret: quia totū ad fideicōmissarium transmitteret virtute fideicōmissi: vt dixi per. l. j. ff. ad Trebel. Et si dicas ꝙ loco hæredis instituti detrahet quartā Trebellianicā loco legitimæ debitæ iure naturali: quia subrogatus sapit naturā subrogati. l. si quis eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. sed filius erit subrogatus loco hæredis instituti. igitur ego dico, prout dixi, ꝙ hoc nō inuenitur aliquo iure cautum. tamen plus ego dico prout in alijs terminis dixi suprà, ꝙ lex resistit huic actui omnino: quia vult ꝙ omnia bona remaneāt apud filiū: cum dicit per illum text. & in §. cæterum. eo. tit. & in. §. aliud quoqꝫ. vult ꝙ si filius nō consequatur ex testamento titulo institutionis nō habita ratione testamenti quasi ab intestato cum testamētum reducatur ad causam intestati ꝙ cōsequitur omnes res patris sui defuncti irreuocabiliter: dicā irreuocabiliter ex causa testamēti, præterqꝫ causa legati particularis vel fideicōmis. Præterea frustra esset dari illud beneficium consequēdi nisi postea remaneret, nec diceretur datū nisi duraret. l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem verso. l. iij. ff. de cōpensa. hoc modo nō duraret, quia teneretur restituere: nec resideret momento: sicut in simili dicit tex. in. l. placet. ff. de acqui. hære. vnde nō præsumitur per illum tex. acquisitū filio si nō remaneat, nec prouisum ipsi in bonis patris: cum autē debeant per illos tex. irreuocabiliter remanere, quomodo poterit

fideicommissarius vniuersalis repetere seu auocare à filio. Et succedit aliud fundamentũ si hæres institutus adiuerit hæreditatem & fideicommissario restituerit, iuxta. l. ita tamen. §. quoties. & per totũ tit. ff. ad Treb. vtrũ impedietur filius agere querela, vel testamentum reducere ad causam intestati: certe non. Et ego retorqueo præ:
157 cedens fundamentum, † quoniam fideicommissarius vniuersalis habetur loco hæredis. §. restituta. Instit. de fideicõmis. hæred. si hæres institutus etiam posito quòd non esset grauatus à testatore per fideicõmissum restituere totam hæreditatem, nõ potest impedire filium præteritũ sine causa quin bona patris sui habeat, & non potest ea ab ipso auocare, nec impedire auocationem: quomodo poterit fideicõmissarius, q nõ habet ex potẽtiori volũtate quàm habeat hæres institutus, reddẽdo singula singulis, impedire filiũ quo minus etiã ab eo auocet? aut si impedire posset in vim. d. authen. frustra statuisset hoc beneficiũ annullatiuũ testamenti. Præterea nõ esset prouisum nec cõsultum filijs isto casu: quia filius nihil haberet ex hæreditate patris: quia totã hæreditatem haberet fideicõmissarius. Ego nescio si Bar. nec alij qui idem tenent possent tantam tyrannidem exercere circa illum. §. sinautem hæc omia. in authen. vt cum de appel. cog. quòd possit extrahi istud ab illo tex. quòd possint virtute fideicõmissi vniuersalis impedire filium præteritum sine causa, quo minus ratione præteritionis res hæreditarias patris defuncti à quo etiã præteritus est, consequi posset: & nullum fructum ex illo text. reportaret: cum dicat tex. in. d. §. caeterũ. eo. titu. & in. §. aliud quoq;. non sufficere quòd filius etiam debitam portionem hæreditatis consequatur, nisi iure institutionis eam habeat: & non sufficeret quilibet alius modus.

Ego autẽ vltra prædicta põdero ineuitabiliter tex. in. d. §. sinautem hæc. primo. in authen. vt cũ de appel. cog. col. viij. in duabus suis partibus. Et primo ibi, nullum exhæredatis liberis præiudicium generari. sed est indubitatum quòd generaretur præiudicium: quia filius qui non fuit à patre honoratus grauaretur onere fideicommissi, contra regulas iuris communis in. l. j. ad fi. C. cõmunia de le. in. l. quidam filium. & l. ab eo. C. de fideicom. quem non honoro grauare non possum. Secũdo, quomodo poterit actio cõpetere fideicommissario vniuersali contra filium si ne causa præteritum ad restitutionem hæreditatis: directa non potest, quia non est hæres institutus: nec etiam ab intestato grauatus, cum non potuisset grauare, cum eẽ exhæredauerit: vt dixi. pro primo est tex. in. l. quidam cum filium. ff. de hære. insti. pro secũdo in. d. l. quidam filium. C. de fideicom. minus poterit vtili actione ex testamento agere: quia nihil directẽ nec per obliquum ex testamento nec occasione testamenti filius præteritus lucratur nec percipit: imò contra expressam testatoris voluntatem percipit bona hæreditaria: ideo vtilis non potest: quia non posset aliqua vtilis actio competere, nisi occasione testamenti tacitẽ vel expressẽ aliquid consequeretur ex testamẽto. d. l. quidam cum filium. ff. de hære. instit. glo. solẽnis in simili in. l. si quis id quod. in verbo, sententiam. vbi per omnes. ff. de iurisdi. om. iudic. idem in. l. vnica. C. si seruus extero emi se manda. vnde non potest dici ex testamento: nec possunt dicere ex lege: quia hoc text. non dicit.

Præterea si hoc faterentur, essent sibijpsi contrarij Bar. & sui sequaces: qa dixit aperto gutture inuehendo cõtra Pe. vt notaui supra, quòd pro fideicõmissis relictis in illo testamẽto qđ rescinditur occasione pteritiõis sine cã factæ nõ cõpetit actio ex lege, sed ex testamẽto: quare nõ possent dicere pro fideicõmisso vniuersali cõpetere actionẽ ex lege, vt suã contrarietatẽ euitẽt. quare &c.

Et istud idem confitetur glo. in. d. l. ita tamẽ. §. quoties. ff. ad Treb. si bene intelligatur cũ dicit glo. quòd si filius differat agere, interim poterit cogi hæres institutus adire & restituere fideicommissario. secus si iam agat scilicet bonorum possessione contra tabulas, quia præteritus: & tunc nulla actio competet fideicommissario ad compellẽdum hæredem scriptum. & ita est text. licet nihil alleget in. §. Marcellus. in eadem. l. ita tamen. ff. ad Treb. & sic tacite videtur confiteri nullam actionem competere ratione fideicommissi ipsi fideicommissario filio agente contra tabulas etiam contra scriptum hæredem. idem dicit glo. in. d. §. quoties. in verb. accipit. arg. l. Papinianus. §. si. ff. de inoffi. testa. secus vbi non appareret: quia tunc contra hæredem & non cõtra filium: & sic vides quòd glo. magis innuit quod dixi supra, quòd nulla actio competet contra filium præteritum vel exhæredatũ sine causa, nec contra hæredem scriptum: quare non potest videri quomodo possit sustineri Bar. in hoc articulo per supradicta. Adhuc tamen puto vlterius esse insistẽdum circa declarationem traditã per eum ad di. glo. in. §. quoties. inquantũ Bar. præsupponit ex vno dicto glo. in verbo, cõpelli debet. ibi, sed qd hodie, cũ ex causa pteritionis vel exhæredatiõis nõ irritet̃ nisi institutio? per hoc tenuit Bar. q gl. voluit ex hoc inferre q fideicõmissum vniuersale cõseruetur, cũ sola institutio irritetur rupto testamẽto: quia dico circa illã gl. diligẽter esse aduertendũ circa duo: primo cũ dicit hodie ex causa præteritionis sine causa factæ nõ esse irritũ testamentũ de iure nouo sed quòd venit irritandum: sicut dixi prius. Et ista est vera in iure cõclusio p. d. §. sinautẽ hæc omia. ex quo sumpta est hæc authẽ. q quid per Irneriũ dictũ hic fuerit irritatũ esse testamentũ scilicet ipso iure. Secũdo q nõ est verum dictum Bar. nec eius præsuppositũ: quia si diligẽter gl. ipsam intueamur in responso illius quæstionis, contrarium

sentit cum dicit glo. sed secundùm nos qui dici-
mus irritandum potest dici vt interim possit co-
gi hæres adire & restituere, si filius differat age-
re: secus si iam agat: vt hic. Aduerte quomodo
debeat intelligi illa glos. quoniam text. illius. §.
quoties. disponit quòd si filius emãcipatus agat
cõtra tabulas, sicut hæres institutus grauatus re-
stituere per fideicommissum totam hæreditatem
non tenetur eo casu præstare legata nec fideicõ-
158 missa particularia, sic † nec compelletur interim
quo agitur contra tabulas per filium emancipa-
tum ad restitutionem hæreditatis. & ratio, quia
incipit dubitari de viribus testamenti. l. is qui cõ
tra. & l. ex duobus. §. fin. cum. l. seq. ff. de vulga.
& pupil. substi. in. l. illud. ff. de bono. poss. con-
tra tabu. plene in. l. posthumo. C. de bono. poss.
contra tab. ideo interim non potest compelli ad
restitutionem hæreditatis virtute testamenti de
cuius viribus disputatur. secus ergo vbi nõdum
cepisset filius agere, vt patet in eadem. l. §. Mar-
cellus. primo. & in. §. qui rogatus. eadem. l. per
rationem. glos. in. l. filio. ff. de iniust. rup. & irri.
testa. de qua memini in princi. huius repeti. quia
quoad filius contratabulet, vel dicat nullum te-
stamentum, vel illud querelet, interim videtur ta
citè illud approbare: & propterea nisi testamen-
tum impugnet debebuntur legata & similia, per
d. l. filio. & in. l. is qui in potestate. ff. de leg. præ-
stan. vnde non mirum si tunc isto casu fideicom-
missum vniuersale saluum fieret, sicut & cætera
capitula testamenti: quia & institutio quæ est po
tior pars testamenti, vt dixi. §. ante hæredis insti-
tutionem. Instit. de legat. l. j. ff. de iniusto, rup. &
irri. testa. & à qua depẽdet fideicommissum vni-
uersale. l. j. ff. ad Trebellia. saluatur & sustinetur
per illa iura: nunc quærit glo. vtrum hodie idem
erit, cum hodie nõ irritetur nisi institutio ex cau-
sa præteritionis. & omissa decisione Marti. dicẽ-
tis hodie nullum esse testamentũ, quia est falsum
secundùm eam, sed irritãdum, quòd remanemus
in dispositione iuris antiqui: quia dicit idem si-
cut de iure Digestorum cautum erat. & maxime
in. d. §. quoties. quòd si iam filius præteritus in-
cepit agere, & tunc non compellitur adire nec
restituere: secus vero vbi non incepit. per hoc
enim non confitetur quòd hodie saluum sit fidei
commissum vniuersale irritato testamento quan
tum ad institutionem. secundo cõtrarium sentit,
quia non erit saluum, quia debebit supersederi
ad obtinendum, quoad filius aut obtinuerit, aut
succubuerit in contratabulas, aut aliàs frustrato
ria esset responsio illa ratione: quia frustra expe-
ctatur euentus cuius effectus nihil operatur. l. fi-
na. ff. ad Velleia. vnde responsio glos. nihil mihi
persuadet, pro supradicta. sicut in simili dicit text.
in. l. iure nostro. §. fin. cum. l. seq. ff. de testa. tute.
quia si non potest cogi adire quomodo debebi-
tur fideicommissum vniuersale? quia requiritur
159 quod † adeatur hæreditas ex testamento, anteꝗ̃ de-
beatur fideicõmissum vniuersale. §. restituta. In-
stit. de fideicõ. hære. idem in. l. ij. §. fin. ff. de iure
codi. vnde cũ glo. reducat hanc authen. ad termi
nos iuris antiqui, scilicet ad. d. §. quoties. non vi-
detur confiteri quod cõseruetur fideicõmissum vni-
uersale, sed negare potius: quia de iure Digesto-
rum, vbi irritabatur testamentũ quantum ad in-
stitutionẽ solidam, tunc in totũ irritabantur con
tenta in testamẽto legata & fideicõmissa, tã vni-
uersalia ꝗ̃ particularia, in. l. Papinianus, §. fin. ff.
de inoffi. testa. Præterea alia ratione, cum sint la-
tæ differẽtiæ inter particularia fideicommissa &
vniuersalia: de quibus in. l. j. & . ij. vbi per Petr.
Cin. & omnes. C. cõmunia de leg. in. l. j. ff. de le-
ga. j. & in. l. si hæres ab eo. in princ. vbi plenè per
omnes. ff. ad Trebel. vnde nõ potest fieri exten-
sio, cum sit diuersa ratio per iura notissima. Ter-
tio facit alia ratio euidẽtissima ex. d. glo. in. d. §.
160 quoties. Quoniã † hæres institutus cogitur hæ-
reditatẽ adire, & aditam restituere fideicõmissa-
rio. l. cogi. & per totũ titulum. ff. ad Trebel. §. re
stituta. Instit. de fideicõmis. hæred. Tamẽ in casu
huius authẽ. secundùm Marti. non poterit cogi.
ratio, quia nullum est testamentũ quantũ ad in-
stitutionẽ. vnde cum Bart. dicat & sui sequaces,
per hũc tex. quod nullũ est testamentũ ex causa præ-
teritionis sine causa factæ, secundùm doctrinam
glo. nõ cogeretur: quia glos. dicit, quod testamẽtum
nõ est irritum sed venit irritandũ. Et propterea
etiã hodie debeat seruari distinctio illius. §. vbi
aliter non staret. Igitur si est irritũ non conserua
bitur, quia clarũ est vbi filius obtineret in bono.
poss. cõtra tabu. quod non cogeretur adire, imo vbi
esset tantũ dubium, quia egisset per illũ tex. & . §.
qui rogatus. ea. l. sed secundũ doctrinã Bar. hic,
& in. l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. testa.
& . l. is qui in potestate. ff. de lega. præstan. et dixi
suprà, testamentũ est ita nullũ quod non habeat ne-
cesse dicere nullũ. vnde secundũ opinionẽ Bart.
& doctrinã illius casus est clarus: quia hæres in-
stitutus nõ cogitur adire hoc modo: nec posset,
quia nõ esset hæres: & sublatũ esset nomen hære
dis in totũ: & transferretur in filiũ præteritũ sine
causa. quia tanquã ab intestato debẽt dari: & sic
trãsferri: & sic nihil ad hæredẽ scriptũ remanere.
d. §. sin autẽ hæc omnia. vnde cõclusio est, si fidei
cõmissarius debeat recipere ab hærede instituto
per. d. l. ex facto. l. restituta. ff. ad Trebel. & . d. §.
restituta. Insti. de fideicõ. hære. quomodo posset
restituere cũ non habeat, nec possit hæres habe-
re, & sic cõpelli restituere fideicõmissario. Et sic
clarè vides mentẽ glo. esse contra Bart. quod si esset
nullũ testamẽtum quantũ ad institutionẽ, quod nul-
la actio posset cõpetere fideicõmissario: cum di-
cat etiã in simili si fiat nullũ per cõtra tabulas, ni
hil percipiet fideicõmissarius. Et per rationes su
pra adductas, quia nec directa nec vtilis potest
cõpetere nisi contra hæredẽ scriptum: quia fidei
commissum ab eo depẽdet, vnde possent funda-

menta scripta in pupillari substitutione recapitu
lari: quia qui vult antecedens, vult etiam conse-
quens necessariũ, sine quo non potest momento
viribus subsistere: vt antecedẽte destructo sit &
consequẽs destructum. l. illud. ff. de acqui. hære.
l. ij. ff. de pecu. lega. Quarto ego addo ad vnum
fundamẽtum prius factum cum dixi, ꝙ si dicatur
ꝙ filius loco hæredis instituti posset quartam de
trahere, quia tanq̃ subrogatus saperet naturam
subrogati, ponamus quòd hæres institutus fuerit
grauatus totam hæreditatẽ restituere & prohibi
tus expresse sine aliqua detractione quartæ totã
hæreditatẽ restituere, tũc filius nõ poterit detra-
here, sicut nec posset hæres. §. si expressum. vbi
idem no. glo. in authẽ. de hære. & fal. in. l. fin. C.
ad Trebel. & tũc hoc modo filius nihil percipiet
ex hæreditate patris si saluum sit fideicõmissum
vniuersale: quia tota hæreditas erit fideicõmissa
rij, nec debebitur aliqua quarta filio siue sit Tre
bellianica siue falcidia siue debita iure naturæ, et
tamen dispositio iuris est in contrarium, per di-
ctum. §. sinautẽ hæc omnia. primo. & secundo.
&. l. Saluius. ff. de legat. præstand. quia ista non
est mens legis, vt habeat fideicõmissarius, nihil
autem filius.

Vltimo loco ego pondero tex. in. d. §. sinautẽ
hæc omnia. sæpe allegato. Primo in his verbis,
ad petẽtes hæreditatẽ liberos tanq̃ ab intestato
ex æqua parte peruenire. no. verbũ, ab intestato.
quia si specifice ab intestato non fiat fideicõmis-
sum, proximiores in gradu succedunt æqualiter
absq; aliqua restitutione. §. j. in authẽti. de hære.
ab intest. veniẽ. col. ix. sic idem quãdo testamen-
tum ratione præteritionis sine causa factæ rescin
ditur: quia reducitur ad causam intestati: patet
ibi, tanq̃ ab intestato. clarius videtur loqui in. §.
sinautẽ hæc omnia. ij. ibi, sed rescisso testamento
eis qui ab intestato ad hæreditatẽ defuncti vocã
tur, res eius defuncti dari disposuimus. Et sicut
pro æquis portionibus vt dixi succedent venien
tes ab intestato, sic vult Iustinianus in hoc casu
omnes ab intestato veniẽtes seruato ordine gra-
duum. iuxta. l. j. ff. de succes. edi. vocari ex æquis
portionibus: vt patet in. d. §. sinautẽ hæc omĩa. j.
ibi, ex æqua parte peruenire. quod no. secũdo in
eodẽ. §. in vers. si vero cõtigerit. ibi, vel quælibet
alia capitula concessa legibus. not. diligenter illa
verba, cõcessa legibus. vtrũ videatur esse legibus
concessum ꝙ filius qui est bene meritus grauetur:
& possit grauari præteritus vel exhæredatus si-
ne causa totã hæreditatem patris restituere nul-
lo modo in aliquo honoratus. in. l. quidã filium.
C. de fideicõmis. & vtrum lex hodie dicat cõtra-
rium de iure nouo huius quòd non possit filius
96 præteritus grauari fideicommisso, quem † non
honoro grauare non possum. l. ab eo. C. de fidei
commis. & si expresse hoc non potest, quomo-
do poterit tacite hoc facere: hoc non video cau-
tum in iure. Secundo loco vtrum hoc liceat pa-
tri iure facere etiam deum ipsum hæredem, & fi-
lium præterire aut exhæredare sine causa, vel ali
ter hæreditatem suam ad alium transferre? certe
non. in. c. fin. xvij. q. vlti. in. l. Papinianus. §. si Im
perator. ff. de inoffi. testa. glos. in. l. si quis ad de-
clinandam. C. de episc. & cleri. dicebat Augusti-
nus, qui deum vult hæredem facere, filium autẽ
præterire, alium pro consilio quærat quàm Au-
gustinum. Quare cum hoc non sit legibus con-
cessum, non potest in illo text. comprehendi in-
tentio Barto. sed hoc modo filius omnino exclu
deretur: quia totum ad fideicõmissarium vniuer
salem perueniret, vt dixi: quare in hoc resideo
cum opinione Petri quicquid dicatur per Bart.
& sequentes. Nec obstabunt fundamenta primo
loco recitata pro opinione Bartoli, nec quæstio
Barto. quia habet fundamentum suum ex dictis
allegatis per eum: & primo hæc authẽ. cum text.
authen. ex quo sumpta est, quia omnino contra-
dicit, vt vides ex deductis per me: quæ satis tibi
patebunt pro solutione, coniunctis his quæ dixi
suprà de pupillari substitu. non repeto: quia ma-
gis esset trãscribere quàm adnotare, vt dicit tex.
in. §. & nos non latuit. in authen. quibus mo. na-
tu. effic. leg. col. vj. Non obstabit texr. in. l. si ser-
uum. §. fin. ff. si quis omissa causa testamẽti. quia
secundùm Petrum in. l. eam quam. C. de fideicõ.
alia est ratio in illo edicto, in odium eius qui in-
tentionem testatoris iustam vult fraudare: per. l.
ij. in fin. C. si quis omissa causa testamenti. &. d.
l. eam quam. circa fin. illius. sed in hoc casu fit re-
scissio in odium testatoris, qui filium suum sua
hæreditate indebitè, & nulla subsistente causa
idonea vult præterire: vt dixi per. §. cæterum. in
authentica, vt cùm de appellatio. cognoscẽ. col-
latione. viij.

Ego autẽ plus dico per illum tex. in. d. l. si ser-
uum. §. fin. ff. si quis omis. cau. testa. ꝙ quãuis di-
catur cætera fideicõmissa vel capitula testamenti
conseruari, ꝙ non includuntur fideicõmissa vni-
uersalia, licet particularia salua sint. tex. est, ibi in
ver. non dubiæ. vt legata cæteraq; fideicõmissa,
ita hæreditatẽ quoq; restituere cõpellendus est.
iuncta doctrina glo. in verbo, quoq;. quẽ tex. tu
pondera in duobus. primo in verbo, cæteraq;.
qualiter etiam appellatione cæterorũ fideicom-
missorũ non venit restitutio hæreditatis: & sic fi
deicõmissum vniuersale. & ita etiam declarat ibi
glo. in verbo, quoq;. quæ denotat diuersitatẽ: ac
si diceret, ita etiam, quæ denotat diuersitatem. de
qua dic vt per Bar. in. l. ij. in princ. ff. de pac. in. l.
fin. col. ij. ff. de eo quod cer. lo. quare etiã hic per
illud verbum, cætera. non veniet fideicõmissum
vniuersale sed particulare. per text. in dicto. §.
sinautem hæc omnia. dicentem legata & fideicõ
missa: quia intelligendum est de his fideicommis
sis quæ adæquantur legatis. vt in. l. j. ff. de lega. j.
scilicet particularibus & non vniuersalibus. vbi
glos. videtur sentire hanc solutionem in fine sui,
cum

cum alleg. l. mulier. §. fina. ff. ad Trebel.

Ad aliud fundamentum per me factum quod lex loquitur in genere seu indistincte de legatis & fideicommissis, & quod debeat ille text. intelligi tam de legatis seu fideicommissis vniuersalibus sicut particularibus. Et per hoc licet non sit bona extēsio de fideicommisso particulari ad vniuersale. l. j. & ij. C. commu. de leg. in. l. si quis ser uum. §. fin. vbi per Bart. ff. de lega. ij. Tamen bona erit extensio de legato vniuersali ad fideicom missum vniuersale: per. l. cogi. & d. l. mulier. §. fi. ff. ad Trebel. quia dico quod nec ille text. in legatis vniuersalibus sustineri posset, per eadē fundamenta: & maxime per ea quæ plene dicta sunt per me suprà in primo fundamento facto pro dicto Petri, quæ satis possunt tibi sufficere ad solutionem ipsius: quia per illa satis illa generalitas distinguit, & reducitur ad specificata seu distincta per me: & ita per illa habes hunc articulū satis plene expeditum: quicquid dicat Bart. hic & omnes post eum: & in locis primo loco allegatis. licet Cin. videatur satis hoc limitare ante Bartolum in dicta. l. eam quam. in. iij. colum. C. de fideicommis.

Regulam autem præcedentem, scilicet conseruari legata licet testamentum ratione præteritionis sine causa factæ irritetur, limitant ferè omnes non procedere in certis casibus, & præsertim in legato facto filio præterito sine causa, cuius legatum non conseruatur per hanc authen. licet cætera legata cōseruentur. Et hanc opinionem tenet Barto. & ferè omnes post eum hic, & in. d. l. filio præterito. moti principaliter hoc fundamento,

162 quia filius † contraueniendo testamento facit se indignum omni commodo hæreditario. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. idem in l. aufertur. in princ. & in. l. post legatum. in prin. ff. de his qui. vt indig. auf. hæreditas. ratio, quoniam non debet quis præmium reportare ex eo quod nisus est impugnare. in. l. is qui contra. vbi per omnes. ff. de vulg. & pupilla. substitu. posset addi vnum, quia legata debentur ex testamēto, & non ex lege, secundùm eos: vnde non mirum si nihil vtilitatis debeat reportare: sed cùm impugnat testamentum vt dictum est, non debet commodum ex eo reportare: & sic legatum in illo testamēto sibi relictū non debebitur. l. quæsitum. ff. de acquiren. hæred. Secundum capitale est, ne melioris sit conditionis præteriti quàm instituti & ad quos pater nullam affectionē habuit. l. bonorum. ff. de lega. præstan. addiderūt alia plura leuia pro hac limitatione, quæ non curo referre. Ego autem dico cum Petro hanc limitationem non esse veram. & miror qualiter hoc dicant. Et hoc triplici capite. Primò, quia primum eorum fundamentum contradicit eis: & retorqueo illos text. contra eos: quia verum est quòd filius qui intentat querelam inofficiosi testamenti vel bonorum possessionē contra tabulas si non obtineat in ea, quòd debet priuari legato & omni

163 commodo proueniente ex eo: sed secus † si obtineret. & ita est text. in dicta. l. Papinianus. §. meminisse. & l. etiam. ff. de inofficio. testamen. vbi tex. duo cōiunctim desiderat scilicet quòd querelet testamētum & succumbat. ita dicit ibi text. eum qui testamentum inofficiosum improbè dixit, & non obtinuit, id quod in testamento accepit perdere. si igitur obtinuit quod in testamento accepit non perdet. text. similis in dicta. l. post legatum. in princip. ver. ille qui. ff. de his quibus vt indig. aufer. hæred. ibi, ille qui non iure factū contendit nec obtinuit. licet glos. videatur illud euitare in verbo, non obtinuit. sed ad dicta sua dic quòd tex. expressè non consentit dictæ glossæ, nec saluari potest ab illis legibus, & maximè hoc iure nouissimo: quia, vt dixi, legata non præstantur ex testamēto: cùm lex in totum ipsum testamētum irritari facit, & postea propter ipsum testamentum conseruat legata in quibus non est filijs facta iniuria: per. §. hæc autem decernimus. in authen. vt cùm de appella. cogno. & §. sin autem hæc omnia. codē titu. Vnde cùm obligatio proueniat à lege & non ab homine, non mirum si lex reseruauit etiā filijs: ne videatur claudicare lex: quando nec lex antiqua hoc absorbet. in. l. virilis. §. si quis ex liberis. & l. bonorum. ff. de lega. præstan. Vnde nō ipse dicitur impugnare testamentum, sed lex quæ succedit loco hominis. in. l. si ob causam. C. de euict. Nec obstat alia ratio quæ videtur magis persuasiua: per quam dicebat Marti. Silima. secūdùm Cinū & Pet. opinionem contrariam procedere ex quadam æquitate: quia & tunc nos possemus dicere, prout dicit iurisconsultus & glos. post eum in dicta. l. virilis. §. si quis ex liberis. ff. de lega. præstan. quòd illud legatum posset sibi in virilem imputari. sed istud mihi non satisfacit: quia aliàs nihil prodesset sibi conseruatio legati: per hōc tex. vnde ego aliter dico, quòd æquitas etiam persuadet vt filio legatum conseruetur, licet præterito: & propterea esse in causa rumpēdi seu rescindendi testamenti: & hoc in odium parentis, qui debuit cogitare quòd aliàs fuit filius: & quòd noluisset exhæredari seu præteriri à patre sine causa: sicut dicit in his terminis textus in. §. cæterum. in authentica, vt cùm de appellatione cognosci. collatione. viij. Et per hanc rationem tu tolles fundamentum Baldi hic tenentis contrarium: principaliter per vnam & præcipuam rationem propter quam admiratus est quòd tam illustres doctores contrarium tenuerunt: motus quoniam hæc authentica non vult aliud quàm testatorum voluntatem obseruari. & ideo text. in corpore dixit, qui nunc filij sunt, debent studere animos parētum sanare: sed nemo sanæ mentis, secūdùm eum, diceret patrē aliud sentire si cogitasset: per l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. addens aliud, quòd

164 id quod ad † diminutionē inductū est nō potest

operari augmentum. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. quòd autem à patre legatū factum filio præterito sit factum animo minuendi & non augendi, satis hoc clarum est. arg. l. quod in rerum natura. §. si quis post. ff. de legat. j. ideo cadere non debet filio in augmentum. tex. in. l. filium. §. omnibus. ff. de leg. præstan. quæ ratio mihi nihil cōcludit. & magis vlterius miror quòd Bal. putauerit istud subtiliter inducere: quod magis (vt existimo) ei contradicit: quoniam ratio præcedēs per me assignata est reciprocè posita per Iustinianum in dicto. §. cæterum. in authen. vt cùm de appel. cognos. cum ista ratione assignata per Bal. imo plus dico, quòd fortior est ratio quæ facit pro filio, quàm ea quæ pro patre agit. argu. l. scripto hærede. in fine. ff. vnde liber. in. l. nam & si parentibus. in prin. ff. de inoffi. testamen. quia (sicut dixi) patres debēt cogitare quòd aliquando filij fuerunt, & eadem à parentibus desyderauerunt, & magis inclinari debet amor paternus erga filium, quàm econtrario. arg. l. isti quidem. ff. quod met. cau. deinde sequitur in tex. studere etiam debent sanare animos parentū, quia & parētes fieri desyderāt, & à filijs honorari. Et propterea lex multū abhorret quòd pater iniustus
165 sit accusator sui ipsius, id est filij, qui † est eadem persona cum eo. l. fina. C. de impub. & alijs substitu. Et hoc maximè not. tex. in. d. §. cæterum. in ver. vnde & constat ad vtriusque partis vtilitatē & cautelam præsentē legem fuisse prolatam. Et sequitur, quam ex hac occasione promulgādam esse prospeximus: in aliquo autē negotio diserepantes inuenimus, pulcherrimam filiam gratam scilicet patri. Nota diligenter quòd filia illa quæ grata erat parentibus inuēta fuit exhæredata: & tam iniqua exhæredatio impulit imperatorē ad constitutionem: nam eam mirabiliter abhorreret: vnde & intentio parentis quæ erat ad diminuendum, operata est augmentum: quia quæ nihil percipiebat ex hæreditate ipsius, nacta est totam hæreditatē: vbi si in aliquo fuisset à patre honorata, non potuisset voluntas testatoris infringi: vt plenè exorsus est text. in dicto. §. cæterum. Nec est verum quòd in hoc casu sit intentio Iustiniani conseruare voluntatem testatoris: imo hoc totum contrarium est: quia intendit voluntatē testatoris euertere: sed quia præsensit quòd in legatis non erat filijs facta iniuria, ideo ea voluit quadam lege speciali conseruare: vbi aliter ex quadam consequētia necessaria debebant infirmari. per. l. Papinianus. §. fin. ff. de inoffi. testamen. vt dixi suprà in prioribus conclusionibus. Per hoc dico duo, primò quòd pater debuit cogitare seruare æqualitatem inter filios, & seruare inter eos iustitiam, & nō arguere naturam. sicut in simili dicit tex. in. l. fin. suprà eod. in. l. j. & ij. C. de inoffi. dona. & ostendere paternam affectionem. sicut in simili dicit tex. in. l. non solum. in prin. ff. de ritu nuptia. vnde imputet sibi pater qui hoc nō seruauit: quia & tex. cōsyderat quòd hoc legatū tāquam extraneo factum est: & ideo sicut extraneo conseruatur, sic & filio à fortiori conseruari debet in compensationem iniuriæ sibi factæ à patre: per supradicta, quia non ex voluntate patris potuisset percipere, vt dixi: cū annullata institutione, & legata non possent peti, per. d. l. Papinianus. §. fina. ff. de inoffic. testa. sed lex quadam specialitate legata conseruauit: sicut not. in. l. fin. ad si. ff. de hære. instit. & vt dixi suprà post Petrum, tunc non ex confirmato sed ex confirmante debētur. l. asse. ff. de hære. insti. per hæc cessat ratio Bal. Secundò etiam forsitan cōtigit quòd dolosè patri suggestū est ab alijs fratribus, vt fratrem exhæredaret vel præteriret: sicut dicit in. §. cæterum. ibi, quia dolo eam & machinatione quorundam compositam fuisse comperimus. cui potest etiam tex. accedere in. l. non est enim consentiendum. ff. de inoffi. testa. §. j. in authenti. vt immobi. ante nuptia. donatio. colla. v. per Bal. in. l. j. C. de peti. bono. subla. lib. x.

Secundo loco seu capite principali dico non esse verum quod dicit Bart. in. l. filium. §. omnibus. ff. de lega. præstan. cùm dicit impugnando dicta Petri & Cini, quòd verum est competere pro legatis vtilem actionem ex testamento: ar. l. j. in princi. iuncta doctrina glos. & in. l. si emancipato. ff. de lega. præstan. quia dico licet plura norauerim suprà, quod hoc non est verum. Et ad illam. l. j. in verbo, ex iudicio eius. ego dico intelligēdam esse dictionē, ex. propter iudicium eius: vt Bartol. hic firmauit in verbo, ex causa. Et ita post Petrum firmaui. pro quo induxi text. in. l. j. in princi. ff. vi bono. rap. Et ita potes saluare illū text. sine corruptione: & in hoc vnum ex fundamentis Petri pertransibit liberè.

Tertio loco addo aliud non esse verum, quod illa verba indefinitè prolata, in dicto. §. sin autem hæc omnia. ibi, legata & fideicommissa & cætera quæ æquipollēt vniuersali. l. si plures. ff. de lega. iij. recipiant aliquam restrictionem à lege antiqua: nec inuenio aliquam legem in specie nec in alio genere declarantem vnde possit dici: cùm ex hoc non resultet aliquod inconueniens esse standum illi indefinitè, per. l. de pretio. ff. de publi. in rem actio. nec obstat. l. non est nouum. ff. de legi. quia verū est vbi lex specialiter diceret, vel aliter declararet: sed non est lex ita dicens: sicut dicit tex. in. §. optimum. in authen. de non eligen. secun. nuben. idem not. Bal. in. l. si. C. de dona. ante nuptias. per illū text. Et si dicatur, quomodo poterit hoc procedere, si verum est quod dixi prius, scilicet quod per querelam inofficiosi testamenti debeat irritari & testamentum, irritetur etiā quo ad legata, licet iudicio testatoris, id est propter iudicium testatoris debeantur legata, & peti possint: quia dico hoc non esse inconueniens: sicut dicitur de bono. posses. contra tabu. in. d. l. j. in princ. ff. de lega. præstan. vt licet testamen

testamentum infirmetur per contratabul. adhuc tamen legata debeantur ex iudicio testatoris, id est propter iudicium testatoris: & hoc à fortiori, cùm ius nouissimum specificè in hoc casu prouideat: ideo cùm in eo specialiter sit prouisum ex specifica voluntate legis, quæ vlterius processit disponendo, non erit inconueniens post legislatorem idem asserere. Et per hæc tu habes intentionem Petri fundatam, & specialem responsionem ad fundamenta contraria.

Limitabant & secundo in transuersalibus, vt in fratre & sorore: qui si dicant testamentum fratris inofficiosum, & obtineant: quia turpis persona erat instituta, legata non debebuntur. quæ limitatio non videtur mihi vera, sicut nec præcedens: vt dicā infrà: ideo ex hac limitatione & cōtra omnes pro Petro de Bellapertica & nostris doctoribus Aurelianensibus infero tres conclusiones in iure verissimas. Prima cōclusio est, Fra
166 ter † tūc poterit turpem personam hæredem instituere si ingratus fuerit frater: aliàs non valebit nec tenebit institutio turpis personæ fratre præterito vel exhæredato sine causa secundùm Pet. & nostros, quos ego sequor contra Bart. & omnes post eum. Secunda cōclusio est, quòd vbi
167 † frater esset ingratus, tenebitur hoc casu, scilicet cùm instituit turpem personā, in præteritiōe causam ingratitudinis inserere, sicut dictum est prius de filio secūdùm Pet. licet Bar. & alij aliud
168 sentiant. Tertia conclusio, Sicut legata † conseruantur ex testamēto patris in quo filius sine causa fuit præteritus si rescindatur, ita turpi persona à fratre instituta fratre præterito vel exhæredato sine causa conseruabuntur legata à fratre facta, in casu rescissionis testamenti fratris: secundùm Petrum contra Barto.

Et quia istæ tres conclusiones sunt concatenatæ, & in istis tribus omnes post Bar. hic. & in. d. l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. testa. & in l. fratres. C. de inoffic. testa. dicunt quòd licet frater turpem personam hæredem instituere velit, quòd tunc nō habet necesse inserere causam aliquam ingratitudinis in præteritione fratris: de quibus in. §. ingratitudinem. in authen. de nupt. colla. iiij. sic quòd licet nō sit inserta, si tamen frater querelet testamētum ratione turpis personæ institutæ, tūc poterit hæres institutus opponere de causa ingratitudinis: & ꝓpter omissionē causæ ingratitudinis contingentē in testamento fratris non erit nullum testamentum, & non irritabitur propter omissam causam ingratitudinis, si aliàs ab hærede instituto probetur: licet contrarium dicatur de filio hic, & in. §. aliud quoq;, in authen. vt cùm de appella. cognosc. colla. viij. & dictum est plenè suprà. Secundò dicūt quòd & illæ causæ ingratitudinis positæ in. d. §. ingratitudinem. non impediunt fratrem quo minus succedat ab intestato. Et licet faciant dubium, ego dico ista posse procedere, cùm etiam filiū non impediunt succedentem ab intestato: quia requiritur insertio causæ, & quod probetur. vnde non erit deterior causa fratris. per. l. cognati. ff. vnde cogna. Adde tamen contra hoc bene facere tex. in. l. iij. in fine, cum. l. sequen. ff. de adimen. lega. sed tu posses euitare prout euitant Bart. & glos. in dicta. l. fratres. sed eorum responsio mihi non placet. Ego autem dicerem aliter, facta argumētatione de vna persona ad aliam, iuxta. l. libertū. ff. de ritu nupt. quòd sicut in filio requiritur expressio causæ, & quòd probetur, nec sufficeret alterum per. d. §. sinautem hæc omnia. & dixi suprà: multo magis in fratre: quia maior honor debetur à filio patri, quàm à fratre fratri. §. j. instit. de inofficio. testamen. quare concludit magis in fratre quàm in filio. Et si illa procedant ex testamento, vbi debet in testamento interuenire expressa declaratio patris, aliàs non impeditur filius succedere, & reducere illud testamētum ad causam intestati per supradicta: à fortiori nō debet tacita causa plus operari quàm expressa, per l. cùm quid. ff. si certum peta. licet glos. aliud sentiat in. §. cùm igitur. in verbo, fratrem. in authenti. de nō eligen. secun. nuben. colla. j. per dictum §. ingratitudinem. vbi idem not. glos. quòd text. satis videtur prima fronte idem dicere: sed quia tex. in dicto. §. ingratitudinem. sequitur conclusionem. §. anterioris, in quo loquitur de præteritione filiorū, & remittit se ad ea quæ circa ipsos in alijs legibus disposita sunt: propterea puto etiam trahendum illum. §. ingratitudinem. ad similitudinem filiorum. Sed tu cogita, quia tex. ille videtur multū facere pro illa glos. & id ex sequentibus tibi declarabo: licet forsitan subintelligendo illum tex. posset aliquis contrarium elicere. His autem addebant omnes post Bar. in locis allegatis quòd si testamētum fratris per querelam inofficiosi testamēti fuerit irritatum, quia turpem personam hæredem fecerit fratre præterito: isto casu frater non tenebitur soluere legata relicta in testamento fratris: nec conseruantur per hunc tex. nec per text. in corpore authen. Et ad hoc mouētur omnes vnico fundamēto: quo-
169 niam † in correctorijs nō fit extensio de vno casu ad alium. authenti. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. glos. in. c. cupientes. in verbo, petere. de electio. in. vj. plenè per omnes in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. sed de iure antiquū legata non debebantur irritato testamento. l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inofficioso testamē. & notaui pluries suprà, ideo cùm ius antiquum in specie in fratre non sit correctum, standum est iuri antiquo. l. præcipimus. in fine. C. de appellatio. cap. primo & secundo. extra de noui operis nuntiatione. & propterea hæc authentica, ex causa. procedet tantum in casu suo, scilicet in ascendentibus & descendentibus. Istud potest persuaderi duplici ratione: prima est, quia iura nouissima faciunt distinctionem

170 inter fratres & filios: quia † in filijs.xiiij. causæ sunt taxatæ propter quas filius potest præteriri & exhæredari legitime.§. causas.in authenti. vt cùm de appella.cogno.colla.viij. per glos. in.c. Quintauallis.extra de iureiurã. sed in fratre tres tantum sunt positæ: vt patet in.d.§. ingratitudinem.& sic leuius circa fratres disponit lex nouissima quàm circa filios: quare nõ mirũ si non debeat admitti extensio de filio ad fratrem, cùm diuersa in his sit dispositio. Secunda ratio est quia fratres grauantur in vno, eo quòd non possunt querelare fratris testamentum,nisi à fratre instituta sit turpis persona.d.l.fratres.C.de inoffi.testa.§.j.Institu.de inoffi.testa.l.j.ff.eo. debent igitur in alio releuari.l.eum qui.in prin.ff. de iureiuran.vt cùm obtinent in querela cõtra turpem personam, in odiũ fratris qui suos odio habuit, contra.§.quamobrem.in authen.de trien.& semis.colla.iij.præponendo vilem & abiectã personam fratri sui sanguinis, vt bona ab omnibus legatis libera pertranseant, iuxta dispositionem iuris antiqui: per.d.l. Papinianus.§. si ex causa. ff.de inoffi.testa.Quæ omnia in filio cessant, per supradicta.vnde non mirum si extensio fieri nõ debeat de filio ad fratrem, cùm diuersa sit ratio. Tertia facit quoniam lex in vno casu prouidens extra casum suum regulariter non extenditur.l. commodissimè.ff.de libe.& posthu.l. si cùm dotem.in princi.&.l.si verò.§.de viro.ff.solu.mat.

171 Ego autem dico contrarium in omnibus.Primò † quòd frater instituens turpem personã fratrem prætereundo vel exhæredando, tenetur cũ causa exhæredare fratrem: aliàs irritabitur de iure nouissimo testamẽtum fratris iure medio per querelam,& eo ordine quo irritatur testamentũ patris à filio:per hanc authen.& text.in corpore authen.ex quo sumpta est hæc authen. ex causa. & authen.præcedens. Secundò dico quòd licet testamẽtum fratris per querelam fuerit irritatũ, quia turpem personã hæredem instituerit, iuxta l.fratres.C.de inoffi.testa.&.§.j.Institu.de inofficio.testa.quòd legata relicta conseruabuntur, sicut dicitur de filio hic:non autem dico per hũc tex.tantum nec simpliciter per aliqua argumenta quæ adducta sunt hic per aliquos, videlicet quod videretur esse incõueniens quòd frater esset melioris conditionis filijs,vt per eos hic. Tamen ego habeo hanc cõclusionem fundatam de iure authenticorum in duobus seu tribus locis, & in terminis nostris.

Primò in.§.præmium itaq;. in authen. de hære.& falc.colla.j.iuncta doctrina glos.in verbo, fratribus.dicit enim tex.quòd lex testãtibus imponit necessitatem quandam partem distribuere quibusdam personis,tanquam hæc pars secũdùm naturam eis debeatur;quale est filijs. & sequitur,interdum vero etiam fratribus: si quã huiusmodi personam.& dicit glos.in verbo, fratribus. vt si frater meus instituit turpem & notatã personam:per.l.fratres.C.de inoffi.testa.sed tũc ita,si non sit ingratus:& non aliàs.§.ingratitudinem.in authen.de nupt.colla.iiij. Deinde addit tex.in.d.§.præmium itaque.in versi. alijs autem quod nulla necessitas alijs constituitur partem quamlibet substantiæ dare. not. diligenter verbum,necessitatem.& verbum,necessitas. qualiter eadem necessitas imponitur fratri quãdo turpem personã hæredem instituit relinquẽdi quartam fratri suo:aliàs eo iure quo vtuntur filij contra testamentũ patris,eodem vtentur fratres contra testamentum fratris, si quartam fratri nõ reliquerit.& ita firmat ille versi.alijs autem nulla cõsistit necessitas partem dare quamlibet propriæ substantiæ:sed sua potestas eis largitur ad quoscunque testator voluerit proferenda. In his igitur necessitas à lege imposita est, sicut prædixerat de filijs:ibi, imponit necessitatem lex. Et sic vides qualiter fratrem æquiparat filio in eo casu quo turpem personã hæredem instituit. Et propterea bona erit extensio de filio ad fratrem, & econtra.arg.l.cùm quadã.ibi,tam optimo exemplo argumentati.C. de admini.tut. Idem in.l.ij. C.de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi conci.& alijs locis notissimis.

Secundo ego pondero alium tex.in.§. si vero vltra.versic.licebit autem.in authen.de trien. & semis.col.iij.ibi, & natura primo curata competenter sic ad extraneas largitates accedere: hoc obseruando in omnibus personis in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decretum est.not.illa verba, hoc obseruando in omnibus personis in quibus &c.no. verbum,in omnibus. quia de iure antiquo fratri cõpetebat querela, si frater eum præteribat, instituta turpi persona.per.d.l.fratres.C. de inoffi.testa. Et eo casu debebatur ex necessitate legis & sanguinis, secundùm glos. quarta in bonis fratris, per.d.§. præmium itaque. & sic qualiter lex facit in isto casu extensionem de filio ad fratrem in illa quarta assignata à lege filijs, & similiter fratribus in casu institutæ turpis personæ:& not.secũdo illa verba,hoc obseruando &c.qualiter debet idem in fratre seruari, & alijs quibus de iure antiquo debebat quarta quæ illo iure statuitur in filijs: vt eodem ordine procedatur in vno sicut in altero:per illum textum.

Tertio loco pondero tex.ineuitabiliter in.d. §.ingratitudinem.in princi.§.in authen. de nup. colla.iiij.cùm dicit,ingratitudinẽ autem hic consyderamus nõ solum ad matrem secũdùm quod pridem à nobis dictum est,sed etiã aduersus eũdem ipsum fratrem defunctum.tu no.diligenter illum tex.qualiter tex. ille æquiparat causam matris & fratrum,facta eadem decisione de vtroq;. sed satis notum est quid in matre cautum fuerit circa insertionem causæ ingratitudinis.in.§.sancimus itaque.in authen.vt cùm de appella. cog. colla.viij. quia eadẽ repetuntur quæ dicta prius erant

erant in filio: & eadē fit relatio in.§. aliud quoque. & in dicto.§. sancimus.co.titu. Et quia dubitabatur plerũque de causis ingratitudinis vtrũ causæ insertæ per fratres essent legitimæ ad excludendum fratrem à querela, vt secluderet omnem difficultatem, causas expresȝit tres tantum. vt in dicto.§. ingratitudinem. quare in his debet cessare illa difficultas: cùm per legislatorem eadem decisio fiat de fratre, quæ de filio & matre: & sic de descendentibus & ascēdentibus & trãsuersalibus primi gradus eadē fit decisio. Et maximè secundùm doctrinam glos. in.d.§. ingratitudinem. in verbo, lucrum. quã sequitur ibi Bartol. post Guli. de cu. in dicta.l. fratres. vbi plenè per eum. C. de inofficio. testamē. intelligatur de causa testamēti & nō intestati. vt quia dicit glos. frater facit testamētum: nam poterit fratrem exhæredare illis tribus causis quæ ibi ponũtur: turpem autem personam hæredem instituere. Et sic ex mēte illius glos. requiritur quòd interueniãt illæ causæ ingratitudinis in præteritione fratris vel exhæredatione ipsius. Et idem tenet hic Petrus, & in authen. nouissima. C. de inoffic. testa. vbi dicit maiorem esse rationem in fratre isto casu, quàm in filio, quando turpes personæ sunt hæredes institutæ.

Ex quibus infero quod prius dixi in conclusionibus, quòd cùm eadē seruari debeant in fratre quæ in filijs in casu institutæ turpis personæ, per dictum.§. præmium. versi. licebit. in authen. de trien. & semis. col. iij. &.§. præmium itaque. in authen. de hæredi. & falci. col. j. & cùm in fratre sint ea consyderanda quæ in matre dicuntur in causis ingratitudinis. d.§. ingratitudinem. dico quòd sicut in matre requiritur insertio causæ, & quòd probetur, per.d.§. sancimus. in authē. vt cùm de app. cog. cùm lex nouissima trahi debeat ad anteriorem, & econtra. l. non est nouum. ff. de legi. ita ille.§. ingratitudinem. declarabitur per dictum.§. sancimus. & econtra dictus §. sancimus. per.d.§. ingratitudinem. eadem igitur erit ratio in fratre, quæ & in filijs: cùm sit eadem ratio matris & filiorum per cōtraria: & ibi eadem fiat decisio in fratre quæ in matre.

Ex his ego infero stãtibus præmissis, quæ vera sunt per supradicta, quòd etiam idem sit in legatis: quia si lex nouissima conatur circa institutionem fratrum trahere fratres ad regulas filiorum, nec vix audet extēdere, seu æquiparare exhæredationem fratris seu præteritionem exhæredationi seu præteritioni filiorum nisi in vno casu, scilicet quando frater præponit personã turpem fratri suo: ne voluntati testantis inferat iniu-
172 riam, quam summopere † lex studet cōseruare: sicut dicit text. in nostris terminis aut similibus in.§. huic nos. ver. si igitur. in authen. de nup. col latio. iiij. in. l. plenum. ff. de vsu & habi. Quomodo possumus dicere esse absurdum quòd is qui vtitur beneficio legis ad instar alicuius, dicatur potior illo ad cuius effigiē ordinat, dato quòd illi textus suprà allegati non traherent vnum ad alium.

Aliud plus dico licet illi text. non æquipararent fratrem matri vel filio, non quòd æquiparent matrem vel filium fratri in omnibus, vt dixi per dictum.§. præmium itaque. ibi, interdum autem fratribus. in authen. de hæredi. & falci. collatio. j. not. verbum, interdum. qualiter in aliquo casu tantum vult ex quadam ratione habere respectum ad fratrem, magis quàm ad extraneum aliquem turpem & notatum hæredem: vt dixi dicto.§. ingratitudinem. in prin. iuncta glos. suprà not. ibi, sed etiam aduersus eundem ipsum fratrē defunctum. Si igitur lex vix præbeat id priuilegium fratri in vno casu, vt aliquam particulam hæreditatis relinquat seu conseruet eum necessitando, quomodo possumus dicere quòd disposita in filio non debeant procedere in fratre, etiã dato quòd illa extensio non fieret per illos text. Et Moder. nihilominus de his textibus non recordati videntur reputare absurdum facere extensionem, eo quòd dicunt in correctorijs non debere extensionem fieri de vno casu ad alium: per iura vulgatissima. etiam si non esset tex. mihi persuadens, adhuc tamen in hoc dicerē illud solum argumentum procedere, quia lex habet pro absurdo vt frater debeat vti maiore priuilegio quàm debeat filius. l. j. & iij. ff. de lega. præstan. vnde si non esset nisi illa ratio, cui ego nō video commodè respōsum, sufficeret sola absque alio adminiculo: quicquid dicatur. Per supradicta tamen in hoc casu nostro tu habes expeditũ quòd eadem quæ in his & similibus dicũtur in filio & matre, eadem seruētur in fratribus & sororibus: per iura supra alle. ideo in vno sicut in alio idem sentio. & per hoc erit responsum illi soli fundamento pōderato per omnes tenentes contrariũ, quòd nō admittitur extensio in correctorijs. Et
173 licet non fieret per Iustinianũ, tamen posset † responderi verum esse quãdo illa extensio produceret absurditatem: quia tunc nō esset bona extensio: vt dicunt omnes, & præsertim Moder. in l. Gallus.§. & quid si tantum. per illum tex. ff. de libe. & posthu. per eosdem in. l. ij. in princi. &.§. ex his. &. l. eadem.§. Cato. vbi aliquid dixi. ff. de verborũ oblig. Cano. in. c. ad audientiam. extra de cleri. non resid. in eccle. in. c. canonum statuta. extra de constitu. per Moder. in. l. j. in princi. ff. de vulga. & pupilla. substit. in. l. si mora. ff. solu. matrimo. & ita non obstabit illud fundamentum, per dictam. l. cùm quædam. C. de adminis. tut. in. l. j. ff. de bo. eorũ qui ante sentētiam mor. sibi consci. cum alijs vulgaribus: sed vt dixi satis declaratur per illa iura nouissima. Ad primã ra-
174 tionem per me allegatã respondetur † quòd illæ differentiæ quæ fiunt per plus vel minus non faciunt differre genere. l. finali. ff. de fun. instru. & instrum. legato. l. prima.§. si stipulanti. ff. de

verbo.obli. Vltima ratio facit contra eos, per ea quæ nunc dixi: quia per hoc ostēditur quòd nō tantum persuaderi debet in fratre sicut in filio, cùm lex in omnibus & per omnia, siue in genere loquimur siue in specie, plus fauet filijs quàm fratribus.

Quare ex his cōcludo cum Petro hic, & in.d. l.fratres. C. de inoffic.testa.id quod in prioribus conclusionibus suprà expositum est. Et per hæc non erit vera limitatio ista in trāsuersalibus, sed procederet decisio huius authenticæ in.fratre: non tamen simpliciter per eam, sed per iura suprà allegata.

..Tertio inuenio hanc authen.limitatam vbi pater ignoranter filiū præteriret: quia tunc isto casu legata nō deberētur: moti his rationibus post
175 Bart. quoniā donatio † reuocatur superuenientibus liberis.l. si vnquam. C. de reuo.sed dona-
176 tio fortior est legato, quia transit † in vim contractus.l.j.ff. de pac.melior text.in.l. si quis emptionis.in princi. C. de præscrip.xxx.annorū.igitur & statuta in donatione procedere debent in legato. Additur alia ratio: quia si testator sciuisset se habere filium, forsitan non fecisset tam magna legata, præponendo extraneum legitimæ soboli.arg.l.cùm auus.ff.de condi.& demon.in.l. is qui.in fine.ff.de iure codi.nec obstabit text.in l.fin.ff.de hære.insti.primo secundùm Bart.hic, quia ibi præteritus erat qui non rumpebat testamentū: sed hic rumpitur propter defectum causæ quam testator putabat adesse: quæ causa respiciebat solam institutionē, non autem legata. Ista solutio nihil valet omnino: cùm expressè cōtradicat illi legi, cùm loquatur de filia.nec satisfacit illi.l.fin. quoniam si bene cōsyderatur tex. illius l.finalis, directè contradicit dictis Bar.in præcedente ratione cùm dixit, si sciuisset se habere filium, nō fecisset tam magna legata: quia & in dicta.l.fi. expressit causam ignorātiæ testator cùm dixit, & quia hæredes quos volui habere nō potui, Ruffinum hæredem instituo &c. & nihilominus dicit tex. annullata institutione facta in secūdo testamento deberi legata in eo facta, ac si in prioribus tabulis facta essent, ex primo testamēto hærede remanente illa Pacumeuia instituta, excluso Ruffino hærede instituto in secundis tabulis. vnde illa responsio non satisfacit. Et propterea ipse idem Barto.in.d.l.fin.in princi.ff. de hære.instit. aliter soluit secundùm dicta nouissimorū, quòd vbi causa in institutione inserta est, tunc procedat.d.l.fina. quia præfatio cum insertione causæ facit cessare dubium: secus vbi non esset causa institutioni inserta. Ista solutio nihil sapit: & dico quod nostri nouissimi Papienses dormierunt in somno pacis: quia nec Barto. hoc intellexit, prout referunt. Secundo quòd istud magis eis contradicit. Primò vt intelligas somnium quod Barto. opponit.in.d.l.fi.quod causa inserta per testatorem in illa institutione Ruffini in casu dictæ.l.fin. quæ erat, quia quos hæredes habere volui, non potui, non debebat impedire institutionē dicti Ruffini. & ratio erat, quia
177 falsa † causa adiecta institutioni nō debet vitiare institutionē, per.l.cùm tale.§.falsam.ff.de cōdi. & demon. non autem dixit quòd propter illam causam insertam institutioni legata perirent nec conseruarentur: nec dixit causam adiectam esse legato, nec minus in legatis statuēdum esse. & quòd verum sit, declarat postea in.§.q. illius l. cùm quærebat: quare est quòd falsa causa vitiat institutionē, & non legata: & respōdet quia causa nō erat adiecta legato, sed institutioni: nō mirum si legata conseruantur annullata institutione: vbi autem causa falsa adiecta esset legatis & institutioni tunc legata pariter vitiarentur. limitat, nisi essent ita magna quæ non esset verisimile testatorem fecisse, si sciuisset eum quem putabat mortuum vixisse. iuxta ea quæ dicit se posuisse in.l.demonstratio.§.j.ff.de cōdi.& demōstra. & sic vides quòd responsio Bar. non loquitur in proposito nostro scilicet in legatis, sed in institutione, de qua nō est dubium: ideo non est vis de his dictis Moderniorum. Secundò etiam, vt dixi, magis cōtradiceret: quia si ibi causa fuisset legatis etiam expressa, & quòd nihilominus disposuisset lex facta legata in illo testamēto debere cōseruari, certè adhuc maius esset: quia prouisum esset in omnem euentum legata soluenda esse: vnde dicam quòd nec hoc nec illud satisfacit. Et propterea aliter sentio contra Bart. quia dico quod in casu huius limitationis quod dato
178 † quòd ignorāter præterierit filium, legata etiā debeantur per.d.l.fi.ff.de hære.insti. cui ego nō video aliquo pacto responsum. quinimo dico ꝙ per illum textum debent in casu proposito salua esse legata: quia si vbi verè testator ignorabat illam filiam mortuam quam nolebat priuare hæreditate, sed volebat eam hæredem omnino, nec alium intēdisset fecisse hæredem vbi sciuisset viuam fuisse, per illa verba, quos hæredes habere volui non potui: nec forsan tanta legata fecisset, prout nec fecerat in primo testamento: & quòd nihilominus statuerit ille tex. legata relicta in secundo testamēto, in quo alium fecerat hæredem cum illa causa, debere solui, atq; si in priore testamento relicta essent, & nullum aliud testamētum factum esset, dicendum à fortiore in isto casu conseruari legata. Vnum tamen dico, quòd illa limitatio Bar.in.d.l.fi.ff.de hæred.instit. mihi omnino placet: quā memini suprà: scilicet quando legata essent ita magna, vt non fuisset verisimile illa fecisse tam magna prout facta sunt. Et tūc dicerem debere procedere casum.l.Saluius. ff. de lega.præstan. ibi, & legatorū: modus temperetur, vt nihil plus ex legatis ad aliquem perueniat, quam apud emācipatum bonorum possessionis nomine remāsurum est. idem in.l. nam secundum.eo.titulo.ff. de lega.præstan. Et ita tu posses

posses hoc pacto limitare hanc authen. quando scilicet tanta essent legata, vt non esset verisimile testatorem ea fecisse, si filium sciuisset habuisse. quanuis multum stringit illa.l.fin. secundùm deductionem nunc factam per me. Tamen dicerem adhuc illa non esse irritanda, sed ex eis debere defalcari seu detrahi tantum, & non irritari: ne in totum periret voluntas testatoris, sed cõseruaretur: iuxta regulam illius.§.huic nos.in authen. de nupt. colla.iiij. prius ponderati per me ad aliud propositum.& per.d.l.Saluius.&.l.sequen.quos not.vbi text. consyderat defalcationem ex legatis. Et per hæc adhuc non esset vera hæc limitatio, sed verum esset quòd detrahi deberet ex legatis per illam.l. Saluius. Ex his satis erit responsum illi.l.si vnquam. C.de reuoc. dona. & licet nostri Moder. videntes habere molem maximam in solutione illius argumenti tamen nihil mihi facit in contrariũ: & si nostri Moderni Papienses & alij anteriores diligenter aduertissent ad dicta Bar. in dicta.l.fin.ff. de hæredi.insti. inuenissent solutionem ipsius cùm dixit Bart.in.§.q. quòd si falsa causa adiecta fuisset legato sicut institutioni, ꝗ pariter & legata fuissent vitiata: sic ego dico quando testator causam legatis addidisset propter quam mouebatur, tũc
179 cessante † causa cessare deberet effectus causæ. l.adigere.§.quanuis.ff. de iure patro. & ita procedat illa.l.si vnquã.sed istud cessat in casu proposito.Sed istud mihi nõ satisfacit, per rationem præcedentẽ. & ideo dico aliter, quòd si lex conseruat illa legata vbi verè ignorabat testator eã quam volebat hæredem esse viuam fuisse, idem in casu proposito: & propterea aliter dico quòd magis debet haberi ratio vltimæ voluntatis, ꝗ illius donationis.l.in testamentis.ff. de regu.iur. in.c.cùm dilecti.extra de dona.in.l.plenum.§.j. ff. de vsu & habi. nec in hoc erit bona argumẽtatio: quia multæ sunt differentiæ, de quibus in.l. j.ff.de leg.j.per Moder. Vel aliter ad vtrunque posset responderi & clarius, quòd id in quo magis propter ignorantiam donauit deberet reuocari.sed hoc nihil est: quid enim si totum legatũ non fecisset? certè deberet in totum etiam reuocari inspecta mẽte testantis.l. si seruus plurium. §.fina.ff.de lega.j.&.l.iij. in si.cum.l. sequen.ff. de adimen.lega. Tamen dico aliter coniungẽdo hãc vltimam cum prima, & ista est veritas, quòd quando verisimiliter intelligeretur causa specificè à testatore cum protestatione vel alia clausula eiusdem effectus quòd nõ intendebat facere tanta legata prout fecit, tunc reuocabuntur: iuxta.l. cùm acutissimi. C.de fideicom.& ita procederet d.l.si vnquam. aliàs vbi non appareret, vel esset dubium si tunc staremus illi.l.fina.ff. de hæredi. institu. videlicet quòd legata deberentur cum illa moderatione, nisi essent ita magna vt plus cõmodi habeant legatarij quàm filij: & tunc deberent moderari: per dictam.l.Saluius.&.l.sequẽ.

ff.de lega.præstan. reliquas potes videre hic per Pet.& Cin.ex quorum doctrina elicio regulam generalem, Quòd vbi aliter legata de iure communi non deberentur vbi testamentum esset solenne, isto casu per ius nouissimum talia legata non confirmarentur per hanc authen. da exemplum, si in testamento solẽni legatum factum esset incapaci, tunc nec bannito conseruaretur: sicut nec de iure Digestorũ valebat.l. si in metallum.ff. de his quæ pro non scrip. habentur. idem quando ex alio capite testamẽtum infirmaretur quàm ex causa præteritionis vel exhæredationis sine causa factæ: isto casu legata non cõseruarentur: & tũc remaneremus in dispositione iuris antiqui: per regulas præcedentes.l.præcipimus. in fine. C.de appel.& idem no.Imo.in.l.filio.ff. de iniusto, rupto, & irri.testa. Alexã.& ferè omnes in.l.posthumo.C.de bono.possess.contra tabul. per eundẽ hic. Vltimo loco limitant Pet.& Cin. prædictam regulam, per.l.ij.ff.de leg.iij.&.l.pe. C.de fideicõ. quando legata essent relicta à filio
180 præterito vel exhæredato.& ratio: quia † quem non honoro grauare non possum.l.j.C.communia de leg.in.l.ab eo.C.de fideicom.sed exhæredatus filius vel præteritus sine causa non fuit honoratus à patre, & propterea relictum non valeret. Et licet cum ea pertranseat Bartol.& omnes post eum non facientes mentionem de Pet. nec Cin.tamẽ posset dici quòd ista limitatio nõ procederet in vno casu, quando filio præterito vel exhæredato factum esset fideicommissum vel legatum aliquod: per.l.iij.in princip.ff.de lega.iij. quia tunc ab eo posset relinqui: per illum tex. & cessaret etiam ratio Barto.& aliorum post eum: quia honoratus esset in legato: posset (alt[illegible]uantum esset in legato grauari: per argu.à contrario quod procedit, & ponitur in.d.l.iij.ff.de leg.iij. sed ad istud videtur tacitè respondere Barto.hic & Ioã. de imo.in.l.filio præterito.ff. de iniusto, rupto, & irri.testa. verum esse quando ex alio capite quàm præteritionis vitiosum esset testamentum: quia tũc forsitan procederet. Addit postea Ioan. de imo. præteritũ autem dico qui non fuit institutus, licet legatũ factum fuerit: per.§. aliud quoque.in authen. vt cùm de appel.cogno.colla.viij. cui addunt Moderni rationem, quia sicut legata relicta ipsimet filio præterito nõ sustinentur per hanc authenti. item nec quæ ab eo facta sunt sustineri non debent: quæ ratio non est vera vt dixi. dictum tamen primum verum est.& licet sibi illud ascribant Barto.Imo.& alij in locis allegatis, tamen ante eoa fuit dictum glos. in dicta.l.ij.ff.de lega.iij.& Pet.in.l.penulti.C.de fideicom.glos.enim in dicta.l.ij.ibi, vel tertio pone quòd pater instituit nepotem, filiũ præterijt, & legatum reliquit à nepote: certè legatum non valet propter præteritionem filij.licet glos.malè loquatur. sed si dixisset à filio, vbi dixit à nepote, bene dixisset.sed consydera tantum rationem

glos. cùm dicit propter præteritionem filij. quã firmant hic omnes post Petrum & Bart. Tamen ego dicerem vnum, quia cùm filius præteritus cui factum est legatum petere posit legatum re lictum in testamento in quo fuit præteritus: per dictum. §. sinautem hæc omnia. in authē. vt cùm de appellatio. cognosci. collatio. viij. & iura per me notata suprà, quòd etiam isto casu legatum ab eo factum valeret, per dictam. l. iij. ff. de lega. iij. & idem tenet Cin. post Petrum in dicta. l. ab eo. C. de fideicom. in eo enim in quo fuit honoratus posset in eo grauari. & idem not. glos. in dicta. l. iij. in princip. in verbo, percepisse. per dictam. l. ab eo. vbi autē nihil relictum esset, procedat quod prius dictū est. Et per hæc sunt expedita textualia. quæ autem omissa erunt, supplebuntur in expeditione glossarum. Glossa prima legit dupliciter hunc textū in verbo, ex causa. Primò quòd intelligatur ex causa omissa, & tunc verbum, irritum. stabit propriè, quia intelligetur ipso iure: per. l. primam. ff. de iniusto, rupto & irrito testamento. in cap. licet canon. in simili, in verbo, priuatus. de electione. in. vj. & dixi suprà. & in hoc bene stat litera secūdùm glossam sequentem, quam admittit, & omnes post eam. & in dicta. l. filio præterito. ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento. & in. l. prima. ff. de testamentis. & dixi suprà. Secunda lectura glossæ est in verb. vel secundo. quæ legit hoc modo, ex causa præteritionis scilicet inserta, sed non probata per hæredem scriptum. & hoc modo verbum, irritum. sumetur impropriè pro irritandum: quia isto vltimo casu testamentum non erit irritum, sed veniet irritandum. Ego dico quòd glos. sequens hoc dictum sensit verum esse: & idem Bartolus in discursu huius authenticæ approbauit: & idem posteri sequūtur: licet in præfatione lecturæ suæ huius authēticæ dicat non posse huic literæ accommodari: eo quòd tacitè præsupponat probari per hunc textū, quòd causa debeat inseri, aliàs nullum erit testamentū: sed postquam inserta erit, nō dicitur quòd probari debeat: quia istud non placuit Bartolo, nec Petro ante eū: & secuti sunt omnes. & ratio secūdùm Bartolum hic, quia quòd requiratur insertio causæ in præteritione vel exhæredatione hic non probatur, sed bene in authen. non licet. quare verior est prima lectura, ex causa præteritionis scilicet omissa. Et hoc modo iste textus in his verbis, ex causa præteritionis. debet legi intrāsitiuè, id est propter causam. & si vellem hoc euitare, dicas exponēdo simpliciter dictionem, ex. & accipere pro dictione, propter. & dicere propter causam præteritionis irritū est testamentum: vt referamus ad corpus authēticæ. vnde sicut potes dicere propter causam scilicet solam præteritionis irritum est, id est irritandum est testamentum: & hoc modo posset saluari. Sed vt dixi, nec hoc nec illud verum est: licet hoc vltimum magis calumnietur hunc tex. & propterea non admitto: per. l. penulti. ff. ad exhiben. maximè cùm non fiat sine maxima diuinatione quam lex non admittit in. l. apud Celsum. §. illa etiam quæstio. ff. de exceptio. doli. quare glos. ista non est vera: nec quicquid dicatur post eam verum est: vt declaraui in princip. huius repetitionis: & in expeditione glos. sequentis aliquid repetam. Ideo veniam ad glos. ij. quam intendo literaliter primum expedire: post hæc discutiemus de veritate ipsius per conclusiones breuissimas, quas latius suprà exposuimus. Glos. ij. diuiditur pro clariore intellectu in sex partes principales. Secunda erit in ver. tu dic secundùm Ioan. Tertia ibi, vel si dicas. Quarta ibi, vnde dic generaliter. Quinta ibi, si autem econtra. Sexta ibi, item opponitur. Et primam partē subdiuido in tres partes. Secunda erit ibi, & sic non habet. Tertia est ibi, nam si non est inserta. Ex prima parte tu notabis quòd glossa in hac parte prosequitur intellectum Marti. quem dedit ad text. in verbo, irritum. Dixit enim Marti. secūdùm glos. quòd iste terminus, irritum. non debet improppriari, sed sumi propriè: quia verè testamētum est irritū ipso iure, etiam si causa fuerit inserta, sed non probata: quod tamen glossa præcedens negauit in secunda parte glossæ. j. ibi, vel secundo casu. quam sententiā repetit in secūda parte principali istius glos. vbi suo loco declarabo. & istam sentētiam Martini omnes ferè post Barto. impugnant, approbata decisione Ioannis, & glos. contra Martinum, vt dicam. Secundo loco inferebat Martinus ex hoc primo dicto, quòd cùm in omnē casum ex causa præteritionis siue omissa sit causa, siue inserta & non probata, testamentum fit nullum ipso iure, dempto vno casu, videlicet quando frater præterit fratrem, turpem autem personā instituit: quia enim salua est querela sicut erat de iure antiquo: de qua vltra eum in. l. fratres. C. de inofficioso testamento. in. l. prima. ff. eodem. in. §. primo. Institu. eod. de inofficioso testamento. Et hoc est quod vult dicere glossa in secunda parte huius primæ partis principalis ibi, & sic nō habet hodie locum querela nisi inter fratres turpibus personis institutis. Et hanc sententiam probat Martinus referens tres casus, vt ostendat qualiter hodie sublata est querela dempto casu præmisso: quoniam si pater filium sine causa prætereat, indubitatum est quòd testamētum est nullum: & vt glossa hic confitetur in secunda parte principali, & Bartolus post eam & alij sequuntur. idem notauit in prima parte glossæ primæ huius authenticæ, cùm dixit in hoc casu verbum, irritum. positum in hac authentica propriè est sumendum, & non impropriè. Secundo casu si causa est inserta & probata: & istud est clarius, primò quòd testamentum est validum inexpugnabiliter, allegat. §. exhæredatos. in authentica, de hæredi. & falcidia. collatio. j. melius

faceret

faceret text. in. §. si autem hæc omnia. in corpore authen. vnde sumitur hæc authen. Tertio casu si causa est inserta sed non probata, & tunc irritando primos terminos dicit adhuc nullum esse testamẽtum: & verbum, irritum. adhuc propriè stare: per hunc text. clarius in. d. §. si autem hæc omnia. per quem ego dico incidenter cum Marti. quòd si prima pars huius distinctiõis, vel etiã prima pars glos. j. huius authen. in qua dicit testamentum esse irritum verè & non irritandũ si causa omissa est, quòd etiam isto vltimo casu erit vera sententia Marti. & indubitatè quicquid dicat Bart. post glos. dixi suprà & adhuc postea repetã in declaratione huius distinctionis Mart. quã non approbat glos. nec Bart. nec alij post eum.

Sequitur secunda pars principalis huius glos. in ver. tu dic secundum Ioan. in qua parte glos. recedit ab opinione Marti. & recitat opiniõe Ioã. quã sequitur. Et vt clarius intelligatur subdiuido hanc secundam partẽ in quinque partes. in prima parte huius secundæ principalis glos. refert sententiam Ioannis contrariã dicto Marti. quia dixit Ioan. in vltimo casu præcedentis distin. Marti. scilicet quando causa est inserta præteritioni filij, sed non probata, quòd testamentũ patris non est irritum, sed venit irritandum: licet Marti. contrarium dicat in secunda parte huius partis ibi: & verbum hoc, irritum. Io. hic respondet ad istum tex. in verbo, irritum. quẽ tex. ponderabat hic Mar. pro lectura sua: quia dicit Ioã. quòd verbum, irritũ. non est in corpore authen. sed est verbum, euacuato. vt patet in. §. si quis de prædictis. &. §. si igitur. Addo quòd omnes hoc idem tenent & præsertim Azo, Pet. Cin. Barto. & alij: sed quòd hoc verbum, irritum. positum in hoc text. sit ab Irnerio malè positũ: sic nec obstat iste tex. quia potestatem nõ habuit legis condendæ. l. fin. C. de legi. secus autem vbi esset positum in corpore authen. quia tunc non esset dubium. Vnum tamen dico quòd Petrus in hoc casu tantum non est locutus, sed generaliter: vt suprà notaui: & adhuc recapitulabo pro maiori declaratione glos. & distinct. Pet. in tertia parte huius secundæ partis, ibi, subaudi ex glos. post Ioan. interpretatur verbum, irritum. non ipso iure, sed per querelam vel bonorum possessio. cõtra tabulas sit irritandum: & sic stabit impropriè verbum, irritum. cùm in corpore non dicatur irritum, sed euacuato testamento &c. Nouissimè glos. hanc decisionem Ioannis extendit in quarta parte ibi, si fuerit præteritus &c. vt procedat siue filius qui fuit præteritus cum causa sed non probata sit suus, siue emancipatus: & in eadem parte ponit differentiam vnam inter emancipatum & suum ibi, sed suus si vult potest etiam dicere nullum. Et ista est differentia; quia suus si præteritus fuerit, poterit querelare & contratabulare sicut emãcipatus: sed additur vnum, quia poterit suus dicere nullum, emancipatus verò non poterit. in quinta parte huius secundæ partis oppo. glos. contra hanc declarationem de. §. primo. in authentica de hære. & falci. collatio. j. vbi tollitur differẽtia patriæ potestatis & emancipationis, igitur nõ erit bene dictum quòd suus præteritus dicit nullum testamentum, emancipatus verò non. Et huic obiectioni respõdet glos. dupliciter. Primò, quia verum est vtrunque admitti ad impugnandum testamentum patris, sed diuerso iure: quia filius suus de iure ciuili, quo iure incognitus est filius emãcipatus. §. præterea. Instit. quibus mod. ius pat. potesta. sol. l. fina. C. de emancipa. lib. Emancipatus verò de iure prætorio. l. j. ff. de bon. possess. cõtra tabul. &. l. iij. §. si emancipatus. eodem titu. in. l. posthumo. C. de bonorum possessio. contra tabu. & eodem modo respondet glos. ad. §. nostra. Institu. de exhære. liber. Secundò respõdet & melius: & hæc est communis responsio omnium post glos. quòd ille. §. prius. in authentica de hære. ab intesta. venien. collatio. ix. loquitur quãdo non est factum testamentum: & sic ab intestato cessar differentia patriæ potestatis & emancipationis, sed non ex testamento. Et propterea concludit per hoc verbum, irritum. non debere intelligi ipso iure, sed impropriè scilicet irritandũ. Et aduerte qualiter glos. infert vt cùm emancipatus erit præteritus, tunc debebit querelari: & propterea testamentum non erit irritum, sed veniet irritandum. posset etiã intelligi de filio suo, cùm dixit quòd poterit dicere nullum: & sic nõ erit nullum ipso iure: sed tunc si per filium dicatur nullum, per l. filio præterito. ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento. prout erat illo iure Digestorum, idem sit isto iure nouo. Tertia pars principalis glos. in versicu. vel si dicas. quæ diuiditur in duas partes: secunda pars est ibi, item si dictum. Ex prima parte huius tertiæ partis tu notabis quòd glos. voluit vltra Ioannem dare aliam declaratiõnem. Et in hac parte glos. recapitulat õmia quæ dixerat in prima glos. huius authen. quasi transcribendo omnia verbatim, vt videbis statim. dicit enim glos. si velis dicere quod istud verbum, irritum: debeat stare propriè, vt dicatur ex causa præteritionis irritum esse testamentum ipso iure, expone illa verba, ex causa. scilicet omissa: & tũc ab intestato succedetur. Et ratio vltra glos sam: quia testamentum reducitur ad causam intestati, quasi testamentum non esset factum: quia non hæredi instituto, sed venientibus ab intestato dabuntur res hæreditariæ. ita est textus in dicto. §. si autem hæc omnia. in authentica, vt cùm de appellatio. cognosci. collatio. viij. & in dicta l. filio. in verbo, auocauit. In secũda parte huius tertiæ partis glos. respondendo cuidam tacitæ obiectioni quæ posset fieri si sequeretur Ioannem, in hoc quod Ioãnes prius dixerat verbum, irritum. non erat positum in corpore authenticæ: sed verbum, euacuato. & quòd istud esset

quærete subterfugia. glossa dicit in fortioribus terminis quàm fuerit Ioãnes locutus. dato enim quòd verum esset verbum, irritum esse positum in corpore authen. adhuc nõ posset iuuari Marti. & mouetur ista ratione glos. quoniam adhuc aliqua sunt quæ præcedunt illa verba, ex causa præteritionis. vt non sola præteritio vel exhæredatio reddat irritum testamẽtum, sed tunc si exhæredatio non sit rite facta. idem dicit glos. tunc erit irritum testamentum, si causa legitima non fuerit inserta in exhæredatione: aliàs non erit irritũ si est inserta. ideo quouis modo dicat Martin. non erit irritum testamentum. & sic non bene stabit ista litera cùm dicit, ex causa præteritionis irritum est testamentum: quia non sola causa præteritionis testamentum irritat, sed si præteritionis causa non fuerit inserta: vbi verò fuerit inserta, à contrario non erit irritum testamentum, sed aliquod erit. & istud vt dicit glos. omnes idem tenent in versicu. si ergo continuatur. vbi concludit dicendum esse per hæc necessario testamentum irritandum per querelam vel alijs communibus modis. Quarta pars principalis glos. est in versic. vnde dic generaliter. quæ habet etiam duas partes. secunda est in ver. igitur. Ex prima parte huius quartæ principalis, tu notabis vnam regulam generalem ex præcedentibus illatã, quòd omnis exhæredatus vel pro exhæredato habitus filius habet querelam, & nullum remedium aliud præter querelam. Præteritus autem nõ habet querelam. & hæc glos. loquitur in generalioribus terminis quàm posset loqui glos. quia loquitur in filio suo & emancipato exhæredato. quòd vtrique cõpetat solum remediũ querelæ: in secũda parte huius quartæ partis glos. hoc declarat & elatius quàm dixerit distinguendo suum ab emãcipato, & exhæredatum à præterito: quia si suus sit exhæredatus, tũc habet solam querelam inofficiosi testamenti: & nullum aliud remedium. si verò suus sit præteritus, tunc poterit dicere nullum. Item etiam poterit agere bonorum possessione cõtra tabulas. Secundo casu si loquamur de filio emancipato, vt dicit glossa, aut est exhæredatus: & tunc habet solam querelam inofficiosi testamenti. l. finali. ff. de liberis & posthumis. si autem est præteritus: & tunc habet solam bonorum possessionem contra tabulas. nec poterit querelare neq; dicere nullum testamentum, per. l. primam. ff. de bonorum possessione contra tabulas. Aduerte quòd glossa in. l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Trebellianum. dixit quòd in hac authentica tenuit quòd testamentum ex causa præteritionis non est nullum, sed venit annullandũ, quòd hoc non potest melius elici quàm ex secunda parte tertiæ partis principalis huius glos. ibi, item si prædictum verbum &c. Quinta pars principalis est ibi, si autem sit præteritus vel exhæredatus ab ascendentibus per matrẽ. in qua parte glos. facit mutationem casus huius authẽticæ: quia primo loco dixerat de filio præterito vel exhæredato à patre: nunc verò disputat de filio præterito vel exhæredato à matre & ascẽdentibus ex linea materna. Antequam vlterius procedam, incidenter notabis quòd per hoc glos. facit distinctionem inter præteritionem paternam seu exhæredationem, & præteritionem vel exhæredationem maternam & ascendẽtium ex linea materna: quam ferè omnes post Bartolum hic sequuntur. & in §. aliud quoque. in authentica, vt cùm de appellatione cognoscitur. collatio. viij. & in dicta. l. filio præterito. ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento. quod an sit verum, dixi suprà, & succinctè adhuc sub breuibus terminis repetã. expedita glossa literaliter. nunc redeo ad propositum: quia dicit glossa, quòd cùm præteritio materna & ascendentium ex illa linea habeatur pro exhæredatione. l. cùm filium. C. de inofficio. testamento. §. mater. Institu. de exhæredatione libero. & dixi suprà, verum est si cum causa fiat: pro qua in dicto. §. aliud quoque. & tunc isto casu filio hoc modo præterito vel exhæredato à matre vel eius descendentibus non competit nisi sola querela. idem econtra si mater vel alius ascendens ex linea materna sit præteritus vel exhæredatus à filio. Sexta pars principalis glos. est ibi, si autem contra. in qua parte glos. mutat etiam casum: quia primo loco tractauit quando filius præteritus vel exhæredatus à patre: secundo loco quando à matre vel eius ascendentibus: tertio loco tractat quando pater à filio præteritur vel exhæredatur, an idem sit in patre, sicut prius dictum est de filio. in quo articulo glos. distinguit filium emancipatum à suo: quia si suus testatur de peculio aduentitio vel profectitio nõ valet testamẽtum, per. l. finalem. §. filij autem. C. de bonis quæ liber. & ratio potest addi, quia in his pater habet ius potius filio: per dictam. l. finalem. in princi. secundo & melius, quia est filiusfamilias † qui prohibetur testari. §. primo. Institu. quib. non est permissum facere testamentũ. l. nemo. C. qui testamen. facere possunt. & hæc vera est ratio. si autem loquamur in castrensi vel quasi, & tunc quia filiusfamilias in illis peculijs habetur pro patrefamilias. l. filiusfamilias. ff. de castrensi peculio. valet testamentum filij: nec subiacet querelæ. l. finali. §. finali. C. de inofficioso testamento. Secundo casu si filius sit emancipatus; & tunc si patrem suum exhæredat, patri sola querela competit: sicut prius dictum est de filio: si verò eum præterit, competit bonorum possessio contra tabulas, per. l. pater. ff. de inofficioso testamento. & l. præmium. in principio. ff. si quis à patre fuerit manumissus.

Septima & vltima pars glossæ est in versicu. item opponitur. vbi glossa facit oppositionem contra hunc tex. de. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. vbi dato † q̃ testamẽtum sit imperfe

imperfectum quia solennitas testamenti & alia de quibus in illa.l.non interuenerint,adhuc valet testamentum inter liberos.respondet glos. & bene quòd ille defectus non prouenit ex causa præteritionis seu exhæredationis:sed ex defectu alterius solennitatis.vnde magis casus dicetur diuersus quàm contrarius.& per hæc tu habes hanc gloss.licet intricatam,claram & clariorem sole lucēte in meridie expeditam:& vsq; ad hæc tempora non ita distinctam. Tamen quia ista quæ dicuntur in hac gloss.non habeo expedita, nec puto in aliqua parte sui vera,sed omnino falsa,vt plenius supra declaraui:tamen vt apertius pateat, intendo vnumquenq; articulum sigillatim expedire:& demonstrare quòd glos.in nulla parte dicat verum:nec quicquid post eam per Barto.& alios vsque nunc dictum sit.

Expedita glos. iuxta literam primam videndum est an glossa dicat veritatem. & dico nihil esse veritatis in ea, dempta vltima parte. Et in primis dico nec lecturam Marti. nec Ioan. nec glos. veras esse. Primo quòd non sit vera opinio
183 Marti. quia etiam vbi † causa præteritionis vel exhæredationis omissa erit testamentum, adhuc non est irritum, sed venit irritandum per querelam inofficiosi testamenti vel alia iuris remedia per.d.§.sinautem hæc omnia.in authen.vt cum de appella.cogn.colla.viij.de cuius veritate plene satis declaraui suprà.non repeto: quia potius esset transcribere quàm annotare.§.& nos non statuit.in authen.quib.mo.natu.effi.legiti.colla. vj.Nec obstat iste textus,quia in nulla parte est verus,vt notaui in exordio huius lecturæ: hoc vnico verbo declarabo,quod tamen memini su-
184 pra,quia etiam secundum ipsum Marti.si † præteritioni causa sit inserta & probata,valet irreuocabiliter testamentum: per.§. aliud quoque . in authen.vt cum de appella.cogn.colla.viij.§. exhæredatos.in authen.de hæred.& falcid.colla.j. hoc declarat glos.ista in tertia parte principali, cum dicit quòd in corpore authen. non dicitur quòd ex sola causa præteritionis vel exhæredationis irritum sit testamentum,sed si causa fuerit omissa : & sic hæc authen.in hoc capite non est vera cum dicit ex causa sola præteritionis irritum esse testamentum. Secundo in alio non est vera in verbo,irritum.quia secundū Ioan.Azo. Petr.Iacob.de Rauen.præceptorem Petr. Cin. glos.& ferè omnes hic hoc verbum,irritum. vel aliud simile verbum ipso iure annullans vel irritans testamentū non inuenitur in corpore:quod apertè satis demonstraui in prioribus partibus huius lecturæ. Ex his infero non esse verū quod dixit Marti.hodie nō esse locum querelæ inofficiosi testamenti nisi in vno casu,scilicet inter fratres turpibus personis scriptis hæredibus, per.l. fratres .C. de inofficioso testamento . quoniam hoc falsissimum est: quia & filio præterito sine causa vel exhæredato competit:vt dixi in primis conclusionibus. & vtrunque idem tenet glossa in.d.§.sinautē hæc omnia. primo.in verbo,euacuato.& in.§.sinautem hæc omnia . in secundo. in verbo,rescisso.in authen.vt cum de appellat. cogno.colla.viij.vnde diu circa hoc non insisto. Et maximè quia contra opiniones communiter reprobatas non est multum insistendum:vt dicit Io.And.in addi.ad Spec.in titulo de loca.§.nūc aliqua. versicu.cclxj.quanuis tamen satis obstat textus in.l.j.§.omnibus.C.de vete.iur. enucleā. ibi,non omnes per omnia &c. Vnum tamen dico quòd secunda pars distinctionis Marti.est vera quando dicit quòd vbi causa est inserta testamento & probata per hæredem scriptum , valet testamentum inexpugnabiliter: per.d.§. sinautē hæc omnia.sæpe alleg.alia autem sunt falsa omnino per supradicta. Et hæc quantum ad primā partem huius glos. Nunc veniamus ad secundā principalem,quæ est in versicu.tu dic secundum Ioannem. vbi glos.etiam recedēdo ab opinione Marti. suprà memorata refert aliam lecturam Ioan.quam postea approbat. Dixit enim Ioannes quòd in vltimo articulo distinctionis Mart. non dixit verum,quando dicit quòd si causa est inserta sed non probata quòd testamentum est nullum ipso iure:sicut quando causa est omissa. cui opinioni,vt dixi,cōtradicit Ioānes:& respōdet ad text.istum prout notaui,quòd in corpore authen. non est verbum , irritum . sed verbum, euacuato . quod debet intelligi non ipso iure, sed per querelam,vel bono.poss.contratabu. In cæteris autē non contradicit Marti. sed consentit cum eo.& in hoc non dicit verum Ioannes: quia si causa est omissa adhuc testamentum non est nullum. Et pro ista declaratione ego hic tantum repetam vnum ex primis fundamētis factis per me contra eos.quia tex. in.d.§.sinautem hæc omnia. in corpore authen. ista duo copulatiuè requirit,aliter euacuabitur testamentum:scilicet quòd causa inseratur:& per hæredem scriptum probetur.vnde non sufficit alterum, sicut voluit notare Irnerius in traductione authē.nō licet.suprà eo.ti.si igitur ista coniunctim requirantur,si in secūdo,scilicet quādo causa est inserta & non probata,adhuc testamentū non est nullū & ecōtra,qa diuisim illa duo nō sunt posita,sed copulatiuè:quare nec hoc pōt sustineri:& isto ero cōtentus:quia latius dixi suprà.Secundo pondero aliud quod idē Ioan.dicit quòd in corpore non est positū aliquod verbū irritans seu annullans: & tamē tex.loquit̄ in casu in quo est omissa causa in præteritione:& nihilominus tex.nō dicit testamentū esse nullū,sed q; venit annullandū,scilicet per querelam.ideo nec lectura Ioan.potest sustineri etiam per dicta sua:vt clarè vides.

Infero secundo loco ex eadem secunda parte quòd glos.quæ facit post Ioannē distinctionem inter filios præteritos vel exhæredatos non dicit verū:quia apertè contradicit illi.§.aliud quoq;.

in authen.vt cum de appel.cogno.ibi, præterire
vel exhæredes in suo facere testamento.& prius
dixit hoc non licere patri.&c. ecce qualiter ille
text.non facit differentiam an filij sint sine causa
præteriti vel exhæredati: & dispositum in vno
disponit in altero:vt probat illa alternatiua,aut.
185 quæ † licet disiungat verba, sensum tamen con-
iungit.l.si ex toto.§.j.ff.de lega.j.Secundo in eo
quòd dicit adhuc durare differentiam patriæ po
testatis & emancipationis ex testamento,licet sit
ab intestato sublata,per.§.j.in authen.de hæred.
ab intesta.venien. collat.ix.& vltra ea quæ dixi
suprà, glossa hic sibimet contradicit, & omnes
post eam: quia subiungit quòd ex testamento
cessat differentia patriæ potestatis & emancipa-
tionis etiam ex testamento quando filius est præ
teritus sine causa,sed non quando est exhæreda-
tus sine causa. Ego diligentissimè volui omnia
percunctari quæ de iure nouissimo statuta sunt,
sed in toto corpore authenticorum in quo tra-
ctatur de vltimis voluntatibus, ego nunquàm
potui inuenire istam nouam differentiam:quare
186 nec circa eam insisto:iuxta ea † quæ solitus sum
dicere,non est lex ita dicens: sicut dicit textus in
§.optimum. in authen. de nõ eligen.secundo nu
ben.collat.j.vnde de dicto glossæ nostræ facien
tis hanc differentiam ego non curo multum: cũ
vt dixi,non probetur lege.& in istis terminis ali
bi dicit textus in.§.consideremus.in authenti.de
trien.& semis.collatio.iij.erubescimus sine lege
loqui.Secundò dico non esse veram aliam diffe-
rentiam quam facit hic gloss.inter remedia com-
petentia filijs præteritis vel exhæredatis,cum di
cit quandoq; cõpetere solam querelam vt quan
do sunt exhæredati siue sint sui siue emancipati:
item quando suus est præteritus quod compe-
tat sibi ius dicendi nullum:licet etiam bonorum
possessio contratabulas eidem bene competat,
si ea velit agere: si vero sit emancipatus exhære-
datus, sola querela sibi competit:si vero præte-
ritus, sola bonorũ possessio contratabu.& non
ius dicendi nullum.pro quibus licet alleget.l.fi-
nalẽ.ff. de liberis & posthumis.l.j.ff. de bonorũ
possessio.contratabul.tamen pro primo est me-
lior text.& apertior in.l.non putauit.in princip.
ff.de bono.possessio.contratabul. pro secundo
in.§.adhuc.versi.prima quæ liberis. Instit.de bo
187 norum possessio.Ego dico † glos.non esse verã
inquantum primo dixerat quòd filijs in potesta-
te existentibus præteritis nõ competat querela:
quia est contra casum.l.iij.ff.de inoffi.testamen.
cum dicit,inofficiosum testamentum dicere hoc
est,allegare quare exhæredari vel præteriri non
debuerunt.& sic præteritis datur querela.idem
in.§.j.instit.de inoffi.testamen.ibi,inductum est
vt de inofficioso testamẽto agere possint liberi,
qui querũtur aut iniquè se exhæredatos, aut ini-
què præteritos. nec vera est interpretatio glos.
data ad verbũ,præteritos.quia non allegat text.
qui ita dicat,scilicet quòd sui præteriti non pos-
188 sint querelare.Secundo † gloss.non dicit verum
in alio in quo dicit quòd emancipatus præteri-
tus habet solam bonorum possessionem contra
tabulas & non ius dicẽdi nullum,nec querelam:
quia contra hanc gloss.est text.in.l.fina.§. sanci
mus. suprà eodẽ. quicquid dicatur per aliquos.
& addo tibi duas glos.idem tenẽtes.prima glos.
in.l.si filius.ff. de minori. licet videatur glos. in
hoc reluctari quanuis tex.apertè hoc sentiat ibi,
ad instar filij emancipati vel sui vel testamentum
ipso iure cadat vel per bono. possessio. contra-
tabulas stare hoc non patiatur.alia glos.in dicto
§.primo.in verbo,omittũt.in fine.Insti.de inof-
ficio.testamen.Tertio loco non est vera glos.in
quarta parte principali,quando colligit illam re
gulam generalem,quòd solis exhæredatis & nõ
præteritis competit querela:& quòd illis exhæ-
redatis sola querela. competit: quia est falsum,
vt dixi suprà:per.l.iij.ff.de inoffici. testamento.
189 Quarto † loco non est vera glos.in quinta par-
te principali,inquantum facit differentiam inter
præteritos & exhæredatos à matre seu linea ma-
terna,& præteritos vel exhæredatos à linea pa-
terna: quia directe contra casum legis loquitur
in.§.aliud quoq;. in authen. vt cùm de appellat.
cogno.collat.viij.ibi,non licere patri aut matri
auo vel auiæ &c.præterire vel exhæredes &c. Et
sic idẽ dicitur de linea materna sicut & paterna.
idem in.§.sancimus.in verbo,parẽtes suos.eodẽ
titulo.quod & declaraui suprà. Quinto loco nõ
est vera glossa in sexta parte principali inquan-
tum seruat istam distinct.iuris antiqui procede-
re isto iure, distinguendo in quo filius testetur,
& secundũ ius antiquum in peculio castrensi vel
quasi quando filius in eo testatur:quia ego dico
quòd de iure nouissimo filius siue emancipatus,
siue suus,non refert, in his bonis in quibus ha-
bet facultatẽ testandi,tenetur cum causa patrem
& matrem præterire, vel exhæredare cũ causa le
gitima,id est de comprehẽsis in lege nouissima,
& debet causa inseri testamẽto,& inserta per hæ
190 redem scriptũ probari: aliàs sicut † filius si sine
causa præteritus sit,& probata nõ sit,potest que
relare vel aliàs impedire testamentum patris, ita
etiam pater vel mater præteriti vel exhæredati
sine causa.ita habes text. præcisè disponẽtem in
dicto.§.sancimus.&.§.sequen.in authen.vt cum
de appel.cog.col.viij. Vnde illæ difficultates ho
die cessant quæ in glos.ponunt.de iure antiquo
bene loquit glos.sed nõ in dispositione iuris no
uissimi:& hoc modo posses in hoc saluare glos.
& nõ aliter. Vltimo loco glos.opponit.d.l. hac
cõsultissima.§.ex imperfecto.suprà de testa.sol-
uit & bene: & in hoc sequor. Quã glos.per hæc
tu habes clarè expeditam in omnibus & per om
nia:nec alius ista clarè hactenus expediuit.

Glos.iij.in verbo,cætera.diuiditur in tres par
tes.in prima ponitur illatio ad hanc literam: in
secunda

secunda ponitur vna quæstio, quæ postea per glos. resoluitur: in tertia alia quæstio deciditur. secunda pars est ibi, sed pone quòd testator. tertia pars est ibi, item si hæc verba dixit. In prima igitur parte glos. infert ex isto textu ibi, cætera namq; firma permanent. quòd legata, fideicommissa & alia capitula testamenti dempta institutione hæredis petentur actione ex testamento. Et ratio, quia testamẽtum per hunc textum non irritatur in totum, sed quo ad quid, scilicet quantum ad institutionem. idem probatur in corpore Authentici, vnde hæc sumpta est, & præcedẽs authenti. & ita Modern. quotidie hanc glos. ad id allegant, & præsertim Socin. in. l. demonstratio. §. fina. ff. de conditio. & demonstratio. quantum vero ad legata firmum manet testamentum. pro quo facit, quia qui ponit in vno, in alijs videtur negare. in ca. nonne. extra de præsumptio. l. Imperator. ff. de postul. imo magis dico quòd ista litera non tacitè tantum excipit, sed expressè: quare non debet comprehendi illud limitatum nisi exceptuatiue, vt not. glos. in. l. j. ff. de regul. iur. vbi aliquid dixi. pro ista prima parte, bene facit text. in. l. fina. in fin. ff. de hæredi. institu.
191 cum alijs notatis per me supra. Tamen † gloss. contrarium sentit. & eam postea non improbat ibi, vel dic agi cõdictione ex lege ad hæc legata. & sic non actione ex testamento ad hæc legata agitur, sed ex lege: & dixi quòd glo. eam appro-
192 bat eo † quia vltima est: pro quo facit glos. quotidiana & singularis in. l. qui filium. §. fin. in verbo, & alia. ff. ad Trebel. quam glos. reputant singularem omnes Modern. in. l. pacta nouissima. C. de pact. in. l. iij. §. Neratius. ff. de acquiren. poss. in. l. si idem cum eodem. §. fin. in fin. ff. de iurisdi. om. iudic. ad id quod quando plures opiniones referuntur à glos. vel alio, & non inuenitur aliqua specialiter approbata, tunc præsumitur vltima per verba illius glos. cum dicit, quæ potior sit illa opinione quæ ibi ponitur, respondet principis, quia vltimi & maioris &c. sic idem est in casu nostro quia glo. neutram istarum opinionum approbat specialiter: & ista inuenitur vltima: ideo per supradicta hanc vltimam approbat. Et istam eandem opinionem, scilicet quòd actione ex lege propter testamentum petantur, & non actione ex testamẽto, tenui in latioribus terminis post Petrum: non repeto, quia non expedit bis idem afferre.

In secunda parte glos. ponit hic vnam quæstionem quam hucusq; reliqui disputãdam, quia opportunius hic occurrit, quàm occurrisset su-
193 prà, quæ est, vtrum † illa verba, si non valet iure testamẽti valeat iure codicillorum. aliquid operentur, & maximè secundùm glos. vtrum legata relicta in hoc testamento quod irritatur propter præteritionem vel exhæredationem sine causa facta saltem petentur tanquam relicta ab intestato iure codicillari. hæc quæstio disputata est per Bartol. in. l. j. ff. de iure codicil. per omnes hic, & in dicta. l. filio præterito. ff. de iniusto, rupto & irrito testamen. Antequam tamen vlterius procedam ad expeditionem eius, recitabo quid in ea sentiat hic glos. dicit enim quòd ista authenti. videtur velle solum legata deberi ex testamento & non ab intestato: propterea ista clausula nihil operaretur: & per hoc tacitè innuit quòd de iure veteri quo legata irritabantur irritata institutione. l. Papinianus. §. fin. ff. de inoffic. testamen. illa clausula bene operabatur. & ita loquitur. l. j. ff. de iure codicillo. sed subdit postea glos. hic quòd saltem illa quæstio procedere debeat eo casu quo alio modo non valerent legata vbi aliter non sustinentur seclusa ista via, quòd nihilominus in vim dictæ clausulæ codicillaris debeant conseruari, & non istius authen. Tamen hoc non est verum secundùm glos. quia licet illa verba fuerint adiecta scilicet, si non valeat iure testamenti valeat iure codicillorum. non tamen faciunt aliter valere, per. l. Titia. in fin. ff. de inoffic. testamẽ. l. patronus. §. fin. ff. de lega. iij. Aduerte quia per hoc volunt hic aliqui dicere quòd glo. voluerit innuere legata peti debere ex testamento, & non actione ex lege: quod dico esse falsissimum: nec ita dicentes intelligunt glos. mens enim glos. fuit dicere quòd illa clausula superius posita non faciat valere legata relicta in testamẽto in quo filius fuit præteritus sine causa, si aliàs de iure non debeant valere. & vbi de iure non debeant valere, non conseruantur per hanc authentic. per. d. l. Titia. quia cum de iure antiquo Digestorum, si illa verba sunt apposita in testamento quod postea rumpitur per querelã, nunquid rupto testamento irritatur etiam illa clausula adiecta in illo testamento quasi à demente apposita? Et ideo si aliter non fuissent conseruata à lege ista non conseruarentur: & ideo ex lege tantum & non ex testamento. & iste est proprius sensus istius glos. quicquid per alios dicatur. vel aliter & clarius declarabo tibi glos. primo dicit quòd per hanc authent. non valeant legata relicta in testamento in quo filius est sine causa præteritus nisi ex testamento. & ita iste textus videtur velle. & vt intelligas quod addit, declarabo per oppositionem. sed contra dicit glos. videtur non esse verum, quòd per hunc textum debeantur solum ex testamento, sed magis ab intestato in vim dictæ clausulæ codicillaris: cum ista authenti. intelligatur si ex alio iure non possunt deberi, vt (secundùm omnes) si nõ esset apposita clausula codicillaris, & sic ab intestato, per. l. ab intestato. & l. finalẽ. ff. de iure codicillo. sed quia clausula est apposita, videtur quòd non possint legata deberi ex testamento, sed magis ab intestato, propter dictam clausulam, si non valet &c. Quia dicit gloss. hoc non est verum: quia ratione præteritionis non possunt aliter valere; licet hæc clausula, si non

valet. fuerit adiecta. & ratio est, quia vbi testa-
mentum per querelam rescinditur, clausula illa
codicillaris in testamēto rescisso apposita habe-
tur pro non apposita, vel magis quasi à demen-
te apposita. per. d. l. Titia. ff. de inoffi. testa. & vt
dixi prius glo. ista videtur magis reducere istam
authen. ad terminos illius. l. Titia. suprà alle. nec
per hoc includit quòd verum sit quòd ex testa-
mento debeantur, licet à principio dicat quòd
hæc authē. videtur velle hæc legata deberi ex te-
stamento. sed non concludit. Secundo, bene in-
nuit quòd isto casu clausula codicillaris nihil o-
peraretur, per illum tex. in. d. l. Titia. & idem sen
tit Bar. hic & in locis supra alleg. Modet. hic &
d. l. filio. idem sentiunt: sed rationem glo. nō ap-
probant. antequàm vlterius procedamus videamus
de ratione huius glo. si mereatur aliquam repre
hensionem. Ego autem dico quòd insipidè satis
isti doctores glo. nostram in ratione sui reprehē
dūt, duplici capite, quia nec glo. addit rationem
dictæ decisioni, sed simpliciter decidit, recitan-
do & remittendo se decisioni iurisconsulti in. d.
l. Titia. ff. de inoffi. testa. & in. l. patronus. §. fi. ff.
de lega. iij. Secundo loco non reprehenderetur
hoc modo glo. sed ipsemet iurisconsultus: quia
& ratio est iuriscōsulti in. d. l. Titia. quā huic gl.
tribuunt: quia dicit ibi tex. probat autem nec fi-
deicōmissa ab intestato data deberi quasi à de-
mēte. idem in. d. l. patronus. in fi. ibi, quia crede-
retur quasi furiosus testamentum facere non po
tuisse. vnde magis miror quòd non fuerunt veri
ti glo. reprehendere in ratione, cum nullam red
dat, sed remittat se decisioni iurisconsulti: & sub
imagine glo. velle iurisconsultum reprehēdere.
Quinimo plus dico quòd ipsi non sunt recorda
ti de interpretatione iuriscōsulti in. l. ij. ff. de in-
offi. testa. quam tradit ad illa verba, quasi à de-
mente. cum dicat tex. in illa. l. ij. ibi, quasi non sa
næ mentis fuerit qui testamentum ordinauerat.
& postea declarat illa verba, quasi non sanæ mē
tis. ibi, & hoc dicitur nō quasi verè furiosus vel
demens testatus sit: sed rectè quidem fecit testa-
mentum, sed non ex officio pietatis. & redditur
ratio illius interpretationis: nam si vere esset fu-
riosus vel demens, nullum esset testamentum. &
sic vides quòd glo. non fuit digna reprehensio-
ne, nec iurisconsultus in illa ratione, ibi, quasi à
demente. prout & in. d. l. Pomponius. ibi, quasi
furiosus. Tertio, non est vera alia ratio per istos
modernos & nouissimos posita, inquantum di-
cunt, quòd si verum esset fundamentum glo. se-
queretur quòd isto casu legata peterentur dire-
cta actione ex testamento. & ratio est secundum
eos, quia ista clausula codicillaris cōcipitur hoc
modo, si non valet vt testamentum, valeat vt co
dicillus. & illa dictio, si. resolueretur in, quate-
nus. si non valet, id est quatenus non valet. per
l. Stichū qui meus erit. ff. de lega. j. sed cum & te
stamentum valeat quo ad legata secundum eos,
tunc non valeret vt codicillus: & sic clausula ip-
sa nihil operabit̄. Et ista est præcipua ratio Bar.
hic, Alex. & quasi omnium, & in. d. l. filio. quam
ibi recapitulat Imo. ff. de iniu. rup. & irri. testa.
194 Sed istud est falsum omnino: cū † non compe-
tat actio ex testamento, vt dixi supra: per tex. in
corpore authen. vnde sumitur hæc authent. sed
tantum ex lege, quæ conseruat hæc legata: per. l.
ij. in fi. C. cōmunia de leg. per quem tex. idem te
net glo. in. l. ij. §. fi. in verbo, ex eo testamento. in
fi. ff. de iure codi. ideo cessat hæc ratio: quia tunc
incipiet operari illa clausula: quia non ex testa-
mento debentur, sed debebūtur ex vi illius clau
sulæ, nisi specificè lex nouissima cōfirmaret pro
195 pter testamētum. hoc declaro, quia vbi expressa
morientis voluntas apparet licet non sit testatus
tamen seruatur illa voluntas ex quadam æquita
te legia, per. §. quamobrem. in authent. de nupt.
colla. iiij. & l. ab intestato. ff. de iure codicil. d. l.
filio præterito. in fi. & per rationem. l. quædam.
ff. de acqui. hære. in. l. antequàm. C. cōmunia de suc-
cess. vnde prouisio alia iuris nouissimi procede-
ret, vbi aliter non competeret remedium. vnde
dico aliud prout dicit Pet. in. l. si creditori. per il
lum tex. ff. de leg. j. magis expediret legatarijs ha
bere ex voluntate morientis quàm alio capite:
quia si legata petentur quasi ab intestato relicta
& in codicillis, erit minus incōmodi legatarijs:
196 vbi si debeant peti ex vi testamenti de cuius viri
bus incipit dubitari, interim ab hærede scripto
non consequentur legata: per. l. ita tamē. §. quo-
ties. & §. sequen. & §. qui rogatus. ff. ad Trebel.
vbi tunc possent commodius consequi ex offi-
cio iudicis: quanuis istud vltimum possit pati ali
quam difficultatem, propter ea quæ dixi supra
in quæstione illa, an debeantur ex testamēto an
ex lege: & ideo cum legata petuntur actione ex
lege, & nō ex testamēto, cessabit ista difficultas.

Quarto non erit vera tertia ratio reprehēsio-
nis nouissimorum, cum dicunt fundamentū glo.
de demente esse falsum alia ratione, quam dicūt
esse, quia solū militaret in exhæredatione, & nō
in præteritione. Item cū hodie exhæredatio fie-
ri debeat cum causa, cessaret illa ratio demētiæ,
de qua supra: quia ista sunt omnino falsa: & vl-
tra ea quæ prius dicta sunt: quia & illa. l. Titia.
verificari potest etiā in præteritione sicut in ex-
hæredatione: cum (vt dixi supra) præterito etiā
competit querela: per. l. iij. ff. de inoffi. test. & §.
præmium. inst. de inoffi. testa. Secūdo, alia ratio
ne: quia stante illa interpretatione iurisconsulti
in. d. l. ij. ff. de inoffic. testa. ad illa verba, quasi à
demente. intelligi quasi à testante contra officiū
pietatis, non'ne & is qui præponit filio, vel suæ
legitimæ soboli extraneos, sine causa priuando
eos hæreditate naturaliter debita, vt dicit tex. in
§. præmium itaque. in authen. de hære. & fal. col. j.
dicitur testari contra officium pietatis? arg. l. cū
auus. ff. de condi. & demon. certe sic: & hoc lex
indicat

indicat in.d.l.ij.& ita pro opinione mea multũ decipitur Bartol.& alij post eum in illa declaratione verborũ, quasi à demẽte, posita in.d.l. Ti-
197 tia.& in.d.l.patronus. Vñ † restat videre an illa clausula codicillaris aliqd possit operari:& dico ꝙ possit operari:& multũ opatꝰ duplici capite: primũ est, qñ pupillo pterito facti essent codicilli à patre testante, in qbus à pupillo præterito vel exhæredato relicta essent legata: tunc enim deberentur.l.si Titio.§.sicuti.ff.de lega.j. de quo plene per omnes in.l.qui fundum.§.qui filios.ff.ad.l.falcid.in.l.fin.in princ.ff.de leg.iij. & hoc verum quando post mortem pupilli soluenda sunt, secundũ glos.in.d.l.si Titio.& ideo adueniente pubertate expirarent.& sic clausula codicillaris aliquid potest operari in testamento quod debet rumpi propter præteritionem filij vel exhæredationem: nec illa iura sunt correcta. secundo pone quòd pater codicillando dixerit legata insolidum soluenda ab vno filio su-
198 perstite: vt puta secundũ Petrũ † certũ est quòd agnatione posthumi præteriti rumpitur testamẽtum, & clausula codicillaris dependens ex ea.l. prima.C.de codicill.deinde quòd pater in omnem casum prouiderit, quia dixerit, & si nascatur mihi filius.non aliter facta mentione de eo nec instituendo nec exhæredando:& dixerit nihilominus, volo talia legata solui à filio meo instituto:& tunc isto casu licet nascatur filius, & propterea testamentũ agnatione rumpatur, quia præteritus: tamen legata in illo codicillo debebuntur ab illo solo, non tamen virtute testamenti sed vltimæ voluntatis.text.est secundum intellectum gloss.in.l.sed cum ea.ff.de iure codicil. in gloss.prima & fina.quia primo loco dixerat glos.prima dando casum hoc modo in versi.vel pone. de posthumo præterito cuius occasione ruptum est testamentum: quia voluntas ipsius testatoris ea erat vt legata soluerentur.& non intelligas quod legata fuerint facta in testamento sine codicillis: quia est falsum, vt vides ex prima lectura glos.quia in codicillis facta erant.& continuat in hoc materiam.l.præcedentis quæ incipit ab intestato.& nihilominus ex illa voluntate in codicillis declarata debebuntur scilicet ab eo à quo sunt relicta tantum.vt dicit glos.finalis in alleg.l.qui graui vtero.eod.titul. cui accedit.l. penult.in fine eod.titu.facit in simili text.in.l.recusare.§.meminisse.secundo responso.ff.ad Trebellianum.in.§.fina.instit. de fideicom.hæredi. idem in.l.generaliter.§.ex testamento.ff. de fideicom.liber.ibi, nisi legitimis.quia tunc ab illo solo tantum debebuntur & non ab alijs qui succedent reducto testamento ad causam intestati per querelam ratione præteritionis: ita tamen quòd si talia legata sunt diuidua pro, parte tantum pro qua succedet & non pro alia.l.cũ parer. §.cũ æstimaret.ff.de leg.ij.si aũt indiuidua:& tũc nihil per.d.l.pe.iuncta glo.in.l.qui graui.cũ dua

bus legibus sequẽtibus.ff.de iure codicil.vbi limitatur in libertatibus per illũ text.in hoc tu habes maximũ effectũ illius clausulæ codicillaris: quare tu maximè considera, quia hoc est nostrũ nouiter inuentum & à nemine antea cogitatũ.& ista dixi vt aperiam viam alijs melius cogitandi.

Vltimo pro hac parte tu posses facere vnam consideratione ex isto tex.vel melius ex corpore authen.vnde hæc sumitur in verbo, cæteris capitulis &c.quòd clausula codicillaris potest cõprehendi sub illo termino, cæteris capitulis.ad similitudinem legatorũ: quia in eis sint legata relicta quæ tantum accipiunt modum à codicillis. vnde sicut iure antiquo legata dependebant ab institutiõe.§.ante hæredi.instit.de leg.& vbi nõ adibatur hæreditas ex testamento nõ debebantur legata per.d.l.Papinianus.§.fin.ff.de inoffi. testa.cum alijs notatis per me suprà.sic idẽ erat in codicillis qui erant facti in testamento per.l. secundã.§.fina.iuncta.l.ab intestato.in fine.ff. de iure codi.in.l.j.C.de codicil.vnde non videtur esse fortior ratio in conseruatione legatorũ quàm clausulæ codicillaris: quia etiam sine testamento fient per.d.l.ab intestato.nec requirunt formã testamenti, toto titulo de codicil.sicut ibi dicitur de legatis.propterea non est mirũ si facio extensionẽ de legatis ad codicillos.& propterea dico quòd si in codicillis factis adhiberetur modus soluendi illa legata quòd non deberet sperni illa voluntas testantis licet non habeat vim testamenti sed vltimæ voluntatis tantũ per.d.l.ab intestato.&.l.sequẽ. Et ideo maximè quia si lex vult conseruare legata si conditio adiecta esset legato per codicillos vel modus quòd debet ille modus venire in consideratione.arg.l.qui hæredi.&.l.Mæuius.& in.l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de condi.& demonst. Et ideo ego dico quòd appellatione cæterorũ capitulorum veniant codicilli in illo testamento facti vt conseruentur sicut legata: quia aliàs si non conseruarentur & legata essent in eo relicta & illa non conseruarentur: quod negat iste text. quia vult omnia legata quæ inueniuntur facta in illo testamento cõseruari: ideo & hæc legata debebũtur. & si modus sit in eis adiectus debet etiam seruari per supradicta. istud est clarius & melius. nec obstabit si dicatur quòd de iure veteri codicillorum clausula irritabatur si non adibatur hæreditas ex testamento per dictã.l.secundã, in fine.ff.de iure codici.quia respondi suprà quoniã idem erat in legatis: vnde sub illis verbis, cætera capitula &c.comprehendetur clausula codicillaris. Secundo non obstabit si dicatur quòd non erit bona ratio eo quia non possunt deberi ex testamẽto & ex lege codicillorũ: quia satis suprà responsum est quod ex testamento non debebũtur nec ex codicillis sed ex lege. Tertio nõ obstabit quod nihil operarentur quia ex supradictis satis tibi apparet ꝙ aliquid operabuntur.

Ego do tibi exemplum familiarius si testator pri
mo legauerit simpliciter in testamento in quo fi-
lius est præteritus, deinde fecerit in eodem testa-
mento codicillos in quibus præbuerit modum
soluendi, vel conditionem apposuerit: tunc dico
& hanc formam esse seruandam, per. d. l. pen. ff.
de iure codic. melius per. d. l. sed cum ea. eod. tit.
Et apponetur hoc modo clausula codicillaris, si
ue filius meus Titius hæres erit ex testamẽto si-
ue ab intestato: volo illa legata solui ab eo solo.
dato quòd plures alios habeat: & tunc nunquid
et hoc modo ille solus tenebitur, per. d. l. qui gra
ui. & certe hoc clarum est: quare dico clausulam
codicillarẽ oppositã testamento: quod rumpitur
per querelã aliquid operari posse p supradicta.
In tertia parte decidit aliam quæstionem de-
pendentem ex prima: pone quòd testator dixe-
rit, si non valeat testamentum valeant disposita
iure codicillorũ vel cuiusuis alterius vltimæ vo-
luntatis: & contigit testamentum rescindi pro-
pter præteritionem vel exhæredationẽ filij, non
refert, an isto casu is qui scriptus erat hæres in eo
testamento quod rescissum est posit à filio qui
obtinuit in querela vel alio tenente bona hære-
ditaria quasi ab intestato petere iure fideicom-
missi totam hæreditatem ab hærede succedente
seu habente bona pstris tanquam ab intestato,
vt eam sibi restituat retenta sola quarta debita iu
re naturæ, de qua in. §. præmium itaq;. in authen.
de hæredi. & falci. in. l. quoniam in prioribus. C.
de inoffic. testa. §. non licebit. in authen. de trien.
& semis. & in. §. aliud. vnde est hæc authenti. &
quarta Trebellianica. l. & sine scriptura. C. ad
Trebel. de vtraq; in. c. Raynutius. extra de testa.
& per omnes in. l. filium quem babentem. C. fa-
mil. erciscun. antequam ego intrem, an verum di
499 cat gloss. circa ista tu præsuppone quòd † fidei-
commissum vniuersale potest fieri tam in testa-
mento quàm in codicillis siue ex testamento si-
ue ab intestato, etiam non seruata solennitate te-
stamenti nec codicillorum. de primis duobus in
l. j. §. hoc autem Senatusconsultum. & l. recusa-
re. §. meminisse. ff. ad Trebel. de omnibus supra-
dictis est casus in. §. præterea. & §. fina. Instit. de
fideicõ. hæred. secundo præsuppone aliud quod
500 notaui suprà quòd si † codicilli sunt in testamẽ-
to facti in quibus relicta sunt fideicommissa par
ticularia: si vniuersale fideicommissum factum
est, quòd nisi adeatur hæreditas ex testamẽto nõ
debebitur fideicommissum aliquod etiam vni-
uersale per. l. ij. §. fina. ff. de iure codicil. Et ratio
est secundum glo. ibi in verbo, nullius. quia taci
te videtur rogasse institutos in testamento: quo
casu cum non succedatur ex illo testamento nõ
potest ab eis deberi fideicommissum in codicil-
lis relictum; & propterea dixit ibi nullius esse
momenti fideicommissum in illis codicillis fa-
ctum. pro qua bene posset facere quod not. est
suprà in declaratione. ɩ. ita tamen. §. qui rogatus.
ff. ad Trebel. tamen vnum incidẽter dicam circa
illam rationem glos. quòd non procederet vbi
testator in omnem casum prouidisset, quia vo-
luisset specifice fideicommissum in codicillis fa-
ctum tenere, licet per filium suum querelaretur
& obtineret in querela tunc præstari deberet ab
eo. l. sed cum testamentum. & l. sed cum ea. & l.
penult. ff. de iure codicillo. expressius in. §. fina.
institu. de fideicom. hæredita. in secundo respon
so illius. §. Tamen ratio glos. potest confirmari
ex. l. ab intestato. in fin. ff. de iure codi. quæ vult
considerari tantum quòd facta sunt in illo testa-
mento, & quòd ius dictorum çodicillorum de-
pendeat ab eo sic quod si non teneat testamentũ
nec codicilli. Tamen sequit̃ lex, sed cum ea. post
dictã. l. ab intestato. quæ dictam rationem glos.
limitat, nisi expresse testator cauerit sibi in om-
nem casum et specifice in casu præsupposito. cui
concor. d. §. fina. insti. de fideicom. hæredi. Mo-
do veniamus ad glos. nostram quæ dicit in solu-
tione huius quæstionis & glos. in fin. refert duas
esse opiniones in versic. responde. prima sit opi-
nio dicentium quod filius isto casu poterit com
pelli ad restitutionem fideicommissi quarta sola
detracta, per. l. Scæuola. ff. ad Trebel. trahendo,
per illum text. institutionẽ directam ad fideicõ-
missariam, sicut in substitutione cauetur in. d. l.
Scæuola. sed banc opinionem glossa nostra non
approbat & ideo transit ad aliam.
Alij autem dicunt cõtrarium quod nullo mo
do fideicommissarius posit petere hæreditatem
à filio. Et ratio est secundum eos quia illa clausu
la codicillaris adiecta tali testamento quod rum
pitur per filium ratione præteritionis vel exhæ-
redationis sine causa factæ nihil operatur. secus
autem si ex alio capite testamentum irritaretur:
vt quia deficeret solennitas testamenti de qua in
l. hac consultissima. C. de testam. quia septem te
stes non fuissent præsentes: aut alia de quibus in
illa. l. quia tunc isto casu bene procederet illa
clausula codicillaris per. l. fina. C. de codicil. l. j.
vbi per Barto. ff. de iure codicil. sed secus vt di-
ctum est quando ratione præteritionis irritatur
per. l. Titia. ff. de inoffic. testa. l. ex hac scriptura.
ff. de testa. & ista glos. non est alibi secundum ali
quos tamen glo. fina. idem no. in. d. l. Titia. ff. de
inoffi. testamen. idem in. l. cõficiuntur. §. si post.
in verbo, valere. ff. de iure codicil. & Bar. in. iij.
quæstio. in. l. j. ff. de iure codicil. addit illas alias
glos. concor. idem in. l. ȷ. vbi idem recapitulauit.
Cin, in secunda oppositione. C. de codicil. tamẽ
ista gloss. ab omnibus reprobatur hic & in. l. fi-
lio. ff. de iniusto, rup. & irri. testamẽto. per Bart.
& Bald. in. l. j. ff. de iure codicil. in. l. codicillis. §.
fina. ff. de lega. ij. per eundem in. l. ex ea. vbi ple-
ne per Imol. ff. de testamen. mouentur specifice
per text. in. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de
fideicom. liberta. per quem tex. dicũt quod clau
sula codicillaris habet vim fideicommissi. Et
facias

facias minorem ex illo text. quia fideicommissa vniuersalia debentur ex virtute huius authen. conseruantis, prout dicit Bartol. in præcedenti quæstione, & dixi supra. igitur & venientes ab intestato tenebuntur restituere ex causa fideicō missi. & ita concludit præcise Bart. hic, & in. d. l. prima. in. §. quæstione. ff. de iure codicil. ego autem dico quòd licet Bartol. & omnes doctores post eum attribuant sibi hanc considerationem tamen ante eos satis glos. firmauit per illā met. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicō. liber. licet eam non allegent: quia forsan non sunt recordati, aut studio contradicendi eam tacuerūt: quia glos. in. l. j. infrà, titu. proximo, hanc eandē conclusionē aperuit, quam etiam limitauit, vt infra, tamen adhuc dico, quod ista exclusio non est simpliciter vera per illam. l. generaliter. quā retorqueo contra eos: & eam supra in istis nostris terminis induxi: & eam adhuc repeto, quia legi-
201 timè occurrit, quod illa † lex, generaliter. §. ex testamēto. procedat quando in specie testator voluit, quòd omnino deberētur à quibuscunque hæredibus & maximè legitimis: & quocunque modo testamentū irritaretur, per illum text. in vers. quas à legitimis. aliàs nihil debebitur, per. l. j. infrà titul. proximo. l. j. infra de codicil. & vt dixi suprà, ex vi vltimæ volūtatis tam specialiter prouidentis debebuntur legata, ita relicta & libertates. arg. §. fina. Insti. de fideicō. hære. sed in terminis quæstionis propositæ per glos. ego dubitarem multū isto respectu: quia si propter præteritionem testamentū rescindatur, nec bona hæreditaria possunt per fideicommissum vniuersale euelli à filio præterito: vt declaraui supra in illa quæstione an fideicōmissum vniuersale conseruetur per hanc authē. vbi tenui, quòd non: quia etiam vbi clausula codicillaris euelleret hæreditatem à filio præterito, quòd ista non conseruaretur: sed tunc dico, quòd si clausula codicillaris prouideret, prout dixi supra, hoc modo, & si cōtingat testamentū meum irritari volo legata in testamēto meo relicta ab illo solo solui, qui causa erit irritationis testamenti: & tunc valebit & debebuntur ab eo solo, per. d. l. qui graui vtero. cum. l. sequen. ff. de iure codi. & si dicatur quòd à præterito non potest fieri legatum. l. ij. ff. de legatis. iij. & tunc dico quòd illa clausula codicillaris videtur prouidere circa defectum defuncti quasi tacite testator velit eū succedere, licet non ex testamento: tamen vna voluntas habebit vim testamenti, per. d. l. ab intestato. secundo respon so. ff. de iure codicil. dixi suprà, quòd dispositionem illius. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicom. libe. limitabat glos. in. l. j. infra titu. proximo non procedere in posthumo. hoc intellexerunt Barto. & omnes quando ignoranter præteribatur cuius occasione Bart. & alij conati sunt hic extendere fimbrias & facere longā phylacteriam. Ego autem breui absoluam: dicunt enim verum esse, quod dicit glos. quando posthumus esset ignorāter præteritus: secus si scienter, quia tunc non esset differentia inter hanc authē: & l. primā infra titul. proxi. sed secundum Barto. & Moder. in hoc articulo fuit maxima contentio inter antiquos glossatores, & renouata per nouissimos, vt potes videre ex dictis per eos hic, & in. d. l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. testamen. & in. l. j. infra titu. proximo. & in. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. facientes aliquam differentiam inter clausulas: quia si clausula codicillaris facta fuerit per verbum præsentis temporis tantum, & tunc differentia est inter natum & nasciturum: quia isto casu veniet natus tantum & non nasciturus. pro quibus in. l. Iulianus. §. fina. in fine cum. l. sequen. ff. de leg. iij. in l. si stipulatus fuero. ff. de verbo. oblig. in. l. si ita scripsisset. ff. de lega. ij. secus si diceretur, valet nec valebit: & quia tunc etiam amplecteretur natum & nasciturum per illa iura.

Tamen inuenio quòd contrariū tenuit Bart. in. l. j. in. vj. q. ff. de iure codicil. per duo aut tria. Primo quia non est considerandum si dicatur in testamento, valet nec valebit. quia plerunque illa verba ex quadam consuetudine apponuntur in instrumentis à notarijs, quàm aliàs testator cogitauerat quid importent illa verba. Præterea adde vnum, quod not. Bald. in. l. quoties. ij. col. C. de hære. insti. quod ipsi notarij plerunque inserunt aliquas clausulas quas nō intelligunt nec sciunt quid dicant vel faciant: & hoc quia magis apponuntur ex consuetudine seu etiam ex stylo ipsorum, quia transeunt cum eis errantes. vnde debent plurimum iudices in his habere rationē & maxime in vulgari qui nescit forsitan nisi vnū modum vulgarizandi, secundum eum in fine illius. facit gloss. in. l. stipulatio ista. §. hæc autem. ff. de verbo. obliga. text. in. l. Labeo. in verbo, mos agentium. ff. de statulibe. & in. l. si dictum. ibi, non tamen vt vulgus opinatur. ff. de euict. Et hoc dico maximè, quando talis est testator qui non potest intelligere importantiam & naturam illorum verborum, vt dicit text. in simili in. l. fina. §. idem quæsiuit. vbi plenè per Bartol. & omnes. ff. de condictio. indebit. in. l. coram. ff. de verborum significatio. Anto. de Butr. in capitulo, quintauallis. extra de iureiurando. & in. l. diem proferre. §. totam. ff. de arbi. quod puto in genere procedere in omni moriente seu testāte, vt dicit textus in. l. quoniam indignum. C. de testamentis. ibi, nec necessaria sunt momēta verborum quæ forte seminecis & balbutientis lingua profudit. & quod sequitur. idem in. l. in testamentis. vbi per omnes, eod. titu. Secundo fa-
202 cit alia ratio, quoniam non † est verisimile testatorem velle extraneum legitimæ soboli præferre. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. Tertio, quia contra hoc facit textus in. l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. cum deductione vnius

fundamenti relati per me in alio articulo cum dixi fideicommissum esse potius donationē: ideo &c. Quarto ponderatur text. in. l. ex facto. in princ. ff. de vulga. & pupil. substi. quæ concord. cum secundo fundamento supra relato pro quo
203 inducit aliud Bart. quando † miles ignorans se habere filium, si testetur & prætereat filium non valebit testamentum iure militari per. l. qui militari. ff. de mili. testa. & in. l. si cū vel in vtero. C. de testa. mili. & irritabitur testamētum propter ignorantiam, ideo & ignorantia impedit effectū clausulæ codicillaris. Et dicunt nouissimi quòd ista sententia Barto. est æqua, & quòd propter æquitatem ipsius duo senatores principis nostri secundū eam iudicauerunt, licet in contrarium esset communis sententia: & sic propter æquitatem licet quandoq; transgredi leges recedendo à rigore iuris cōmunis, ex causa. l. ad bestias. ff. de pœnis. Tamē ego ad istud vltimum, primo loco volo exordiri, & dico si ex æquitate iudicandum est in nostris terminis, nec opinio Bart. nec alia quæ dicit esse cōmunis esset vera sed ex alio fonte quærenda esset æquitas quàm ex illo fonte præmisso. & hoc dicam quantū ad fideicommissum vniuersale: quātum ad particulare ego consentirē vt dicam infrà. quoniam ego dico quòd æquitas nō persuadet, nec ius etiam quòd pater aliquo pacto priuet filium suum sine causa sua successione præferendo extraneum filio, per. d. l. cum acutissimi. C. de fideicom. in. l. cum auus. ff. de cond. & demon. Et propterea imperator Iustinianus qui hanc rationē habuit de filia quæ grata fuerat parentibus quæ alienis suggestionibus fuerat præterita statuit, vt ipsa sola haberet bona nec aliquid ex bonis testatorum apud hæredē scriptū remaneret, vt dixi supra, & est tex. in. §. cæterum. in authen. vt cum de appel. cogn. colla. viij. & ratio naturalis est, quia nemo carnē suam odio habuit. §. prohibemus. et. §. quamobrem. in authen. de trien. & semis. colla. iij. sed indubitatum est patrem facere iniuriam naturæ cū filio sine causa præponit extraneum: vnde lōgè alienum à ratione naturali & æquitate disponit cum ita agit. Et propterea lex quæ naturam imitatur & æquitatem prouidit talibus occurrendo & præcludendo viam patribus volentibus talē iniuriā filijs facere vt quoquo pacto aliud factū fuerit irritetur nec effectum habeat, vt patet ex præmissis. sed si via ista locum haberet aperiretur via patribus excitatis & inductis alienis suggestionibus ad priuandos filios sua hæreditate. quare ego circa istud dico prout supra dixi in illa quæstione de fideicommisso vniuersali respectu fideicommissi vniuersalis & clausulæ codicillaris grauantis filium de restituenda tota hæreditate alteri, quòd vtrunque irritetur per dispositionem iuris nouissimi. aliàs sequeretur maximum inconueniens & absurdissimum quòd plus pater posset codicillando quàm testando: quia per testamentum non potest auferre hæreditatem à filio sine causa dando alteri, & quòd codicillando posset auferre hoc non potest mihi persuaderi hoc legislatorem voluisse. l. j. C. de inoffi. donatio. in. l. scire. §. j. ff. de tuto. & curatori. datis ab his. l. cum hi. §. si cum lis. ff. de trans-
204 actio. Et propterea † ego dico verissimum esse de iure & æquitati consonum quòd clausula codicillaris quæ posset resolui in vim fideicommissi vniuersalis annullato testamento irritetur sicut simplex fideicommissum vniuersale per. d. §. sin autem hæc omnia. & alia no. per me. Et ratio est quia secūdum communē rationem sumptam ex dicto. §. hæc autem diffinimus. &. §. cæterum. in authen. vt cum de app. cogn. lex nihil aliud studet, nisi tollere iniuriam quam patres volentes suos filios priuare hæreditate faciunt ipsis filijs alios extraneos eis præponendo. sed hoc modo non secluderet, quia per indirectum admitteret quòd filij per clausulam codicillarem priuarentur. vnde ego dico cōclusionem præcedētem nō esse veram, sed inquantum clausula codicillaris respiceret legata & fideicōmissa particularia in quibus lex non putat filijs factam esse iniuriam & propterea illa cōseruet, per. d. §. sin autem hæc omnia. etiam non habito respectu an à sciente vel ignorante habere filium facta fuerint, per. l. fina. ff. de hære. insti. tunc dico in illis tantum. & in his in quibus lex non præsumit nec putat factam esse iniuriā filijs clausula codicillaris operatur, & non in alijs, per supradicta, per ea quæ ego notaui in. d. quæstio. an fideicōmissa vniuersalia conseruentur de iure nouissimo. quæ omnia sigillatim & commode repeti possent, quæ omitto ne videar potius hic transplātare & velle chartas tātum ampliare. Et per hæc non obstabunt primo loco recitata per Barto. & primo l. si vnquam. C. de reuocan. dona. & l. ex facto. in fin. princip. ff. de vulga. & pupil. substi. quæ eadem videtur cum. l. si vnquam. concludere, licet longè diuersus sit casus: tamen quia ex eodē fonte procedunt vnica solutione dissoluam, vt dicit glo. in sum. xxj. distin. licet ad. l. si vnquam. ego aliqua dixerim, tamen nouiter trado aliam considerationem: & dico quòd magis facit pro hac mea opinione quàm contradicat. aduerten-
205 dum † est enim quod illa lex loquitur in donatione facta de omnibus bonis vel parte saltem dimidia, intellige vt dicam, quo casu lex considerauit duo. primo quod facta erat ab eo qui nullos filios habebat & quod omnia bona aut maiorem partem bonorū donauit: & si habuisset, omnia bona non donasset. vnde superuenientibus liberis reuocatur: quia nō haberent filij vnde se alerent seu partem conuenientem: sed dicimus quod res sigillatim fuerit donata, quia forsan liberos non habebat: an superuenientibus liberis poterit reuocare? certe non, in. l. prima. & in. l. si totas. & l. si liqueat. C. de inoffic. dona. vide

vide plene per Petrū & omnes, licet Barto. in. l. Titia. §. Imperator. colum. fin. ff. de lega. ij. aliter sentiat. motus per. d. l. si vnq̃. in verbo, partem.
206 ꝗa dico † quòd vbi lex vtitur illo verbo, partē. vel, parte. intelligēdum esse de dimidia. l. nomē filiarū. §. portionis. ff. de verbo. signi. & in. l. plané. §. fina. vbi per omnes. ff. de leg. j. vnde nō mirum si talis donatio reuocatur quia de nulla parte bonorū facta. & ꝙ sit differētia an quiuis rem certam reliquerit an vero partē, tu habes text. in indiuiduo in. l. quoties. circa fi. C. de hære. insti. vbi text. facit differentiā an hæredes instituti sint in parte an vero in certa re. Ego autem possem interpretari aliter verbum, partem. vt intelligatur de dodrāte, prout loquitur text. in. l. si totas. & in. l. si liqueat. C. de inoffi. donatio. quæ interpretatur tunc inofficiosam donationē quoniam dodrantem excedit, & sic quòd regularē illam adiectionē, parte, ad id: quo casu quia non esset verisimile in illa quantitate voluisse donare testatorē vsq̃ ad eam quantitatē quam donauit si sciuisset se habere filios, & propterea debeat merito reuocari. & si dicas cum Barto. in. d. l. Titia. §. imperator. quòd sit differentia inter casum illarum. l. si totas. & l. liqueat. C. de inoffic. dona. & d. l. si vnquam. dico ꝙ illa. l. si totas. & l. si liqueat. conueniūt opportune huic casui secundū declarationē quam tradit Bar. in. d. §. imperator. cum dicat procedere in donatione quæ resoluitur ad modū testamenti: quia in his terminis loquimur in casu præsenti. Et propterea ex dictis suis dico idem esse dicendū & plus si ipse faciat differentiam inter. d. l. si vnquam. & casum dictarum. ll. cum dicat. d. l. si vnquam. procedere de mente donantis: pro qua est text. in. l. senatus. ff. de donatio. causa mortis. in. l. j. ff. de donat. illæ vero. ll. procedunt cōtra voluntatē donātis. vnde cum simus in casu proposito extra terminos d. l. si vnquam. nō posset fieri extensio cum sit diuersa ratio. ad. l. ex facto. vltra supradicta militat alia ratio & longè alia quia substitutio facta erat contra regulas iuris cōmunis: & fuit postea regulata secundum iura cōmunia. præterea quia per substitutionē contra dispositionē iuris communis factā priuabātur sui iure suo hæreditario, quod nunq̃ lex cogitat facere sine causa, & minus princeps: cuius intentio de mente legis procedit per illum text. vnde non mirum si concessio facta à principe & quod inde secutum est reuocetur superuenientibus liberis per rationem illius legis. quæ omnia cessant in casu assumpto: quia non erit eadem ratio quando aliquod singulare legatū fit vel fideicōmissum. ego do exēplum in simili, quod videtur dedisse glos. in. d. l. prima. C. de inoffi. dona. & Petrus post eam: ꝗa
207 donatio † facta si excedat quingentos aureos requirit insinuationē. si tamen plures factæ sunt particulares quæ simul congregatæ illam attingunt, tunc in specie nulla exigeret insinuationē. l. sancimus. in princi. & §. si quis aūt per diuersa. C. de donationi. sic idem fideicōmissum vniuersale quod priuat filium non directè sed per obliquum: quia ab eo directè factum non est nō potest sustineri vbi si plura sunt legata particularia vel fideicōmissa per ius nouissimum sustinentur & tenebitur adimplere filius q̃relans: licet in eo in quo non consequeretur debitā portionē hæreditatis videlicet legitimā tunc subueniret sibi alio remedio scilicet per falcidiā & dispositionē iuris cōmunis. & ratio quia licet text. dicat omnia legata deberi, non tamē intelligit quòd legatarij integraliter habeant sic quòd filius debitā portionē non cōsequatur, vt dicit text. sing. quē text. debes notare in. l. Saluius. ff. de lega. præst. & propterea reducetur istud ius nouissimum ad d. l. Saluius. quæ nō est correcta, sed in fideicommisso vniuersali cessat in odium testantis volentis priuare filiū suo debito naturali contra dispositionem totius iuris ciuilis: & hoc per rationes suprà adductas. nec obstat si dicatur non esse verisimile testatorem velle filijs seu soboli suæ legitimæ extraneū præponere per. l. cum acutissimi. C. de fideicom. quia dico istud procedere in fideicom. vniuersali: vel quando fieret de tanta parte bonorum de qua verisimiliter testator noluisset fecisse, si cū haberet filios, existimabat se non habere: & propterea motus fuerit ad tam amplum legatum faciendum: quo casu satis con sentirem quòd posset hoc modo saluari dictum Barto. & suorum sequacium: sed quando fit legatū particulare de quo lex non præsumit quòd forsitan distulisset propter existentiam liberorū illud facere: & tunc dico quòd legatū illud seu fideicōmissum cōseruabitur per. l. fina. ff. de hæredi. insti. quā puto esse singularē prout dixi supra. nec in hoc facio vim vtrū factum fuerit per verbum præsentis temporis & futuri: vt puta, si non valet & valebit, tamē si à testatore dicta & pronuntiata essent, possent aliquā difficultatem
208 producere: sed † in his quæ versantur circa verba testantiū & ad mortē tendentiū debēt cessare istæ subtilitates per. l. in testamentis. C. de testa.

Ex prædictis ego infero tibi cōclusionem in
209 hac materia ꝙ si clausula † codicillaris facta in testamento in quo filius est præteritus auferret hæreditatē sine causa à filio grauando eū ab intestato restituere hæreditatē hæredi scripto: dico ꝙ tam de rigore iuris q̃ ex æquitate clausula illa nihil operabiť. primo de rigore, ꝗa secundū mētem Bart. hic & in. d. l. j. ff. de iure codicil. resolueť in vim fideicōmissi vniuersalis: & sicut dixi nō valet fideicōmissum vniuersale nec illa clausula codicillaris: & hoc modo ānullato testamēto annullabiť & clausula codicillaris. ar. l. ij. §. fi. ff. de iure codicil. & hac maxime rōne q̃ etiā sola pōt sufficere quā ꝑdixi: ꝗa aliās lex nullā prouisionē fecisset filijs statuendo ꝙ tota hæreditas tanq̃ abintestato dareť filijs ex eo ꝗa non esset

permansura quia restituenda esset fideicōmissa-
210 rio virtute fideicōmissi: vnde † aliâs nō dicit̄ da
re si nō permaneat. l. iij. in princ. ff. de in rem ver
so. & plus operaret̄ clausula codicillaris q̄ testa
mentum specificū. Secundo ex æquitate. & hoc
etiā si fiat à patre sciēte q̄ nō debeat valere quia
211 æquitas † nō persuadet q̄ vbi filij fuerunt gratis
simi & de patre benemeriti q̄ plus honorentur
extranei à patre quàm ipsi filij quos lex semper
habet in maxima consideratione vt pater in. d. l.
si vnquam. C. de reuoc. dona. in. l. fin. ff. de bon.
dānato. in. §. non licebit. in authen. de triē. & se-
mis. colla. iij. in. §. cæterū. & in. §. aliud quoq̄. in
authen. vt cū de appel. cog. in. l. Papinianus. §. si
imperator. ff. de inoffi. testa. iuncta. l. nā & si pa-
rētibus. in. l. scripto hærede. in fi. ff. vnde liberi.
l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. & alibi quia
pleni vbique sunt Codices. Et ita etiam sentit
Bartol. in rationibus suis quando alleg. l. cum
acutissimi. C. de fideicōmis. in. l. cum auus. ff. de
condi. & demon. prædicta etiam à fortiori puto
procedere in parte prætereunte ignoranter per
l. si filiusfami. ff. de mili. testa. in. l. sicut. C. de te-
sta. mili. plene in. l. j. infra titul. proximo & alijs
locis suprà no. Sed ista cessant in legatis particu
laribus in quibus lex nō præsumit à patre factā
esse iniuriam: & propterea tex. in. d. §. sinautem
hæc omnia. in authen. vt cū de appel. cog. collat.
viij. statuit legata conseruari licet testamentū oc
casione p̄teritionis vel exhæredationis sine cau-
sa factæ irritaretur vnde non mirū si clausula co
dicillaris aliquid disponens circa ea adhibendo
modū vel alia de quibus memini supra conserua
ri debeat siue à sciente siue ab ignorante habere
filios facta fuerunt per. d. l. fin. ff. de hæred. insti.
quā puto singularē vbi lex in eo qui vere igno-
rabat viuum esse eum quem hæredē fecerat pri-
mo testamēto nec vtique reuocasset illam insti-
tutionē si sciuisset filiam viuere prout reuocauit
vt clare patet ex illo text. ibi quia hæredes quos
volui mihi habere nō potui: & q̄ forsitan ea le-
gata quæ in vltimo sunt facta testamēto non fe-
cisset prout nec in primo testamento fecerat &
nihilominus disponat illa. l. legata in illo vltimo
testamento deberi atque si in primo testamento
relicta essent nec voluit hæredē scriptum in vlti-
mo testamēto remanere hæredē sed filiā in pri-
mo testamēto scripiā voluit solam succedere. &
sic vides qualiter q̄stum ad legata particularia
nō ita statuendum est sicut in fideicōmisso vni-
uersali. & ex bis ego puto aliā difficultatē esse su
perfluā de qua primo loco sumus locuti cū nul-
lo modo sustineat̄ clausula codicillaris habens
vim fideicōmissi vniuersalis siue à sciēte siue ab
ignorāte facta fuerit. sed vt dixi, si cōtingeret in
legatis particularibus ego etiā nō consentirē eis
quia dico illa nō esse vera. limitabis ꝓut dixi su-
pra nisi illa legata particularia essent excessiua
quia tūc deberēt restringi & regulari secundū. l.
Saluius. ff. de leg. p̄stan. nec obstat si argueretur
de excessu: quia in particularibus non ꝓcederēt
per ea q̄ dixi supra per. l. sancimus. §. si quis aūt ꝑ
diuersa. C. de dona. quā induxi in arg. supra no.

Tamē reperio q̄ venerandū collegiū Medio-
lanēse in hoc articulo aliter cōsuluerit in contin
gentia facti recedēdo omnino à doctrina Bar. &
omniū cum quo dominus Signo. de Homode.
de Mediolano idē consuluit, prout referūt Bal.
& Imo. in. d. l. filio. ff. de iniu. rup. & irri. test. igi
tur à tot & tātis viris difficile esset recedere cum
priscis tēporibus percelebre semper fuerit qđ q̄
nostra ætate viginti supra centū iurisperitis venu
statur quorū peritia rerum experiētia apud nos
magis nota sit q̄ cuique sit domus sua aut lucus
Martis totū per orbem diffusa fama est: & quo-
rū aliq in omni genere dicēdi facilitate disserēdi
& interpretādi ita præstāt vt cedāt eis, Vlpianus
Iulianus, Labeo, Papinianus, qui summi legum
vertices dicunt̄ in. l. scire oportet. §. qui autē. ff.
de excu. tut. Cōsuluit em̄ q̄ vbi præteritio est fa-
cta à sciēte nō debeant̄ legata, vbi aūt facta esset
ab ignorāte debeant̄. mouebatur duobus princi
paliter fundamentis. Primū est sumptū ex. l. cum
mater. ff. de inof. test. de qua. l. plura dixi, cū qua
cōcor. d. l. fi. ff. de hære. insti. vbi ab ignorāter p̄-
terito debent̄ legata. Secūdo adducebāt rationē
qm̄ maius est vitiū & peccatū in pietate et in solē
nitate testamēti qn̄ sciēter q̄ vbi ignorāter fit p̄-
teritio. hoc probāt: pater em̄ impie & crudeliter
agit qn̄ scienter: & maxime dico vltra eos si sine
causa filiū prætereat. l. pe. ff. de inoffi. test. in. l. ij.
& l. Titia. eo. ti. in. l. scripto hærede. in fi. ff. vnde
liberi. in. §. nō licebit. in authē. de trien. & semis.
coll. iij. itē peccauit in solēnitate, quia formā à. l.
traditā circa institutionē filiorū omisit quā tene-
batur seruare. l. Gallus. in prin. & l. inter cætera.
ff. de libe. & posthu. in. §. j. Instit. de exhære. libe.
cū alijs not. per me supra quæ cessant, qn̄ à patre
ignorāte fit præteritio, quia si sciuisset filiū viue-
re vel posthumū nasciturū eum instituisset, vt di
xi in præcedentibus, per. l. qui militari. & l. si fi-
liusfamilias. ff. de testa. mil. in. l. sicut. & l. seq. C.
de testa. milit. in. l. ex facto. ad fin. principij. ff. de
vulg. & pupil. substi. vnde circa pietatē pater nō
peccauit. Secundo circa solēnitatem, quia idem
si sciuisset filiū viuere eum instituisset, & sic for-
mam legis obseruasset, per. d. l. cum mater. & d.
l. fin. ff. de hære. instit. & quæ not. in. l. Titius. §.
Lucius. ff. de liber. & posthu. vnde talis omissio
testatoris per ignorantiam secuta: minus debet
obesse suæ voluntati: & propterea legata deben
tur, per. d. l. cū mater. & d. l. fin. ff. de hære. instit.
Quæ rationes sunt multū persuasiuæ, & habent
multū æquitatis & cōformant̄ omnino iuri anti
quo & ꝓcedūt de exp̄ssa mēte & dispositione iu
ris antiqui quo legata nō debebant̄ si filius erat
p̄teritus, vt dictū est, vel exhæredatus & testamē
tū rescindebat̄, vt inofficiosum, p. l. Papinianus.
§. fin. ff.

§.fina.ff.de inoffi.testa. Tamen Bald.recessit ab eorum opinionibus & secutus est sententiā Bartol.& referunt nouissimi prout supra recensui propter æquitatē quam præ se fert opinio Bartol.duo senatores principis nostri secuti sunt eādem opinionē Barto.& eandem hic approbant post Francis. Areti.& multos anteriores dicentes & persuadentes vnicuiq; vt animæ magis cōsulant innitendo veritati & æquitati quàm rigori iuris. Et hunc articulum per multas columnas disputat Imo.in.d.l.filio.ff.de iniu.rupt.& irri.testa.& Alexā.hic & alij in locis hic no.per eum Quare difficile puto inter tot & tam varia ponere os in cœlum. Verum quia † occurrit hic articulus quid in eo sentiam aperiam præmittendo vnum quòd si hic articulus sit expeditus qui sequitur & facilis erit conclusio in hoc tam difficili dubio, videlicet an.§.finautem hæc omnia.in authen.vt cum de appella.cogno.collat.viij.verificetur tantum in exhæredatione & nō in præteritione & in eo multum laborant hi qui tenent quòd à filio præterito nō debeantur legata per ius nouissimum: & præcipue Imola, qui multa attribuit Petro quæ nunquam intēdit dicere. circa istud bene puto esse diligenter aduertendum & inhærendo conclusionibus not.per me dico verum esse & clarissimum quòd si ille.§.finautē hæc omnia.potest verificari in pteritione quòd non est vera sententia collegij Mediolanensis, cum dicit quòd si scienter præteritur filius à patre sine causa quòd legata ab eo non debeantur si obtineat in querela per rationes supra adductas: quia dico contrarium esse verum assumpto existente vero. & maxime dico esse hoc necessarium concludere per præcedentes conclusiones quas consitentur omnes nemine excepto in ratione decidendi huius authen. quando quæritur quare magis legata conseruantur quàm institutio hæredis cum dicunt quòd in eis non fit iniuria sed in institutione secus. quod declaraui supra.& iuxta occurrentia aliter declarabo quàm dixerim:& quòd legata debeantur à præterito scienter sicut à præterito ignoranter si vt dixi verum est quòd ille.§.loquatur de filijs præteritis à patre sicut de exhæredatis probat aperte ille text.vnde dixit Ioan.de Imol.in.d.l.filio præterito.vij.colum.ff.de iniu.rup.& irri.testa.disputando tenuisse quòd ille text.non loquatur de præteritione sed tantum de exhæredatione. Ad quod ipse induxit duo aut tria: primū quia text. in.d.§.finautem hæc omnia.restringit se quantū ad exhæredatos tantū per illa verba nullū exhæredatis liberis præiudiciū generari, & quòd in eis lex limitauerit satis constat cum in.d.§.aliud quoq;.fecerit mentionē tam de præteritione q̄ de exhæredatione, & nihilominus omissa præteritione circa exhæredatos tm̄ disponit: vñ extra casum specificū non debet extendi.alleg.in arg. l.nam & si parētibus.ff.de inoffi.testa.melius in l.cōmodissimē.ff.de libe.& posthu.in.l.si vero.§.de viro.& .l.si cū dotem.in prin.ff.solu.matri.

213 Secundò † magis cōuenit q lex specialiter prouidēs in casu specifico regulet.l.generalē quàm l.generalis specialem.facit text.in.l.vxori.§.cui dulcia.ff.de vsuf.lega.in regula, generi per speciem.de reg.iur.in.vj.per omnes in.l.de pretio.ff.de publi.in rem actio.in.l.Doctitij.&.l.neq; Dorotheum.C.de decurio.libr.x.nec obstat secundū eum si dicatur q bona est extensio de patre ad filiū & econtra, & maxime in istis, cū.l.videatur idē disponere vt.d.§.finautē hæc omnia.&.§.si tales igitur.in authen.vt cū de appel.cog. collat.viij.vbi text.idē disponit de patre præterito sicut de exhæredato: igitur idē videbatur in filio cōcludendū.& hic posses repetere hæc quæ notaui supra in istis terminis extensiuis: quia ipse respondet q in correctorijs non est bona extensio de vna persona ad aliā. Secundo quia in his in quibus est diuersa ratio nō est facienda extensio.sed in hoc est diuersa ratio: quia maior est

214 ratio in filio quàm in patre: cū † magis hæreditas parentū debeatur filijs quàm hæreditas filiorum debeatur parētibus in.l.scripto hærede. in fine.ff.vnde libe.ex quo text.tu elicias aliā rationem: quia duplex vinculū est in filio: votum parentū, & ratio naturalis. Accedit text.in.l. nam & si parētibus.in princ.ff.de inoffi.testa. Et propterea dicebat Bulga.secundū gloss.ibi, ordine turbato succedis Bulgare nato.in patre non militat nisi ratio naturalis.vnde quāto duæ ratiōes sunt fortiores vna.§.sed hodie.insti.de adop. cū alijs concor.ibi not.tanto debet magis faueri filijs q̄ parentibus. Et per hæc dixit idē cōclusisse in publica disputatione, licet cōmunis opinio sit in oppositū, à qua in iudicādo & opponēdo nō esset recedendū secundū eum. Ego aūt disputando hunc articulū in publica disputatione tenui contrariū, prout ego nunc teneo, & dico q etiā in puncto iuris istud non est verum. Et ideo oportet vt videamus de veritate vtriusq; opinionis. Circa quæ breuiter me expediā, cū videam casum satis clarum, & ex ratione cōmuni, & ab omnibus approbata. anteq; tamē ea aperiā ego circa illū tex.adducā prius aliqua fundamēta facientia ad rem. Primū est, quia si vera essent fundamēta Imolæ sumpta ex illo.§.finautē hæc omnia.in illis verbis, nullū exhæredatis liberis præiudiciū generari. videlicet q ille.§.in exhæredatis tantū procedat: sequitur vnū necessario esse verū quod negāt omnes, quod in testamēto possit fieri præiudiciū liberis pteritis sine causa.& ratio est in pPptu: quia in.§.aliud quoq;.eo.tit. text.simpliciter dicit nō licere patribus nec matribus filios præterire vel exhæredare sine causa etiā si per fideicōmissum vel legatū vel quēlibet aliū modū portionē legitimā relinquere vellēt. & hoc modo vlterius nō procedit aliter disponendo nec annullādo. Et ideo remaneremus in

dispositione iuris antiqui quantū ad præteritos
præsertim iuris Codicis, quod est nouissimū, tā
in querelando, quàm in contratabulando, quàm
in legatis & alijs dispositionibus testamenti, in
quibus possent maxima præiudicia parari filijs
de quibus ipsemet Imo. & Areti. post eū memi-
nerunt in. l. j. ff. de testa. & de his etiā dixi. & hoc
probat͡ in. l. omnimodo. ad fi. C. de inoffic. testa.
Præterea ego do tibi aliā differentiā quæ resul-
taret ex hoc qm̄ ex quo in. §. aliud quoq;. vt dixi
non haberet locū in præteritis filijs, sequeret͡ ꝙ
filij præteriti non tenerent͡ soluere legata, sed in
totum testm̄ esset nullū eo quod remaneremus
circa hoc in dispositione iuris antiqui quod non
inueniretur correctus ille. §. finautē hæc omnia.
quod tamē est falsum etiā secundū eos nemine
reluctante hic & in. d. l. filio. & vbiq;. vnde illa
declaratio nō erit vera isto capite. Secundo pro
baretur per hoc maxima distinctio inter præteri
tionem & exhæredationē sine causa factā quod
respectu exhæredationis tantū esset correctū ius
antiquū: sed respectu præteritionis secus, quod
nihil inueniretur expresse cautū de iure nouissi-
mo, vnde indubitate staretur iuri antiquo. dixi-
mus satis super legē, præcipimus. supra de appel
latio. & tamen hoc negant omnes vsq;: quare nō
subsistit. & negauit etiā ipse Imol. in. l. j. ff. de te-
stamen. vbi plus dixit ꝙ quantū ad querelandū
non facit differentiā inter præteritionē & exhæ-
redationē: quia dicit propter præteritionē sine
causa factam querelandū testamentū aliàs firmū
erit. & in hoc Imo. esset sibi ipsi contrarius. Præ-
terea primū assumptū suadetur ex illo text. d. §.
finautē hæc omnia. ꝙ filijs præteritis fiet præiu-
diciū: cū dicat ille text. finaūt hæc omnia nō fue-
runt obseruata nullum exhæredatis liberis præ-
iudiciū generari. si igitur soli exhæredati fiant li
beri ab omni præiudicio tacite concludit quòd
præteriti non erunt liberi à præiudicio per arg.
à cōtrario sensu quod valet. l. j. ff. de offi. eius cui
manda. est iuris. nec obstat responsio Imol. data
ad. §. si tales igitur. cum dicit diuersam esse ratio
nem in patre quàm in filio sit: quia dico hoc esse
falsum omnino & directe cōtra casum illius tex.
in. §. finautē hæc omnia. in versi. si vero contige-
rit. & in versi. iustum aūt perspeximus. primo eū
dixit in vers. si vero cōtigerit. in fi. Et hæc quidē
de parentū ordinamus testamētis. idē in vers. iu-
stū. ibi, hæc eadē cum aliqua distinctione dispo-
nere. Et si dicatur quæ est illa distinctio: ista est
quæ ponitur in versic. sancimus. ibi, nisi causas
quas enumerauimus in suis testamentis special͛r
enumerauerūt. quia alias causas exprimit in præ
teritione & exhæredatione parentū ꝙ expressit
in p̄teritione & exhæredatione filiorū. idē tex. in
l. nā & si parētibus. in prin. ff. de inoffi. testa. ibi,
nō minus parētibus ꝙ liberis pie relinq debet.
no. verbū, nō minus. idē in. §. p̄misū itaq;. in auth.
de hære. & falci. col. j. §. aliud quoq;. in authē. vt
cum de appel. cog. Ego aūt inueni apud aliquē
antiquū doctorē nostrū Aurelianensem scilicet
Bertrādū Caprioli qui in volu. suo auth. dicit se
tm̄ habuisse in. d. §. finaūt hæc omnia. & idē ha-
buisse à Nicolao de matiscone pariter doctore
Aurelianensi ꝙ in illo text. habebat͡ simpl͛r hoc
modo, nullū liberis p̄iudiciū generari. & deerat
eis verbū exhæredatis. sed quia istud esset facere
maximā violētiā cōmuni lecturæ nō curo. ꝙuis
ego magis putarē istud verū & percūctatus sum
plures libros antiquos in qbus deerat illud ver-
bū exhæredatis. sed ego dico ꝙ cum text. in. d. §.
aliud. idē cēset de p̄terito & exhæredato, nec est
aliqs qui vim faciat hic nec etiā fuit mēs Iustinia
ni vt vides ex declaratiōe huius literæ nostræ cū
dicat ex causa p̄teritiōis vel exhæredatiōis irritū
est testm̄ ꝙtū ad institutionē, cætera firma pma-
nent. qa illa verba, cætera nāq; firma permanēt.
æque respiciūt verbū p̄teritionis sicut verbū ex-
hæredatiōis: qa licet filius p̄teritus sit, tn̄ ꝙtū ad
institutionē tm̄ irritū erit testm̄ sed nō ꝙtū ad le
gata qa firma pmanēt. vn̄ nō curo multū de hac
noua subtilitate qa satis declarat͡ ex p̄cedētibus
& sequētibus dicti. §. iuxta. l. Titia. §. idem rn̄dit
ff. de verb. obli. in. l. nō est nouū. & . l. sed & po-
steriores. ff. de legi. qa in. §. aliud. fecit eādē rela
tionē de p̄teritiōe & exhæredatione in. §. si tales
igit͡. eandē in omnibus fecit extēsionē loquēdo
in psona patris in quo versat͡ eadē ratio & dispo
sitio vt notaui suprà. ideo nec hoc fundamētū ve
rū est. & ita se habet cōis sententia q̄ vera est. vn̄
stante vera illa sententia cōi ꝙ ille. §. finautē hæc
omnia. intelligat͡ de p̄teritis sicut de exhæreda-
tis nō esset vera decisio dn̄i Signo. de Mediola-
no nec collegij Mediolanē. qa loquit͡ ille tex. de
scienter p̄terito à quo legata solui debēt si testm̄
irritet͡ per q̄relā p. d. §. finaūt hæc oīa. idē non
esset vera sentētia Bar. cū dixit ꝙ si ab ignorāte
ꝙ etiā nō debebunt͡ p. l. si vnꝙ. C. de reuo. don.
qa erit falsa p illa q̄ sunt decisa in dicto collegio
Mediolanē. cū quo cōsuluit dn̄s Sign̄. p. l. cū ma
ter. ff. de inoffi. testa. cū qua cōcor. d. l. fina. ff. de
hære. insti. cui nō vidi vnꝙ accōmodatū respon
sum. & sic partim approbo opinio. Bar. & in par
te opinionē collegij Mediolan̄. ꝙ siue à p̄terito
sciēter siue ignorāter debeant͡ legata relicta in
testamēto quod postea irritatū est rōne p̄teritio
nis sine causa factæ. Per supradicta limita tn̄ vt
prius limitaui. ad argumēta facta per dictū dn̄m
Signo. & collegiū Mediolan̄. rn̄de vt clarè re-
spōdet Imo. in. d. l. filio. in. x. col. ff. de iniu. rupt.
& irri. testa. primo cum dixerunt ꝙ vitium ma-
ius est in p̄teritione quàm in exhæredatiōe quia
in præteritione vitiū est in pietate & solennitate
secus in exhæredatione: qa illa ratio non militat
vbi exhæredatio sine causa facta est qa in pietate
vitiū est exhæredādo & sine causa. Secūdo in so-
lēnitate qa sine cā. secūdo et bn̄ qa eadē erant de
iure digestorū & vtroq; casu ānullabant͡ legata.

215 Tertio ego addo aliud: demus † quòd pater filio præterito in testamento legauerit plus quàm ascendat quarta, vt puta dodrantem: certè non posset dici patrem contra pietatem agere, secundum iura Codicis. l. omnimodo. C. de inoffi. testamē. nec lex illo iure permittebat isto casu querelam. idē in. §. j. in authē. de trien. & semis. coll. iij. & nihilominus text. irritat testamentum, etiā si dodrantem reliquerit: quia forma est omissa, vt patet in. d. §. aliud quoq;. in authen. vt cum de appel. cog. ibi, nec sufficit per legatum vel fideicommissum &c. & postea disponit legata deberi, vt dixi, & nihilominus dicitur præteritum: vt patet in. d. §. aliud quoq;. & notaui supra. & sic vides quòd isto casu non erit peccatum in pietate, sed in forma tantum. vnde & ratio fundamentalis non esset conclusiua nec generalis. vnde vltra dicta per Imolam facit ista responsio.

Vnum tamen circa prædicta dico, quòd si verum esset quòd. §. sinautem hæc omnia. suprà allegatus, non haberet locum in præteritis, sed in exhæredatis tantum, indubitatè vera esset sententia domini Signo. de Homode. & collegij Mediolanensis, quæ est quòd à præteritis scienter non deberentur legata, sed secus in præteritis ignoranter, vt dixi. & ratio est ineuitabilis: quia
216 † cum iste casus esset omissus, remaneret in dispositione iuris antiqui, vt plenè dixi per. l. præcipimus. in fine. C. de appel. eo maximè, quia quātum possumus, debemus euitare correctionē iurium. l. vnica. C. de inoffic. doti. in. c. cum expediat. de electio. in. vj. Et ideo cum annullato testamento de iure antiquo ratione præteritionis scienter factæ annullabantur & legata: vt patet in. l. filio. ff. de iniu. rup. & irri. testa. secus autem vbi ignoranter per. l. cum mater. ff. de inofficio. testamento. eodem modo debet esse in iure nouissimo, ex eo quòd non inueniretur correctum in specie ius antiquum per ius nouissimum.

Tamen ego dico quòd istud non videtur procedere: quia videretur esse inconueniens, vt quē pater odio habuit plus commodi habeat quàm is qui à patre honoratur. & istam rationē deduxi in alijs terminis suprà. sed ad istud posset responderi dupliciter. Primo, quia hoc non est inconueniens: cùm de iure antiquo idem erat cautum. Secundò, in odium patris, qui sine causa filium odio prosecutus est. Sed contra ista fortiter obstat vna ratio, de qua faciunt Bart. & omnes hic, & in. d. l. filio. in alijs terminis maximum capitale: & de ea memini suprà, videlicet quia lex nouissima non quærit nisi tollere id in quo filijs per patrem fit iniuria, in cæteris non. text. in. §. hæc aūt diffinimus. &. §. cæterū. & in. §. sinautē hæc omīa. ibi, ne liberi falsis accusatiōibus cōdemnenꝰ: sed in legatis filijs siue p̄teritis siue exhæredatis sine cā non fuit facta iniuria: sed in p̄teritione vel exhæredatione tantū. vnde si tex. nō vellet resoluere funditus nisi institutionē in qua passi sunt filij iniuriā, & nō in cæteris capitulis, ꝑpterea non pōt negari, si. §. aliud quoq;. loquatur in præteritione & exhæredatione. & §. hæc aūt diffinimus. veniat ad omnia cōclusiuè quòd ille. §. sinautem hæc omnia. verificetur in præteritione sicut in exhæredatione: cū vtrobique æqualiter de præteritis loquaꝰ text. §. aliud quoq;. vsque ad. §. fina. Addit hic Alexā. vnū pro hac cōmuni opinione, cui dicit nunquam vidisse responsum: licet ad istud satis ego accōmodauerim responsum suprà, videlicet quòd exhæ
217 redatus † sine causa habetur pro præterito, per l. non putauit. §. nō quæuis. ff. de bo. posse. cōtra tabul. in. §. eadē. insti. de hæredi. quæ ab intesta. defer. & in. l. fin. suprà eo. vnde cùm dicat text. in. d. §. sinautem hæc omnia. quòd si hæc omnia nō fuerunt obseruata, id est cū causa fuerit filius exhæredatus, nō valet testamentū: quia habetur pro præterito: & sic cum loquaꝰ ibi text. de filijs sine causa exhæredatis, & tales dicanꝰ præteriti indubitatè ille text. verificatur in præteritis sicut in exhæredatis. & licet, vt dixi suprà, satis respōsum sit, tamen vnum succinctè repetam, quòd istud argumentū Alexā. est falsissimum in iure, per. d. §. aliud quoq;. vbi text. facit differentiam inter exhæredatos sine causa, & præteritos sine causa: ibi, præterire vel exhæredes facere, nisi probabuntur ingrati & causas ingratitudinis nominatim inserat. Ex quibus tu habes euidentem differentiā inter exhæredatos sine causa, & præteritos: quia alij sunt præteriti sine causa, & alij exhæredati. Nec obstant illa iura adducta per Alexā. quia verum est iure antiquo procedere, quo dabatur forma exhæredationi & non præteritioni: quia propter omissam formā habebantur pro præteritis vbi ritè exhæredati non erant filij. sed ista differentia cessat iure authē. per. d. §. aliud. quia præteritioni data est eadē forma quæ data est exhæredationi. vnde à forma non potest distingui exhæredatio à præteritione quantū est respectu causæ inserendæ in præteritione vel exhæredatione: vt clarè declaraui suprà, non repeto copiosius. quare hoc argu. non procedit, sed per præcedētia nō potest euitari opin. cōmunis: quare cū ea cōcludo, ꝙ nō sit differētia an filius sit præteritus sciēter vel ignorāter respectu legatorū: quia ab eo debebunꝰ sicut ab exhæredato: cū eadē militent sicut in præterito: nā sicut pater dicitꝰ impius prætereūdo sine cā, sic & exhæredādo sine cā. l. ij. C. de inoff. test. & l. Titia. ff. eo. ti. Scd'o sicut peccaꝰ in forma prætereūdo sine cā, sic idē qn̄ exhæredat sine cā: per. d. §. aliud quoq;. quia neutrū maius est altero. vnde cū nulla ratio maior sit in vno ꝙ̄ in altero, eodem modo in vtroq; cōcludendū censeo. Reperio autē ꝙ Bal. in. d. l. filio. ff. de inoff. test. studet hæc omīa concordare cū aliqua distinctione, iuxta ea quæ no. in. §. cū ex aliena. Instit. de rerū diuis. Dicit eī̄ ꝙ testator nō habēs filiū, nec existēs in spe habēdi,

facit testamentũ in quo præterit, & legata facit:
aut habet filium, sed nullum alium sperat habere
præter illum quem priuar hæreditate expressim
eum exhæredando, vel de quo bene cogitauit.
Primo casu dicit, quia aut sunt talia legata quæ
nihil sapiunt liberalitatis, sed magis necessitatis:
qualia sunt hæc quæ fiunt ab vsurario pro salu-
te animæ suæ. c. q̃a in omnibus. extra de vsuris.
plenè in regula, peccatũ. de regu. iur. in. vj. & ma
218 xime † quia etiã hæredes compelluntur ad illam
restitutionẽ faciendã. c. tua nos. extra de vsuris.
per regulam iuris cõmunis, turpia lucra sunt ab
hæredibus extorquenda. l. in hæredẽ. ff. de calũ.
in. l. illud. & l. si possessor. ff. de peti. hæredi. vn-
de fauore animæ debentur à quocunq;, & quæ
etiam ab inuitis vbi apparent extorquentur per
supradicta: non mirũ si talia legata cõseruantur
præponendo salutẽ animæ testatoris cõmodo
hæredũ, iuxta. l. præses. C. de seruitu. & aqua. l.
sancimus. C. de sacrosan. eccle. si autẽ legata nõ
sunt necessaria sed proueniunt ex mera volunta
te & magis contemplatione legatariorũ, & ista
non debent. ratio est, secundũ eum, quæ est sum
pta ex dictis Barto. q̃a si sciuisset se habere filios
legata nõ fecisset, per. l. cum pater. §. cum æstima
ret. ff. de leg. ij. & l. j. §. fina. ff. de lega. iij. non est
enim verisimile testatorẽ extraneũ filijs suis præ
ponere. & dixi per. l. cùm auus. ff. de cõdi. & de-
monstra. & l. cũ acutissimi. C. de fideicõ. cũ alijs
vulga. Secundo vero casu quãdo testator vnam
filiã haberet vel duos, nõ refert, & verè existima
bat se plures non habiturũ, & propterea etiam
præterierat: tunc dicit quòd pro parte eorũ, de
quibus cogitauit, debebũtur legata: pro cæteris
vero nõ: arg. l. qui graui vtero. cũ. l. seq. & l. pe.
ff. de iure codicil. & in. d. §. cũ æstimaret. istud ta
men declarat Imol. ibi post Bald. in. l. Titius. §.
Lucius. ff. de libe. & posthu. & Ang. in. d. l. filio.
verũ esse quãdo nominatim ab instituto sunt re-
licta, per illa iura: aliâs non. secũdo dicebat An
ge. verũ esse quãdo testator in genere cogitauit
vel in specie: aliâs non, per. l. qui iure militari. ff.
de testa. milita. melius in. l. si filiusfamilias. eod.
titu. in. l. sicut certi. & l. seq. C. de testa. mili. & li
cet Bald. bene præsenserit quòd illæ leges supe-
rius allegatæ loquuntur in alijs terminis, tamen
ego adhuc fortius dico quòd nihil faciũt ad pro
positũ, vt plenè declaraui suprá. Præterea om
nia supradicta fuerunt reprobata, & maxime q̃a
illis omnibus articulis, vt notaui suprà, contradi
cant. l. fina. ff. de hæred. instit. & l. cùm mater. ff.
de inoffi. testa. quibus nusquàm vidi factam esse
responsionẽ: ideo nõ recedo à præcedẽtibus cõ
clusionibus suprà notatis. Ex his tu habes de
cisionem alterius q̃stionis disputatæ hic per om-
219 nes, & in. d. l. filio. an † per hanc authen. seu ius
nouissimũ authẽ. sit correctus titulus de leg. præ
stan. ff. & q̃uis ista quæstio nullius sit momenti,
propterea nõ esse circa eã multũ insistendũ, per
decisiones præcedentes: tamẽ ego dico per præ
dicta illũ titulũ esse correctũ omnino: quia si le-
gata debeant siue à præterito sine causa, siue ex-
hæredato sine causa, siue scienter sit præteritus si
ue ignoranter, nõ facta aliqua reseruatione lega
torum, vt dixi, siue coniunctus fuerit siue extra-
neus, debent ab obtinẽte in querela: quid opus
est disputare, dicere quòd similia sunt legata fa-
cta à parentibus vbi testamentũ infirmatur per
bonorũ posses. cõtratab. verũ est quòd ille text.
& titulus erat tũc de iure antiquo opportunus
isto respectu: quia omnia legata quæcũq; erant
iure Digestorũ, vt dixi supra, irritabant & ãnul
labantur vbi testamentũ quantũ ad institutionẽ
annullabatur: nõ mirum si prætor habita ratio-
ne legatariorum distincto legatario à legatario
ex quadã ratione naturali motus conseruauit le
gata & alia quæ relicta erant cõiunctis personis
quibus testator verisimiliter fecisset legata, etiã
vbi filium suum præteritũ vel exhæredatũ hære-
dẽ fecisset: vt patet in. l. j. & per totũ titu. ff. de le
ga. præstan. nõ mirũ si talia legata fuerunt cõser
uata. sed hodie lex considerauit aliud, quod in
his legatis nulla fiebat à patre iniuria filijs sed in
institutione tm̃, quare fecit legẽ generalẽ quòd
hodie omnia legata cõseruentur iure speciali &
traderentur his quibus relicta sunt. nec est verũ
quod voluerũt hic Moder. post anteriores suos
dicere, quod hodie nõ sit correctus in casu quo
filius esset præteritus ignoranter à patre, quo ca
su esset firma dispositio iuris antiqui circa lega-
ta, quòd adhuc irrita essent nisi in his quæ per. d.
titu. de lega. præstan. certis personis præstanda
essent. quia ad istud dictum esset satis respõsum
quòd hoc est falsum: quia etiã in præterito igno
ranter idẽ dicendũ est sicut in exhæredato. Præ
terea ego addo aliud: quia dicunt aliud seu præ-
supponunt quòd si filius sit præteritus scienter
quod adhuc idem esset sicut in exhæredato: sed
secus in præterito ignorãter. quæ differentia nõ
est vera nec põt probari aliqua lege. nec lex in
d. §. aliud. facit differentiã an filius sit præteritus
scienter vel ignoranter: quare nec hoc verũ est.
Nec ego facio vim an sit præteritus à patre vel à
matre: per. d. §. aliud quoq;. & alia plura quæ di-
220 xi suprà, non recapitulo. Idẽ † ego dico in post-
humo licet in eo posset esse maior difficultas: q̃a
in odiosis non habetur pro iam nato: vt plene in
l. qui in vtero. ff. de sta. homi. secũdo q̃a non põt
causa esse in posthumo. l. si q̃s suo. §. fi. suprà, de
inoffic. testa. ad istud dico ꝙ hoc magis succedit
in fauorẽ posthumi: q̃a tãto facilius testm̃ patris
irritabat: & indubitate q̃a certũ est vt dixi ꝙ nõ
põt esse causa in posthumo & si diceretur culpã
patris posse posthumo nocere: vt in. l. ij. C. de li-
be. & eorũ libe. plenè in. c. deniq;. quæ fuit pri-
ma causa beneficij ami. col. viij. q̃a dico hoc esse
falsum in hoc quia culpa istius patris non potest
nocere nepoti nascituro. idem in matre. textus
est

est expressus in. l. iij. §. si emancipatus. primo. in fine. §. ff. de bono. possess. contra tabu. nō obstat illa lex secunda. C. de libe. & eorum li. quia procedit in alijs terminis, scilicet secundùm Petrum ibi, quia filius nō prouenit nisi iure paterno. vnde non mirum si beneficium à patre proueniens ex sua ratione per factū ipsius amittat: secus vbi filius iure suo succedit: quia tunc consyderatur magis illud ius quàm causa patris. & idem sentit glos. in dicto. §. si emancipatus. ponderat text. in l. cùm ratio. ff. de bo. damna. & alia ibi plura no.
221 per eam. quod not. Ex † qua solutione tu notabis vnum quod est singulare quòd quando aliquid competit agnationi iure ipsius agnationis: & tunc licet renūtietur hæreditati agnati vel patris, per hoc tamen non renuntiatur iuri proueniēti iure agnationis. l. pro hærede. §. si quid tamen quasi hæres. ff. de acquirē. hæredi. cum alijs ibi plenè not. sed vt redeam ad propositū, idem
222 in posthumo sicut in iam nato: cū † appellatione filij vocetur etiam posthumus. §. fina. Institu. qui testamento tuto. dari pos. plenè in. l. Gallus. ff. de libe. & posthu. & in dicta. l. qui in vtero. ff. de sta. homi. Sed circa præcedentia instat vna
223 difficultas vtrum † institutio in re certa ad similitudinem legatorum debeat conseruari per hanc authenti. & multi hic disputant. plerique dicunt post Bart. quòd vbi institutio rei certæ haberet vim legati: & tunc cōseruaretur per hanc authēticam, secus vbi assumeret vim institutionis. Ita etiam no. Bart. hic & in. l. j. ff. de iure codicil. per eundem, & omnes in. l. j. ff. de lega. j. & in. l. filio præterito. ff. de iniusto, rup. & irrito testa. accedit succinctè vnū: quia sicut de iure antiquo per titulum de lega. præstan. ff. conseruabantur legata cōiunctis: sic & institutio de re certa facta coniunctis. l. filium. §. sed & si portio. &. §. is autem cui portio. ff. de lega. præstan. ergo idem in casu huius authen. Ego autem dico istud non esse verum per rationem. l. si ego. &. l. si quis hæres. in princi. in. l. cùm hæres. §. fina. ff. de acquiren. hæ-
224 redi. quia † vbi euenit casus quòd filius nō querelaret testamentum: & propterea firmum maneret ex æquitate iuris ciuilis, de qua in. d. l. filio. in fine. ff. de iniusto, rup. & irri. testa. & alius hæres institutus non esset vel etiam datus esset sibi cohæres qui repudiaret: illo repudiante tota hæreditas perueniet illi inuito iure accrescendi, per. l. qui ex duabus. §. fin. ff. de acquiren. hæredi. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. instit. & plenè in. l. vnica. C. quando non peten. partes peten. accresc. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. §. hæreditas. Institu. de hæredi. instit. cum alijs vulgaribus. vnde non potest isto casu nisi assumere vim institutionis. non obstat lex, filiū. §. sed & si portio. ff. de lega. præstan. quia procedit in eo cui ex necessitate portio debebatur: quia tunc venit in compēsationem, per. l. virilis. ff. eo. de lega. præstan. vel responde & melius quòd ille text. non loquitur de institutione, sed de ascriptione alicuius partis hæreditatis facta iure legati, vnde non mirum si vt legatum debeatur, per. l. mulier. §. fina. ff. ad Treb. & ita respōdet glos. in. d. §. sed & si portio. in verbo, ascripta. & bene ideo nec talis institutio conseruabitur per supradicta in odium patris exhæredantis filiū sine causa. Tamē inuenio hic quòd Bal. cōcordauit istud, quoniā secundùm eum si relinquatur certa res vel quantitas extraneo iure institutionis, tunc valet iure meri legati, per. l. quoties. C. de hæredi. insti. sed in filio in quo potest trahi ad intellectum vniuersalis institutionis per ius accrescendi. & non valet, sed vitiatur ex causa præteritiōis. & ratio est quia in codicillis talis institutio non potest fieri nec ab intestato, nec potest etiam obliquari in filio vel alio cui debetur legitima iuxta doctrinā glos. in. l. liberum. ff. de except. doli. Ego in primis dico rationē veram esse, sed dictum non esse verum, quia dico verum esse institutionem non posse in codicillis fieri. l. hæreditatem. C. de co-
225 dicil. §. codicillis. Institu. de codicil. sed † nō sequitur quòd hæc institutio quæ de re certa fit non sit vera institutio vt dixi. quibus concor. lex. j. §. si ex fundo. &. l. ex facto magist. ff. de hæred. instit. de quo in. l. si quis priore. ff. ad Trebel. & est tex. ineuitabilis in. §. cæterum. in authen. vt cùm de appella. cogno. colla. viij. vbi institutio de filio facta in re certa impedit filium à querela, nec tale testamentum poterit irritari modo aliud vitium non sit in testamento. & vbi illa res in qua filius est institutus non ascendit quartam debitā iure naturæ, tunc agit tantum ad supplementum quartæ sicut agebatur de iure codicis, per. l. omnimodo. C. de inoffic. testa. & tamen si haberet effectum meri legati tantum & non veræ institutionis, certè esset indubitatum quòd testamētum irritaretur, etiam si res illa relicta excederet dodrantem sicut dicit text. in dicta. l. ex facto. in secundo respōsō. & quòd sit verū patet in. §. aliud quoque. in authen. vt cùm de appel. cog. colla. viij. vbi etiam si vltra legitimā relictum esset iure legati vel fideicōmissi ipsi filio, quia debet ei relinqui titulo institutionis, irritabitur testamentum, per illū text. & propter illū. §. cæterū. &. d. l. quoties. totus mundus fuit turbatus, vnus modo dixit vnū, modo aliud: & sic deinceps ab origine illarū legum cōditarū, sic ꝙ varijs modulis cantatū est super istis duobus testibus. quid dicemus circa tot sentētias? Ego aūt nō video qualr possit recedi à declaratione tradita per doc. nostros Aurelianēses Iac. de Rauē. Lothoringiū et Pet. de Bellaper. eius discipulū in authē. nouissima. C. de inof. test. & in. d. l. quoties. C. de hære. insti. & in. l. si quis priore. ff. ad Treb. quos secutus est Cin. vbiq, nec puto aliquā sentētiā veriorem ista, & quæ magis applaudat. d. l. quoties. dicūt enim ꝙ illa. l. quoties. seipsam declarat: quia finis illius. l. est declaratio principij. et bene quia

116 verum est ipsum esse verè hæredem, sed † quantum ad actiones hæreditarias hæres institutus in re certa siue actiuè siue passiuè habetur pro legatario, non autem quòd sit legatarius. & quòd sit verū istud est aperta litera in dicta. l. quoties. in tribus suis partibus. prima est ibi, quos legatariorum loco haberi certum est. nota diligenter illa verba, haberi loco legatariorum. & sic non sunt legatarij: quia vt dixi in alijs cōclusionibus aliud est aliquid esse tale vel haberi pro tali. l. j. in principio. ff. de suis & legiti. hæredi. & in. l. patris & filij. vbi plenè per Aret. & Moder. ff. de vulg. & pupilla. substitutio. & sic non sunt legatarij, sed habentur pro legatarijs. Reperio quòd hanc inductionem fecit Pet. de cento, vt refert Ioan. an. in additio. Specul. in titu. de testamen. §. primo. ad finem versic. pone. & quem refert Imo. in. l. j. §. si ex fundo. x. col. ff. de hæred. institu. ad quam respondet Imo. retorquendo quòd saltem idem erit iudiciū sicut in legatario, siue habeatur pro legatario: quia verum est quantum ad illum casum specificatum, sed quantum ad reliqua non erit verum. & sic nihil facit dictum Imo. sed posset quæri in quo est quod habetur loco legatariorum: respondet tex. in dicta. l. quoties. in alijs duabus partibus ibi, eos tantummodo omnibus alijs hæreditarijs actionibus vti vel cōueniri decernimus &c. Et ibi, nec aliquam diminutionem earundem actionum occasione hæredum ex certa re scriptorum fieri. tu cōsydera diligenter hāc respōsionem Iustiniani, Qualiter in actionibus hæreditarijs actiuè vel passiuè tantummodo hæredes scripti in certa re. ponderando illa verba, hæredum ex certa re scriptorum. fiūt immunes:

117 & in hoc habentur pro legatarijs: vt † sicut legatarij non possent agere nec conueniri à creditoribus hæreditarijs. l. creditores. C. de hæred. act. in. l. prima. C. si certum petatur. sic idem in hære de instituto in re certa. hoc tamen intelligo verū quando alius est datus cohæres vniuersalis vel alij in partibus secundùm doctrinā illius. l. quoties. in ver. alij verò ex certa parte. tamen Barto. in dicta. l. ex facto. magna dicit, quòd licet vltramontani eam sibi approprient, est tamen glos. in illa. l. ex facto. in verbo, rerum certarū. quæ non videtur sibi vera. Vnde recedendo ab omnibus anterioribus opinionibus dixit quòd hæredes scripti in certa re faciunt tertiā speciem: quia partim æquiparētur hæredibus scriptis in quota hæreditatis: & partim æquiparētur legatarijs: sicut dicunt grammatici de participio quòd partem capiat à nomine & partem à verbo. Et hanc opinionem secuti sunt Baldum, Ang. & Imo. & ferè omnes, in dicta. l. ex facto. & in dicta. l. quoties. hoc declarat Barto. in falcidia enim æquiparantur legatarijs: quia hæres à cohærede nō detrahit falcidiam. l. in singulis. ff. ad. l. Falci. sed in casu dictæ. l. ex facto. hæres à cohærede in re certa instituto detrahit quartam falcidiam, sicut de legato. & sic quantum ad hoc participat cum legato. Secundò in actionibus & obligationibus hæreditarijs per. d. l. quoties. C. de hæredi. instit. participat etiam cum hæredibus quantum ad ius accrescendi. Et hoc clarius declarāt Iaco. & Pet. in dicta. l. quoties. & Cin. post eos: quia si habēt vim hæredis: & tūc vno moriēte portio illa deficiens accrescet, per. l. qui ex duabus. §. fina. ff. de acquir. hæred. l. vnica. C. quando non peten. partes peten. accresc. si autem habet vim meri legati: & tunc altero moriēte portio illa non accrescet:

118 quia † inter hæredes & legatarios non habet locum ius accrescendi, per. l. eam quam. C. de fidei com. plenè in dicta. l. vnica. C. quando non pet. partes. secundò, quia poterit propria authoritate rem hæreditariā apprehendere quam nō posset legatarius. l. j. ff. quorum leg. & in. l. j. C. eod. titu. & ita per hæc idem tenent Bald. Ang. Imo. & ferè omnes in dicta. l. ex facto. Sed hæc omnia nihil faciunt nec habent aliquid saporis. & propterea non puto quòd possit recedi ab opinione Iac. & Pet. & nostrorum. & propterea Alex. in. d. l. quoties. satis hoc cogitant, recessit ab omnibus istis dictis: & addidit nouam declarationem. Tamen in primis volo respōdere ad deducta per Bart. & suos sequaces. primò, cùm dixit quod hæres à cohærede non detrahit falcidiam: quia in institutione non habet locū Falcidia, sed in legatis tantū, per. l. in singulis. ff. ad. l. falci. sed adhuc dixit Alex. in. d. l. quoties. nam licet dicatur quod lex falcidia solum reperitur detrahi de legatis, non autem de hæredis institutione: quia dixit, imo est ipse hæres qui detrahit falcidiam de legatis: sed hoc nihil est quantum ad solennitatem huius articuli, licet tex. in. l. quoties. C. famil. ercifcun. satis videatur secundùm vnam lecturam innuere contrarium ibi salua legis falcidiæ authoritate. tamen circa illud pro nunc non morabor. nouissimi pertranseunt cum doctrina Bart. cum adiectione illius verbi, cogita. Vnde ego dico respectu huius primi articuli scilicet de detractione legis falcidiæ quod totus punctus iacet in resolutione illius. l. ex facto. versicu. & si forte. ff. de hære. insti. qua lege discussa dabo tibi optimam distinctionē quæ omnia amplectetur quæ dicta sunt. Dico enim quod illa. l. ex facto. nihil facit pro Barto. nec debet Bar. in ea se fundare: & patet istud clarius sole in illo tex. in ver. ita igitur. In quo iacet declaratio huius argu. di-

119 cit † enim, testator instituit duos hæredes vtrunque in re certa: quia vnus est institutus in fundo Corneliano, alter in fundo Liboniano, sed quia fundus Cornelianus faciebat dodrantem Libonianus quadrantem: & sic quod totus as cōsistebat in illis duobus fundis. Dubium erat pro qua parte debebant succedere an debeant illi hæredes instituti dici in re certa instituti: an vero debeat dici quod sit vnus in dodrante, & alius in quadrante: & an debebit tota hæreditas diuidi æqualiter

æqualiter. & sic quod vterque habebit semissem & videbatur quod vterque deberet dici institutus in æqualiter, & nō ex æquis portiōibus: quia maxime potest testator hæredes pro inæqualibus partibus eos facere hæredes. l. item quod. §. fi. ff. de hære. insti. tamen dicit tex. quod perinde illi hæredes instituti in re certa dicantur sine partibus instituti ac si simpliciter eos instituisset hoc modo, Titiū & Seiū hæredes instituo. quod no. primo qualiter hæredes instituti in re certa vere sunt hæredes vt dixi. sed subdit litera quod licet illi duo instituti in his duobus fundis qui continebant totum assem æqualiter succedent quasi æqualiter ab initio hæredes instituti, sicut d. tex. in. l. quoties. §. si duo. ff. eod. de hæredi. insti. Tamē per officium iudicis vnicuiq; ipsorum hæredum adiudicabitur res in qua est hæres institutus. & quantum est ad æs alienū pro semisse id est pro æqua parte conueniendus est vterq; à creditoribus iuxta. l. j. C. si cer. peta. & l. ij. C. de hæredi. actio. in versicu. & si forte. dubium est hoc modo quod primo dixerat quòd licet pro æquis portionibus videantur esse instituti tamē vnicuiq; fundus relictus officio iudicis adiudicabitur: quod videbatur inconueniens: quia si ex æquis partibus erant instituti quòd tunc etiam debebant pro æquis portionibus diuidere illos fundos vt vnus non haberet plus altero: quia aliter nihil profuisset dicere quòd videantur instituti pro æquis portionibus. ideo quæritur quid erit de istis perceptionibus quia percipit fundū libonianum qui facit quadrantē hæreditatis tantum, alter vero percipit cornelianū qui facit dodrantem: vnde est maxima inæqualitas & maxime si forte falcidia interueniat vel petatur pro legato facto extraneis. & de ære alieno soluendo. quæ omnia æqualiter erant soluenda ab ambobus pro semisse ac si vnus non esset plus grauatus altero. Nunquid in istis perceptionibus detrahetur aliquid tanquam si prælegata essent facta cohæredi vt tunc in his perceptionibus non plushabeat alter ipsorum quàm esset habiturus si iure legati seu prælegati habuisset iuxta. l. Nesennius. & l. titia. & l. in quartam. vbi plene per Bar. ff. ad. l. falci. in. l. à cohæredibus. C. ad. l. falcidiam. & cōcludit quòd hoc plus habebitur iure quasi prælegati non quòd sit legatū sed quòd seruetur quædam æquitas vt plus vni relictum non esset: vnde de rigore iuris non debet hoc fieri sed ex quadam æquitate vt sequatur æqualitas inter ipsos hæredes institutos & nō iure falci. Et hoc est quod vult dicere tex. in. d. l. quoties. C. fami. ercis. ibi salua. l. falcidiæ authoritate. Et si dicatur prout dixit Bar. quòd saltem habet locum falcidia, respōdeo dupliciter. primo quòd istud non est speciale in institutis in certa re in modo qui positus est in. d. l. ex facto. sed est regulare & in institutis hæredibus pro quota parte hæreditatis, per. d. l. quoties. quia ibi omnes hæredes erāt instituti. æqualiter sed quia in diuisione potuisset oriri difficultas inter ipsos hæredes, propterea testator vt euitaret & tolleret omnem cōtrouersiam diuisit hæreditatem & vnicuiq; assignauit suam quotam hæreditatis: qua assignatione facta voluit & iussit hæredes suos esse cōtentos suis assignationibus vnumquenq; pro partibus suis. vnde statuit ibi lex quòd huiusmodi voluntas seruāda est salua legis falcidiæ authoritate & d. gl. quæ debetur iure institutionis per. l. ex facto. ff. de hære. insti. & sic vides quòd oēs hæredes erant instituti æqualiter in quota & non in re certa, & nihilominus detrahatur illa falcidia. & si dicatur quòd illa diuisio debeat succedere loco institutionis de re certa factæ, hoc non est verū vt patet in illo tex. in versi. nec mutat. & in versicu. cum vtriq; &c. sic ego idem dico in casu. d. l. ex facto. ver. & si forte. siue illa. l. quoties. C. fa. ercis. intelligatur de quarta debita iure institutionis vel iure naturæ. considera quòd lex nō induxit alia ratione nisi vt seruaretur æqualitas inter hæredes: vt ex portione illius qui plus ex volūtate testatorū percipiebat per illam assignationē detrahatur & detur alteri qui minus percipit: eo maxime quia nō erat volūtas testantis vnū ex hæredibus plus altero honorare per illā diuisionē sed vt iudiciū familiæ erci. vel aliud iudiciū secluderet arguēdo ex authoritate tituli in quo posita est illa lex iuxta. l. imperatores. ff. de in diē adiectio. sic nō erit proprie falci. nec est falcidia sed ad similitudinē legatariorū à quibus desalcatur vbi quarta iure institutionis debita nō remanet apud hæredes institutos propter onera legatorū: sic idem quia vnus plus percipit altero in casu. d. l. ex facto. quia vnus habebit dodrantē & alius quadrātem tantū: cū lex velit esse institutos pro æquis portionibus qui tunc nō erāt effectualiter instituti æqualiter eo quia nihil est in hæreditate præter illos fundos in quibus sunt instituti & quòd pro ære alieno remanēt æqualiter obligati is qui quadrantē tantū percipit, & alius qui dodrātem quod inæqualitatē maximā inducebat: ideo ex perceptione ratione inæqualitatis voluit lex aliquid esse detrahendū ex illa perceptione atq; si essent instituti æqualiter ab initio, & ante institutionē alteri ipsorum factum esset aliquod prælegatum vt eidem detrahatur non iure falcidiæ sed iure æqualitatis, sicut dicitur in dicta. l. quoties. C. familiæ erciscundæ. Et propterea & secundo dico quòd illa. l. ex facto. non loquitur de falcidia sed de rescissione quæ debebit officio iudicis fieri, sicut per falcidiam desalcatur ex legatis, & sicut per falcidiam detrahitur à legatarijs vt quarta debita iure institutionis integra remaneat: vt patet in toto titu. ff. ad. l. falcidiam. & C. sic & per hanc rescissionem quæ fiet à iudice ex officio suo seruabitur æqualitas inter ipsos hæredes institutos. & ex illo tex. tu notabis duo quæ ostendūt præcise quòd non

per.l.Falcidiam fit rescissio.primò in ver. hic officium iudicis recidet: quia per officium iudicis fit ista rescissio quæ petitur ab hærede scripto in re certa de portione rei relictæ cohæredi institu to in re certa. Secundò cùm dicit in ver.vt nō plus quisque eorum. facit aliam similitudinē vt per officiū iudicis fiat illa rescissio seu detractio vt neuter ipsorum hæredum in re certa scriptorum plus percipiat quàm esset percepturus si essent æqualiter instituti verè, & quod ante illam institutionem factum esset aliquod prælegatum alteri ipsorum, vt ad similitudinē prælegati detrahatur propter æqualitatem seruādam in commodo hæreditario sicut in onere in quo tantum patitur is qui rem quadrātem tantum valentem consequitur quantum is qui rem valentem dodrantem percipit: & sic ad similitudinem Falcidiæ hoc inductū est non quòd esset Falcidia, sed quia lex existimauit eos tanquam pro æquis partibus institutos.l.quoties.§.si duo.ff. de hæredi. instit.& etiam in onere existimauit esse cogēdos quemlibet pro semisse: vt patet in dicta.l. ex facto.ver.vnde scio. sic voluit in alio releuare illū oneratum, vt etiam ex præceptione sua per officium iudicis detrahatur à re sua, sed quantum taxauit illa lex, vt tolleret dubium, scilicet ad similitudinem prælegati. Et si dicatur prout dicebat Imol. ergo saltē æquiparabitur legatario in hoc & idem erit iudicium, per.l.j.§. lex Falcidia.ff. ad.l. Falci.vnde nō erit vera decisio Petri & Iacobi dicentium quòd quantum ad actiones & obligationes hæreditarias siue passiuè siue actiuè debeat hæres institutus in re certa æquiparari legatario tantū & non hæredi: in cæteris habeatur pro hærede: quia saltem hoc erit falsum, sed in hoc casu æquiparabitur legatario, quoniā dico rectè doctores nostros fuisse locutos: quia id quod suprà dictum est de illa similitudine facta ex dicta.l.ex facto.nō erit speciale in hæredibus institutis in re certa, vt in eis tantum debeat fieri detractio ad similitudinē legatorum: quia in similibus terminis faciēda est similis detractio inter cohæredes institutos pro quota hæreditatis quando vnus per illam aut similem adiudicationem plus altero percipit, per dictam.l. quoties. C.fami.ercisc un. ibi, voluntati eius salua tamen legis Falcidiæ authoritate obtemperandum esse manifestū est. Et per hoc cùm sit in omnibus hæredibus regulare siue sunt in re certa instituti siue in quota hæreditatis vt in eo in quo plus grauentur releuentur in alijs: quare idem censeo in vno sicut in altero, iuxta dicta Petri. hoc limitabo prout iurisconsultus in hoc limitat in dicta.l. quoties.§.si duo.ff.de hæred.instit. nisi specificè & manifestissimè appareat de contraria voluntate testātis:& no.verbum, manifestissimè. positum in illo tex. qualiter non sufficit ista præsumpta volūtas testatorum quæ talis præsumitur & interpretatur à lege nisi in specie specialissima aliter diceretur. & quē text. ponderauit ibi Bar. in alijs terminis, & omes post eū: vnde per hæc tu vides opinionē Petri saluam esse ab interpretatione Bar. & aliorum, pro qua vt dixi facit ille tex.ineuitabiliter in.d.§.cæterum. in authen. vt cùm de appel.cogno.colla.viij. prout deduxi suprà, necvnquā illi textui responsum est. sed quia in istis hæredibus scriptis in re certa video multa diuersa & non contraria pro ipsorum intellectu putaui facere declarationem breuiter ad omnia iura quæ regulariter narrantur in hac mate-

230 ria. Primò † enim dico quòd aut vnus solus est hæres institutus in re certa & nullus alius est datus cohæres, & tunc perinde est ac si vniuersaliter esset hæres institutus: quia tunc tota hæreditas acquireretur sibi. text.in.l.j.§. si ex fundo.ff. de hære.insti.idem in.l.cùm hæres.§.fin. & in.l. si quis hæres.in princ.&.l.si ego.ff.de acquiren. hæredi.& ratio est duplex.prima quia nō potest negari quin is qui in re certa institutus est sit verus hæres, vt dixi suprà per.§.cæterū.in authē.vt cùm de appel. cog.in.l.quoties.§. si duo.&.l.ex facto.ff.de hære.instit.in.l.si certarū.ff. de testa. mili. vnde cùm nullus alius sit datus cohæres ne testator pro parte decedat testatus & pro parte intestatus.§.hæreditas.ver.nō tamē.Insti. de hære. insti.de quo in.l.circa.ff.de inoff.test.debet succedere solus.& in his terminis tu habes tex.in similiiuncta glos.in.l. Celsus.§.fi.in fi.ff. de lega. ij.secunda ratio, quia quantum potest fieri debemus sustinere volūtates defunctorū ne pereāt.l. in ambiguis.ff.de regu.iur.in.§. disponat.in authenti.de nup.colla.iiij.in.l.plenum.ff.de vsu & habita.sed vbi iste hæres institutus in re certa nō esset hæres, tūc corrueret voluntas testātis: quia nullus esset alius hæres ex testamento. Secundò quia aliàs filius in re certa institutus redderet testamētum nullum:quod non potest, per.d.§.cæterum.Tertiò, quia est tex.in.d.§.si ex fundo.in l.j.ff.de hæred.insti. qui non potest euitari: cùm dicat ille tex. quòd qui ex fundo est hæres institutus perinde est ac si solenniter esset hæres institutus detracta mētione fundi, per illum text. Se-

231 cundo loco † aut sunt duo hæredes instituti nō pro quota hæreditatis, sed quilibet in re certa tātum:& idem dico quòd perinde est ac si testator eos æqualiter hæredes instituisset nō facta mentione rei.tex.in.d.l.quoties.§.si duo.ff.de hæredi.instit.sed verum est quòd licet quātum ad hæreditatem dicantur hæredes instituti pro æquis portionibus tamē vnicuique ipsorum adiudicabitur officio iudicis res in testamēto relicta, licet vna sit maioris æstimationis altera.tex.in.l.si certarum.in tertio responso.ff.de re mili.in.l.ex facto magist.ff.de hæredi.institu. & per illos text. æqualiter tenebitur soluere creditoribus hæreditarijs & legatarijs, per.d.l. ex facto.ver. vnde scio quæsitum. tamē quia lex putauit indignum quòd hi qui sunt aut habētur pro institutis à testatore

ſtatore æqualiter & tenentur onera hæreditaria
æqualiter ſuſtinere iuxta.l.ij.C.de hæredi.actio.
& dictum.§.vnde ſcio.in.d.l.ex facto.nõ habeāt
æqualem portionem vt plus dãni habeant quàm
commodi ſeu hæreditas ſit inutilis, ſicut in ſimili
dicit tex.in.l.j.ff.ad.l.falc.ſtatuit lex quòd per of
ficium iudicis fiet detractio ab eo qui rem vtilio
rem habet ſi aliter ſibi non poteſt ſubueniri, &
nõ per falcidiã,vt voluit Bar.ſed per officiũ iudi
cis ad ſimilitudinē prælegatorũ,de qbus in.l.Ti
tia.&.i.Nēſenius.ff.ad.l.fal.& iſtud eſt qđ vult
dicere tex.in.d.l.ex facto.ver.& ſi fortè.ff.de hæ
re.inſti.de q̃ dixi ſuprà ſatis plenè,& hoc nõ tãtũ
ꝓcedit in hæredibus inſtitutis in re certa,ſed etiã
in inſtitutis ꝓ quota hæreditatis.p.l. q̃ties.C.fa-
232 mi.erciſ. deducēdo ꝓut ſuprà.Tertio † aut ſunt
duo inſtituti q̃rũ vnus in re certa & alius in reli-
qua parte hæreditatis:& tũc dico ꝙ ſi hæres inſti
tutus in reliqua parte hæreditatis renũtiet hære-
ditatē: & tũc portio illa deficiēs accreſcet hære-
di inſtituto in re certa ac ſi nullus alius eēt datus
cohæres,vt dictũ eſt in præcedēti artic.text.in ar
gu.in.l.ſi duo.&.l.cũ hæreditate.ff.de acqui.hæ
re.deducēdo hoc mõ: ſi eñ is q hæres eſt inſtitu
tus ex re certa verè ſit hæres ac ſi in re certa nõ eſ
ſet hæres inſtitutus, ſed in q̃ta hæreditatis & tũc
ſicut hæres inſtitutus in q̃ta cui in alia datus eſt
cohæres adiēs hr̄ditatē in ſua pte inuitus aliã par
tē deficiētē p renũtiationē factã à cohærede tene
tur acceptare,p illã.l.ſi duo.&.l.cũ hr̄ditate.er.l.
vnicã.C.qñ nõ petē.par.pet.accre. ſic idē erit iu
diciũ in hr̄de inſtituto in re certa per ſupradicta,
idē ego dicã à cõtrario qñ ille inſtitutus in re cer
ta remanebit:qa portio illa decreſcet alteri p illa
iura:& hoc alia rõne qa etiã vbi haberet vim le-
gati tũc eſt indubitatũ qñ nõ eſſet collegatarius
cõiũctus re & verbis aut re tm̃ ꝙ accreſceret hæ
redi.l.re coniũcti.ff.de leg.iij.l.ſi pluribus.ff. de
leg.j.& q̃tũ ad hoc quoq̃ pacto ſumat̃ nõ eſt du
biũ ꝙ accreſcit hr̄di.Et hoc mõ dico ꝙ in omni-
bus habet locũ qđ dicit̃ in hærede ſcripto in q̃-
ta in hr̄de ſcripto in re certa p̄terq̃ in actiõibus
hæreditarijs actiuè vel paſsiuè,p.d.l.quoties.C.
de hære.inſti. Nec obſtabũt alle.p Bart.& ſe-
quaces cõtra Iac.& Pet.qbus tu rñde ꝓut dictũ
eſt ſuprà qđ nõ repeto nec facio differētiã an hæ
res inſtitutus ſit filius vel extraneus.qđ idē dico
in vtroq; qcqd dicat̃ p Bal.in.d.l.q̃ties.C.de hæ
re.inſtit. & alios de quibus p Imo.in repe.d.§.ſi
ex fundo.in.l.j.& in.l.ex facto,magna.ff.de hæ-
233 re.inſt.& alex.in.d.l.q̃ties.Et † vt redeã ad ꝓpo
ſitũ q̃ſtiõis noſtræ,an inſtitutio in re certa cõſer
uet̃,p hanc authē.ſeu p ius nouiſsimũ.& dico ꝙ
etiã inſtitutio de re certa ſit vera inſtitutio, & in
omibus retinet vim inſtitutiõis p̄terq̃ in actioni
bus & obligationibus hr̄ditarijs actiuè vel paſsi
uè p̄terq̃ in illis q̃ occaſione ipſius rei in q̃ facta
eſt inſtitutio cõpetere pñt p ſupradicta poſt Iac.
& Pet.in.d.l.q̃ties.C.de hære.inſtit.& in authē.
nouiſsima.C.de inoff.teſt.& in.l.ſi qs priore.ff.
ad Treb.& tũc nõ cõſeruabit̃:qa nõ retinet effe
ctũ legati p̄terq̃ in illo caſu q nõ debet venire in
cõſiderationē eo qa ꝓcedit vbi ſuſtineret̃ teſtm̃
q̃tũ ad inſtitutione,ſed per ius nouiſsimũ irritat̃
inſtitutio q̃cũq; facta fuerit,ideo nõ puto ꝙ poſ
ſit aliq̃ mõ ſuſtineri p ius nouiſsimũ poſſent hic
adduci multa q̃ omitto arguēdo ſup illis verbis
q̃tũ ad inſtitutionē q̃ ſunt nota ſatis cuicũq; in-
telligēti:& qa hic articulus ꝓpriè nõ cadit ſuper
hac authē. cũ habeat materiã ſatis lõgã:& q̃ ple-
nè fuit diſputata reliqua q̃ in materia poſſent tra
ctari.vide plenè p Iac.de Rauē.Pe. de bellaper.
Cin.Bar.Bal.Alex.& oēs in.d.l.q̃ties.C.de hæ-
re.inſtit. plenè p Imo.in.d.l.j.§.ſi ex ſundo.& in
l.q̃ties.§.ſi duo.& in.l.ex facto.ff.de hære.inſti.
in.l.ſi qs priore.per gl.& oēs.ff.ad Treb. Cir
ca hãc authē.inueni aliquã q̃ſtionē tactã hic per
Bal.in.xvj.col.ver.q̃ro ergo ſi iſta opinio,q̃ cõ-
modè occurrit circa eã:qa dictũ eſt ſuprà ꝙ licet
teſtm̃ irritet̃:tñ legata fideicõmiſſa & cætera ca-
pitula teſtamēti cõſeruant̃ p hũc tex.& in corpo
re authē.vñ ſumit̃ in.§.ſin aũt hæc omnia. in au-
234 thē.vt cũ de appel.cog.col.viij.Quid † aũt in le
gatis factis in ſecundis tabulis ſcilicet pupillari-
bus & ſoluēdis poſt mortē pupilli,an iſta legata
cõſeruent̃ & debeant̃:in qua dicit Bal. cõſerua
ri & deberi q̃tũcũq; teſtm̃ rõne p̄teritiõis irrite-
tur ad qđ mouet̃ qm̃ pater dato ꝙ filio impube
ri nõ ſubſtituat pupillariter tñ codicillari pote-
rit, p.l. ſi fundũ p fideicõmiſſum. aliàs eſt in.l.ſi
Titio.& ita habeo notatũ in volumine meo.§.ſi-
cuti.ff.de leg.j.aduerte qa nõ voluit p̄ciſè põde
rare tex.ſed gloſ.quæ hoc dicit in vna ſuppletio
ne poſita per eã ad illũ.§. & ita Bal.plerũq; alle.
tex.cũ nihil in eis dicat̃.ſed bñ gloſ. hoc dicēs id
ad qđ Bal.inducit & p̄ſertim hoc facit in tracta-
tu feudorũ.ſed venio ad rē, dicit Bal.ſi põt codi
cillari:& debebunt̃ ex codicillis licet expirēt ad
ueniēte pubertate,p.l.qđ fideicõmiſſum.ff.e.de
leg.j.ſicut debet & fortius ꝓcedere in legatis fa
ctis pupillo ſoluēdis poſt mortē eius.Iſta opinio
Bal.eſt falſa.& ideo nõ curo multũ inſiſtere cir-
235 ca eã.nã legata † nõ pñt relinqui ab eo q exhære
datus eſt vel p̄teritus:& relicta nõ debent̃,per.l.
pe.C.de fideicõ. p regulã.l.ab eo.C. de fideicõ.
l.j.C.cõia de leg. qa quē nõ bonoro grauare nõ
poſſum.& cõtra Bal.tenet gl.per illũ tex.vbi cla
ra eſt litera in.l.in ratiõe.§.fi.in gl.fi.in verb.ex-
titerit.ff.ad Treb.gloſ.in.l.plane.ſecũda per illũ
in prin.& in.d.§.ſicuti.ff.de leg.j.qa ab inſtituto
ſolo & nõ ab exhæredato filio relinqui poſſunt.
l.ij.ff.de leg.iij.& relicta nõ debent̃.& qđ dicit̃
ꝙ põt codicillari etiã non ſubſtituēdo pupillari-
ter:qa verũ eſt dicit ibi gl.in.d.§. ſicuti. in verb.
filij.qñ filio inſtituto facit:qa ſi eſt exhæredatus,
nihil ꝓderit qđ relictũ eſt à filio exhr̄dato , ſiue
ſubſtituēdo ſiue ēt codicillãdo,p illũ tex.&.d.l.
planè in prin.q̃ imediatè ſeqt̃,iõ ãplius ñ inſiſto.

Vltimo loco quæritur hic quid veniat appellatione cæterorum: quia non est dubium de legatis, fideicõmissis, libertatibus & dationibus tutorum vt satis aperte decisum est in.d.§. sinautẽ hæc omnia. in authen. vt cum de appel. cog. col. viij. quia post expressionem omnium istorum in corpore authentiæ. adduntur ista verba, vel quælibet alia capitula. dicit hic Bal. quòd de donatione causa mortis non est dubium: quia de iure antiquo etiam cõseruabatur per tex. in.l. sequẽs quæstio. ff. de lega. ij.l. ij. ff. de dote prælega. sed illæ.ll. possent euitari: loquuntur enim de donatiõe facta inter virũ & vxorẽ cõstãte matri. quæ nõ valet.l.j. ff. de do. inter vir. & vxo. per rõnem
237 illius.l. verum † est nisi morte confirmetur.l. donationes. C. de dona. inter virum & vxorem. & hoc siue testatus decedat donans siue intestatus. vnde posset dici quòd operaretur fauor matrimonij: sicut dicitur in.d.l. donationes. Tamẽ nihil facit istud. quoniã illa ratio in illa procedit sicut in. donatione causa mortis militat: & ecõtra: quia in donatione causa mortis lex præsumit. & verum est quòd maluit donatariũ habere quàm hæredem suũ in.l.j. &.l. senatus. ff. de dona. causa mortis. in.§.j. insti. de don. sicut dicitur de vxore quisquis sit siue institutus siue abintestato succedens: vnde non mirum si conseruatur. Secũdo militat alia ratio, quia cõsideratur tantũ effectus
238 donationis factæ causa mortis quia † nõ reuocatur: nisi non secuta morte vel alias specialiter reuocetur aut præmoriatur donatarius per.l.j.§.j. ff. de dona. &.d.l. senatus. &.§.j. insti. de dona. etiam per illum tex. vbi diu præcessisset mortẽ:
239 & statim † dominium acquiritur nisi aliter dictũ esset in donatione vt dominium rei donatæ non acquireret nisi secuta morte.l.j. &.ij. ff. de dona. causa mortis. sed adhuc dico à fortiori de iure nouissimo procedere per.d.§. sinautem hæc omnia. & hunc tex. Secundo idem dicit in modis datis solutioni legatorum vel substitutionis factæ circa legata. quãtum ad primum ego plene notaui supra quando additur clausula codicillaris quæ adhibet modum circa legata: quia tunc venit in consideratione quãdo discussi materiam.l. si ea. ff. de codicil. quantum ad secũdum ego dico idẽ
240 esse: quia † cũ substitutio fieri possit legatarijs l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tollen. quod concessum non conceditur & reliquum dependens ab eo. in.l.ij. ff. de pecu. lega. in.l. illud. ff. de acqui. hære. idem ego dico in substitutionibus factis donationibus causa mortis à moriente per.d.l. senatus.§.j. ff. de dona. causa mortis. & in.d.l. vnica.§. si autem aliquid sub cõditione. C. de cadu. tollen. facit pro vtroq; tex. secundum Bal. hic in.l. vt hæredibus. ff. de lega. ij.
241 idem in † cura secundum Bal. & bene, sed videtur postea istud restringere dando aliquã rationem differentię inter tutelam & curam, cum dicat curatorem datum à testatore esse confirmandum: quasi velit includere aliud esse in tutore. quod non est verum per.l. in confirmando. ff. de confir. tut. & si dicatur quòd dictum istud sit verum quod Bal. notauit: quia tutor dari potest in testamẽto vt patet in to. ti. ff. &. C. de testa. tutel. §.j. Instit. qui testamento tutores dari possunt.
242 quia secus in curatore: quia curator † nõ datur in testamento, licet datus debeat cõfirmari. §. dãtur. insti. de curato.l.j. in fi. ff. de confirma. tuto. quia dico quòd ex duplici capite idem est in tutore dato in testamento quod annullatur propter præteritionem filij vel exhæredationẽ: quia etiam in eo requiritur confirmatio sicut in curatore.l. iure nostro.§. fi. cum.l. sequen. ff. de testa. tutel.l. iij. ff. de confir. tuto. & si dicatur illa ratio cessat hoc iure nouissimo: quia de iure antiquo annullato testamento quãtum ad institutionem omnia capitula testamenti irritabantur vt dictũ est supra. Tamen ego dico quòd idem est quòd non possit dari, & nihilominus datus debeat cõfirmari. an vero quod irritabitur de rigore iuris id conseruetur iure speciali: quia in vtroq; respectiue militat eadem ratio per.d.l. iure nostro.§. fi. ideo in vtroq; idẽ dico. reliqua dic vt per Bal. hic cui in reliquis inhæreo. Ex his omnibus ex mente Pe. de bella perti. & Iac. de raue. doctorũ nostrorum excerpsi infrascriptas cõclusiones in hac authen. & in alijs partibus iuris ciuilis & in locis de quibus supra & ex diuersis iuris ciuilis partibus plerasq; collegi: quas Bar. & sui sequaces conati sunt reprehendere: quas pro viribus meis sustinui Papie die decimo Augusti. M.D. ix. contra quas insurrexerunt doctiores dictæ vniuersitatis. Et clarissimi iuris vtriusq; vertices & lectiones ordinarias in dicto Gymnasio Papiensi legentes excellentissimus & toto orbe terrarum famosissimus dominus Philippus Decius tenens primam cathedram in iure canonico frater quondam clarissimi doctoris sua ætate nõ tenentis infimas sedes inter doctores Papiæ legentes domini Lanceloti Decij: Clarissimus & præstantissimus.d. Rochus Curtius cũ eo concurrẽs in lectione iuris canonici: In iure ciuili fulgẽtissima lumina domini Frãciscus Curtius & Paulus Pichus concurrẽtes in lectione iuris ciuilis & insignis pro ætate rarissimus.d. Laurentius Pholpertus doctor primam cathedram in lectura institutionum iure optimo possidens. Quorum argumenta propter celebritatem ipsorum non potui silẽtio prætermittere: sed curaui velle his nostris scriptis specialiter addere & in nouissimo loco quo digniora collocari debẽt vt melius memoriæ comẽdentur.c. liquido. de cõsecra. dist. ij. specu. tit. de aduo.§. quarto. versi. iuniores tamen. glo. in rubri. de regu. iur. in. vj. prout recitata sunt iuxta morem illius studij vt post rectorẽ iuniores prima loca habeant in arguendo vltima antiquiores.

FINIS.

An rex Franciæ recognoſcat Imperatorem.

Summarium concluſionis ſequentis, An rex Franciæ recognoſcat Imperatorem.

1 2 Imperator nedum quo ad protectionem, ſed verè totius orbis dominus eſt cenſendus. & numero. 6.
2 Rex Franciæ an de iure ſubſit imperio Romano.
3 Hæreticus putatur qui Cæſarem totius orbis dominũ negare non veretur. & nume. 11. & . 14. & . 52.
4 Imperator ſicut particularium, ita & vniuerſaliũ rerum dominus eſt.
5 Reges imperatorem non recognoſcentes viles dicuntur, & legum laqueis innodari non merentur.
7 Sententia vnius nonnunq̃ plurium præfertur ſententiæ.
Errans cum communi opinione non excuſatur in ſyndicatu à toto, licet à tanto.
8 Franciæ rex de iure imperatorem non recognoſcit.
9 Poſtliminium quid ſit.
Populus vel rex liber quis dicatur.
10 Imperium Romanum fines habet.
12 Imperator non eſt totius orbis dominus.
13 Imperatores põtificibus ſubſunt, & ab eiſdẽ deponũtur.
Error ſummi pontificis ius facit.
15 Violenti non iuuantur decreto pontificis.
16 Papa imperatoris ſubditos domare & corrigere debet, ſi parere detrectent.
17 Officialis meritò deponitur qui ſuper creditum gregem non vigilans inuenitur.
18 Imperatorum violentorũ & terras alienas occupantiũ, licuit tandem, ijs qui hoc potuerunt, excutere iugum.
19 Romani primùm poteſtatem omnem Caio Cæſari tradiderunt, quam reuocare potuerunt eodem peccante.
20 Rhomulus fratrem Rhemum iniuria occidit.
21 Romani initio ſedes alienas vi occupauerunt.
22 Galli & ante & poſt Iuliũ Cæſarẽ Italiã ſibi ſubegerunt.
Italicæ ciuitates quæ à Gallis conditæ.
23 Galli quondam iugis alpium ſuperatis Pannoniam ſuperarunt, & Macedoniam Græciamq́ proſtrarunt.
Alani à Gallis deuicti Romano imperio ſeruierunt.
24 Pharamundus primus in Gallia rex, legibus Gallorum feroces demulſit animos.
Galli quas quondam ferro ſubegerint nationes.
25 Carolus Martellus Gallorũ rex eccleſiam è manibus Longobardorum eripuit.
26 Carolus magnus quare copijs collectis Deſiderium Longobardorum regem debellare contenderit.
Veneti olim à Pipino Italiæ rege deuicti dediderunt ſeſe cum ſuis.
27 Hugo Capet in regno Franciæ ſucceſsit, cùm Caroli magni defeciſſet proles.
28 Carolus octauus Galliarũ rex quæ in Italia præclara geſſerit, & memoratu digna.
29 Ludouicus duodecimus quas in Italia ciuitates ſubegerit. & nume. ſequen.
31 Galli longiori tempore Romanos habuerũt ſubiectos & pluries vicerunt, quàm Romani Gallos.
32 Rex Franciæ de iure ſuperiorem nõ recognoſcit in temporalibus. & nume. 34.
33 Papa ſolus priuilegia ſeu canones interpretari poteſt.
35 Legiſlator nunquã in facto, ſed in iure loquitur. & nu. 39.
36 Rex Franciæ potuit ſe ſubijcere ſummo pontifici inconſulto & inuito Cæſare.
37 Papa in terris imperij nihil poteſt in temporalibus.
38 Papa in foro ſeculari non poteſt diſpenſare, ſed in ſpiritualis tantum.
39 Poſſe aliquid non dicitur is qui de iure non poteſt.
40 Papa ad quid ex officio teneatur.
41 Leges imperiales nec legi Pariſijs nec audiri debent.
42 Regnum Franciæ non ſubeſt eccleſiæ Romanæ in temporalibus.
43 Iudicare quis poſsit inter maiores valuaſores.
44 Imperatorẽ recognoſcens nõ poteſt ſe ſubmittere põtifici.
45 Imperator Romanus nunquam pacificè poſſedit orbem vniuerſum.
Imperatores Romani abſque cauſa & titulo alienas prouincias inuaſerunt.
46 Clodoueus rex Francorum Alemannos bello proſtrauit.
47 Imperator Romanorum etſi nõnullis Galliarum prouincijs de facto dominatus eſt, nunquam tamen de iure dominari potuit aut debuit.
48 Imperator à pontifice imperium tenet, cui & fidem debet.
49 Galliæ imperio Romano non paruerunt tẽporibus Conſtantini, Antonini, & Iuſtiniani.
50 Decretum à principe irato factum non diſponit, ideoq́ reuocandum.
51 Galliæ vniuerſæ nunquam Romanorum paruere ditioni.
53 Imperatorem dominum mundi eſſe vel non eſſe non eſt articulus fidei.
54 Reges qui imperatori non parent noua vectigalia inſtituere poſſunt.
55 Filij Gallorum non ſunt in poteſtate parentum.
56 Subiectio non probatur per tributi impoſitionem.
57 Exemptio ſoluendi canonis contra imperium non præſcribitur.
58 Subditus non poteſt præſcribere iuri ſuperioritatis.
59 Veneti & Florẽtini an potuerint præſcribere aduerſus imperium.
60 Papa dicitur omniũ pater: imperator & cæteri reges, filij.
61 Monitio charitatiua quare bina eſſe debeat.
62 Denuntiatio cui & à quo fieri debeat, & in quo loco. & numero. 63.
64 Denũtiatus cenſetur qui denũtiationẽ impedire conatur.
65 Denuntiatio fieri debet per verba enũtiatiua, ſed alij actus fieri poſſunt per verba diſpoſitiua.
Debitor quibus verbis interpellari debet à creditore, vt cõſtituatur in mora.
66 Verba enuntiatiua in contractibus poſita quando diſpoſitionem inducant. & numero. 68.
Verba prolata de futuro in vltima voluntate poſita non inducunt diſpoſitionem.
67 Verba hæc: indigeo pecunia quã mihi debes. an ſint enuntiatiua, an vero diſpoſitiua. & nu. 69.
70 Mora debitoris, quibus verbis ſufficienter probetur.
71 Verba dubia interpretationẽ recipiũt contra proferẽtem.
72 Verba enuntiatiua non ſufficiunt ad interuertendam poſſeſsionem.
73 Mora inter materias odioſas annumeratur, & ideo reſtringenda.
74 Debitores ſunt quaſi ſerui creditorum.
75 Debitor interpellatus à creditore quibus verbis conſtituatur in mora.
76 Libertas piæ cauſæ æquiparatur.
77 Venditor quando in mora conſtitui dicatur.
78 Rex Franciæ an debeat recognoſcere ſummum põtificem in temporalibus. & nume. 83.

Sequun

Sequuntur nonnullæ conclusiones, quas hic consultò addo, secutus potius ordinem conclusionum publicatarum Papiæ, quàm propriam materiam præcedentis authenticæ, Ex causa.



CVm me legẽte lecturam ordinariam vespertinam in famoso studio Aurelianensi plerunque occurrerit annotatio illa scribentium Legistarum & Canonistarũ, imperatorem vniuersalem orbis dominum esse: quæ nunquam visa est mihi vera in iure, præsertim in rege Franciæ: curaui captata occasione ex disputatione authen. ex causa. C. de libe. præte. vel exhæredatis. facta instante anno multis additis cõclusionibus de mente Petri de bellapertica doctoris Aurelianensis duas ex dictis suis in medium deducere, & disputare, & pro viribus sustinere, quæ omnino contradicunt dictis Bar. & omniũ suorum sequacium idem tenentiũ cum eo quantum est respectu Christianissimi & inuictissimi regis Franciæ tenoris huiusmodi:

Rex Franciæ neminem in temporalibus de iure habet superiorem. pro Petro contra Bartolum & sequaces.

Galli legibus imperialibus non vtuntur, vt eas pro legibus habeant. pro Pet. contra Bernardum, Bartolum & sequaces.

Vt autem liqueant, censui in modum quæstionis conclusiones istas disputare, deducendo plures alias conclusiones eiusdem Pet. quæ opportunæ visæ sunt mihi tractandæ, vt videbitur ex sequentibus.

Quæstio est, an christianissimus & inuictissimus semper rex Franciæ in temporalibus de iure habeat superiorẽ. Et sequitur alia dependens ex prima, An Galli teneantur vti legibus imperialibus tanquam subditi imperatori. Circa primam videndum est.

In primis dico quòd tota schola Italiæ Canonistarum & Legistarum conuenit in hoc, imperatorem verè esse dominum vniuersalem orbis, & propterea dicunt regem Franciæ de iure subesse imperio Romano. & hanc cõclusionem firmauit Bartol. in. l. prima. C. de summa trinita. & fide catho. quem secuti sunt ferè omnes qui commentati fuerunt illam. l. j. Plus dicit idem Barto.
1 in. l. prima. §. per hanc. ff. de rei vend. † quòd imperator verè est dominus totius mundi, & non quantum ad protectionem tantum: vt sensit Bulga. in. l. bene à zenone. C. de quadriẽ. præscript. sed etiam quantum ad dominium. & sequitur in hoc sentẽtiam Martini antiqui glossatoris, qui, vt refert ibi glos. in verbo, omnia principum. dixit in præsentia Friderichi imperatoris aut timore aut amore motus, imperatorem, etiam quantũ ad proprietatem, esse dominum orbis. quod tũc Bulga. negauit: vnde successit secundùm Ange. ibi illud adagium, Bulga. dixit æquum, sed Martinus habuit equum. tamen cùm Mart. tenuit ibi Bart. spreta opinione Bulga. idem Barto. in extrauagan. ad reprimendam. in verbo, totius. vbi per illum tex. dicit omnia esse principis, nõ quo ad protectionem tantum, prout voluerũt aliqui secundùm eum in præfatione Digestorum, sed etiam quo ad proprietatem. idem notauit Bart. in. l. si duas. §. grammatici. per illum text. in ver-
2 bo, vniuerso. ff. de excusa. tuto. vbi tenet † quòd rex Frãciæ subest de iure imperio Romano. idẽ tenet glos. & Bal. post eum in. c. j. de pace tenen. & iuramẽ. firman. collatio. x. vbi plus addit Bal. ad glos. dicentem regem Franciæ subesse imperio, cùm sit de comprehensis in. l. ij. C. de officio præfec. præto. Afric. quòd peccant Francigenæ & multi alij reges, qui ex cõsuetudine dicunt se non esse subiectos imperio, cùm de iure subiecti sunt. & merito idem not. Hostien. in. c. per venerabilẽ. extra qui filij sint leg. vbi plus dicit quòd etiam peccant negãdo se subiectos imperio, qui adhuc exemptionẽ præscribere non possunt nisi nomine ecclesiæ. & idem vult ibi Ioan. And. & Anto. de But. idem tenet Bart. in. l. hostes. ij. colum. ff. de capti. & postlimi. reuer. vbi plus dixit
3 Barto. non continens animi motum, quòd † fortè si quis diceret dominum imperatorem nõ esse dominum & monarcham totius orbis quòd esset hæreticus: quia diceret contra determinationem ecclesiæ, videlicet cõtra tex. euangelij dum dicit: exiuit edictum à Cæsare Augusto, Luc. ij. c. & quòd ita Christus vt populus recognouit imperatorem vt dominũ. idem notat Ang. Are. in. l. j. ff. à quibus appellare nõ licet. per eundem in. §. j. in expeditione glos. in verbo, Romanorum. Insti. de patria potestate. Addo quòd idem notãt omnes, & præsertim Moderni nostræ ætatis in. l. j. C. de summa trini. & fide catho. qui intantum visi sunt studere hoc velle probare multis rationibus & canonibus transplantando seu transcribendo verbatim glos. in. c. venerabilem. in verbo, transtulit. extra de electione. licet eam non allegent contra decisionem Iustiniani in. l. ij. §. tanta. C. de veteri iure enucleando. ibi, tanta autẽ à nobis antiquitati habita est reuerentia, vt nomina prudentũ taciturnitati tradere nullo patiamur modo. sed defecerunt in animo. Addo ꝙ eandem partem notauit Bertha. in secunda parte sui tractatus de solutione vectigalium. idẽ notauit Bartol. in procœmio Digestorum, vbi dixit
4 † quòd sicut imperator est dominus vniuersalium, ita & particulariũ rerum, per text. in. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiam, de iactu. & l. bene à zenone. C. de quadrien. præscriptio. idem notat Bal. in. l. j. in prin. ff. de offi. præfec. vrbis. Oldra. plenè in consi. lxix. incip. cõsueuit dubitari.

idem no. Ioã. de Imo. in. l. infamem. circa finem. ff. de publi. iud. vbi dixit quòd aliqui sunt reges qui non recognoscunt, de quibus in. c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. & si nõ recognoscunt, verum est de facto: quare videtur magis delinquere: & ideo, secundùm eum, meretur pœnam & non præmium, in. l. relegatorum. §. j. ff. de interdictis & relegatis. idem notat Bald. in l. cum multa. per illum tex. C. de bonis quæ libe. vbi dixit quòd imperator dicitur summus superior. idem Bald. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Cin. in. d. l. j. per illum tex. C. de summa trinitate & fide catholica. vbi interpretando relatiuum, quos. dixit quòd sit positum propter illos qui de facto non recognoscunt, ne leges ipsæ essent ludibrio positæ: addens † quòd hi qui non
5 obediunt imperatori, viles sunt, nec merentur la queis legum innodari. l. quæ adulterium. C. ad legem Iuliam de adulterijs. O insulsè dictum, cũ reuerentia tanti viri dixerim, qui choleram taxare non potuit. addidit aliud simile cogitatum à Græcis, cùm Romani misissent in Græciam pro legibus habendis: dubitantes Græci Romanos non fuisse dignos legibus, sapientem transmiserunt Romam, qui per signa expertus est eos dato à Romanis fatuo, cum quo experientia facta est, secũdùm glos. in. l. ij. §. j. in verbo, confestim. ff. de origine iuris. quod magis fabulæ quàm historiæ tribuitur. Addo quòd licet Barto. illã interpretationem Cini non approbet in illa. l. nec alius. tamen Bald. videtur eandem præsentire in dicto. c. j. in princi. de pace tenen. & iuramen. firman. colla. x. & glos. in. e. Adrianus. lxiij. distinctione. Addo quòd hanc conclusionẽ scilicet q imperator sit dominus totius orbis, tenuit glos. in. d. l. bene à zenone. similis glos. in. c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. glos. in. c. super specula. extra de priuileg. glos. in. c. venerabilem. extra de electio. glos. in. c. in apibus. vij. q. j. glos. in. c. quo iure. viij. distinctio. glos. in. c. Adrianus. lxiij. distinct. in. c. conuenior. xxiij. q. viij. per Cardi. in clemen. pastoralis. de sententia & re iudi. idem notat Bar. in. l. fin. per illum tex. C. in quibus cau. colo. cẽsi. dominos accusa. pos. lib. xj. vbi dicit per illũ text. quòd imperator est dominus totius orbis non particulariter: secus quo ad iurisdictionem & vniuersale dominium. idem notat Ange. in. l. si retentus seruus. ff. de lega. primo. Ioã. de Imo. in. l. Imperatores. in principio. ff. de appella. Pro ista parte faciunt text. quotidiani in. l. ij. C. de offi. præfec. præto. Afri. in prin. ibi, & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ vel Galliæ siue Francorum agũtur. idem in. l. deprecatio. ff. ad. l. Rhod. de iactu. ibi, ego enim imperator dominus totius mundi. idem in extrauagante, ad reprimẽdum. ibi, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas requiescit. idẽ in. l. si duas. §. j. versi. vniuerso autem orbi. cuius subiectum est capitulum hoc. ff. de excusa. tuto.

idem tex. in. l. fi. ff. de censi. vbi tex. facit mentionem de Gallis, Burgundionibus, Lugdunensibus, Viennensibus & Narbonensibus, qui tunc erant iuris Italici, in. c. quo iure. viij. distine. cum alijs canonibus notatis per glos. in. d. c. per venerabilem. extra de elec. in verbo, transtulit. ne videar trãscribere magis quàm annotare, iuxta doctrinam. §. & nos non latuit. in authen. qui. mo. natur. effi. legiti. col. vj. Nec obstabunt secundùm Moder. not. per Ioan. Fab. Rapha. Fulgo. Guarneriũ de Casti. in. l. j. C. de sum. tri. & fide catho. & præsertim. l. mercatores. C. de cõmer. & mercatoribus. & aliæ leges allegatæ per eos.
6 † quod verũ est de facto illos non obedire, cùm de iure teneantur obedire per id quod no. Bald. in. c. j. in prin. de pace tenen. & iura. firman. coll. x. Aduerte quòd Moder. verso cortice voluerunt huic tempori applaudere, cum primo loco dixerunt verè imperatorem de iure dominũ esse mundi, & principes teneri de iure ipsi imperatori parere, & suis legibus viuere, licet de facto nõ fiat. & paulò pòst remittentes istud sub silentio, & quasi in nube articulũ denudatũ dixerunt, secundùm aliquos, regem Franciæ nõ teneri obedire. Audi & cogita diligẽter captionem, quam lippis oculis videbis. Addo quòd hanc solutionem glos. iuris canonici accõmodant vbique in locis commemoratis suprà deficiẽtes in spiritu, vt videbis post hæc. Quid dicendũ post tãtos viros qui nihil in iure ignorauerũt? magis enim tribuendum erit arrogãtiæ quàm peritiæ à communi doctorũ opinione approbata recedere, iuxta. l. si ædibus. vbi per Bal. & Roma. ff. de damno infec. in. l. quæsitũ. §. & specularia. versic. quã sententiã crescere & increscere. ff. de fun. instru. & instrum. lega. melior tex. in. §. quia verò versi mile. versic. oporteret enim. in authẽ. de nõ alie. aut permu. rebus ecclesiasti. col. ij. cùm dicat ille tex. oportet enim ea quæ cõmuniter & generaliter in omni vtilitate sanciuntur, potius valere, quàm ea quæ contra aliquos student agi ad corruptionem communiũ legũ. Sed in proposito huius quæstionis ad cõtradicendũ cõcitat me dictũ Iustiniani in. l. j. §. omnibus. C. de vete. iur. enu. ibi,
7 † nõ omnes in omnia, sed certi per certa vel meliores vel deteriores inueniuntur, neque ex multitudine auctorũ quod melius est iudicare, cùm possit vnius forsan & deterioris sentẽtia & multos maiores in aliqua parte superare. idẽ text. in l. si in tres. ff. de arbi. accedit tex. in. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obliga. in. l. potioris. C. de offi. recto. prouinciæ. & quod notatur in. l. duo ex tribus. ff. de re iudica. Ideo in hoc non erubesco recedere ab opinione doctorũ suprà memoratorũ, & maximè cùm dicat Bar. in. l. cum prolatis. ad finem. ff. de re iudi. quod sequens communem opinionẽ si vera non est, & sic errauerit cum communi opinione, in syndicatu non excusabitur à toto sed bene à tãto, quia probabilem potuit

potuit sequi, sed nihilominus debuit à seipso vi-
dere quæ opinio erat verior in iure. Et in propo
sito nostrarum conclusionum puto communem
opinionem aut communiorē esse pro conclusio
ne nostra, & in puncto iuris esse veriorem, vt co
gnosces ex sequen. Et in contrarium reperio
quòd nostri docto. Aurelianenses & Vltramon
tani vbique cōtra sententiam glossarum iuris ci-
uilis & canonici & doctores citramontanos te-
8 nuerunt † quòd rex Franciæ nō recognoscat im
peratorem de iure: tenuerunt, & præsertim Iac.
de Rauen. Petr. & Ioan. Fab. in. d. l. j. C. de sum-
ma trini. & fide cath. per eosdem in. l. bene à Ze-
none. C. de quadri. præscript. per eosdem in. §. j.
Instit. de patria potest. per eosdem in proœ. Di-
gestorum, quos secuti sunt Rapha. Fulgo. Guli.
de Castl. & Bernard. de Casti. in dicta. l. j. & alij
de quibus infrà dicetur in discursu huius quæ-
stionis. Et in primis post eos pondero tex. in-
euitabilem in. d. l. mercatores. C. de commer. &
merca. quem tex. in duabus suis partibus nō eui
tabis. Prima est in his verbis, tam imperio no-
stro quàm Persarum regi subiectos. & sic vides
apertè de rege Persarum qui non suberat impe-
rio Romano. Secundò pōdera illum tex. in ver-
bo, sui. ibi, ne alieni regni, quod non conuenit,
scrutentur arcana. no. verbum, alieni regni. Ad-
do duos aut tres alios tex. in. l. j. C. de offi. præfe.
præto. Afri. & . l. ij. C. de veteri iure enuclean. ad
quos tex. nouissimi dixerūt, & ad. l. hostes. & . l.
nō dubito. ff. de cap. & postli. reuer. quòd proce
dunt de facto, & non de iure: hoc dicentes quasi
non habētes nummisma census: & ideo non sol-
uerunt denarium. Qualiter vera sit hæc solutio,
satis ex sequentibus poteris perpendere claré. et
hanc solutionē ante nouissimos ad illos tex. tra-
didit Cin. in. d. l. j. nesciens aliter respondere: &
vbique tenentes hanc partem eodem modo re-
spondent deficientes in iure. Secūdo loco pro
hac conclusione Petri pondero text. in. l. postli-
minium. in princi. ff. de capti. & postli. reuer. ibi,
inter nos & omnes liberos populos regesq́ mo
ribus & legibus cōstitutum. & in verbo, regem
9 socium aut amicum. † postliminium enim dictū
est ius recuperandæ rei amissæ constitutum mo-
ribus & legibus inter nos & omnes populos &
reges liberos. quæ verba no. diligenter. Si enim
inter liberos reges & populos sit cōstitutū post-
liminium, & imperatorem seu populum Roma-
num: quomodo poterit dici quòd imperator sit
dominus totius mundi, si sunt aliqui reges & po
puli liberi? quia satis notū est qui sit liber popu-
lus seu rex, per text. in. l. non dubito. ff. de capti.
& postli. reuer. Is enim secundùm illum tex. dici
tur liber populus vel rex, qui nullius alterius po
puli potestati subiectus est. Idē no. glos. in. l. ho-
stes. ff. eo. de capti. & postli. reuer. in verbo, præ
dones. vbi dicit glos. eos esse populos liberos,
qui nec nobis nec alijs subditi sunt. Idem in. d. l.
hostes. in fin. vbi ille tex. loquitur de Germanis
& Parthis hostibus Romanis, quos antea socios
& confœderatos appellauerunt, in. l. non dubi-
to. & in. d. l. postliminium. Tertio loco faciūt
omnes leges quæ vtūtur his aut similibus termi-
nis, qui sub imperio nostro sunt, aut quos no-
strum regit imperium. de quibus est text. in. §. &
nostri. in authen. vt præpo. no. impera. colla. iiij.
ibi, in qua nos Deus Romanorum superposoit
rebus. idem tex. in. l. omnibus. ff. ad Trebel. ibi;
om̄ibus ciuitatibus quæ sub imperio populi Ro
mani sunt. idē tex. in. l. fin. in ver. sancimus. C. de
ædi. priua. ibi, vrbibus Romani imperij. §. sed in
hoc tempore. Institu. de his qui sunt sui vel alie.
iuris. ibi, nullis hominibus, qui sub imperio no-
stro sunt. idem in. l. j. C. de sum. trinita. & fide ca
tho. ibi, quos clementiæ nostræ regit imperium.
10 † Quartò, quoniā imperiū Romanū dicitur ha-
bere limites & fines. textus in. §. sed si ab hosti-
bus. Insti. qui. mo. ius pa. po. sol. ibi, nā limina si-
cut in domo finē quendā faciunt, sic & imperij fi
nem limen esse veteres voluerunt. & faciunt tit.
ff. & . C. de capti. & postli. reuer. Si enim impera-
tor esset dominus totius mūdi, aut imperium nō
haberet limites, nec essent aliqua limina imperij;
& qui caperētur de facto non censerētur redire
postliminio, vt patet in. d. l. postliminiū. §. à pi-
ratis. & . l. qui à latronibus. ff. de testa. quasi capti
à latronibus. de quo etiā in extrauagan. qui sunt
rebel. vnde cùm & limina habeat imperiū à limi
tato loco non orbe: nescio quomodo possit dici
imperatorē orbis dominū esse. Quintò faciūt
omnes leges, quæ dicūt populū Romanū hostes
habere seu imperatorē. in. l. j. C. de offic. præfec.
præto. Afric. in. §. j. in authē. de hære. & fal. col. j.
in. l. in bello. in. l. postliminium. in. l. hostes. ff. de
capti. & postli. reuer. cum simi. Sextò & dein-
ceps stringemus veritatē huius articuli: si verum
esset quod dixerunt doctores primo loco recita
ti, & præsertim Bar. Bald. Hosti. & alij, dicentes
11 † quòd hæretici sunt qui negāt imperatorē esse
monarchā seu dominū orbis: dico pōtifices oēs
hæreticos fuisse, & ecclesiam aut eius ministros
malè de fide sensisse: quod absit, imò magis con
trariū tenētes, inimicos esse ecclesiæ inficiabitur
nemo, quasi de ecclesia aut eius ministris obtre-
ctantes, iuxta. l. j. C. de cri. sacri. Nonne Bonifa-
cius octauus in extrauagāte incip. vnā sanctā. di
xit apud pōtificē vtrūq; gladiū residere, spiritua
lem scilicet & tēporalē. idem in. c. si imperator.
xcvj. dist. ibi, non præsul sed filius. no. verbū, fi-
lius. quid importat. idem in. c. cōuenior. xxiij. q.
viij. vbi est tex. Ambrosij hoc declarās. idē aper
tius cōfirmauit Clemēs quintus cōtra Hērichū
imperatorē, qui extrauagātē, ad reprimēdum. &
extrauagātē, qui sunt rebelles. propter Robertū
regē Siciliæ fecerat, quas copiosè & elegāter cō
mētatus fuit Bar. & per has tulit sentētiā cō dem
natoriā in dictū regē Robertū, quæ per Clemen

tem quintū fuit reuocata: vt patet in clemen. pa-
storalis. de re iudi. & ex tribus causis principali-
bus fuit reuocata. Prima erat ꝙ dictus rex Ro-
bertus nō fuerat debitè citatus. Secūda quòd ci-
tatus vt cōpareret in loco suspecto & odioso sci
licet in ciuitate Pisana, quæ semper illi fuerat ini
mica. Tertia & principalis causa fuit quòd rex
Robertus occasione regni Siciliæ nō recogno-
scebat imperatorē superiorē: cùm dicat tex. in. d.
clemē. pastoralis. regnū illud esse extra districtū
imperij, vt patet in ver. dissepar et igitur. ibi, vt il
12 lud tanꝗ notissimū nullatenus omittamus † ꝙ
regē extra districtū imperij in regno Siciliæ no-
toriè & continuè tēpore supradicto morantē ci-
tare nō potuit imperator, nec citatio si quā for-
san de ipso intra imperij fines fecit citatum extra
imperiū cōstitutū arctauit. qui tex. euidēter pro-
bat in tribus suis partibus imperatorē nō esse or
bis dominū & imperium de iure habere limites.
Primò in his verbis, extra districtum imperij. Se
cundò in his verbis, intra imperij fines. Tertiò
ibi, extra imperiū cōstitutū arctauit. Idem Inno-
centius quartus in concil. Lugdunēsi, vt patet in
c. ad apostolicæ. §. præter hæc. de sent. & re iudi.
in. vj. cū dicat ille text. præter hæc regnū Siciliæ
quod est speciale patrimoniū beati Petri. & idē
princeps ab apostolica sede tenebat in feudū. &
not. illa verba, & idē princeps tenebat in feudū
ab apostolica sede. qualiter superioritas erat &
est apud sedē apostolicā. accedat quod Frideri-
chus secūdus in omibus literis factis per eū siue
cōcessionibus siue priuilegia essent siue immuni
tates ascribebat sibi hūc tit. Friderichus Roma.
imperator & Siciliæ rex. vt demonstraret quali-
ter Siciliæ regnū nō est ab imperio, sed est quid
separatū ab imperio. & sic nō orbis dominus est
imperator. Et si dicatur prout dicit Bar. in. l. ho-
stes. ff. de capti. & postli. re. ꝙ adhuc illi sunt de
imperio Romano, licet à Constātino donati fue
rint ecclesiæ: qa & hoc falsum est, vt vides in. d.
cle. pastoralis. Secūdò ꝙ nec vnꝗ donatio facta
est à Constātino ecclesiæ, vt videbis in. q. quæ in
13 fi. huius tractatus addetur. † Et ꝙ pōtifices sint
superiores patet: quoniā imperatores à pōtifici-
bus deponunt: vt patet in. c. venerabilē. extra de
elec. in. d. c. ad apostolicæ. de sentē. & re iudic. in
vj. in. c. Adrianus. lxiij. dist. idē in. c. alius. xv. q.
vj. & excōicantur, vt vides in. c. duo sunt. xcvj.
dist. in cle. pastoralis. de sentē. & re iud. & sic su-
periores sunt pontifices de iure imperatoribus,
& imperatores etiam in tēporalibus papā reco-
gnoscūt. Itē debēt à pōtifice approbari, vngi &
coronari, in. d. c. venerabilē. extra de elec. & per
glos. in cle. Romani. de iureiur. Et antè nō pos-
sunt dici imperatores quàm à pōtifice fuerint co
ronati & approbati: vt plenè per Bar. in extraua
gan. ad reprimēdū. in verbo, reges. per omnes in
proœ. Digestorū, & in proœ. Instit. in illa quæ-
stione tractata ferè per omnes, an imperatores
ante eorum coronationem possint cōferre priui
legia. per Inno. in. c. ex parte. extra de verb. sig.
Bart. in. l. est receptū. ff. de iurisdi. om. iud. Et sic
ex his cognoscis superioritatē residere in ponti-
fice supra imperatores: igitur & ipse dominus
non est vniuersalis, cùm alius sibi dominetur: vt
dicit text. in. l. sic eueniet. ff. ad. l. Iul. de adul. ibi,
in sua enim potestate nō videtur habere, qui nō
est suæ potestatis. similis text. in. l. liber homo. §.
fin. ff. de acquir. rerū domi. Si igitur ecclesia seu
pōtifices in quibus repræsentatur. c. significasti.
extra de elec. in. d. extrauag. vnam sanctā. de ma
io. & obe. in epistola, inter claras. C. de sum. tri.
& fide catholi. in. c. duo sunt. & c. si imperator.
14 xcvj. dist. in. c. conuenior. xxiij. q. viij. † nō puta
bo hunc hæreticū, qui post pontifices maximos
negabit imperatorē esse dominū orbis, imò di-
cam hunc peccare qui contra declarationes pon
tificū, quibus data est omnis potestas, aliud sen-
tiet. c. nulli. xix. dist. in. l. nemo. C. de sum. trini.
& fide catho. ibi, iniuriā facit sanctæ synodo. idē
not. Hosti. in summa, de hæreti. in. §. j. Vnde etiā
dato quòd erraret summus pōtifex, quod nō est
verū nec est verisimile, l. seruo inuito. ff. ad Tre-
bel. in. c. ad apostolicæ. xxxvj. q. v. adhuc tamen
error ille ius faceret. l. iij. in fin. ff. de suppel. leg.
quare non dicemur errare seu peccare si idē con
fiteamur quod pōtifices confitētur. & propter-
ea Bal. in istis terminis in. c. solitæ. extra de maio
ri. & obed. dixit quòd circa hæc nō potest cade-
re hæresis: quod verū est: & ideo nec dictū Bart.
nec Baldi in hoc verum est, vt vides. Septimò
pro confirmatione præcedentis fundamēti indu
co vnum quod dicit Innocentius quartus in. c.
quod super his. in fi. extra de voto & voti redē.
cuius dictum refert Abb. in. c. venerabilē. extra
de elect. Albe. in. l. j. C. de summa trini. & fide ca
tholi. cùm dicit quòd imperatores Romani per
violentiam omnia occupauerūt, & sic mala fide:
vnde de iure diuino, canonico & ciuili nisi resti-
tuant tales violenti occupatores peccatū non re-
mittetur eis: nec iuuabit tempus quo tenuerint
& occupauerint terras alienas, in. c. ij. extra de cē
si. in regula, peccatum. vbi plenè per omnes. de
15 regu. iur. in. vj. † nec potest tales violentos pos-
sessores iuuare decretum pōtificis seu rescriptū
si quod sit, nec diuturna possessio. de vtroꝗ est
tex. in. l. fin. C. de fundis & salti. rei domi. lib. xj.
ibi, neque enim precatio colorata aut incubatio
diuturna aut nouella prosessio proprietatis no-
stræ priuilegium abolere potuerunt. idem in. l.
authoritatem. C. vnde vi. l. fina. C. si per vim vel
alio modo. plenè in dicta regula, peccatum. His
addo quod notat Felinus in. c. cùm non liceat.
in fine. extra de præscript. cùm allegat glos. in. c.
primo. de pace tenenda & iura. firm. collatio. x.
& Ange. in. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iac.
Plus ego dico quòd Papa tenetur per vias eccle
siasticas, id est per censuras, tales vsurpatores
compel

compellere ad restitutionẽ ablatorum. tex.in.c.
nouit.extra de iudi.in.c. placuit.& in.c. discor-
dantes.xc.distin.in.c.abbate sanè. de senten. &
re iudi.& glo.in.e.& si necesse. in glo.fin. extra
de donat. inter virũ & vxo. siue sit princeps qui
occupat, siue populus liber: de quibus memini
supra per.l.postliminium.&.l.non dubito.ff.de
capti.& postli.reuer.quod Papa poterit per in-
terdictionem illius populi vel excõmunicatio-
nem procedere. de principe dictũ est suprà per
dictum ca. nouit.& alia capitula. de populo est
text.in ca.responso.&.c. grauem.vbi plenè per
Inno.& Cano.extra de sen.excom.c.si audieris.
xxiij.q.v.c.sane.ij.extra de offi. deleg.c.cùm ad
verum.xcvj.dist.c.si ciuitas.de senten.excom.in
vj.c.non est vobis.extra de sponsa.c. Romana.
§.in vniuersitatem.de sen.excõ.in.vj. per Inno.
in.c.licet. extra de fo.cõpe.per Abb.in.d.c.no-
uit.per Bar.in.l.aut facta.§.fi.ff. de pe. Bal.in.l.
Polla.versi.extra quæro.C.de his qui. vt indig.
aufer.hæredi.per Bart.in.l.sicut.in prin.vbi ali-
quid per glo.ff.quod cuiusq; vniuer.no.per gl.
in summa.xxiij.q.iij.§.j. in authen. vt non luxu-
riẽ.cõtra natu.per Bart.& Moder.in.l.inter sti-
pulantem.§.sacrã.ff.de verbo.obl.& alibi sæpe,
quia iura sunt plena. Plus dicit Inno.in.d.c.li-
16 cet.extra de fo.cõpe. † q si subditi imperatoris
sunt rebelles & inobedientes, debet Papa iuua-
re & domare rebellionem subditorũ, per dictũ
c.cum ad verũ.xcvj.distin. & idem dictũ Innoc.
habet pro singulari Abb.in.d.c.nouit. pro quo
bene facit tex.in.c.lege.x.distin.idem etiã econ-
trario per.c.quoniam.x.distin.&.c. administra-
tores.xxiij.q.v.& ratio primi dicti colligitur ex
ca.sit rector.&.c.Ephesijs.xliij.distin. quia cum
increpare delinquentes noluerit, eos proculdu-
bio tacendo pastor occidit.idem tex.in.c.irrefra
gabili.extra de offi.ordi.ibi, ne sanguis eorũ de
manibus eorũ requiratur.idem in.c.fin.extra de
regula.& propterea dicit tex.in.c.licet Heli.ex-
tra de simo. q Heli summus sacerdos, licet in se
bonus esset, tamen quia filios castigare neglexit
in se pariter & in ipsis diuinæ animaduersionis
vindictam excepit.tanto magis diligẽtior debet
pontifex esse in sedandis discordijs principũ, ex
quibus maxime Respublica turbari potest.l. si
quis ingenuam.§.in ciuilibus dissensionibus.ff.
de capti.& postli.reuer.idem not.Bal. in his ter
minis in.l.æquissimũ.ff.de vsufruc.facit in simili
tex.in.c.sicut hi.§.necesse est.in fi.xlvij. distinc.
iuxta illud psal.xvij. psalmo, Persequar inimi-
cos meos, & cõprehendam illos, & non conuer
tar donec deficient.quod transumptiue ponitur
in.c.si ecclesia.xxiij.q.iiij.faciunt vulgatæ leges
in argu.l.congruit.ff.de offi.præsid.l.j.§.fi.ff.de
offi.præfec.vrbis.d.l.æquissimum.& aliæ leges
notoriæ.Plus dicit Bald.in.l.non dubium.C.de
17 legi.† quod si officialis se fingit dormire, vbi su
per creditum gregem debet vigilare, debet de-
poni.& hoc non est verum simpliciter in inferio
ribus, sed in superioribus magis procedit. vnde
Grego.ij.propter neglectam tutelã ecclesiæ ab
imperatore Constantinopolitano tutelam eccle
siæ regi Franciæ tradidit, primò in personã Ca-
roli Martelli patris Caroli magni & Pipini: de-
inde in personã Pipini contra Desiderium regẽ
Longobardorum: dehinc in personam Caroli
magni filij Pipini: & deinceps vsq; in tempora
nostra inclusiuè, & vsq; in secula, vt dicam op-
portunè loco suo infrà.pro quibus facit text. in
c.venerabilem.extra de elect.c. Adrianus. lxiij.
distin. Accedit text.in.c.alius.xv.qõ.vj.idem in
prælatis inferioribus à Papa, in.c. quãuis.vij.q.
j.&.c.si papa.lxix. distin. & alibi sæpe. Qualiter
autẽ debeat procedere Papa in hac expeditione,
dicam infrà.vt autem redeã ad fundamentum, si
Papa debet cõpellere ad restitutionem ablato-
rum, nec iuuare possit illos violentos vsurpato-
res, nihil est quod possit eos iuuare. & ex istis
ego infero aliud fundamentũ quod sequitur ex
18 isto. Octauò igitur facit, si verum est † q im-
peratores ab initio per vim, & sic mala fide occu
pauerunt terras alienas: licuit etiam ex interual-
lo recuperare: & non dicentur ex interuallo re-
cuperasse, per.l.iij.§.cum igitur.iuncta doctrina
glo.ff.de vi & vi arma.in.c.olim. vbi per Cano.
extra de resti.spol.glo.in.l.si coloni.C.de agric.
& censi.lib.xj.per Bal.in.l.j.col.pe.C. vnde vi,
per eundem in.l.ij.C.de seruitu.& aqua. vbi lo-
quitur de Pisanis qui passi sunt violẽtiam à Flo-
rentinis in vsurpatione suarum terrarum, quod
possent captato tempore reuocare quandocũq;,
& econtra, & dicetur infra: & tunc dicentur in-
continenti facere, durante semper animo reuo-
candi. Et ideo si pro tẽpore Romani aliquando
transcurrerũt Gallias, & aliquæ prouinciæ Gal-
liæ eis paruerint per vim licuit resilire, per supra-
dicta: quia nec ius nec ratio hoc persuadebat: vt
dicit tex.in.l.vt vim.in fi.ff.de iusti.& iure. & q
hoc dictum procedat, declarabo apertius per se-
19 quentia fundamenta. Nono facit: † nã hi qui
dicunt imperatorem esse dominum orbis: non
possunt facere fundamentum, nisi à Iulio Cæsa-
re, qui primus fuit imperator, vt tradunt histo-
riographi, de quo aliquid glos.sentit in.l.j.ff.ad
l.iuliam de adulter. qui primus venit in Gallias
nomine populi Romani, tandem vsurpauit no-
men imperij: & in quem iure vel iniuria transtu
lit omne ius & imperium populus Romanus, &
omnem potestatem abdicauit à se conferendo in
Iulium Cæsarem: de quo in.l.j.ff. de constitu-
tion. princip.§.sed quod principi placuit.insti-
tu.de iure naturali.lege, Barbarius. in fine.ff.de
officio præto.gloss.in lege, & quia.ff.de iurisdi
ctione omniũ iudi. Et propterea dixit Bart.in.l.
non ambigitur.ff.de leg.post Guliel.de cun. &
Cin.q si imperator in aliquo peccaret, posset po
pulus eum priuare imperio, secundũ glos.in.c.j.

si de inuesti. inter dominum & vasal. lis oriatur. col. x. in verbo, imperatorem. quanuis aliud sentiat Bar. in. l. fina. C. de legi. & hoc per. d. c. venerabilem. extra de electio. Si igitur habuit authoritatem à populo, non potuit ius maius habere quàm populus haberet. l. traditio. ff. de acquirē. rerū domi. Sed quo iure potuisset populus Romanus sibi vendicare imperiū in orbem vniuersum, nisi dicamus ab Aenea, cuius populi Romani is primus qui Priamum tradidit, cum euersa est Troia? Si à Romulo: & tunc videamus quid Plinius, quid Liuius, quid Iustinus & cæteri, qui historiam Romanam texuerūt, de origine ipsorum sentiant,
20 † qui in fratrem primum decoxit truncando eum capite: vt in. l. finali. ff. de rerum diuisio. in. §. religiose. vbi per glo. institu. eo. de rerum diuisio. hinc illud Lucani, Fraterno primi maduerunt sanguine muri. nec iuuat eum excusatio Bald. in. d. l. fina. cum dicat legem Romuli occidisse, non autē q ipse occiderit: duplici causa. Prima, quia par in parem non habet imperiū. vnde cum æqualis esset fratri, non poterat eum ligare lex fratris. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellia. l. apud eum. in princi. ff. de manumis. per Barto. in. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. adde gloss. in. c. nunc autem. xxj. distin. Secunda est quæ ponitur in. d. l. fina. ff. de rerū diuisio. in verbo, occisus traditur. quid autem importet, satis notum est in. l. j. §. occisorum. ff. ad senatusconsul. Sillania. Secundo loco qui attem raptus inuenit, cui propter vilitatem initij connubia fuerunt denegata à Sabinis, Albanis & confinitimis partibus: quòd cum hoc nouisset, finxit se velle ludere ludos, idq publicari fecit: qua nouitate allecti populi vicini, vt spectaculū noui populi viderent acciuerunt ductis vxoribus & filiabus, quas cum in plagis clausas tenerent, sicut dicit Seneca de Atreo & Thyeste: plagis tenetur clausa dispositis fera datis signis puellas & vxores quæ illuc venerant rapuerunt. exinde ortum bellum inter Romanos & Albanos, quos sub certamine tergeminorum fratrum horatiorum. f. & curiatiorum suæ ditioni addiderunt. auctis demum paulatim viribus propinqua dominia vsurpare cœperunt. & hæc origo rei est. Ex quibus primum dico verū esse quod dixit Inno. in. d. c. quod super his. extra de voto.
21 † quòd per vim Romani ab initio occupauerūt sedes alienas. vnde facio fundamentum in iure verissimum, quoniam certū est originem nactæ possessionis inspiciendam esse. l. clam possidere. in prin. ff. de acqui. possess. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. vt videatur an vitiosa sit vel nō. quo casu si sit vitiosa & maxime violenta, vt dixi supra nihil est quod possit opitulari violento, per dictā. l. authoritatem. C. vnde vi. & l. si qua loca. C. de fundis & salti. rei domi. lib. xj. & maximè etiam de iure canonico in. c. vigilanti. & ca. fina. extra de præscript. in regula, possessor. de regul. iur. in. vj. & regula, peccatum. eod. titulo. quia saltem requiritur bona fides, licet deficiat titulus, vbi etiā præscriptio tanti temporis cuius initij non exstat memoria deberet opitulari. c. j. de præscriptio. in. vj. in. l. vnica. C. de vsucapio. transfor. & illud vitium transit ad successores. l. an in vitium. ff. de diuer. & tempora. præscrip. in l. Pomponius. in prin. ff. de acqui. possess. §. fina. insti. de vsucapio. l. hæres. ff. de vsucap. Ideo si non poterat primus vsucapere, nec successores: ideo licuit recuperare spoliatis, & vti iure suo. idem in successoribus. Et si dicatur de iure gentium hoc licuisse, per. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & ideo Iulius Cæsar acquisiuit iure permittente imperium in Gallos.
22 † Ego autem dico istud idem militare pro Gallis contra Romanos imperatores: quia ante & post Cæsarem Galli dominati sunt Romanis & Italis, & pro maiori tempore Galli occupauerūt Italiam & eam sub iuga sua deduxerunt & tenuerunt, quàm Romani vel alij populi tenuerint Galliam. vnde eodē iure Galli possunt se dicere imperatores Romanorum, et iure potiores. Et quod verum sit, nonne Galli quasi ab initio vrbis conditæ subegerunt totam Italiam vsq Romam euersa ipsa vrbe tota, dempto capitolio, secundùm Liuium in quarto primæ decadis, & Iustinum libro. xxiiij? Nonne Mediolanū ciuitas ingenuis viris & ingenio, literis, arte & opibus prædita & clara, à Gallis conditum & ab eis nomen impositū fuit: deinde Papia, Comum, Verona, Brixia, Pergamum, Tridentum, Vicentia, & ferè omnes ciuitates Lōbardiæ? Nonne Senensis ciuitas à Gallis ædificata, senibus Gallis & valetudinarijs, Bhreno duce Gallo, qui vrbem ipsam incenderat, fuit dedicata: quæ ciuitates in hanc vsq ætatem nomina sibi à Gallis imposita conseruauerunt? Quid magis? nonne tam diu Galli imperium in Italia obtinuerunt, vt Lombardia ipsa et plaga Ligustica Gallia insubris & Gallia Ligystica à Gallis imperātibus, à quibuscunq etiam nostra ætate nominantur?
23 † Et cum hæc in Italia agerentur, nonne & Galli confractis Barbaris alpium iuga frigore intractabilia & ferè inuicta Pannoniam superarunt imposito Pannonijs tributo: quibus etiam temporibus Macedoniam & Græciam diuisis cohortibus ferro prostrarunt: & lacessiti diu Gallicis incursionibus Græciæ reges Gallorum animos conciliare auro studuerunt, non modico ære pacem mercantes? Nonne tantus fuit Gallici nominis terror ab Occidente in Orientem vsq, ab Aquilone ad Meridiem, vt cum bella agerentur, nullius gentis opem suffecturam oppressis præter Gallicam, nec prouinciā amissam recuperare quempiam sine Gallica virtute dicebatur? hac spe rex Bithyniæ regnum ipsum parta victoria cū Gallis diuisit: quæ & Gallogræcia à rege ipso & Gallis cognominata nomē suum adhuc retinet.

Reuol

Reuoluamus ætates poſteriores imperante Va-
lentiniano Romanis etiam Romani exercitus
duce & Alanis ab imperio Romano rebellanti-
bus: cũ deſperaret Valentinianus Alanos poſſe
ſubigere: Gallorum allexit animos præmio, ſi
obedientes Romanæ ditioni redderent. Galli
demũ pro gloria partim & partim præmio alle-
cti non ſine belli diſcrimine Alanos ſuperaue-
runt, cœgeruntq́ Romano imperio ſeruire. Ere
ctaq́ deinde à Gallis ceruice pleraq́ Germaniæ
oppida occupauerunt finitimasq́ Alemanniæ
partes terrore Gallici nominis nõ modico per-
culſas ſub tributo reduxerũt, ducibus Marcho-
miro, Simone & Genebaudo. Et cum hæc acta
eſſent, parerentq́ Gallis illæ prouinciæ haud
24 multò pòſt Galli † Pharamundum Marchomi-
ri filium regem primum fecerunt: qui & legibus
& religione Francorũ ferocitatem delinire cœ-
pit: cuius lex primum appellata eſt lex Salica.
Exinde continuè reges in Gallia rexerunt liberi
& franci, prouincias multas ſuo dominio adden
tes: modo Alemanniam vincunt, & ſub tributo
poſitã tenent Clodoueo regnante: modò Hiſpa
nias Vicegotthorum rege & Hiſpaniarum capi
te truncato & populis ſuis deprædatis Childeri-
co in Gallia regnãte propter infenſam ſororem
Almarici vxorem indignato, ſuo imperio addi-
dit: quo paulò pòſt aucto Vaſconia, Tholoſa,
Burdegala & Engoliſma prouinciæ cœperunt
illi obedire: modò Atheodoberto nepote ex fi-
lio Clotarij regis Franciæ Prouincia & Maſſi-
lia quæ tunc iuris erant Italici ſub ditione ſua po
ſitæ fuerunt: qui & in Italiam deſcendens Ligu-
riam nactus eſt: relictis poſtea ducibus Armico,
Buſcelino & Lothario, Gotthos tunc Italiam
occupantes apud Placentiam ſuperauit. Relicto
demum Clotario infante rege Franciæ Saxones
Gallijs inimicantes ab ipſis Gallis funduntur.
Deinde ſub Dagoberto rege Clotarij filio Hun
ni ſuperantur. Poſtremò Carolus Martellus ex
Pipino cognomine Breuis q̃ primus regni præ-
fectus erat: quia ex regia ſtirpe creatus ſcilicet ex
Ludouico filio Dagoberti ſecundogenito hæ-
res patris aui & patrui factus regnum obtinuit:
& paulò pòſt Sueuos, Germanos & Barbaros
ſubegit: eos demum ſubactos obedire coegit.
cumq́ in eum pleraque molirentur, denuo fu-
25 dit, & cum eis Saxones. † hicq́ cùm diligenter
pro religione certaret, pateretúrq́ eccleſia of-
fenſa à Limprando Longobardorum rege Gre-
gorio tertio tunc pontifice maximo, petitumq́
eſſet auxilium ab Imperatore Conſtantinopoli-
tano cui tutela eccleſiæ cõmiſſa erat, eamq́ tue-
ri neglexiſſet, miſit Gregorius legatos ad Caro-
lum Martellum vt eccleſiam confoſſam libera-
ret, & curam eccleſiæ ſuſciperet. Quamprimum
id præſenſit Limprandum admonuit: cuius hor-
tatu obſidione vrbem liberauit: data poſtea Ca-
rolo Martello eccleſiæ tutela & ſucceſſoribus
ſuis. Huic ſucceſsit Pipinus Caroli Martelli fi-
lius, qui iam amoto per zachariam pontificem
Childerico filio Dagoberti tunc regnante in-
ſtante populo à zacharia pontifice regnum ade-
ptus eſt. cum autem Aſtulpho Longobardorum
rege à Longobardis vrbs Roma obſideretur iã
vaſtata Italia Conſtantinopolitano imperatore
auxilia denegante: non immemor põtifex tutelã
eccleſiæ Carolo Martello Pipini genitori com-
miſſam Gallias petijt, à Pipino opem quærens;
qui Pipinus patris vitam æmulatus Aſtulphum
Longobardorum regem ſubegit: pontificem li-
berauit: demum multis locis ipſum donauit, de
26 quibus ſuo loco tractabimus. † cumq́ mortuo
Pipino Deſiderius rex Longobardorum qui
Aſtulpho ſucceſſerat infeſtaret eccleſiam, Adri-
anus tunc pontifex Carolum magnũ de his quæ
contra eccleſiam tractabantur admonuit: qui
collectis magnis copijs Deſiderium vicit, & in
Galliam captiuum duxit: eccleſiæ terras Papæ
reſtituit: Italiam liberauit: poſteritatem Longo-
bardorum exterminauit. translatum hinc impe-
rium ad Gallos in perſonam Caroli magni, quo
imperante Hieroſolyma ciuitas à Gallis recupe
ratur. his tempeſtatibus Veneti à Pipino Caro-
li magni primogenito Italiæ rege profligantur.
demum omnes ſpe defenſionis fruſtrati Pipino
deditionem fecere: nõ multò pòſt mortuus, Me-
diolani ſepultus eſt in æde diui Ambroſij, cu-
ius vrna à latere dextro altaris magni poſita eſt.
poſt Carolum verò in imperio ſucceſsit Ludo-
uicus cognomine Pius rex Franciæ, vnctus &
coronatus in ciuitate Aurelianenſi per Stepha-
num quartum Romanum põtificem in æde quæ
dicitur noſtra ætate ædes diui Samſonis. Ludo-
uico ſucceſsit Clotarius in imperio, regno Fran
ciæ Carolus Caluus, in Germania Ludouicus.
Clotario mortuo tribus ſuperſtitibus filijs, vno
monacho facto, duobus cæteris ſine prole de-
functis, in imperio ſucceſsit Carolus Caluus in
Germania: mortuo Ludouico fratre Caroli co-
ronatus à Ioanne octauo pontifice maximo.
poſt Carolum Caluum imperauit Carolus filius
27 à Ioanne pontifice tertius dictus. † Poſtremò
defecit tunc ſtirps ſeu proles Caroli magni: de-
mum regnum Franciæ ad Hugonem Capet per
uenit ex ſemine materno, ſecundùm aliquos,
Carolum magnum attingentem: cui Hugoni
ſucceſsit in regno Robertus, & Roberto Hen-
richus: quo regnante Normanni Gregorium
quartum obſeſſum ab Henricho tertio Impe-
rarore in mole Adriani liberant. ſucceſsit Hen-
richo Philippus Vrbano pontifice ſolicitan-
te in Turcas expeditionem fieri: cuius inſti-
gationibus paritum eſt. Regnauit autem poſt
eum Ludouicus ſextus, qui Gelaſium & Ca-
liſtum ſucceſſorem & Innocentium ſecundum

in sedem suam restituit. post Ludouicũ sextum Ludouicus septimus Eugenium tertium & Alexandrum tertium sequutus patris vestigia detrectante Friderícho imperatore in sedẽ reposuit. post Ludouicum Philippus tertius expeditionẽ in Turcas fecit, & tunc temporis à Gallis terra sancta recuperatur, vt eisdem temporibus à Philippo circa Tornacum Otto imperator superatur qui aquilas imperiales, quas præ se ferebat, amisit. Philippo mortuo Ludouicus octauus eius filius Anglos fugauit regẽte Anglos Ioãne. haud non multo pòst Ludouicus nonus in Sarracenos hortatu Innocentij quarti cruce signatūr. post Ludouicum regnauit Philippus quartus. post Philippum Ludouicus decimus. post Ludouicum Philippus quintus, & alij deinceps vsq; ad Carolum octauum quo tempore medio

28 nihil actum est in Italia memoratu dignũ. † hic æmulatus Carolum magnum & Pipinum, Carolum sextum & Ludouicũ vndecimum eius patrem regnum Neapolitanum sibi iure hæreditario debitum superatis diligenter alpibus Italiam transfodit dextra manu, vsurpatores vicit, regnũ memoratum hoste in fugam posito recuperauit. cumq; Italia plura sibi moliretur coniuratione à Venetis & principibus Italiæ facta, comparatis cohortibus legionibus multis cum pauco milite tot laboribus fracto nec præmeditata diu pugna conspiratione de captiuitate ipsius facta, licet marte longe impari & ancipiti soluit, & saluus cum suis in Gallias rediſt: quorum est in Ambosia supra Ligerim. Nouissimè verò licet strenuè pro ecclesia & tutela ipsius regni Franciæ iuriũ & terrarum illi subditarum à retroactis principibus iure dimicatum fuerit: quanto Scipio Alexandro & Annibali præstat, tanto nostra ætate præter cæteros principes seu reges Franciæ christianissimus & inuictissimus semper Ludouicus xij. rex noster virtute animi & corporis, religione, fide & dexteritate claret, quicq; de hostibus Deo semper fauente triumphauit, reges, duces, barones, comites & populos ecclesiæ Romanæ inimicos sibi & suis aduersantes hostili manu &

29 dextera virtute superatos captiuos tenuit. † hic Neapolim, Mediolanum & pleraq; omnia, quæ sua erant, recuperauit. Bononiam quæ propriũ est beati Petri patrimonium belli duce illustri & glorioso equite Carolo de Ambosia regio locumtenente victis Bentiuolis Iulio secundo pontifici maximo diu vsurpatã restituit, postremo Rauenna, Ariminum, Aretia, Fauentia, Foroliuij, Foropomponij Cæsarea classes & quæ sub Pantapoli sunt, deniq; pleræq; aliæ vrbes & oppida à Venetis diu atq; diu occupata, quibus Pipinus pater Caroli magni ecclesiam donauerat, Gregorio tertio tunc põtifice, restitutæ sunt anno millesimo quingentesimo nono, die decimoquarto Maij: quo die Veneti profligati, cæsi & fugati sunt: in expeditiõe ipsa Ludouico præ-stante & belli duce, qui sex diebus Venetos &

30 vim ipsorum exterminauit. † Brixiam, Bergomum, Cremonam, Cremam, & pleraq; alia oppida per ipsos venetos diu occupata quæ ducatus sunt Mediolani in ditionem suam reduxit: ciuitates & oppida videlicet Paduam, Vicentiã, Veronam, Triuisium, & alia quæ imperij erant, suis auspicijs Maximiliano Romanorum imperatori redditæ & suæ ditioni iterũ additæ fuere. idq; non fabulæ seu assentationi tribui potest, cũ id apud omnes populos cognitum sit, vt nota nulli magis domus sit sua, quæ omnia non more Romani populi, Iulij Cæsaris, Octauiani & successorum in sede gesta sunt: qui omnia vi sola, quæ eis titulus erat, agebant, sed iure medio: cum etiã ex deliberatione & ordinatione ecclesiæ pro ipsius tuitione & augmento, cõseruatione iuris proprij & hæreditarij, ne posteris suis causa eum inculpandi tribueretur: quiq; nec aliud quàm quod sui iuris erat habere curauit: sed parta victoria suis sedibus contentus remansit. spreto omnium procerum consilio Venetos hostes extra districtum suum prosequi noluit, quanq; potuisset eodem impetu Venetos ipsos stagnis & retibus suis compellere esse contentos. cogitans autem quod esset regis christianissimi officium, fines & limites sibi iure debitos egredi passus non est: quodq; sanctissimum & laudabile facinus ex rerum gestarum euentu nemine postea reluctante comprobatũ est. Nec abs re censui debere hæc referri, vt veritas huius fundamenti ex rebus gestis appareat. dicebam enim q; pro imperatore contra regẽ Franciæ fiebat fundamentum vt probaretur esse Galliæ dominum ex eo quod Gallias Iulius Cæsar aliquando subegerit non præcedente aliquo titulo seu causa occupā-

31 di. † Præterea vt dixi supra si ius seu titulus debet esse in armis tantũ, ius est & potius pro Gallis contra Romanos quàm econuerso: cum pro maiori tẽpore & iure medio Galli romanas sedes & Italiã occupauerint & subegerint. testantur ciuitates in ea ædificatæ, quæ à Gallis nomẽ impositum adhuc retinent, vt dixi suprà. nec inuenitur quod ante Iulium Cæsarẽ & pòst Octauianum Cæsarem Gallia vniuersa paruerit Romanis, cùm Aruernia, Britannia & plures aliæ ciuitates supra Ligerim existentes, quæ suos duces habebant, nunquàm sine continuis querelis paruerint Romanis. sub Valentiniano autẽ vniuersa Gallia defecit. exinde coacti sunt Romani viuere contenti sedibus suis & legibus. nec existimauerunt deinceps alias prouincias conseruaturos nisi media virtute Gallica, vt declaratum est supra. Si igitur propter vim populis Galliæ illatam debeant dicere se dominos, prout dixi supra post Inno. in.c. quod super his. in fi. extra de voto & voti redemp. dico illum titulum nihil eis posse opitulari per supradicta: nec inuenio alia iura seu titulos qui possint illis ,pdesse. ideo ad leges

ad leges omnes adductas pro Imperatore contra regem Franciæ, per quas probatur fundamẽtum opinionis Barto. & suorum sequacium respondeti posset, quòd procedunt de facto & nõ
32 de iure, † cùm rex Franciæ de iure non recognoscat superiorem. & vltra allegata suprà addo alia fundamenta. Et primò text. quem totus mundus inducit ad hoc, & bene in cap. per venerabilem. extra qui filij sint legiti. ibi, insuper cùm rex in temporalibus superiorem minime recognoscat. & licet glos. ibi, & omnes docto. primo loco memorati post eam dicant illum text. verum dicere de facto regem Franciæ non habere superiorem in temporalibus, sed de iure secus: ego dico quòd si vnquam interpretatio fuerit falsa, ista est: quia nullo iure probari potest. vnde hoc sufficeret allegare per. l. illam. C. de colla. §. optimum. in authent. de non eligen. secundò nuben. colla. j. Secundò, quia nihil aliud est nisi calumniari ius, sicut dicit text. in. l. pen. ff. ad exhibend. & alibi text. in. l. ij. col. fina. in princ. C. de veteri iure enucle. vbi tales interpretes Iustinianus appellat interuertentes leges, & alibi diuinantes in l. apud Celsum. §. illa dubitatio. ff. de excep. doli. & ego decisiones eorum dico non decisiones, sed derisiones esse, quia & ridiculæ sunt. & licet ille text. loquatur in terminis iuris, vt statim apperiam: tamen vnum ego dico, quòd quicquid Papa vel Imperator decretalem seu canonem vel legem interpretando declarat, id vim legis habet, & est lex. l. j. ff. de constitu. princi. in. §. sed quod principi placuit. Instit. de iure naturali. in ca. fin. vbi plenè per omnes, extra de constitu. vbi plus
33 dicit glos. in verbo, declaramus. † quòd si in priuilegijs aut canonibus oriatur difficultas, solus Papa debet interpretari. c. inter alia. extra de senten. excom. l. fin. vbi per omnes. C. de legib. nec Papa vult de ipsis per alios iudicari. ca. cum venissent. extra de iudi. vnde dicit glos. alibi, in ca. j. in verbo, interpretatus. extra de postula. prælato. & in. l. j. C. de legi. & in. l. si de interpretatione. ff. de legib. quòd interpretationes principis vel etiam summi pontificis sunt reducẽdæ in scriptis, quia vim legis habent. §. singulorum. Instit. de rerum diuisio. & vbi inuenitur interpretatio docto. contra authoritatem legis vel interpretationem Imperatorum, standum est illi interpretationi Imperatorum vel summi pontificis, cum vim legis habeat, vt dixi, reiecta interpretatione doctorum, quæ tantum est probabilis: vt dicit glos. in. d. l. j. & fina. vbi per omnes. C. de legi. & idem dicunt omnes Modern. in ca. canonum statuta. extra de constitu. & alibi sæpe. Vnde dico & secundò quòd cùm Innocen. quartus videret plerosque dilaniare decretalem Innocentij tertij, per venerabilem. extra qui filij sint legi. in versicu. insuper. dicentes quòd ille text. intelligatur de facto & non de iure. dixit & declarauit hoc
34 non esse verum quod dicunt per illum text. † de facto tantum regem Franciæ superiorem non habere in temporalibus, cùm dicunt secus de iure esse: quia dicit hoc non esse verum: imò declarat illam decretalem veram esse de iure, scilicet quòd de iure rex Franciæ non habet superiorem Imperatorem in temporalibus: vnde illa declaratio pontificis succedit loco legis: licet dicat Ioan. Andr. in capit. solet. de senten. excommunicatio. in sexto. quòd Hostiens. audiuit ab ipso Innocen. quarto plerunque dici quòd nolebat illas glos. habere vim legis: licet posset credi hoc dixisse, tamen dico eas habere vim legis duplici ratione. Prima propter authoritatem interpretantis, vt dixi. Secunda, quia in præfatione suarum glossarum dixit eas fecisse ex decisione causarum emergentium, & quæ decidebantur in camera. Et dato quòd ex authoritate ipsius non esset arguendum: dico tamen quòd vera est illa interpretatio, quod de iure text. ille loquitur, & non de facto: & hoc apparet ex multis fundamentis, quæ partim ex illo text. eliciam & partim aliunde.

35 Primum est † quoniam nunquã summus pontifex nec legislatores loquuntur in facto, sed in iure tantum. glos. est in capitu. consultationi. in glos. fina. extra de tempo. ordina. quam glos. in terminis nostris reputat singula. Felin. in capit. cùm non liceat. extra de præscription. vbi addit quòd illam glos. not. Cardin. Alexan. in ca. quæ in ecclesiarum. in verbo, videbatur. extra de cõstitu. Addo quòd istam doctrinam & interpretationem firmat Abb. in capitu. nouit. & Felin. post eum, extra de iud. pro quibus vltra eos ego pondero text. in. l. mora. in princ. ff. de vsur. ibi, neque constitutione vlla neque authoris iuris quæstione decidi posse, cùm sit facti magis quàm iuris. idem text. in. l. eum quem temere. in fin. versicu. de facto autem consulentibus. ff. de iudic. ideo cùm legislator non loquatur in terminis facti sed iuris tantum, non potest illa interpretatio aliquo pacto sustineri.

Et quod loquitur de iure & non de facto, ego pondero illummet text. in dicto capit. per venerabilem. in pluribus suis partibus. Et primò põdero text. in versic. insuper. ibi, sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subijcere potuit. Ego puto diligenter aduertendum esse
36 ad illa verba: † quia si verum esset quòd rex Franciæ fuisset subiectus in temporalibus Imperatori, & hoc de iure, non potuisset rex Franciæ sine maxima læsione iuris alterius scilicet Imperatoris se subijcere alienæ iurisdictioni scilicet pontificis maximi, maximè cùm tractaretur de legitimatione filiorum, & ex consequente de successione regni & alijs feudis in quibus debet interuenire authoritas & etiam consensus specialis ipsius Imperatoris, & præcipuè in istis feudis maioribus, per textum in capitulo, naturales. vbi idem not. glossa, & omnes feudistæ

post cam.si de feu.fue.controuer. inter dominũ & agna.colla.x.& ita tenent omnes in.l.Gallus. §.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu. pro quibus tex.in.l.ij.ff.de natal.resti.per Bald.& Pau. per illum tex.in.l.j.C.de iur.aureo.annulorum. per omnes in.c.cæterum.extra de iud.& in.d.c. per venerabilẽ.vbi plus dicunt. & repetit Bart. in.§.j.in prin.in authen.quomodo oporteat epi
37 scopos.colla.j.quod † Papa in terris imperij nõ potest se impedire de iurisdictione nec legitimatione filiorum vel quibuscunq; alijs quæ cõcernunt ipsum imperium, nisi quod esset materia peccati.glo.est in.c.si duobus.extra de appella. in glos.fi.idem not. Innocen. in.c.licet.extra de foro competen. Abbas in.c.nouit.extra de iudi. Feli. in.c.j.extra de constitu. Nec obstat si dicatur quod in.d.c.per venerabilem.quod magis principaliter tractaretur de efficacia matrimonij quàm de legitimatione filiorum:licet incidenter bene fieret quæstio de legitimatione filiorum. vnde non mirum si cognitio soli pontifici spectaret, cùm causæ matrimoniales coram iudice ecclesiastico terminari debeant,& videri per eũ, & non per aliũ.c.tuam.extra de ord.cogni.c.lator.extra qui filij sint legiti.per Barto.& omnes in.l.Titia.ff.solu.matri.& per hoc dixerunt aliqui quod incidẽter potest Papa filios naturales tantum legitimare in tẽporalibus,licet non principaliter.quod dictum cùm non sit verum,vt aliquid dicam infrà,non insistam, quia hic non est locus:tamen ego dico hoc non esse verum duplici ratione. Prima est,quia si fuisset tantum discussum de veritate matrimonij, non fuisset opus dicere quod potuerit rex subijcere se iurisdictioni põtificis:quia ipso iure iam fuisset subiectus: quia tractabatur de causa spirituali.l.ſ.matrimonij.vnde lex non loquitur in casu arido sed viridi:vt patet in.l.Arriani.C.de hæreti.l.Labeo.ff. de Carbo.edicto.& ideo frustra hoc dixisset summus pontifex. Secunda ratio est,& quæ stringit, quia principaliter agebatur de legitimatione filiorum tantum:quia certum erat non fuisse verum matrimonium:vt ibi dicit tex.inter regem & reginam Franciæ. Et ideo filij qui ex illo matrimonio nati erant,indubitatè erant naturales tantum & non legitimi:& ideo rex petijt legitimationem filiorum natorum ex illo matrimonio:vt patet in.d.c.per venerabilem.§. videbatur.ibi,sicut cum filijs regis eiusdem sic cum tuis credebatur de benignitate sedis apostolicæ dispensandum.& sic cum filijs regis tantum fuit dispensatum.id probatur in fine illius decretalis in versicu.licet igitur.cùm dicat,licet igitur cum filijs sæpedicti regis de quibus an fuerint legitimi ab initio dubitabatur duxerimus dispensandum.not.illa verba,ab initio dubitabatur. qualiter ab initio non contendebatur de veritate matrimonij:quia hoc clarum fuit per sentẽtiam latam in causa matrimonij: sed solum agebatur de legitimatione filiorum ex illo matrimonio illegitimo natorum.& istud idem bene consensit glos.in.d.§. videbatur.in verbo,beati Petri.vbi
38 dicit esse indubitatum † quod quo ad forum secularem non potuisset Papa dispensare,sed tantùm quo ad spiritualem:igitur rex Franciæ si recognouisset imperatorem superiorem de iure, indubitatum est quod legitimatio illa facta per Papam non valuisset de iure:sed quia,vt dicit ille tex.rex Franciæ de iure superiorem in temporalibus minimè recognoscit, sine alterius iuris læsione potuit quãtum ad legitimationem filiorum suorũ iurisdictioni Papæ se summittere de iure. Et alia ratio datur immediate in.d.versi.insuper.ibi, in quo videretur aliquibus quod per seipsum non tanquàm pater cum filijs, sed tanq; princeps cum subditis potuit dispensare.& immediate sequitur,tu autem nosceris alijs subijcere.quæ verba puto esse diligenter notanda. Primo cum dicit,sed tanquàm princeps cum subditis.cum primo dixerat,sine læsione alterius iuris hoc posse. dicamus an maiores valuasores in præiudiciũ imperatoris possint filios naturales legitimare. certè non,vt dicunt omnes in.d.c.naturales.si de feu.fuerit controuer. inter dominũ & agna.colla.x.cũ solus imperator hoc possit: vt dicit ibi glo.pro quibus in.§.si vero is. in authen.quib.mod.natu.effi.sui. colla.vij.in.l. imperialis.C.de nup.idem not.Bal.per illum text. in.l.j.C. de iure aur. annulo. per eundem in.l.si qua illustris. C.ad Orficia. per omnes in dicta lege,Gallus.§.& quid si tantũ.ff.de liber. & posthumis.& ideo si dicat, tanq; princeps cum sub-
39 ditis de iure satis demõstratur exemptio, † cum non dicitur posse qui de iure non potest facere. lege,iurisgẽtium.§.si paciscar.ff.de pactis.l. non dubium.C.de legi. Et si dicatur, vt prius, quod verbum,potuit.adhuc intelligatur de facto:licet per supradicta satis probatum fuit non esse verum:tamen adhuc dico denuo istud non esse verum duplici ratione. Prima ratio est quòd voluntas summi pontificis & principis dirigitur semper ad ea quæ de mente iuris prouenjunt, & non ad quæ de facto fiunt.l.ex facto.ff.de vulg. & pupil.substi.in.c.eam te.extra de rescript.l.si. C.de testa.mili.in.l.ij.C.de noxa.actio. aliàs sequeretur vnum quod vbiq; negãt omnes, quod lex semper loqueretur tam in iure quàm in facto:quod est falsum.vnde nec istud potest sustineri. Alia ratione,quia sequeretur quod Papa in delictis vellet sustinere principes: & sic ex eo fonte ex quo iura prouenjunt, fieret iniuria,
40 contra.l.meminerint.C.vnde vi. † quia tenetur vsurpatores alienorum dominiorum constringere ad restitutionem ablatorum,& non obedientes imperatori domare,vt dixi supra post Innoc. in.c.licet.extra de fo. compe.& copiosius infrà dicetur suo loco.de quo etiam in.c.literis. extra de restitu.spolia.c.literas.extra de iuramẽto calumniæ.

lumniæ. Sed in casu.d.c.per venerabilē.si loqueretur de facto & non de iure,sustineret cōtra ius regem Franciæ contra Imperatorē: quod nō est verum nec verisimile.vnde interpretationem Innocen.puto esse veram,quam sequitur Abb.Felin.& plerię alij in.d.c.nouit. extra de iudi.ꝙ ille text.loquitur de iure & non de facto:& ita habes satis claram interpretationem Inno.& verā. Et quòd interpretatio ista & conclusio vera sit, tertio loco induco text.in.c.super specula.extra de priuileg.vbi in fortioribus terminis loquitur ille text. præcipiendo sub pœna excommunicationis

41 † ne leges imperiales in ciuitate Parisiensi legantur,nec in alijs locis vicinis,nec audiantur: & vlterius cum excōmunicatione excludit à patrocinio docentem & audientē.& glos.quæ hoc non potuit compati dixit, cùm ab omnibus obseruari debeant: sed intelligas ab omnibus de iure subditis per.l.fin.ff.de iurisdi.om.iudic.vnde si lectura legis imperialis fuerit prohibita in ciuitate Parisiensi, per hoc satis demonstratur exemptio regis Franciæ à legibus imperialibus. & in hoc Honorius tertius declarauit.d.c.per venerabilem.& dictum Innoc. quarti interpretantis illum tex.& ratio prohibitionis declarata fuit per Clementē quintū,& Ioan.xxij.in bulla concessa inclytæ vniuersitati Aurelianēsi,quæ sumpta est etiam ex originali ipsius Honorij tertij in dicta decretali,super specula. & ista est ratio: quia cū ciuitas Parisiēsis caput sit regale regni Franciæ; & rex non recognoscat de iure superiorē imperatorem in temporalibus,propterea non tenentur Francigenæ vti imperialibus legibus,nec debent prohibente rege. propterea inhibent districtius Clemens quintus & Ioan.xxij.ne in ciuitate Parisiensi leges imperiales legātur aut audiantur.& idem declarauit Clemēs quintus in extra-

42 uaganti,meruit. de priuilegijs. † vbi diffinit regem Franciæ seu regnū ipsum et regnicolas non magis subesse ecclesiæ Romanæ per extrauagantem Bonifacij octaui,vnam sanctā.in titu.de maio.& obed.quàm esset ante dictam extrauagantem.& propterea dicit Bal.in.l.nemo.C.de senten.& interlocu.om.iud.ꝙ Galli nō vtuntur legibus imperialibus,vt eas ꝓ legibus habeāt: sed quia sumptæ sunt ex ratione naturali,ex qua nō pōt cōmodè nec honestè recedi,ideo eis vtūtur.

Confirmatur quartò hæc conclusio per text. in.c.nouit.extra de iudi.ibi,non enī intendimus iudicare de feudo,cuius ad ipsum spectat iudicium. in quibus verbis ego facio solidum fundamentum.si enim rex Franciæ habuisset superiorem imperatorem in temporalibus nō potuisset rex Franciæ cognoscere de causa vertente inter ipsum & regem Angliæ tunc suum vasallum occasione comitatus Pictauensis, cùm ageretur de causa feudali,sed debuisset imperator cognoscere,per text.in ca.j. apud quem vel quos quæstio feudi termi.colla.x.licet dicat glo.illum tex.correctum:tamen hoc non est verum; quia text.ille per eum hoc non probat: vnde dicunt Iacob.de Belui.& Bald. in.c.j.de inuesti.in mari.fac.col-

43 la.x. † quòd inter maiores valuasores, ꝑut sunt duces,comites,& similes,& maxime si essent reges,in quibus non potest faciliter haberi iudicium:tunc imperator est iudex,& non alius.c.j.de l.Corradi. idem not.Bald. in.l.j.ff.de rerum diuisio.vnde cum text.in.d.cap.nouit.dicat quòd quæstio illa feudi debebat terminari per regem Franciæ dominum feudi,cùm ad eum spectet & non ad alium:patet quòd de iure imperatori nō subiacet: aliàs ad eum non spectasset cognitio illius quæstionis,sed ad imperatorē.& ita per illū text.tenet ibi Abbas, vbi plus dicit ꝙ verbum, potuit.in.d.ca.per venerabilē.extra qui filij sint legi.positum,probat quòd etiam non recognoscit superiorem pontificem nec imperatorē, per illum text. Et ratio est duplex. Prima secundùm

44 Abb. † quia nō potuisset se subijcere pontifici, si imperatorem superiorem recognouisset, per text.in.l.est receptum. ff.de iurisdi.om.iudi.vbi ita not.Bald.per illum text.plenè in.l.j.ff.de iudi. Ego pro ista parte dico bene facere text.in.l. non valet. C.ad.l.Flaui.de plagiar.text.cum ibi not. per glos. Pet.& omnes in.l.j. C.de iurisdi. om.iudi.& maximè hoc dico vltra alios in præiudicium tertij,& præsertim vasalli inuito ipso vasallo:quia dominus inuito vasallo non potest alium sibi dare iudicem,nec vasallus inuito domino:quia in hoc interest vasalli, sicut interest domini.text.cum glos.in.l.inuitus. ff.de fideicom. liber.in.c.at si clerici.extra de iudi.nisi dominus esset negligens:tunc papa posset adiri ratione negligentiæ domini.c.ex trāsmissa. vbi per omnes extra de foro compe. §.j.in authenti. apud quos oporteat monachos vel alsi.col.vij de quo in.l. iiij.§.hoc autē iudicium.ff.de dam.infe.in.c.qua liter & quādo.extra de iudi. in.c.grauē.in si.extra de offi.ordi.c.licet.extra de foro compe. Secunda ratio quæ militat in pontifice sicut in imperatore: quia frustra diceret se potuisse subijcere pontifici,cum aliàs esset subiectus,vt dixi per d.l.est receptū.iuncta doctrina Bal.et omniū.ff. de iurisdi.om.iudi.de quo vltimo latius infrà.

Quinto loco facit vnū singulare dictū Oldr. in cōs.lxix.incip.cōsueuit dubitari.cùm dicit ibi

45 Oldra. † ꝙ imperatores Romani nunquam fuerunt etiam de facto in pacifica possessiōe orbis. & maximè dico hoc verū esse secūdùm historiographos ꝙ Aruernia nec ꝓuincia quæ Ligerim fluuiū attinguntvsꝗ ad Britanniā nō gauisi sunt etiā de facto pacificè.quare siuia facti debeat ius tribuere, adhuc deberet esse diutina & pacifica & nō interrupta.l.natur aliter. ff. de vsucapio.l. si quis emptionis.in prin. C.de præscrip.xxx.an no.l.vnica.C.de vsucap.transfor.& alibi sæpe.

Sextò ꝙ non inuenitur aliquo iure cautum ꝙ Romani habuerint aliquam causam seu titulum

m

propter quē de facto potuerint suo imperio alienas prouincias addere & vsurpare nec sub quo titulo hoc fecerint. Inuenio autē satis cautum ꝙ de facto vsurpauerūt: & ꝙ spoliauerunt: & ꝙ de facto spoliati debent de facto restitui locis nonnullis: et ꝙ illis non petētibus tēpore vis illatæ per vim ablata reuocare quocūꝗ tēpore superueniēte potētia & habilitate reuocandi possunt se eximere. l. iij. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. plenè per Bald. in. l. j. C. vnde vi. in. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. vnde sicut Galli qui imperabāt Romanis aliquando remissi sunt: sic & Romani qui cōuerso augurio cœperunt transcurrere prouincias de facto, fuere de facto eiecti & coacti viuere contenti primis sedibus suis.

Septimò facit translatio imperij in Gallos in ca. Adrianus. lxiij. distinct. & in. c. ego Ludouicus. eadem distinctione. vbi hoc testantur priui-
46 legia concessa regi Franciæ. † Et hanc approbationem dico non à pontificibus tantum fuisse factam, sed à deo omnipotente tunc regnante Clodoueo rege Francorum sexto, cui cum esset certandum cum Imperatore & Alemannis victor euasit, hostes fudit, tributa imposuit: baptizatus in signum & testimonium rei gestæ à beato Remigio Remensi archisacerdote linitus oleo & chrismate diuino quo & posteri reges in hāc vsque ætatem inunguntur nunquam defecturo: nonne & miracula quæ Deus per Christianissimos reges sibi & suæ orthodoxæ religioni præter omnes principes deuotissimos manifestat, testimonium rei iustum afferunt, qui & donati ab Innocentio quarto hoc munere vt orantes pro rege Franciæ mereantur remissionē decem dierum pro abolitione peccatorum, vt testatur sanctus Thomas in quarto sententiarum, distinct. xix. artic. iij. Ex quibus omnibus satis habes ista duo probata quod Imperator non est mundi dominus de iure: secundo ꝙ rex Franciæ superiorē non recognoscit etiam de iure Imperatorem.

Nec obstabunt allegata primo loco, quibus omnibus ego possem vnica solutione respondere, prout respōdit Innoc. in. d. c. quod super his. extra de voto & voti redempt. accommodando solutionē Bernardi & glossarum iuris canonici, quam sequuti sunt Cin. Bart. & alij respondentes ad ca. per venerabilem. extra qui filij sint le-
47 git. † quod verum est, Imperatorem Romanum aliquādo de facto plerisꝗ prouincijs Galliæ imperasse; sed ꝙ de iure hoc fecerit aut facere potuerit, nunquā à seculo nec vsꝗ ad futura secula comperietur: vt satis ex fundamento nunc recitato constare potest. vnde si dixerit Antoninus imperator in. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iac. ego dominus totius mundi: accommodarem congruē responsum Christi ad Pilatū Ioā. xviij. ca. à temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me. quia nec est alius qui hoc dicat esse verum, cum nec ipse Antoninus imperaret Gallis: vnde solo verbo suo innitebatur: igitur sicut in facto suo nemini creditur. l. omnibus. C. de testi. l. vnica. C. ne quis in sua causa iudi. Et ꝑpterea Christus de seipso testari noluit, sed voluit habere testimoniū patris, Apocalypsis. ij. ca. & facit. l. nullus. ff. de testi. vnde debuisset Antoninus & alij Imperatores habuisse aliunde testimoniū, aut à pōtificibus maximis, aut à lege diuina seu canonica. sed ecōuerso pro rege Franciæ cōtra Imperatores in omnibus habemus testimoniū pontificum maximorū, vt dixi suprà per text. in. c. per venerabilē. extra qui filij sint legi. in. c. venerabilem. extra de elect. in. c. ego. lxiij. dictin. c. super specula. de priuile. clarius quàm alibi habes declaratum per Innoc. quartum in. c. licet ex suscepto. in princ. extra de foro compe. cùm dicat ibi
48 Inno. † quòd in Imperatore hoc maximè habet, quia imperium à pontifice teneat, & quem etiam consecrat, & examinat, & iurat ei, & ab eo imperium tenet, & est eius aduocatus, per dictum ca. ego. lxiij. distin. &. c. tibi domino. ea. distin. & in d. c. venerabilē. extra de electio. idem in. c. imperator. xcvj. distin. sed in rege non habente superiorem qualis est rex Franciæ dicit se hoc ius nō habere, vt dicam suo loco: vnde cùm pro rege Franciæ habeamus testimonium vicarij dei, qui est summus pontifex. c. significasti. extra de electio. maius est fundamentū regis Franciæ & fortius contra Imperatorem, quàm sit imperatoris dicentis verba & testimonium in causa sua, non reddita ratione dicti sui: quia si interrogatus fuisset Iulius Cæsar qualiter possideret, dixisset, quia vi possideo. quod nihil concludit in. l. clam possidere. in princip. &. l. iij. §. ex contrario. cum ibi notatis. ff. de acquir. possess. quantum ad acqui-
49 sitionem iuris. † tempore enim aut Constantini aut Antonini aut Iustiniani non cōperietur Gallias paruisse imperio: nec est verum quòd sacra pagina aliquid testetur: prout voluit dicere Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, totius. cum allegatione dicti Pauli apostoli. xij. capitulo ad Romanos, quod etiam transsumptiuē ponitur in. c. solitæ. de maiori. & obedien. idem prima Petri. ij. ca. & in. c. duo sunt. xcvj. distinc. idem in ca. quo iure. x. distinc. bene tamen inuenio quòd de regibus loquitur, non de Imperatoribus. duo enim sunt, dicit ille tex. quibus principaliter hic mundus regitur, authoritas sacra pontificum, & regalis potestas, non dixit, imperialis. vnde nec regularitas orbis quiesceret in eo: quia cùm nec esset opportunum ecclesiam Dei in sua regularitate quiescere, quæ mundum vniuersum regit, & sub qua omnis spiritus requiescit, dicto cap. solitæ. in ca. conuenior. xxiij. quæstio. viij. melior text. in ca. tributum. ea. qō. & causa. in dicto ca. si imperator. xcvj. distin. qui nec priuilegium à sede apostolica sibi indultum conseruare potuit: & ideo propter defectum Imperatoris fuit necesse, quòd reges Franciæ

subuen

ſubuenirent eccleſiæ afflictæ: quibus & à Deo hoc donatum eſt ſemper in capit. hortatu. xxiij. quæſtio. viij. capit. Adrianus. lxiij. diſtinctio. vt ſatis demonſtratum eſt per ſupradicta.

Si volumus particulariter ad vnamquanq; legem reſpōdere, poſſum dicere ad. l. deprecatio. ad extrauagantem, ad reprimendum. quia laborant eodem morbo quòd ab indignato principe dicta ſunt. Primum ab Antonino propter piratas. idem in Henricho ſecundùm Barto. in verbo, ne ex eorum abſentia. in dicta extrauagante. qui indignatus hoc dixit, propter principes qui terras imperij occupabant, & maximè propter Robertum regem Siciliæ, de quo memini ſuprà & cuius occaſione per Henrichum imperatorē factæ ſunt duæ extrauagantes, ad reprimēdum. &, qui ſint rebelles. quæ poſtea reuocatæ ſunt per Clementem quartum in illa clementi. paſto-
50 ralis. de ſenten. & re iudicata. † vnde à principe irato factum non diſponit: vt patet in. l. j. ff. de conſtitu. princip. §. ſed quod principi. Inſtitu. de iure naturali. in. l. metum. §. ſed cùm prætor. in verbo, colligit. ff. quod metus cauſa. ſed tene quod prius dixi quòd de facto &c. obediuit Gallia & nō de iure. Secundo quòd verba ſunt quæ dicunt per illos imperatores. Ad. l. ij. C. de offic. præfec. præto. Africæ. quæ lex fuit Conſtantini, quo tempore translatum eſt imperium in Gallos, in Carolum magnum, de quo ſuprà in capit. Adrianus. lxiij. diſtinc. & dicto ca. venerabilem. extra de electio. vel ſi vis proprius loqui, & ad terminos illius. l. ij. in his verbis, quæ in partibus Hiſpaniæ & Galliæ ſiue Francorum. nota verbum, in partibus. non enim dicit quòd Gallia ſubeſſet imperio. verum eſt autem quòd aliquæ fuerunt partes Galliæ quæ tunc erant iuris Italici: vt patet in. l. ſi. ff. de cenſi. & quæ forſitan obediebant imperio Romano, vt erat Maſsilia, Narbonenſis, Viennenſis, & illa pars Burgundiæ quæ Allobroges attingit, quæ clauditur Rhodano fluuio, quæ erant de regno Franciæ, & de facto à Romanis imperatoribus occupabantur: quæ etiam de facto per Theodobertum regem Franciæ nepotem ex filio Clotarij regis recuperatæ ſunt, & denuo regno Frāciæ additæ, & vſq; ad hæc tempora conſeruatæ. vnde bene dixit ille text. quæ in partibus Galliæ ſeu Francorū. quia & illæ partes ſub Gallia Aquitanica, vel, ſecundùm Plinium, Lugdunenſi comprehenduntur.
51 † vnde nec per hoc concludit Gallias vniuerſas ſubeſſe Imperio: bene autem probat illas partes Galliæ obediſſe. Nec obſtabit ca. in apibus. vij. qō. j. quia & fateor vnum imperatorem eſſe tantum & non plures, & maxime ſecūdùm gloſ. ibi, & in. d. ca. venerabilem. propter illum Conſtantinopolitanum, qui ſe dicit imperatorē, cùm non ſit: ſed non concludit ille text. eum eſſe dominum orbis, nec text. in. c. conuenior. xxiij. qō. viij. tex. enim Ambroſij non dicit q; imperatorū ſunt vniuerſa: ſed q; allegabatur imperatorū eſſe vniuerſa. vnde nota verbū, allegabatur. nec tex. in. c. quo iure. x. diſtinc. dicit præciſe: ſed tantum exemplatiuè: & id ſatis confitetur gloſ. quanuis aliquando duo fuerint imperatores. c. nunc autem. xxj. diſt. non autem q; vellet deſignare imperatorem vniuerſalem eſſe dominum: & ſi quis vellet hoc dicere, perſuaderet vnum quod omes pontifices maximi negant, de quibus memini ſuprà: quia ipſi dicunt ſe dominos etiam ſupra imperatorē & omnes reges: vt patet in. c. ſolitæ. extra de maio. & obed. in. d. c. duo ſunt. xcvj. di. in d. c. conuenior. xxiij. q. viij. in extraug. Boniſa. vnam ſanctam. de maio. & obe. in epiſtola, inter claras. C. de ſumma trini. & fide catho. Innocen. quartus in. d. ca. licet. extra de foro compe. & in d. c. per venerabilem. extra qui fil. ſint legi. plene per Abba. in tracta. quæſtio. ſuæ de poteſtate pontificis. vnde ex illis canonibus illud inducere, cum nōn diceat, eſſet captioſum: & diceretur apertè contra determinationem omnium pontificum. idem in ca. ad apoſtolicæ. extra de ſenten. & re iudica. in dicta clementi. paſtoralis. de ſententia & re iudica. & alibi ſæpe.

Non obſtabit vltimo loco. l. ſi duas. §. j. ff. de excuſ. tut. quia per illa verba, vniuerſo autē orbi cōueniens eſt: cuius capitulū hic ſubiectum eſt: non poſſum mihi tantum perſuadere q; ille text. mihi aliquid ꝓbet, quare nec dignus eſt ille tex. aliqua reſponſione. Ad. l. bene à zenone. C. de quadr. præſcrip. reſponde vt ibi per gloſ. in verbo, omīa principia. in vltima ſolutione glo. quæ ſatisfacit illi legi. Ideo autem aliter non curo reſpondere ad dicta Cin. Barto. & aliorum dicen-
52 tium † reges peccare & hæreticos eſſe, qui negāt imperatorē dominum orbis eſſe. Ego autē dico, licet aliter ſit reſponſum ſuprà, q; hi qui dicunt eum dominū orbis non dicam eos hæreticos ſed phreneticos eſſe, ex fundamentis deductis per eos. ad id quod deducitur ex euangelio Lucæ ſecundo capitulo: Exiuit edictum à Cæſare Augusto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. ſi exiuit edictum: igitur eſt dominus. nunquam potui videre q; per hoc perſuaderetur mihi dominium probari in imperatore. c. ſi tributum. xj. q. j. nec concludit ipſum eſſe dominum. nam Turca magnus dicit ſe dominū orbis: ergo &c. Sæpe enim plus de facultatibus ſuis ſperāt homines q̄ in his eſt. §. in fraudem. Inſtit. qui & ex quibus cauſis ma. non licet. Præterea enim hoc fatuum eſt dicere aliquem peccare. ſum enim percunctatus ſymbolum & pleraq; alia præcepta eccleſiæ, per negationem quorum incidit quis in peccatū et in hæreſim. Iſtud autem præceptum nunquam inueni inter alia. contrariū tamen cōperi, vt dixi ſuprà, de ordinationibus pontificū contra imperatorē quæ probantur ab eccleſia & pontificibus maximis: quare illud negare q; eccleſia et ſui rectores plenè profitētur & ordinant, magis videtur hæ-

53 tesim sentire: † sed nec hoc nec illud, cùm nõ sit articulus fidei. Ad reliqua vero argumenta ipsorum dico esse intelligenda secundum leges quas allegant: vt dicit Bart. in.l. non solum. §. liberationis. ff. de libe. leg. vnde dictum ipsorum non magis stringit quàm leges per eos alleg. quibus opportunè responsum est: & erit responsio dictorum ipsorum. Et per hoc habes plenè probatas conclusiones ꝙ rex Franciæ imperatorẽ non recognoscat de iure superiorem. quam conclusionem tenuerunt & approbauerunt Petrus, Iacobus de Rauẽ. Ioã. Fab. Nicolaus de Matiscone, Rapha. Fulgo. Pau. de Cast. & Christofo. de Castiliono in.l.j. C. de sum. trin. & fid. catho. per eosdẽ nostros in.§.j. Insti. de pa. pote. Inno. in dicto.c. per venerabilẽ. extra ꝗ filij sint legi. Abb. & Felin. in. d.c. nouit. extra de iudi. Sali. in.l. vectigalia. C. noua vectiga. impo. non pos. vbi di-
54 cit † ꝙ reges qui nõ recognoscũt imperatorem, quales sunt reges Frãciæ, possunt imponere noua vectigalia. idem tenet Bald. in.l.j. ff. de offic. præfec. vrbis. vbi dicit quòd omnia regna subsunt Cæsari excepto regno Franciæ. quãuis contrarium dicat glos. in. d.c. Adrianus. lxiij. distin. quæ dicit de regibus Hispaniæ, quæ cùm vult eximere regem Hispaniæ, deficit. Idem alij dicũt de rege Angliæ per ca. causam quæ. ij. extra qui filij sint legi. quod & factum est tributarium sedis apostolicæ: vt ibi not. plenè. Simile videmus de regno Siciliæ per ca. ad apostolicæ. de sentẽ. & re iudi. in.vj. in clemen. pastoralis. de sentẽ. & re iudi. & licet non sit tam aperta decisio pro regno Angliæ et Hispaniæ prout est de rege Franciæ: tamen dictum Innoc. in. d.c. super his. extra de vo. & vo. redẽptio. militat bene pro eis: quia in eis nõ fuit iusta causa occupandi de iure, licet de facto aliter actũ fuerit, vt dixi. Adde pro hac conclusione regis Franciæ quod Bald. in.c.j. ij. col. de inuesti. in mari. facta. colla.x. tenet quòd rex Franciæ non recognoscit superiorem. facit quod notat Felin. in.c. cùm non liceat. extra de præscriptio. satis mihi persuadet dictum glos. in §.j. in verbo, Romanorum. Institu. de patria po-
55 testa. cùm † dicit filios Gallorum non esse in potestate parentum. & per illam glo. dicit singulariter Bald. in.c. vnico. de fratri. de no. benefi. inuestit. colla.x. vbi dicit quòd Galli & Britones etiam de aduentitijs possunt testari, licet sit in cõtrarium ius cõmune in.l. qui in potestate. in principi. ff. de testamen. §.j. Instit. quib. non est permissum facere testamentum. dicit autem Bal. quòd nescit an verum sit de iure Francorum. Et ego vt tollam dubium Baldi, dico quòd sic: & ita vidi pluries seruari de facto ex consuetudine nostra. tu habes alias concordan. per Modernos in l. prima. §. prius. ff. de vulgari & pupil. substitutio. Addo quòd hanc conclusionem tenet Henrichus Bohic Britannus, capi. si diligenti. extra de præscriptio. & vir non modicæ æstimationis dominus Cosma Guymier in cõmento pragmaticæ sanctionis super intitulatione, in verbo, Carolus. vbi etiam per multa visus est hanc conclusionem comprobare, facto principaliter fundamento super consuetudine præscripta à nemine improbata. l. prima. §. fina. ff. de aqua pluuia ar-
56 cend. † Et respondet ad id quod dicitur, impositum fuisse tributum Gallis: quia illa impositio non probat, secundum eum, subiectionem: cum tributi impositio seu solutio plura significare possit. capi. recepimus. de priuilegijs. tamen pro isto dicto melius facit textus in capi. si tributum. xj. quæstione.j. cùm dicat ille tex. si tributum petit Imperator, non negamus: agri ecclesiæ soluãt tributum: si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum. & dicit ibi glos. de facto, & non de iure: & sic solutio tributi, quæ de facto sit, ius non tribuit: tamen de iure ciuili ego dubitarem per.l. si quis emptionis. in principio. C. de præscriptio. xxx. annorum. per illud quod notatur in.l. scio. §. medico. ff. de annuis legatis. per glos. in.l. secunda. §. circa. ff. de except. doli. in.l. qui semisses. ff. de vsuris. in.l. seruitutes. ff. de seruituti. titu. generali. & alibi sæpe in l. prima & secunda. C. de seruitu. & aqua. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. tamen si dictum primum de consuetudine quòd possit præscribi contra Imperium exemptio non præcedente titulo, licet ista sit communis opinio, tamen non est vera, per textum in.l. comperit. C. de præscriptio. xxx. annorum. in.l. iubemus. ibi, saluo canone. C. de fundis patrimoni. libro.xj. text. in.l. si qua loca. C. de fundis & saltibus rei domi. libro.xj. & licet post denegatum tributum, si aliàs de iure deberetur Imperatori, cessatum fuisset à solutione canonis per lon-
57 gissima tempora: † licet forsan exemptio soluẽdi canonis posset præscribi, quæ tamen non præscribitur contra Imperium, per dictam.l. comperit. &.l. fina. C. de fundis & salti. rei domi. tamen ipsa superioritas præscribi non posset, per.d.l. comperit. vbi idem not. Cin. C. de præscriptio. xxx. anno. in.l. hæc autem iura. ff. de serui. vrbano. prædio. & ratio in istis est: quia in his in quibus affertur maximum damnum regno, sicut expressa alienatio non præiudicat successori, nec impedit quin reuocari possit. c. intellecto. extra de iureiuran. & dicam in quæstione disputanda in fine huius conclusionis. sic nec tacita præiudicabit, ne plus operetur tacitũ quàm expressum contra regulas iuris communis, de quibus in.l. cùm quid. ff. si certum pet. præterea in iure quæsito per factum principis non potest præiudicari Imperio. & magis in eo stringit, vt dicam in dicta quæstione, cum successione non habeat Imperium, sed electione. d.c. venerabilem. extra de elect. pro quo bene facit text. cum glos. in. §. ad hoc. in verbo, participans. in authen. de non alienan. rebus eccle. col.j. vnde circa istud vltimum non

non insisterem, si aliter Imperatori ius esset vel aliâs inhæreret Imperio superioritas: quia licet de facto denegaretur, & reuocari non posset, propter defectum potentiæ: tamen auctis viribus & potentia posset denegatum repetere de iure, vbi aliter non posset nisi incontinenti, vt notaui suprà, non repeto.

58 His † addo cùm dixi quòd subditus vel vasallus si cessauerit per longius tempus quàm triginta annorum à solutione tributi vel præstatione fidelitatis, licet posset se eximere à seruitute & liberum se facere respectu seruitutis & tributi, iuri tamen superioritatis non præscribit: quod idẽ notant omnes in capi. si quis per triginta annos. si de feud. fuer. contro. inter dominum & agnatos. colla. x. in. l. si certis annis. C. de pactis. in dicta. l. comperit. vbi per gloss. Pet. Cin. & omnes C. de præscriptio. xxx. annorum. per eosdem in authent. malæ fidei. C. de præscriptio. longi temporis. per Bald. in. l. Pomponius. ff. quibus mo. vsusfruc. amitta. per Paulum & Roma. in. l. qui vniuersas. §. fin. & l. quanuis. §. j. ff. de acquiren. possess. Et propterea sumit argu. Cin. in. d. l. comperit. cõtra eos qui dicunt Romanam ecclesiam præscripsisse donationem factam à Constãtino, quòd saltem subiectionis signa præscribere non potuit ecclesia, nec iurisdictionẽ Romani imperij: cùm, secundùm eum, sit ei subiectus totus orbis. Secundò, vt dixi, quia saltem de iure canonico obstaret mala fides per ca. vigilanti. extra de præscriptio. Quare circa illud fundamentũ non multum insisto: licet Bartol. in. l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. multum laboret circa ipsum: & alij Moderni in. l. j. C. de summa trinit. & fide

59 cathol. † quando discutiunt de Venetis & Florentinis, quos dicũt exemptos ab imperio: quia præscripserunt contra imperium. hoc non est verum, nec, vt dixi, iuuaret eos illa denegatio si de iure aliâs essent subiecti, quia saltem remaneret ius apud Imperatorem, vt posset ipse vel successores in imperio iterum addere suæ ditioni, vt dixi suprà per. §. & ad hoc. in verbo, participans. in authen. de non alienan. reb. eccle. col. j. & dicam in quæstione disputãda infrà. & istud dictum in Imperatore dico militare in rege Franciæ, qui superiorem non recognoscit. & vbi aliter recuperare non posset: tunc Papa per censuras ecclesiasticas, vt dixi, tenetur domare tales rebelles & vsurpatores, & per alia iuris remedia, per tex. in ca. placuit. & in. c. discordantes. xc. distinc. c. nouit. extra de iudi. & idem tenet Bald. in. l. æquissimum. per illos text. ff. de vsufruc. Qualiter autem hoc posset fieri nunc videndum est.

Et in primis videndum est de modo procedẽdi contra tales rebelles seu vsurpatores alieni dominij ad restitutionem ablatorum iniustè, & per vim: in quo articulo dico eos primum esse monendos monitione charitatiua, per text. in cap. si peccauerit. vbi per Archidia. ij. quæstio. j. in cap. nouit. extra de iudic. in capi. si sacerdos. extra de officio ordina. hoc persuadetur optima ratione:

60 † quoniam et pontifex maximus omnium pater est: Imperator & cæteri Reges filij sunt, in dicto cap. si Imperator. xcvj. distinct. pater autem primum debet charitatiuam castigationem de filio facere præmissa monitione verbali in. l. ne quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsu. in. l. vnica. C. de emendatio. propinquo. in. l. iij. & l. congruentius. C. de pat. potesta. in. l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de furtis. & vbi vocem non audient monitoris: tunc præcedente trina monitione aut saltem bina monitione: vt dicit text. in authent. licet. C. de episco. & cler. in. §. presbyteris aut diaconibus. in authenti. de sanctis. episcopis. colla. ix. in authent. hoc amplius. iuncta glo. C. de fideicom. in. l. fin. §. j. C. communia de lega. l. Fulcinius. in verbo, nimiam contumaciam. & l. sequen. in verbo, diu. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. in cap. tua. extra de testa. & no-

61 tanter dixi, saltem † bina monitione esse monendum: quia licet pro prima non moueatur: tamen in secunda forsitan poterit pœnitere per. l. deberi. C. de fideicom. liberta. per quem tex. idem notat Roma. in simili in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. Nicol. Spin. in. l. locorum. C. de omni agro deserto. lib. xj. addunt text. in cap. venerabilibus. §. secus. de sententia excommunica. in. vj. quibus addo glos. in. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. in verbo, vel modo. ff. de damno infecto. & ita est quod dicit text. in dicto capit. si peccauerit. & in dicto capi. nouit.

Cum autem compertum fuerit talem monitionem charitatiuam nihil operari: tunc misso legato, si aliâs tutus sit accessus, facienda erit denuntiatio cum comminatione, sicut dicit text. in dicto cap. nouit. & in dicto ca. placuit. & ca. discordantes. xc. distinct. facit text. in. l. scire. §. qui autem. ff. de excusa. tuto. in. l. aut qui aliter. in princi. ff. quod vi aut clam. in. l. iiij. §. toties. ff. de damno infecto. & hoc etiam si potest haberi copia ipsius denuntiandi seu citandi: aliâs ad domum

62 ipsius, per illa iura. † aliter autem quælibet alia denuntiatio sufficeret facta per quemcunq; officialem, in. l. diuus. ff. de custodia & exhibi. reo. in extrauagan. ad reprimendũ. in verbo, denuntiationem. vbi plene per Barto. idem notat Bal. in. l. ea quidem. C. de accusa. Felin. in cap. inquisitionis. extra de accusa. per eundem in cap. licet Heli. extra de simo. etiam non nominato denuntiante, per. l. de eo. ff. de iure fisci. secundùm Bartol. in dicta extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, denuntiationem. vel aliâs sufficeret superiori eam intimare: vt dicit text. in. l. denuntiamus. C. de his qui ad eccles. confugi. per quem text. idem notat Innocen. in cap. significantibus. extra de officio delega. per Bartol. in. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsi. per Bartol. in l. sanctum. ff. de rerum diuisio. text. in ca. literis.

63 extra de restitu. spolia. † qui superior denuntiationem facere poterit in valuis ecclesiæ communis, scilicet ciuitatis Romanæ, & alijs locis non suspectis, sicut dicit text. in capit. venerabilibus. de sententia excommunica. in. vj. in. §. fin. in authē. quomodo oporteat episcopos. col. j. ibi, sanctissimi siquidem patriarchæ vniuscuiusque dioecesis hæc proponant in ecclesijs sub se constitutis. idem text. in dicta extrauagan. ad reprimendum. in verbo, publice. in clemen. j. de iudi. idem text. in. §. facietis. in authenti. scriptum est exemplar. colla. ij. idem in. l. si pupillus. §. de quo palam. in versic. præscribere. ff. de insti. actio. glos. in. l. fin. ff. de decre. ab ord. facien. per Bald. in. l. etiam. iiij. col. C. de execu. rei iudi. per Floria. in
64 l. ij. ff. de iuris & facti ignorā. † & vbi accederet prohibitio, tunc haberetur pro denuntiato, per regulam, cùm non stat. de regulis iur. in sexto. in l. iure ciuili. ff. de regu. iuris. Idem notat Bartol. in dicta extrauagan. ad reprimendum. pro quo dicto vltra Bartol. & omnes addo text. in. l. j. §. sed & Aristo. ff. quod vi aut clam. in. l. mora. §. cæterum. ff. de vsuris. & hoc maximè in odium prohibentis, secundùm Petrum in dicta. l. mora. Istis ego addo quòd illa denuntiatio poterit fieri per verba enuntiatiua, vbi regulariter denuntiatio facta per verba enuntiatiua non constitueret aliquem in mora: sed hoc casu bene constituet, secundùm Petrum in dicta. l. mora. per eundem in. l. si seruum. §. primo. ff. de verborum obliga. per eundem, & Cin. in. l. in minorum. C. in quibus causis in integr. restitut. non est necessa. pro quo inducunt text. in. l. penulti. ff. de furtis. in. l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. in. l. in conuentione. C. de nuptijs. Ego vero pro hac parte addo text. meliorem in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de noui oper. vbi text. præmittit vnum quòd fiat protestatio extraiudicialis, qualiter non potest ei denuntiare: de quo in. l. j. §. penulti. ff. quod vi aut clam. & melius in. l. penult. C. de his qui propter metum iudic. non appel. in capit. si iustus metus.
65 extra de appella. † in alijs verò actibus requiritur denuntiatio per verba dispositiua per dictam l. moram. ff. de vsuris. idem in. l. fina. §. primo. in verbo, petenti. ff. quorum lega. in. l. magnam. in verbo, admonuit. C. de contrahenda stipulatione. quamuis Bartol. & ferè omnes Citramontani aliter sentiant, & in quo articulo hoc dicant: quia videtur mihi singularis & quotidianus, ego putaui non multum absonum esse, si aliquid de ipsius veritate discutiamus, quem in modum quæstionis adducemus, repetitis verbis Petri & Bartoli, in quibus contrariantur Petro. Quæstio hæc erit:

Creditor dixit debitori, ego multum indigeo pecunia quam mihi debes: an per hæc verba debitor sit legitimè interpellatus, vt si post non soluat, constituatur in mora, iuxta. l. magnam. C. de contrahenda stipulatio. plenè in. l. traiectitiæ. ff. de actionibus & obligation. & in dicta. l. mora. ff. de vsuris. & Petrus in loco memorato tenet, præcipuè per dictam. l. mora. quòd illa interpellatio non est sufficiens, nec constituit eum in mora: & maximè etiam quia illa verba sunt enuntiatiua & non dispositiua. & alia multa de quibus per eum, & aliquid succinctè ex suis dictis aperiemus: tamen inuenio quòd Bartolus quem, vt dixi, omnes Citramontani sequuntur, tenuit contrarium in. l. prima. columna quarta principij. ff. de noui operis nuntiatio. per eundem in dicta. l. in minorum. per eundem & Florianum in dicta. l. mora. motus specialiter per textum in. l. si quis mihi bona fide. §. pater. ff. de acquirenda hæreditate. de quo text. facit summum & præcipuum capitale contra Petrum. & per textum in. l. etiam hoc modo. & . l. & hoc modo. ff. de legatis primo. & dicit Bartol. quòd licet Petrus satis opportunè respondeat illis legibus. l. hoc modo. & . l. & hoc modo. tamen cùm dicit procedere in vltima voluntate: tamen non respondit ad dictum. §. pater. cùm textus ille loquitur inter viuos, & non in vltima voluntate: & illa verba in quæstione posita non sunt enuntiatiuè prolata, sed magis dispositiua sunt, licet videatur creditor vrbanius interpellare, in quo articulo ego puto diligenter aduertendum propter discordiam tantorum patrum: & in primis dico quòd Bartol. studet mirabiliter reprehendere Petrum, & hi qui sequuti sunt Bartol. & nihilominus Bartol. & sui sequaces per verba sua seipsos confundunt, vt clare intelliges ex sequentibus. Primò dixit Bartol. in dicta. l. prima. in secunda quæstione principij illius. l. ff. de noui operis nuntiatio. in dicta. l. si quis mihi bona fide. §. pater. ff. de acquirenda hæredita. quod Petrus, Cin. & nostri qui sequuti sunt eos in locis memoratis malè sunt loquuti duplici ratio-
66 ne. † Prima, quia verba enuntiatiua in contractibus inducunt dispositionem per dictum. §. pater. vbi textus loquitur in actibus inter viuos, & non in vltima voluntate. Secunda ratio est, secundùm eum, quia & illa verba, indigeo pecunia quam mihi debes. non sunt enuntiatiua, sed dispositiua, perinde ac si dixisset, mihi redde quod debes. aliâs, secundùm eum, si non essent dispositiua, nihil prodessent. & maximè in casu. l. etiam hoc modo. & . l. hoc modo. ff. de legatis primo. vbi verba sunt prolata de futuro, quæ in vltima voluntate non inducunt dispositionem, per. l. Titia. in principio. ff. de legatis secundo. & in. l. ex hac scriptura. ff. de donationibus. licet secundùm eum curialius loquatur quàm si instanter peteret: quæ dicta Barto. meo iudicio nihil habent saporis, parcat mihi reuerentia tanti viri: nec tantum debuit exclamare contra Petrum: quoniam contradicit sibi in duobus, & in vltimo conformat se dictis Pe-

tri,

tri, solo hoc dempto, quia tota difficultas quæ in hoc articulo erit inter Petrum & Bart. omnibus discussis erit tantum an illa verba, indigeo pecunia quam mihi debes: sint enũtiatiua, an verò dispositiua. quod Bartol. in suo vltimo dicto non negat tandẽ per leges inductas ab eo, quòd verba enunciatiua non disponunt saluo in eo in quo residet super illo. §. pater. & ideo labor erit in duobus: in fundamento dicti. §. pater. & in eo supradicto, an illa verba sint enunciatiua vel dispositiua. de quibus in quæstiõe præsenti in quibus sibi contradicit Barto. Hoc videas cõtuentibus oculis. Primò enim Petrus in quæstione
67 proposita residet in hoc † quod per illa verba, indigeo pecunia quam mihi debes: non dicatur interpellatus debitor legitimè, cùm illa verba enuntiatiua & non dispositiua. vbi autẽ illa verba essent dispositiua, non facit dubium Petrus quin constituerent debitorem in mora. in hoc contradicit Bartolus, & dicit primò quòd verba enuntiatiua in contractibus disponũt, per dictum. §. pater. & ideo in casu huius quæstionis non sunt enuntiatiua, sed dispositiua: & quia dispositiua sunt, constituũt debitorẽ in mora, per d. l. mora. ff. de vsuris. In hoc aduerte, quia Bar. non debuit in conclusione illius quæstionis reprehendere, nisi in eo quòd dixit illa verba esse enũtiatiua & nõ dispositiua, & tacitè videtur in alio cõcludere cũ Petro quòd verba enũtiatiua non constituunt in mora. nec me mouet si dicatur, aduerte quòd Bartol. hoc negat, cùm dicat verba enuntiatiua in cõtractibus disponere: sed non vult per hoc dicere Barto. quòd sint dispositiua nisi ex eo quòd etiam enuntiatiuè prolata disponãt. ego ecõtrario dico, aduerte circa duo. Primò quòd dictum Bar. non est verũ, vt dicam per. l. optimam. C. de cõtrahen. stipulatio. Secundò, quia ratio Bartoli non loquitur in terminis quæstionis Petri, vt dicam: & ex tempore addo rationem: quia hic non tractatur de contractu, sed de constituendo aliquem in mora: & de aliquo circunscribendo sub specie recti, contra ea quæ not. in. l. fin. C. de litigio. in. l. quidam ignauiæ. C. de decurio. lib. x. l. sub prætextu. C. de sacrosanc. eccle. in. l. quæ sub conditione. in princ. ff. de condi. institu. vnde in hoc non sapit naturam cõtractus, nec quasi cõtractus, licet propter contractum proueniat: & istud importat sibi aliquid odij, quare facilius debet restringi q̃ extendi. Secundò quòd verba Petri non habẽt tractum de futuro, sed de præsenti, cùm dicit, indigeo pecunia quam mihi debes: & Bartol. etiam resoluit ita, quasi creditor interpellasset hoc modo: redde mihi pecuniã quam debes. & per hæc ratio Barto. non bene concludit cum dicto suo: & in omnibus dictis suis diuersè loquit: & ideo circa ista infero quatuor, per quæ habebis declarationem vtriusque opinionis. Primò † quòd in
68 contractibus verba enuntiatiua non disponunt. Secũdò quòd illa verba, indigeo pecunia quam mihi debes: aut illis similia, non sunt dispositiua, sed magis blãditiua, vel vt solicitum debitorem reddant ad soluendum magis quàm alio respectu interpellet. Tertiò, dato quòd in contractibus disponerẽt verba enuntiatiua: tamen in constituendo debitorem in mora non sufficerent illa enũtiatiua, sed necessaria est specifica petitio. Quarto quod textus in dicto. §. pater. alleg. per Bartolum nihil facit omnino contra Petrum.

Circa primum dictum Barto. cùm dicit quod in contractibus verba enuntiatiua inducunt dispositionem: dico istud esse falsum per. l. Publia. §. finali. ff. depositi. in. l. optimam. C. de contrahen. stipulatio. & ista est originalis decisio Petri in. l. prima. vbi per Cinum. C. de fal. causa adiecta lega. per eũdem in. l. cum falsa. C. de iuris & facti ignorantia. quã sequitur vbique Cin. & in in. l. verba. C. de testamen. in. l. ex his. C. de testamento milit. Bartolus ipse in. l. ex hac scriptura. in fine. ff. de donatio. per eundem in. l. tale pactum. in principio. ff. de pactis. per eundem in. l. qui volebat. ff. de hæredi. instituen. addo quod eandem decisionem omnes sequuntur vbique, & præsertim Baldus, Alexander, & alij in dicta l. ex his. & Roma. Imol. & alij in dicta. l. ex hac. Baldus, Paulus & Angel. in dicta. l. prima. C. de falsa causa adiec. lega. Alexander in. l. non epistolis. C. de testamen. Baldus, & Angelus in dicta. l. optimam. per omnes in authentica, si quis in aliquo. C. de eden. quia hoc tritum est in iure, non curo implere membranas istius decisionis: quia vbique habebis pro saturitate. & per hoc vides quod si in contractibus verba enuntiatiua non disponunt, non erit bona reprehensio Barto. facta de dicto Petri per illam rationem, quia in contractibus verba enuntiatiua disponunt. & per hoc prima ratio Bartoli cessat: ideo vlterius in ratione correctionis varians Bartolus in dicta. l. prima. ff. de noui operis nunctiatione. & in & in dicto. §. pater. dixit esse aliud quod eũ mo-
69 ueret: † quia illa verba, indigeo pecuni[illegible] quam mihi debes: non sunt enuntiatiua, sed d[illegible]positiua, perinde ac si dixisset, redde mihi pecuniam quam debes: quia dico hoc non esse v[illegible]um, sed magis, vt dixi, essent per creditorem dicta vt ad soluendum debitum ipsum debitorem magis solicitum reddat. pro quo ego pondero in simili textu in. l. Paulus. §. Paulus. ff. de fideicommiss. liberta. ibi, crede mihi Zoile, gratias tibi reddet filius meus & tuis filijs. idem in. l. Titia. §. qui Marco. ff. de annuis legatis. ibi, domina sanctissima scio te de amicis meis curaturam. idem in l. generali. in principio. ff. de vsufructu lega. ibi, cuius proprietatem puto te felicem consecuturum, si non cõtenderis cùm hærede meo, sed potius concordaueris: sed tu hæres omnia facito vt amici sitis. & quod no. glos. in. l. fi. in verbo, ipsi. C. in quibus causis colo. cẽsi. domi. accusa. poss.

libro.xj.si dixero,omnia mea tua sunt:seu,potes
disponere prout placet de bonis meis. vel, tuus
amicus sum:ista verba nō obligant:in.c. cùm ve
nissent. extra de institu.ibi,sed de omnibus redi-
tibus faceret prout sibi placeret. & idem notant
nouissimi in dicta.l. ex his. C. de testamen. mili.
quibus ego addo tex.in.l. obligationū substan-
tia.in fine.ff.de actio. & obligatio.ibi, nec enim
si per iocum, puta vel demonstrandi intellectus
causa ego dixero tibi, spondes, & tu respōdeas,
spondeo:nascetur obligatio.idem tex.in.l.nolu
mus.C.de testa.ibi, tāquam patrimonium suum
ad nos deferens maluerit pertinere.idem in.l.fi-
na.vbi per Bar.& Imo.ff.de testamen.idem tex.
in.l.fideicommissa.§.hæc verba.ff.de legatis.iij.
ibi, vt prædia quæ ad te peruenerint pro tua dili
gentia diligas , & curam eorum agas, vt possint
ad tuos filios peruenire. & sequitur , licet satis
non exprimant fideicommissum,sed magis con-
silium quàm necessitatem relinquēdi &c. Et sic
illa verba posita in dicta.l. si quis mihi bona fi-
de.§.pater.ff.de acquiren.hæredi.cùm dicit,scio
fili quòd pro tua prudentia inuigilabis hæredita
ti delatæ tibi Lucij Titij. declarantur per ista vt
non importent necessitatem agendi , sed saltem
ostendunt cōsensum præcedere aditionem:quæ
etiam persuadent filio vt adeat:vnde sufficit,per
dictam.l.si quis mihi bona fide.§.sed qui manda
uit.ff.de acquiren.hæredi.sed istud non conclu-
dit in casu proposito : quia cùm simus in casu o-
dioso,non sufficiūt,per illum text.cùm dicat ne-
cessitatem non importare.facit etiā tex. qui non
potest euitari in.d.l.mora.in princi.ff.de vsuris.
70 ibi,& † non sufficit ad probationem moræ si ser
uo debitoris absentis denuntiatū est à creditore
procuratoréve eius:cùm etiam si ipsi,inquit, do
mino denuntiatum est.not.diligenter illa verba,
cùm etiam si ipsi,inquit,domino denuntiatū est.
quòd dato quòd seruus cui denuntiatum est do
mino suo dixisset denuntiatum.& sic sciuerit do
minus:adhuc non sufficit ad constituendum do-
minum in mora:& sic præcisè vult quòd petatur
à debitore ipso,antequā possit dici vera esse mo
ra,& per verba directa, & non obliqua. Secun-
dò ponderatur text. in ver.cæterum.ibi, omissa
esset repetendi debiti instantia non protinus per
debitorē mora facta intelligitur. not.illa verba,
repetendi debiti instantia.secundùm Barto. ibi.
idem tex.in.l.fina.§.j.ff.quorum legato.ibi,non
ergo offerre debet satisfactionem,sed petēti mo
ram non facere.no. verbum,petēti.& dicit glos.
scilicet legatario.& subdit, oportet ergo eum in
terpellare.tex.in.l.si patronus.ff.de bonis liber.
& si dicatur vt prius, satis dicitur petere per illa
verba , indigeo pecunia quam mihi debes. quia
dico post Petrum non esse verum : sed debet di-
cere, peto à te quod debes. vel, redde quod de-
bes. aut vti similibus verbis inducētibus petitio
nem specificam.aliter autem non disponunt,sed
magis enuntiant, sicut dicit Petrus, & vides per
iura suprà allega. probātia in similibus terminis.
71 pro quo ego induco duo. Primo , quia † in du-
bijs quando termini possent etiā ex propria na-
tura terminorum aliquid præsupponere pro op
ponente:tamen in dubio contra eum qui potuit
apertius legem dicere,& non dixit,debent sumi
& interpretari.l. quicquid adstringendæ. ff. de
verbo.obliga.l. veteribus.ff. de pac.& maximè
in istis odiosis.ita dicit Bal.in.l.ij.in fi.C. de ne-
ces.seruis hære.instit.cùm dicit Bald.quòd licet
in fauorabilibus verba enuntiatiua fortè aliquid
disponerent, tamen in odiosis minorem poten-
tiam habēt,per.l.emptor.§.ancilla.ff. de rei ven
di.& in.l.qui volebat.ff. de hæredi. instit. & hic
cùm agatur de odio mero , scilicet de mora, in
qua lex strictè procedit , vt dixi suprà per dictā
l. mora. ideo non debet fieri ista extensio : quia
perniciosa esset nimis:& ideo spernenda.l.vete-
ris.C.de cōtrahen.stipul. Secundò facit quod
not.Bal.in.d.l.cum falsa. C.de iuris & fac.igno.
72 cùm dicat † quòd si aliquis interpellaretur per
verba enuntiatiua,illa nō sufficerent ad interuer
tēdam possessionem ipsius possessoris: quia nec
vim inquietationis habent. sic idem in casu pro-
posito non debent ista verba,quæ sui natura nō
disponunt sed tantum enūtiant,facere sortiri ef-
fectum dispositiuorum verborum : cùm simus,
vt dixi,in materia odiosa, quæ restringenda est.
regula,odia.de regu.iur.facit etiam tex.in.l.ma-
gnam.C.de contrahen.stipula.in verbo, admo-
nuit.pro quo bene facit tex.in.l.fin.in princi.C.
de iure emphy.quia datur ibi optimus modus in
terpellandi seu admonendi.Sed posset dicere ali
quis non esse regulare quod dicitur in illa.l. fin.
quia non est verum.d.l.traiectitiæ.ff.de actio.et
obligatio.l.si quis filium.§. stipulatio.ff. de col-
latio.bon.cui ego addo text.optimum in.l. cùm
patronus.in verbo,poposcerit. & in verbo,po-
poscero.ff.de ope.liberto.& alibi sæpe.Ex qui-
bus infero ꝓ quarto dicto suprà collecto, quòd
quanuis in contractibus verba enuntiatiua ali-
quid possent operari,quæ tamen non disponūt,
vt dixi,& maximè iuxta distinctionem Petri ap-
probatam per omnes in.l.j.C.de fal. causa adie.
lega.tamen in hoc casu non haberet locum:quia
strictius in ea proceditur,vt dixi, & maximè per
dictam.l.cùm patronus.&.d.l.fi.ff.quo.lega. &
73 similes suprà notatas.&.d.l.mora. † quia quan-
do tractatur de mora tractatur de causa odiosa:
quia propter illam oneratur debitor vltra fortē
principalem,sicut dicitur in.d.l.mora.&.l. pecu
niæ.ff.de vsuris. vnde nō mirum si restringatur.
Et per hæc restabit dare solutionem ad.d.§. pa-
ter.in.l.si quis mihi bona fide.ff.de acqui. hære.
licet satis fuerit accommodatum responsum , vt
intelligis,tamen aliquid denuo specialiter attin-
gam circa illum.§.Primò nihil facit ille tex.si pri
mò teneamus doctrinam Bar.in.d.§.pater. quia
dixit

dixit quòd in illo text. verba non fuerunt enunciatiua, sed dispositiua: aliàs, secundùm eũ, si fuissent enunciatiua, nihil dispositiua fuissent, cùm loquatur ille tex. per verba de futuro, quæ etiam in vltimis voluntatibus non disponunt, per. l. Titia. in princip. ff. de lega. ij. & in. l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & per hoc ille tex. non militat contra Petrum, quia Petrus dixit quòd in quæstione proposita verba fuere enunciatiua & non dispositiua: aliàs si fuissent dispositiua non fuisset dubium. Et per hoc aduerte quòd nõ immeritò dixi suprà quòd tota difficultas quæ est in hoc articulo inter Pet. & Bart. est an illa verba, indigeo pecunia quam mihi debes. essent enunciatiua, an verò dispositiua: de quibus satis dixi suprà. ratio est suprà assignata: quia text. allegatus per Barto. secundùm intellectum met Bart. procedit vbi verba non sunt enunciatiua sed dispositiua. sed quæstio Petri est quando verba nõ sunt dispositiua sed enunciatiua: & ideo ex isto capite vides qualiter nihil facit ille tex. contra Petrũ per doctrinam ipsiusmet Barto. & ideo ex dictis Bar. vides quòd dicta Petri simillima sunt, quicquid dicat ad illum text. licet posset dici nihil facere quantum ad illa verba: quia & verum est, vt dixi in præcedentibus, quòd nihil obstant Petro. Secundò ego dico attingendo tex. ipsum vt reducam ad terminos quæstionis Petri, vt nihil concludit cõtra Petrum, licet ex præcedẽtibus satis faceret contra Bart. pro Petro tamen venio ad verba illius textus cùm dicit: fili, scio quod inuigilabis hæreditati delatæ tibi Lucij Titij: ꝙ illa verba conueniunt omnino nullo habito discrimine cum illis positis in. d. l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de legat. iij. ibi, vt prædia quæ ad te peruenerunt pro tua diligentia diligas & curam eorum agas, vt possint ad tuos filios peruenire. non satis exprimunt fideicõmissum sed magis consilium quàm necessitatem relinquẽdi: ex quibus lex satis præsumit consensum patris per illa verba posita in dicto. §. pater. & fortius dico quòd illa verba posita in. d. §. pater. importante iussum, cùm dixit, inuigilabis pro tua prudentia hæreditati delatæ tibi Lucij Titij. quòd quasi demonstrant imperationẽ, tamen verè non important. sed dico, vt prius notaui, quòd magis consilium denotant quàm necessitatem, per. d. §. hæc verba. & idẽ bene sensit ibi glos. in verbo, adijsse. vnde hoc sufficit per. d. l. si quis mihi bona fide. §. sed qui mandauit. de acquirẽ. hæredi. quasi videatur iussu adijsse, & verè illa verba disponant, quia præbẽt assensum & liberum arbitriũ filio, & in præiudiciũ ipsius debẽt interpretari ꝗ potuit apertius legẽ dicere, & præcipere filio vt non adiret. vnde cùm aliter nõ declarauit est illi imputandũ. l. j. ff. de fideiuſ. tuto. in. l. ij. ff. ad municipa. l. j. C. de decurio. lib. x. & ideo in vim iussus resoluuntur. sed secus in casu proposito per supradicta: quia econtrario, vt dixi, facienda est

74 interpretatio contra creditorem † qui non debuit vereri hoc dicere debitori, cùm & debitores quasi serui sint creditorũ. l. si bene. ff. de vsuris. §. fina. circa medium. in authen. de fideiusso. collatio. §. pro hac doctrina habes textũ in. l. prima. ff. quod iussu. in. l. blanditus. C. de fideiusso. §. j. Institu. de verborum obligatio. quia licet ex natura verborum, vt dixi, & no. ibi glos. non habeant vim iussus, tamen satis ex eis cognoscitur quæ fuit mens patris: sicut dicitur in dicto. §. hæc verba. tamen secus est in casu quæstionis Petri: quia licet verum sit quòd creditor forsitan bene velit pecunias suas habere, tamen per illa verba, indigeo pecunia. nõ potest verè cognosci an haberet animũ interpellãdi: quia potest esse quòd tantum hoc faceret vt debitorem solicitum redderet in reddenda pecunia, vt dixi: quod nõ sufficit, sed debet specificè hoc exprimi per verba nõ obliqua seu obscura, sed directa: per dictam l. mora. ff. de vsuris. & per hæc non puto recedendum esse à dicto Petri per supradicta. tene quam vis istarum solutionum. pro hac parte induco textum in. l. Iulianus. §. ex his verbis. ff. de legatis. iij. cùm dicat ille text. curate agros meos attendere, vt ita fiat vt filius meus filios vestros condonet fideicommissum peti non posse. & sic illa verba, indigeo pecunia quam mihi debes. non important necessitatem nec aliquam dispositionem, arguendo ex similitudine verborum. & ita tenet Romanus per illum textum in singulari. clv. incipiente, quod si restator. idem & in nostris terminis tenet Mathesilanus in notabili clxxxvj. incipien. not. vbi creditor. vbi plus di-

75 cit, quòd † vbi creditor petit debitum, & debitor confitetur partem: non sufficit ad hoc vt constituatur in mora in parte confessata, quòd creditor se offerat recepturum, sed debet dicere, da mihi. pro quo allegat Bartolum idem tenentem per illum textum in. l. qui solidum. in principio. ff. de legatis. secũ do. per. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. & idem quando peteret totum debitum: quia secundùm eum idem est de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendica. additur ratio per eum: quia sicut in debitore requiritur manualis oblatio. l. obsignatione. C. de solu. & nõ sufficiat verbalis oblatio. l. quidam æstimauerunt. ff. de rebus ere di. l. qui residuum. C. qui potio. in pigno. habe. l. acceptam. C. de vsuris. l. si mora. ff. solu. matrimo. Sic idem in creditore requiritur quòd offerat se manualiter recepturum, vel melius quòd verè & actualiter petat per verba directa & non obliqua. ita est textus in dicta. l. qui solidum. in princip. ff. de legatis. ij. & in dicto. §. Lucius. & ista decisio Petri cõsona est legi & æquitati. Sed vt redeamus ad primum nostrum propositum, quando est talis persona cui esset faciẽda denunciatio, quã propter reuerentiã aut timorem iustũ creditor debuit timere, aut cui aliter non potuit

denuntiari: isto casu talis denuntiatio constitueret debitorem in mora, per iura suprà allega. & not. per eos in. l. j. §. quæ oneradæ. ff. quarum rerum actio non datur. in. l. penul. ff. de furtis. in. l. in conuetione. C. de nuptijs. Ego nouissimè ponderо tex. meliorem, & antea non pōderatum, & in terminis nostris decidentem casum Petri in. l. cùm vero. §. apparet. in princi. ff. de fideicom. libertа. ibi, plerūque enim per ignauiam vel [illegible]ditatem eorum quibus relinquitur libertas fideicommissaria, vel per ignorantiā iuris sui, vel per authoritatem, vel per dignitatē eorum à quibus relicta est, vel serius petitur, vel in totum non petitur fideicommissaria libertas: quæ res obesse libertati nō debet. hoc vlnimum no. cùm dicit, vel in totum non petitur: qualiter in his qui non petunt vel directè interpellant debitores suos petendo quod debetur vel intimando, vel per simi
76 lia verba petūt, de quibus † excepta causa libertatis per. d. l. Paulus. §. Paulus. ff. de fideicom. liber. cùm æquipararetur piæ causæ: vt dixi suprà in repeti. per. l. fina. C. de lati. liber. tollend. vbi per Bald. & no. plenè Roma. in authen. similiter. C. ad. l. falci. Bar. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. & in. l. j. §. fi. C. communia de lega. tunc debitorem non constituunt in mora, nisi reuerētia vel timor iussus eos excuset, vt dixi. & istam declarationem Pet. & Cini & nostrorum sequitur Fulgo. in dicta. l. si quis mihi bona fide. §. pater. ff. de acquir. hæred. nec obstabit tex. in. l. eum qui duobus. §. j. vbi per Bal. ff. de acquiren. hæredi. qui text. nō coneor. cū. d. §. pater. vbi Bal. simpliciter transit cum Cino & Pet. & Bal. verba illa appellat excitatoria: quia & verè sunt, vt habes ex. d. l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de lega. iij. non mirum si non disponerēt: vt dixi suprà. & minus obstat illa. l. eum qui duobus. dupliciter. Primò quia et variè legitur, vnde in argumētum trahi non debet, secundùm Bartol. in. l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. Felin. in. c. canonū statuta. in fi. extra de constitu. sed hoc mihi non placet: quia nō est nisi fugere retia: ideo ego aliter dico vltra ea quæ dicta sunt, quòd ille text. nihil obstat: quoniam verba illa posita in. d. l. eum qui duobus. præcisè important iussum casu quo cognouerit hæreditatē lucrosam, cùm & in arbitrio suo collatum est: hoc dico saltem vt obliget patrem, qui non debuit dare filio ita latas habenas: vnde imputet sibi qui minus idoneum elegit. l. sed si pupillus. in princi. ff. de insti. actio. l. vnique. §. cura. ff. de rei vendi. & idem probat tex. in. d. §. pater. in fi. & hanc solutionem tene ad dictum. §. pater. vnde nec dictum Bal. ex illo text. colligi potest. & ideo Bal. vt se saluum faceret dixit hoc probari in illo text. secundùm vnam lecturam: nec aliter firmat, quicquid dicat Alex. innitens soli authoritati Bar. ideo per prædicta non puto de iure nec de æquitate recedendum ab opinione Petri, quam etiam firmat glossa in. l. authore. C. de
77 euictio. vbi dicit † quòd ad constituendum venditorem in mora, non sufficit denuntiare quòd mota est lis, sed præcisè petere debet vt eum defendat: aliàs non tenebitur venditor ad expensas litis. l. j. C. de pericu. & commo. rei vendi. tex. in l. qui absentem. vbi idem not. Bart. ff. de procu. in. l. non solum. §. fina. ff. de noui ope. nuntia. & idem not. Bal. per illum tex. in. c. vnico. si de feu. ab aliquo interpel. fuer. cùm dicat ibi Bal. quòd ad constituendum debitorem in mora non sufficit notificare promissionem, per. l. si rem quam. §. fin. ff. de euictio. & melior tex. in. l. denuntiasse. in prin. ff. ad. l. Iul. de adul. In his ergo in quibus nō patet tutus accessus, tunc denuntiatio facta per illa verba excitatoria vel enuntiatiua bene constitueret debitorem in mora, per supradicta. & ideo si est princeps qui tutè adiri nō possit, qui præuijs illis denuntiationibus vocem ecclesiæ audire neglexerit, excommunicandus est. c. nouit. extra de iudic. si nō timeat excommunicationem, tunc deponēdus est. c. ad apostolicæ. de senten. & re iudic. in vj. clemen. pastoralis. de senten. & re iudic. in. d. c. Adrianus. lxiij. dist. in c. venerabilem. extra de elec. c. duo sunt. xcvj. distin. si vero populus: tunc interdicēdus est, vt notaui suprà per text. in. c. responso. in. c. grauem. vbi plenè per Innoc. & Cano. extra de sententia excōmu. in. c. ciuitas. de senten. excommu. in. vj. & in alijs concord. notatis per me suprà ad quas te remitto. & per hoc sit iste articulus expeditus.
78 Nunc venio ad secūdum, † Nunquid saltem in temporalibus Rex Franciæ recognoscat pontificem maximum superiorē. in quo articulo plura quæ dicta sunt in præcedente possent repeti, quæ opportunè possent hic referri, præsertim cùm dictū est de imperatore qui coronatur, vngitur & confirmatur per summum pōtificem, & à nemine alio, in. c. venerabilē. extra de electio. per Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, imperatores. & in verbo, reges. in clemē. ne romani. de iureiurā. licet per electionem tribuatur sibi ius in imperio, sicut dicitur de summo pōtifice, quia acquirit immediatè omnia iura imperij etiam ante consecrationem & coronationem, in. c. super quibusdam. extra de priuileg. glos. in. §. ad hoc. in authenti. de collatori. colla. ix. per Bart. in proœ. Digestorum, per eundem in. d. extrauag. ad reprimēdum. in verbo, reges. per institutarios in proœ. Instit. in illa quæstione, an priuilegia concessa per imperatorem ante eius coronationem valeant & teneant. per Cin. in. l. bene à zenone. C. de quadriē. præscrip. per Cano. in. c. causam quæ. extra de electio. licet nomen imperatoris non assumat ante eius coronationem, sed regis tantum. dicto. c. venerabilem.
79 extra de electio. Secundò, † etiam deponuntur per summum pontificem per. d. c. venerabilem. & in. c. Adrianus. lxiij. dist. in. c. ad apostolicæ. de senten. & re iudi. vbi loquitur de Friedericho

richo deposito. Tertiò, istud non est peculia-
re in imperatore, quia & rex Franciæ quandoq;
à pontifice fuit depositus. in.c. alius. xv. q. vj. vbi
zacharias papa Childericum filium Dagoberti,
qui male versabatur circa administrationem re-
gni, instante populo Gallico deposuit, & Pipi-
num Caroli Martelli filium petẽte populo erea
uit, vt dixi suprà. quæ depositiões satis apertè su
perioritatem ipsam demonstrant. & propterea
dicebat Ioan. de Ligna. in.c. nouit. extra de iudi.
quòd licet actu summus põtifex superioritatem
non habeat in imperatorẽ, tamen habet eam ha-
bitu, per multa quæ etiã refert ibi Abbas. tamen
per ista duo vltima fundamenta posset etiam su-
stineri quòd etiam actu habeat si eos deponit, &
iure deponere potest, vt vides per iura supradi-
80 cta. hinc est † quòd imperator ecclesiã, cuius ca-
put est papa. c. ita dominus. xviij. dist. in.c. signi-
ficasti. extra de electio. & in.d.c. venerabilem. c.
quodcunq;. xxiij. q. j. matrẽ appellat. in. §. j. in au
then. vt determi. sit nume. cleri. colla. j. ibi, maio
rem ecclesiã nostri imperij matrẽ. in epistola, vi-
ctor. in verbo, caput. C. de summa tri. & fi. catho
li. in. l. decernimus. C. de epis. & cle. §. j. in authẽ-
ti. de eccle. titu. coll. ix. quibus bene accedit tex.
in.c. quorũ vires. lxviij. dist. vbi tex. dat interpre
tationẽ & declarationẽ ad dictũ psalmistæ. xliiij.
psalmo, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: cõsti
tues eos principes super oẽm terrã. sed episcopi
dicũtur hi q præsunt terræ, & alij qui et filij sunt
ecclesiæ qui pro patribus missi sunt principes in
omnem terrã, & sic patres: cæteri igitur filij. pro
quo bene facit tex. in.c. si imperator. xcvj. dist. in
c. conuenior. xxiij. q. viij. ibi, si imperator catho-
licus est, quod salua pace eius dixerim, filius &
nõ præsul est: absonũ esset vt filius non subesset
patri, aut q; æqualis esset patri. §. j. Insti. de patria
pote. l. iij. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & si-
cut filij possunt hæreditate priuari si ingrati fue-
rint patri. §. causas. in authẽ. vt cùm de appel. co-
gno. colla. viij. sic vt dixi suprà, imperator & alij
reges, qui filij sunt pontificũ, si inobediẽtes, pos
sent priuari successione patris, quæ erit commu
nione per excõmunicationẽ: quia erunt tãquam
ethnici & publicani. d.c. nouit. extra de iudic. in
c. ita corporis. et. c. qui resistit. & .c. imperatores.
xj. q. iij. c. quis dubitet. xcvj. dist. quod satis strin
81 git, vt dixi suprà. Quartò, † lex enim impera-
torũ vel regis nõ recognoscẽtis superiorẽ, qua-
lis est rex Franciæ, si fuerit contraria legi diuinæ
vel canonicæ, viribus nõ subsistet. c. j. & . ij. extra
de no. ope. nuntia. l. j. C. de summa tri. & fide ca-
tho. quia leges ciuiles non dedignantur imitari
sacros canones. c. j. x. distin. & . d.c. imperatores.
xj. q. iij. in. §. fi. authẽ. vt cleri. apud proprios epi
scopos. col. vj. Si autẽ pontifices non essent supe
riores imperatoribus & regibus, legem dicere
non possent. l. fina. ff. de iurisdi. om. iudicũ. l. j. C.
de summa trini. & fide catho. & ideo cùm legi ca
nonicæ parere habeant confiteri debent se esse
inferiores, & pontificem superiorem, cui obedi-
re debent, & decretis ab eo missis vel factis.
Quintò, facit extrauagans Bonifacij octaui,
vnam sanctam. de maio. & obe. cui concor. text.
in.c. duo sunt. xcvj. dist. ibi, quippe cùm videas
regum colla & principũ submitti genibus sacer-
dotum, & osculata eorũ dextra orationibus eo-
rum credũt se cõmunicari vel muniri. idem in.c.
solitæ. extra de maio. & obe. quod maximè pro-
cedit secundùm Cardi. in cle. pastoralis. de re iu-
dic. in principibus nõ recognoscẽtibus superio-
rem, qualis est rex Franciæ, & alij: quia, secun-
dùm eum, hodie subsunt Papæ sicut antea sube-
rant imperatori. pro quo etiã inducit glos. in.d.
c. nouit. in verbo, iudicare. extra de iudi. vbi ple
82 nè per Moder. Sextò, † facit illud, quodcun-
que ligaueris super terram ligatum erit & in cœ
lis. d.c. quodcũque. xxiij. q. j. in.d.c. significasti.
extra de electio. c. in nouo. xxj. distin. & alibi sæ-
pe. per quæ verba satis demonstratur superiori-
tas in eo qui & regit, disponit & iudicat, prout
sibi placet, in.c. cuncta per mundũ. & .c. per prin
cipalem. ix. q. iij. Et propterea dicit Bal. in præ-
lud. feudo. viij. col. quòd pontifici nemo potest
dicere, cur ita facis. & licet nihil alleget, tamẽ est
tex. cum glos. in.c. quanuis. in verbo, deo. de pœ
niten. distinctio. iij. vnde dicit Bald. debet cogi-
tare super omnes quid agat. Septimò, quod
not. glos. in.c. si papa. xl. distinctio. cùm dicat ibi
glos. quòd nemo potest papam iudicare, sed so-
lus Deus, alios autem iudicat. de quo per Inno.
in.c. quod super his. extra de vot. & vo. redemp.
Plura alia possent afferri de authoritate pontifi-
cum maximorũ, de quibus habes plures tracta-
tus eleganter & copiosè compositos, præsertim
per Abba. in quæstionibus suis. q. j. incipien. epi
scopis. Andre. Barba. in tracta. de præstan. Car-
di. per Bal. in. l. rescripta. C. de preci. impera. of-
feren. per eundem in præludijs feudo. colla. viij.
per omnes in dicto. c. nouit. extra de iudic. per
Ioan. And. in regula, actus legitimi. de regu. iur.
in. vj. per omnes in. l. j. C. de summa trini. & fide
catho. & alibi sæpe, in quibus sufficit hæc remis-
sio: cùm intendo aliqua aperire tantum, quæ ad
rem & dubium istud decidendum faciunt. & vo
lo vnum addere quod adhuc non inueni tactum
seu allegatũ, quod mihi magis persuadet, quàm
aliud, præter verbum Christi quodcunque liga-
ueris. de quo suprà. Et illud est quod Paulus a-
postolus dixit: Plura cognoui quæ nunquã ocu
lus vidit aut auris audiuit, & quæ nõ licet homi-
ni loqui. quæ in vicario dei omnipotentis dicta
esse existimo. c. j. de trãsla. episcopi. in.c. Roma-
na. de appel. lib. vj. c. quãuis. xxj. distin. vnde nec
alia plura puto esse pro hac parte dicenda. In
cõtrarium tamen ego dico, his non obstantibus
83 † de iure regem Franciæ non recognoscere in
temporalibus Papam in superiorẽ, vt respectu

ipsorum temporaliū ad id teneatur. Et hæc quæ dicam salua correctione sanctæ matris ecclesiæ dixerim, cui nullatenus in suis priuilegijs & authoritatibus intendo contradicere, sed suæ correctioni omnino me submitto. In primis quòd rex Franciæ non habeat Papam superiorem in temporalibus, pondero textū in dicto.c. per venerabilem. extra qui filij sint legiti. ibi, potuit nostræ iurisdictioni se submittere. quem tex. notauit ad hoc Abbas & Felinus post eum in.d.c.nouit. extra de iudic. vbi dicit quòd licet Innocen. dicat de iure in tēporalibus regem Franciæ subesse Papæ: tamen, dicit ipse, contradicit ille text. inquantum dicit, potuit nostræ iurisdictioni se subijcere. & ratio est quam assignaui suprà: quia frustra diceretur, regē Franciæ se potuisse subijcere, si fuisset aliàs subiectus. cùm igitur dicat, potuit. per hoc denotatur exemptio, per text. in l. est receptum. ff. de iurisdictio. om. iudic. quem tex. trahit ibi Bal. ad summum pōtificem se submittentem iudicio sui pœnitentiarij, cui tenebatur obedire. de quo memini in quæstione quæ per me addetur huic conclusioni infrà. Secundo loco pondero text. in dicto.c.nouit. extra de
84 iudic. in versic. non † putet aliquis quòd iurisdictionem illustriss. regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, cùm ipse iurisdictionē nostram nec velit nec debeat impedire. nota verbum, perturbare. quem tex. glos. diligenter notauit in verbo, iurisdictionem nostram. Ex quibus verbis etiam colligitur distinctio vtriusque, scilicet pontificis & regis: & sic qualiter Papa nō haberet superioritatem in temporalibus, si distincta est: argu. l. ex hoc iure. in verbo, distincta. ff. de iusti. & iure. Secunda ratio quæ colligitur ex illo tex. quòd si rex Franciæ recognouisset superiorem Papam in temporalibus: tunc Papa fuisset iudex ordinarius illius quæstionis vertentis inter regem Franciæ & regem Angliæ: quia fuisset inconueniens quòd ipse, qui habuisset superiorem, fuisset iudex in causa sua. l. vnica. vbi ita no. Barto. C. ne quis in causa sua iudi. vbi dicit li
85 mitando illū tex. † quòd solus princeps qui non recognoscit superiorem potest esse iudex in causa sua, per. l. & hoc Tiberius. ff. de hæredi. instit. idem. l. proximè. ff. de his quæ in testamento delentur. igitur si non esset superior, non potuisset cognoscere, dato quòd ageretur quæstio feudi. c. vnico. vbi per Bald. apud quos quæstio feudi termina. debeat. colla. x. in. c. j. de inuesti. in mari. facta. in. c. cæterum. extra de iudi. sed ordinarius secundùm eos fuisset iudex: ordinarius autē fuisset Papa: ideo coram eo debuisset tractari absque eo quòd potuisset dici Papam interuertisse iurisdictionem regis: & tamen protestatur nolle de quæstione feudi cognoscere, ne videretur iurisdictionē regis velle impedire, ad quem spectabat cognitio feudi: sed tantū de cognitione peccati, in quo rex Franciæ arguebatur propter non seruatam fidem regi Angliæ. hoc probat ille tex. in versi. non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum spectat iudicium. & dicit glos. in verbo, iudicare. scilicet de feudo directe: sed tantum ratione peccati, & inducendo ad pœnitentiā: per. c. illi qui. vj. q. j. & idem probat ille tex. in versicu. sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura. Istam declarationem limitant Bald. & omnes in
86 dicto. c. nouit. scilicet quòd † verè rex Franciæ debeat esse iudex in causa sua, cùm non recognoscat superiorē: nisi esset talis causa, propter quā posset vasallus dubitare iustè de iustitia: vt quia, secūdùm eos, Pares sui regni nimis fauerēt ipsi: quia tunc bene esset locus reclamationi. l. fin. C. de his qui propter metum iudicis non appel. bene facit tex. in. d. c. ad apostolicæ. de re iudica. in vj. & in clemen. pastoralis. versi. notorium. de re iudic. in. l. nec timorem. ff. quod met. causa. in. l. vnica. C. si quacūque prædi. potesta. quia timeret forsitan impressionem quæ iustè esset timenda eo viuo, quo casu præsumeretur semper durare. l. nouissimè. vbi per Cin. & Barto. ff. quod fal. tuto. autho. Bal. in. c. imperialem. de prohib. feu. alie. per Frideri. colla. x. vbi Bald. in. §. præterea. loquitur propriè in nostris terminis, cùm quærit, quid si dominus feudi nō recognoscit superiorem, vt rex Francorū, & est contentio cum ipso: dicit hoc modo, quòd cognoscunt Pares regni. si verò essent nimis fauorabiles regi, vel nollent cognoscere, vel partes nollent compromittere: tūc Papa esset iudex ratione peccati, per dictum. c. nouit. Secundò propter defectum iustitiæ, per. c. ex transmissa. extra de foro competē. idem not. omnes in. c. cæterum. extra de iudic. in c. licet ex suscepto. extra de foro cōpe. Ego melius dico, per viam reclamationis debere fieri. §. licentiam. in authenti. vt determina. sit numerus cleri. colla. j. iuncta glos. in verbo, contradicere. similis tex. cum glos. in. §. denique. in authen. de manda. princ. colla. ij. facit quod not. Bal. per illum tex. in. l. j. in princi. ff. de offic. præfec. vrbis. & propterea dicit alibi singulare verbum Bald.
87 in procemio Digestorum, † quòd sententia regis Francorum in suo regno est lex: à qua nō liceret recedere: quo casu si cognosceret superiorē posset recedi supplicando superiori, vel p alia remedia iuris cōmunis, de quibus in. l. sub prætextu. C. de transactio. nec esset lex: quia ius commune omnino cōtradiceret & resisteret. & idem tenet Abb. in dicto. c. nouit. Tertio loco principaliter pondero tex. in. d. c. nouit. in. d. ver. non intendimus. ibi, nisi fortè iuri communi. quoniam per ius commune distincta est iurisdictio regis Franciæ à iurisdictione Papæ & ecclesiæ, sic q nullo modo posset recognoscere, nisi p aliquod speciale priuilegium vel contrariam consuetudinem esset detractum. igitur si non constet de illa detractione in illis casibus nominatis suprà, rex

Franciæ

Franciæ ſemper cognoſcit, & non alius: & ideo
directè niſi concedatur pontifici aut ſaltem tole
raretur, Papa in temporalibus nõ poteſt ſe impe
dire de ſubditis regi Franciæ. quod tu nota mul
tùm diligenter. Nec eſt vera declaratio gloſ.
poſita ad illum tex. in verbo, ipſum. cùm dicat il
le text. cuius ad ipſum ſpectat iudicium. & ſup-
plet gloſ. ſcilicet quoniam eſt quæſtio de feudo
inter vaſallos: quia tunc, ſecundùm eum, iudiciũ
ſpectat ad dominum feudi, per. c. cæterum. eo. ti
tu. c. verum. de foro competen. quòd tex. non lo
quitur in illo caſu, quia eſt clarus: ſed loquitur
in fortioribus terminis. hoc declaratur: quia in il
lo text. non tangebatur de feudo inter duos va-
ſallos: ſed agebatur inter regem Franciæ domi-
num feudi, & regem Angliæ vaſallum occaſio-
ne comitatus Pictauenſis. & cùm dicat Papa ꝙ
de feudo nolebat ſe impedire: quia ad ipſum re-
gem Franciæ ſpectabat cognitio, quia dominus
erat, & non recognoſcens ſuperiorem: qui ex eo
capite poterat eſſe iudex in cauſa ſua, vt dixi ſu-
prà per. l. proximè. ff. de his quæ in teſtamẽ. de-
lentur. ſed tantum de peccato per ipſum regem
Franciæ commiſſo propter non obſeruatum pa
ctum quod fecerat cum rege Angliæ, cuius occa
ſione volebat cognoſcere: quo caſu ſi de iure cõ
muni ad eum ſpectabat cognitio, & non ponti-
fici, vt patet in principio illius decretalis, nouit.
88 † quis poterit negare quòd rex Franciæ in tem-
poralibus ſuperiorem non habeat pontificem:
per illum text. nec eſt vera alia gloſ. in. c. cæterũ.
extra de iudi. in fi. gloſ. ibi, & nõ ſuper hoc, cùm
dicit quòd quando eſt quæſtio inter dominũ &
vaſallum de feudo, cognoſcunt alij vaſalli. quod
nunquam inueni notatum in aliquo iure: eſt ta-
men bene verum quòd Pares tunc cognoſcunt.
ita eſt text. in. c. j. ſi de inueſti. controuer. fue. in-
ter dominum & vaſallum. collatio. x. & in. c. vni
co. de controuer. inueſti. per Pares terminã. col-
latio. x. ſed hoc procedit in feudis inferioribus,
vt dicit Bal. in. c. j. apud quos quæſtio feudi ter-
mina. debeat. colla. x. & in. c. vnico. de inueſti. in
mari. fac. colla. x. & alij in. d. c. cæterum. extra de
iudi. Sed in maioribus valuaſoribus tunc ſi do-
minus eſt qui non recognoſcit ſuperiorem ipſe
eſt iudex in cauſa, vt dixi ſuprà poſt Barto. in di-
cta. l. vnica. C. ne quis in cauſa ſua iudi. & ibi Ci
nus ante eum, Bal. in. l. exemplo. C. de probatio.
89 per Inno. in. c. noſti. extra de electio. † vnum ta-
men dixerim, quòd ſi talis eſſet ſuſpicio cõtra re
gem Franciæ vel alium principem non recogno
ſcentem ſuperiorem de quo verè dubitaret: quia
euidẽs eſſet & notoria ſuſpicio: vt patet in dicta
clemen. paſtoralis. in ver. notorium. de ſenten-
tia & re iudica. tunc per pontificem poſſet benè
hortari, etiam cum comminatione canonica, vt
faceret iuſtitiã, reddẽdo vnicuique quod ſuum
eſt: & quòd in eo peccaret tunc: non quia in tem
poralibus ſuperior: ſed quia negaret dare vni-
cuiqꝫ quod ſuum eſt, per quod verè grauiter pec
caret, poſſet compelli ad iuſtitiam miniſtrãdam
ſubditis ſuis, & quod iniuſtè per eum fuiſſet auo
catum à ſubdito, illi reſtitueret. Et ita ego puto
declarandam eſſe doctrinam Bal. in. d. c. impe-
rialem. §. præterea. de prohi. feu. aliena. per Fri-
deri. colla. x. vel quia denegando iuſtitiam, iam
aperuit viam eccleſiæ cognoſcendi, per tex. in. c.
adminiſtratores. xxiij. q. v. in. c. ex tranſmiſſa. &
in. c. ex tenore. extra de foro competẽ. in. c. qua-
liter & quando. extra de iudic. §. j. in authentica,
apud quos oporteat cleri. colla. vj. §. ſi verò cri-
men. in authentica, de ſanctiſ. epiſco. collatio. ix.
Quarto loco faciunt iura communia in iure ca-
90 nonico, quæ dicunt † in præiudicium iudicis ſe-
cularis nolle Papam cognoſcere de cauſa ſecula
ri: in. c. ſi duobus. in fi. extra de apellatio. ibi, te-
net quidem in his quæ ſunt noſtræ temporali iu-
riſdictioni ſubiecta: in alijs &c. facit idem tex. in
c. cauſam quæ. ij. extra qui filij ſint legiti. in ver-
ſiculo, nos attendentes quod ad regem pertinet,
non ad eccleſiam de talibus poſſeſsionibus iudi
care. in. c. ij. in fin. extra de priuileg. & alijs locis
notiſsimis. Quintò facit elegãs dictum Inno-
cen. in dicto. c. nouit. ad fi. extra de iudic. & hoc
in terminis noſtris cùm loquitur de rege Frãciæ
& rege Angliæ, cùm dicat quòd ſi rex Angliæ
voluiſſet coram ſummo pontifice fundare iudi-
cium contra regem Franciæ, & cõcludere quòd
rex Franciæ cogeretur ad pœnitentiam, quia co
mitatum Pictauiæ teneret, qui ſuus eſt in pericu
lum animæ ſuæ, & vellet admitti ad probandum
per teſtes, quòd eo caſu quo reniteretur rex Frã
ciæ, dicendo ſe non tenere dictum comitatũ con
tra ſuam conſcientiam, quòd eccleſia non admit
teret regem Angliæ ad id probandum, maximè
quando ſine peccato diceret ſe tenere, vel quòd
probabiliter illum teneret, vel per iudicem pro-
prium, vel alio modo, per. l. fi. C. de rei vendi. Et
ideo dicit ipſe quòd iſto etiã caſu non habet ne-
ceſſe rex Franciæ ius ſuum probare. Ex his colli
ge duo. Primum cùm dicit quòd in cauſa ſua iu-
dex eſt. Secundò quòd nec contra eum admitte-
retur quis contra ſuum iudicium ad probãdum,
nec quòd teneretur probare. vbi ſi in tempora-
libus Papam ſuperiorem recognoſceret de iure
poſſet cõpelli ad vtrũque. pro alio volente pro-
bare audiretur per iura notiſsima, & facta pro-
batione ex parte actorum teneretur ex parte ſua
probare exceptiones & iuſtificationes ſuas. l. in
exceptionibus. ff. de probatio. l. j. cum gloſ. ff. de
exceptio. in. l. ſiue poſsidetis. C. de probatio. in
c. regum. xxiij. quæſtio. v. Sextò facit aliud ſo
lenne dictum eiuſdem Innocen. in. c. licet ex ſu-
ſcepto. extra de foro cõpeten. vbi præciſè in ter-
91 minis hoc decidit, cùm quærit, † quid ſi alius
rex, qui ſuperiorem non habet, ſit negligens in
reddenda ratione, an tunc Papa regni iure deuo
luto debeat miniſtrare iuſtitiã. Reſpondit quòd

propter neglectam iustitiã in iurisdictione eius pro ea administranda succedet. & hoc est clarũ, vt dixi suprà per.c.ex transmissa. eodem titu. & pro hoc inducit text. in.c.alius.xv. quæstio.vj. qui textus propriè loquitur in rege Franciæ: sed subdit quòd in illis regnis non hoc facit quòd ideo rex ab eo teneat regnum, sed de plenitudine potestatis, quam habet quia vicarius Christi, vt dixi suprà per.c.solitæ. extra de maio.& obedientia. & in hoc facit differentiam inter imperium & regnum quod non recognoscit superiorem, vt dicam latius infrà. si igitur non faciat nisi tanquam vicarius Christi in eo in quo peccaret, & non quòd regnum dependeat ab ipso: propterea patet quòd regnum Franciæ nec rex habeat in temporalibus superiorem Papam, si regnũ ab ipso nullo pacto dependeat: & propterea glossa in dicto.c. nouit. in principio. extra de iudicijs.nõ dicit eum superiorem, sed maiorem. licet posset dicere aliquis istud esse æquiuocare:
92 † quia dico hoc non esse verum quòd proconsul est maior præside, vt vides ex notatis in.l.qui indignus.ff. de senatoribus. & tamen non est superior: quia præses nõ recognoscit proconsulẽ, sed principem.l.prima.ff. de legatis.iij. Idem dico, præfectus vrbis est maior præfecto annonæ, in.l.j.C. de offic.præfe.annonæ. tamẽ nõ est eius supior. simile vides in episcopo nõ suffraganeo. quilibet archiepiscopus est maior episcopo.c.in apibus.vj. quæstio.j. tamen non erit eius superior si non sit eius suffraganeus: & sic de cæteris.

Septimò facit vnum dictum Felini in.c. cùm non liceat.vj. colum. extra de præscriptioni. versicu.cõtrariam partem. cùm dicit, quòd licet cõmunis opinio Canonistarum sit in dicto.c. nouit. extra de iudic. quòd Papa habet vtrunque gladium habitu: tamen quia nullus reduxit habitum, non videtur sufficere quòd solùm dicatur verbis ipsum esse monarcham: intelligas respectu temporalium: ex quo infert per dictum.c. cùm non liceat. quòd cùm ille habitus non inueniatur deductus ad actum quod dicatur esse præscriptus, quia non solùm verbo, sed opere debet recognosci. ad quod inducit in simili dictũ Abbatis in.c. quod sedes.iij.colum. versi. an autem ista possunt. extra de officio ordina. tamen iste punctus non est sine maximo scrupulo, sicut dixi prius, quando tetigi articulum de imperatore: quia si aliàs habet ius, illa resistentia facti non præiudicaret de rigore iuris, per iura per me allegata illic, & præsertim, per textum in.l. comperit.C. de præscriptione.xxx. annorum. iuncta doctrina Petri & Cini in.l.finali.C. de fundis & saltibus rei domi. libro vndecimo.l.finali.C. de fundis patrimonialibus. libro.xj. de quo tu habes copiosè per eũdem Felinum in dicto.c. cùm non liceat. in duabus vltimis columnis. extra de præscriptionibus. tanto magis dicerem in eccle-
93 sia, † quæ habet suum fundamẽtum in lege diuina, quæ nullo tempore dirimi potest, nec quicquid ex ea dependet, iuxta illud Christi, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. cuius verba intelliguntur de lege sua, quæ nostra est, & quæ nunquam transibit, quia ab æterno & vsque in æternũ.c. firmiter credimus. de summa trinitate & fide catholica.

Octauo & vltimo, quia quantum est possibile stringam materiam cum protestatione priote quòd hanc conclusionem probat vnum quod notaui suprà in præcedente, & primo articulo de imperatore, cùm dixi recitando originem regis Franciæ, quoniam & ipsi à Gallico populo primum regnum adepti & creati, qui crescente per tempora, & augente fide nostra inter cæteros populos religiosissimi semper fuerunt, salua omnium pace dixerim, circa ecclesiam proni, prout gesta retroacta & recentia demon-
94 strant: † & confirmatio illius regni diuinitus probata ex olei sancti missione quo reges inunguntur, liliorum datione, inimicorum subactione, miraculorum insignium multitudine, à pontificibus maximis priuilegiorum concessione: de quibus omnibus suprà memini, & maximè ab Innocẽtio quarto, ab Honorio tertio, à Gregorio tertio, ab Adriano, & alijs, de quibus memini suprà: quæ omnia exemptionem apertissimam ipsius regis demonstrant, & præsertim à Ioanne vigesimosecundo, & Clemente quinto in extrauagante, meruit. de priuilegijs. in qua exemisse videtur regem Franciæ in temporalibus à pontifice maximo, & declarasse extrauagantem Bonifacij octaui, vnam sanctam. in titulo, de maioritate & obedientia. non præiudicare regi nec regnicolis, nec per eum magis subiectos esse pontifici quàm antea erant: vnde si populus tribuit regi Franciæ ab initio ipsorum regum ipsam iurisdictionem & imperium, satis est distinctum eius patrimoniũ & iurisdictio: cùm non inueniatur in specie correctum de iure diuino nec canonico: vnde remanet in primis terminis in quibus erat tempore erecti regis primi
95 & regni: † quo tempore fundamẽtum non proueniebat ex capite ecclesiæ, scilicet à pontifice, sed à populo. & de authoritate regis habes in dicto.c.solitæ. extra de maioritate & obedientia. Baldus in.l. prima.ff. de officio præfecti vrbis. per eundem in authentica, hoc amplius.C. de fideicom. per eundem in proœmio Digestorum. per Ang. in.l. vnica.C. ne sine iuss. princi. copiosè per Feli. in.c. cùm non liceat. extra de præscriptio. habes plures Modern. qui de hoc fecerunt singulares tractatus, præsertim Anto. Corse. in tract. suo, de pote. & excel. regia, in multis quæstionibus suis. & tractatus per feudistas in.c. vnico. quæ sint iura regalia. & alij plures. sufficiãt tibi hæc pauca, quia plenæ sunt chartæ & codices referti, sic ꝙ videretur mihi superfluũ dilatare fimbrias & implere chartas remissionibus.

Nec

Nec obstabit primo loco allegata: & primò,
quia deductum est arguendo de imperatore ad
alios reges, prout aliqui faciunt fundamentum:
prout Felin. in dicto. c. nouit. & in dicto. c. cùm
non liceat. extra de præscriptio. quòd ideo Pa-
pa debet recognosci ab imperatore, quia coro-
natur, vngitur, confirmatur ab eo: & quòd eadē
ratione dicendum est in cæteris regibus. dico ꝙ
ad istud in specie respondet Innoc. in dicto. c. li-
cet ex suscepto. extra de foro competē. quòd nō
est bonum argumentum de imperatore ad alios
reges non habentes superiorem in tēporalibus:
96 † quia, secundùm eum, non tenent eorum regna
à pontifice, sicut imperator tenet imperiū ab eo,
per tex. in. c. venerabilem. extra de elec. in. c. soli
tæ. extra de maio. & obedien. Ego addo alias ra
tiones. Prima est: quia imperator electione crea
tur: vt patet in. d. c. venerabilem. rex verò Fran-
ciæ successione regnum cōsequitur absque alia
confirmatione: idem in alijs ferè omnibus regi-
bus, in. c. licet. extra de voto & vo. redēp. & no-
taui in quæstione sequente. Et hoc probatur ex
approbatione facta Pipino, Carolo magno &
suis successoribus per Gregoriū tertium, zacha-
riam, Adrianum secundum, Leonem tertium, &
plures alios summos pontifices, quod est transi-
torium ad masculos tantùm per legem Salicam,
de qua suprà tibi memini: quæ semper fuit obser
uata hactenus, & seruabitur in futurum. nec ha-
bet locum in regibus Franciæ dispositio cōmu-
97 nis feudorum, disponens † quòd si filius proge-
nitus sit inhabilis, feudū non obtineat sed trans-
eat ad secundum. & quòd regula illa de primo-
genito recipiat interpretationem de habilitate.
c. fi. si controuer. de inuesti. fiat. colla. x. c. vnico.
an mutus vel alius imperfectus. colla. x. in. l. vt
gradatim. ff. de muneri. & honori. in. l. j. C. de sa-
crosan. eccle. quia regnum ipsum debetur causa
agnationis: vnde non aufertur propterea ab eo.
facit text. in. l. pro hærede. §. si quis tamen quasi
hæres. ff. de acquiren. hæred. l. si operarum. ff. de
operis liberto. l. & si quis. §. plerunque. ff. de re-
ligio. & sump. fune. quia & ius licet furiosus sit,
quæritur ei: vnde furor non impedit retentionē
iuris quæsiti & debiti iure agnationis, sed dari
posset sibi coadiutor: sicut in simili dicit glos. in
c. alius. xv. q. vj. per. c. quāuis. & c. petisti. vij. q.
j. quia regnū ipsum nō regitur more feudi: quia
nec feudum est, sed est à quo feuda proueniunt:
sicut in simili dicit Bal. in. c. fin. de pace constan.
quia est tanquam mare, ad quod omnia flumina
fluunt & refluunt. sed in imperatore secus: quia
98 † si tempore electionis esset mētecaptus electus
in imperatorem posset reijci electio per summū
pontificem ad quem spectat confirmatio, per ea
quæ notantur in dicto. c. venerabilem. extra de
electio. vnde non posset deponi, nisi aut ratione
hæresis vel alterius grauissimi peccati, sicut no-
tatur in dicto. c. alius. Adhuc tamen dico vnum,
quòd quādoque ex causa debet tolerari rex vel
imperaror, qui propter peccatū posset priuari.
textus est in. c. Iulianus. xj. quæstio. iij. vbi Iulia
nus imperator, licet apostata, tamen fuit tolera-
tus ab ecclesia ratione vitandi scandali: quia du-
bitabatur ne scādalum in Christianos suscitaret:
aliàs autem non liceret eum priuare regno. c. li-
cet Heli. extra de simo. & male faceret pontifex
hoc sustinere. Vnum tamen addo istis: cùm di-
ctum est suprà quòd potest Papa contra regem
Franciæ in causa peccati procedere tanquam vi
carius Christi, sicut dicit Innocent. in. c. quod su
99 per his. extra de voto. & in dicto. c. nouit. † si ta
men causa peccati nō potest aliter iustificari nisi
habita aliqua cognitione meritorum causæ prin
cipalis, quòd tūc poterit cognoscere absque eo
quod dicatur velle impedire iurisdictionem re-
gis, per texr. in dicto. c. nouit. vbi idem notat In-
nocen. & sequuntur omnes pro quibus est text.
in. c. si res aliena. xxiij. quæstio. vj. & quod nota-
tur in. l. quoties. C. de iudi. in. l. solemus. §. latrū-
culator. ff. de iudic. plenè per Moder. in. l. cogni
tio. ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio. in
l. secunda. ff. de iurisdictione omnium iudicum.
aliàs autem non potest, nec debet de iure cogno
scere: aliter autem videtur iurisdictionem regis
impedire, per text. in dicto. c. si duobus. in fi. ex-
tra de appella. ibi, secundùm iuris rigorem credi
mus non tenere. & idem bene facit text. in. c. la-
tor. versic. si verò. extra qui filij sint legiti. Vnū
istis addo quòd licet propter hæresim aut aliud
graue peccatum veniret aliquis ex regibus Fran
ciæ priuandus iure merito, tunc facta priuatione
immediatè ad proximiorē in gradu regnum de-
uolueretur. c. denique. quæ fuit prima causa be-
nefi. amit. collatio. x. text. cum glos. in. l. ij. C. de
liber. & eorum liberis. & per rationem suprà as-
signatam. nec esset in optione summi pontificis
100 cui conferre. Nec † obstabit. c. alius. xv. q. vj.
quod hoc populo requirēte factum est, vt suprà
dixi: aliàs ipse solus non potuisset, nisi populus
petijsset. Non obstabit quod secundò dedu-
ctum, quòd imperatores deponuntur à summo
pontifice: nō mirum, cùm & institutionem suam
ab eo recipiant: vt dixi per. c. venerabilem. extra
de elect. Sed istud non procedit in regibus Fran
ciæ: quia regnum à Papa non habent, sicut impe
ratores: iuxta doctrinam Innoc. in dicto. c. licet.
extra de foro competen. vnde argumentum nō
cōcluderet: quia disparitas est seu diuersa ratio:
& propterea diuersa erit vtriusque dispositio, iu
ribus notissimis, de quibus per omnes in. l. Gal-
lus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthum.
vbi habes concordantes per Moder. collectas.
sufficiet tibi illa remissio. Sed ista solutio non vi
detur vera: quia vt dixi in tertio fundamēto, idē
videtur iudicium in rege Franciæ, per. c. alius.
xv. quæstione. vj. in quo articulo tota vis consi-
stit. Sed ad istud respondeo dupliciter. Primò

101 quòd † zacharias pontifex Childericum regem Franciæ tunc non priuauit regno, sed populus Gallicus: quia cum receperat regnum ab eo, & sibi cognouerat inutilem: quia iam abdicauerat potestatem & iurisdictionẽ & in regem transtulerant, sicut dicitur in simili in.l. prima.ff. de constitutio. principum.§.sed quod principi. Institu. de iure naturali, gentium & ciuili. iuxta doctrinam Gulielmi de Cuneo, Cini, & Bartoli, in l. non ambigitur.ff. de legibus. poterant ab eo tunc abdicare regnum: sed quia censuerunt pro maiore authoritate proceres regni Papam obsecrarunt vt Pipinũ traderet propter virtutes eius tam magnas, ne virtute sua fraudaretur: Childericum autem amoueret: quibus Papa facilius indulsit re intellecta propter ipsius vitia: vnde magis populus videtur amouisse quàm zacharias: aliàs nisi hoc postulasset neutrum amouisset, vt cognosci potest ex historia suprà relata per me: quare nec istud obstabit, sicut dicitur Ioan.xxj. cap. de Pilato, cùm populus Hierosolymitanus Christum peteret dari morti dixit, Nobis non licet interficere quenquam: vnde magis populus dicitur hoc fecisse, quàm Pilatus.l. tertia.C. qui manumit. non possunt. & vt sedaret populum
102 clamantem. † vnde licet ad clamorẽ populi non debeat quis condemnari.l. decurionũ.C. de pœnis.& alijs legibus notissimis. tamen quãdoque causa scandali vitandi licitum est transgredi leges & canones, in.c. ex his.§. extra de homicid. vnde quia dubitabat forsitan de maiore scandalo applausit fortè populo petenti amotionem ipsius, concurrente fortè vehemente suspicione contra regem de impositis. Tu autem in hoc articulo tene quod primo loco dictum est, vltimũ satis persuasiuum quanuis veritatem historiæ attingat sicut & primum, vt memini suprà. Non obstat secundum fundamentum, quia verum est in spiritualibus, & in his quæ animam cõcernũt, vel in quibus ex decisione legis ciuilis posset induci peccatum: quia tunc standum esset iuri canonico & nõ ciuili.c. lege.&.c. sequen.x. distinctio. facit quod notat Innocẽ. in.c. inquisitioni. extra de senten. excommunica. cùm dicit laicum si aliquid temporaliter à Papa non habeat, si aliquid ei peccati præcipiat non pertinens ad spiritualia non teneri obedire.

Et no. perpetuò dicta Innocen. in dicto.c. inquisitioni. per quæ habes quòd iustè recesserũt sex reuerendiss. Cardina. videlicet Cardina. sanctæ Crucis, sancti Maclouij, Cusantius, Baiocẽsis, Finarius & Seuerinates, qui Iulio pontifici eos reuocanti non tenentur vllo modo obedire. quod obseruatum fuit tempore Gregorij.xij. vt per Antonium de Butri. omnino videndum in c. quod ad consultationem. de sententia & re iudicata. Nota quia nota. dignissima. De quo plenè per Felinum in.c. si quando. extra de rescrip. argumen. illius textus. & bene facit ille textus in dicto.c. inquisitioni. in verbo, mortale. & in.c. sacro. extra de senten. excommunica. glos. in clementi. dispendiosam. in verbo, vsuris. de iudic. & quod not. glossa in regula, possessor. de regu.
103 iuris. in.vj. cum nota. ibi glos. † quòd Papa non potest tollere leges ciuiles quo ad forum secularem. vnde etiam plus dicunt omnes in.c. canonum statuta. extra de constitut. quòd si contraria est lex ciuilis legi canonicæ, modò nõ tractetur de causa animæ vel peccati vel contra ecclesiam, quòd imperator vel rex non recognoscens superiorem non tenetur stare iuri canonico: nec decidenda est causa ciuilis inter laicos per iura canonica vbi lex ciuilis est cõtraria: quia lex per pontificem in his quæ non concernunt animam principibus seculi imponi non potest, quia non sunt in iurisdictione temporali Papæ subiecti. vbi ponderant textum in dicto.c. si duobus. in fine. extra de appellatio. glossa in.c. fina. extra de constitut. & in dicta clementina, dispendiosam. extra de vsuris. de quo tu habes copiosius quàm alibi per Felinum in dicto.c. si quando. extra de rescriptis. per Bartolum in.l. omnes populi.ff. de iustitia & iure. & propterea dicit glossa in.§. primo. Institu. de iustitia & iure. & in.l. iustitia.
104 ff. de iustitia & iur. quòd † is qui studet iuri, vel vult iurisconsultus fieri, non habet necesse studere theologiæ vel iuri canonico, cùm om̃ia inueniuntur decisa in iure ciuili. quãuis tamen nõ omitto vnum quod notat Romanus in notabili cxliij. incipien. habens finem vel filium. quello legista senza capitulo vale poco, ma lo canonista senza lege vale niente. quod verum est. vnde dico argumentum seu fundamentum in spiritualibus procedere & non in temporalibus. Ego idem dico ad illud, quodcunque ligaueris super terram &c. per textum in.c. quodcunque. xxiij. quæstio.j. quod originaliter ponitur Matthæi xvj. cap. quia intelligendum est verum in spiritualibus & nõ in temporalibus. Et idem respondet text. in.c. loquitur. & melius in.c. si Petrus. xxiiij. quæstione.j. ibi, tollit autem gladio spirituali aurem interiorem malè intelligentis. nota illa verba, gladio spirituali. & idẽ per multa approbat Abbas in quæstionibus suis quæstione incipiente, episcopus. in principio. Idem notant Moder. in dicto.c. canonũ statuta. extra de constitutio. de quo etiam per Innocentium in dicto c. quid super his. extra de voto & voti. redemptio. vbi etiam disputat an illa verba, quodcunque ligaueris &c. extendantur ad infideles: de quo dic vt per eum. clarius per eundem in cap. quanto. extra de consuetudi. vbi simpliciter restringit in spiritualibus, & quæ concernunt ani-
105 mam. Ad aliud † quod dicitur, ecclesiam esse matrem, & Papam repræsentare Deum in terris: ego hoc fateor: & ego qui nolo in aliquo disputare de authoritate ecclesiæ quã maiorẽ credo & firmiter quàm dicatur nec prædicari possit

possit per dictum illud Pauli suprà recitatū per me, cùm testatur plura vidisse quæ non licet homini loqui, & quòd instar est sacrilegij disputare de ea: & sicut dicit sanctus Ioannes euangelista, multa esse quæ scripta non sunt in libro hoc: nec comprehēdi possunt. hæc tantùm sola disputationis causa dico. Ad illud respō. prout respōdit tex. in. c. in memoriam. ix. distinctio. vbi tex. hoc optimè declarat. dic vt ibi. Ad extrauagan. Bonifacij octaui, vnam sanctam. de maiori. & obedien. posset dici esse responsum secundùm aliquos per extrauagā. Clementis quinti de priuileg. quæ responsio mihi nunquam placuit, dupli ci ratione. Prima, quæ colligitur ex dicta extrauagan. meruit. quia nō dissoluit absolutè, sed dicit quòd non magis rex Franciæ censeatur esse sub potestate ecclesiæ quàm antea erat: & cùm in extrauagante Bonifacij octaui comprehēduntur plures authoritates veteris & noui testamenti, in quibus potest sustineri extrauagans Bonifacij, de quibus aliquid suprà aperuimus, dempto vno, cùm dicitur quòd vnū est ouile & vnus pastor, vna columba &c. de quo habes in dicto. c. loquitur. xxiij. q. j. in. c. significasti. extra de electio. in. c. solitæ. extra de maiori. & obediē. in. c. fin. extra de baptis. & originaliter Ioā. x. capitulo. cui per illa iura satis opportune respondetur, hæc omnia in spiritualibus procedere, & in foro conscientiæ, & non in foro contentioso, in quo nō agitur de peccato seu de anima, sed de rebus merè profanis, in quibus anima non potest ali-
106 quo pacto laborare. idem quod dicitur, † quòd omnes iudicat: verū est vt dixi in foro pœnitentiali: limitabat glos. & non immerito in dicto. c. quodcunque. xxiij. q. j. modò aliàs iustè, per tex. in. c. non sunt. de pœniten. distin. j. fateor tamen esse timendum propter id quod dicitur quòd vicarius est Christi. Secundo, quia bonum mentium est timere culpam vbi non est, in. c. ad eius. in fi. v. dist. & alibi sæpe. Ex his omnibus concludo, Papam in spiritualibus esse supra omnes, & præesse omnibus, & omnes subesse illi, & teneri ei obedire. in his autem quæ non essent contra ecclesiam, sicut dicit glos. in dicto. c. quodcūque. plenius per Moder. præsertim per Felin. in c. quæ in ecclesiarum. & in. c. j. extra de constitutio. in. c. si Papa. xl. distinctio. & alibi sæpe. in his cōtentus ero paucis epulis: sed dico regem Franciæ nō subesse in temporalibus Papæ per supra dicta. sed vbi occasione temporalium peccaret, ratione peccati subesset correctioni pōtificis maximi & sacrosanctæ ecclesiæ. c. nouit. extra de iudi. quod nec vtique denegauerūt, nec diffitebuntur in æternum, in dicto. c. in memoriam. ix. distinctio. cuius occasione filij ecclesiæ christianissimi semper nuncupati, & in secula dicētur propter eum feruorem & deuotionis ardorem erga ecclesiam quem habent, & realiter omnibus patet. Ex his habes probatam conclusionem su-
107 prà positam firmā esse, quæ est † quòd rex Franciæ neminem in temporalibus habet superiorē, & quòd Galli non tenentur vti legibus imperialibus vt eas pro legibus habeant. His ego addo quòd conspirantes contra regem Franciæ incidunt in crimen læsæ maiestatis, sicut hi qui in imperatorem coniurauerint. & ita tenet Salice. in l. quisquis. C. ad. l. Iuliam maiesta. pro qua parte facit text. in. l. iij. C. de episco. audiē. ibi, reus etiā maiestatis de domino aduersus quem talia molitus est veniam sperare non debet. per Ioan. Fab. in proœ. institu. in princip. per Bald. in authen. hoc amplius. C. de fideicōmis. per Oldra. in cōsilio. lij. incipiente, quæstio est talis. per eundem Bald. in proœmio Digestorum. Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, figura iudicij. Et in hoc possent repeti quæ dicta sunt prius circa exemptionem regis Frāciæ. Adde his quæ plenè notat Felinus in dicto. c. cùm non liceat. extra de præscriptio. in quo crimine læsæ maiestatis multa specialia à iure permissa sunt, quæ in nullo crimine læsæ maiestatis diuinæ illis similia seu spiritualitates similes inueniuntur, prout statuta vel statutæ inueniūtur in hoc crimine: quæ licet per diuersas iuris partes distributæ sint, nō putaui inconueniens vel absonum illas in vnum reducere, vt omnibus pateant, & vsque nunc nō
108 inuenies cumulatas. Primum speciale est, † q in omnibus delictis morte extinguitur delictū. l. prima & fina. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. l. tertia. & l. defuncto. ff. de public. iudic. per quem text. infert Alexan. argumentum contra iudices qui faciunt suspendi cadauera mortuorum: quia secundum eum malè faciunt. & ratio, quia morte omnia soluuntur. §. deinceps. in authenti. de nup. collatio. iiij. per glos. in. l. eius. in princip. ff. si certum petatur. maximè quo ad corpus, licet quo ad bona non extingueretur in vno casu, quādo lata esset sentētia in ære & persona à qua esset appellatum, & pendente appellatione moreretur reus condemnatus: quia tunc hæredes sui tenerentur prosequi appellationē. l. prima. C. si pendente appellatione mors interuene. l. finali. C. si reus vel accusa. mortuus fuer. per Moder. in. l. si quis post accusationem. & l. qui à latronibus. §. fina. ff. de testa. Tamen in crimine læsæ maiestatis durat etiā accusatio & pœna post mortem. l. meminisse. & l. finali. C. ad legem Iul. maiesta. l. ex iudiciorum. ff. de accusa. in odium conspirantium in principē. Sed hanc speciem limita seu intellige procedere, quando contra principem facta esset conspiratio aut rempublicam: aliàs morte accusatio & pœna perimuntur. l. finali. ff. ad legem Iuliam maiestatis. Se-
109 cundum speciale est: † quia accusatus de quolibet alio delicto, quandiu pendet accusatio potest testari, & valebit testamentum, per dictam l. qui à latronibus. §. finali. & l. si quis post accusationem. ff. de testamen. & dicta. l. ex iudiciorū.

ff. de accusa. per rationem prius assignatã: quia quandiu incertum est an delictum sit cõmissum, vel etiam certificatum per sententiam: tamen per appellationem redditur incertum: quia in criminalibus appellatio non tantum suspẽdit, sed tollit iudicatum. l. prima. §. fin. ff. ad Turpil. in. l. furti. ff. de his qui notan. infam. plenè per Bald. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. tunc poterit semper testari, per dictam. l. si quis post accusationem. hoc tamen in crimine læsæ maiestatis cessat. & ratio est: quia per ipsam solam cogitationem peccandi punitur, & immediate interdicitur omnis dispositio rerum suarum. text. est in. l. si quis. & in dicta. l. meminisse. C. ad legẽ Iul. maiesta. in. c. si quis. vj. q. j. in. l. donationes. §. finali. ff. de donatio. in. l. Manichæos. C. de hæretic. de quo plenè per Bartol. in. l. post contractum. ff. de donationibus. & text. in dicta. l. meminisse. Tertium est quod colligitur ex præ-
110 cedente: † quia licet cogitatio non deducta ad actum non sit in alijs criminibus punibilis, sed in eis admittatur pœnitentia. l. cogitationis pœnam. ff. de pœnis. in. l. qui ea mente. & l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furtis. plenè in. l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleric. in. l. qui seruo. C. de furtis & seruo corrupto. in. l. is qui cũ telo. C. ad legem Corneliam de sica. in. l. prima. ff. de extraordina. crimini. tamen per illa iura punitur paritate supplicij: quod est mirabile. l. prima, secunda & terna, & fin. ff. ad legem Iul. maiesta. hoc tamen limitatur, nisi quis se accusauerit re infecta nec attentata: tunc enim bene indulgetur sibi à lege, vt complices accuset, in dicta. l. quisquis. ad finem. C. ad legem Iul. maiesta. in. l. prima. C. de falsa moneta. & hoc inductum est vt detegantur facilius qui in principem vel rempublicam conspirant. adde textum in. l. non omnes. §. finali. ff. de re militari. in alio casu procedit in. l. vnica. C. de his qui se defer. libro. x.

111 Quartum † quia in delictis regulariter filius nõ portat iniquitatem patris. l. crimen. ff. de pœnis. l. emancipatum. §. finali. & l. filiam. ff. de senato. & in toto titu. C. ne filius pro patre. l. quoties. ff. de noxa. actio. hoc tamen intellige in natis. in nascituris verò quandoque filius portat iniquitatem patris. l. secunda. C. de liber. & eorum lib. c. denique. quæ fuit prima causa benefi. amitten. collatio. x. Secundo quando ex delicto patris aliquid ad filium peruenit. l. in hæredem. ff. de calumniato. in. l. hæres. ff. de petitio. hæredi. in. l. vnica. C. ex delic. defuncto. cũ alijs concor. ibi no. Istud autem in crimine læsæ maiesta. non habet locum: quia & filius pro patre patitur. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. idem in. d. l. ex iudiciorũ. ff. de accusa. sed secus ecõtra: quia pater pro filio non patitur, secundùm Ange. in tracta. malefic. in versic. che a tradito la patria. Et ratio secũdùm eum: quia cessat ratio successionis sanguinis improbati. Istud nõ videtur verum: quia & pater ordine turbato hoc possit, per. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. Sed ad istud posset responderi: quia procedit ille tex. in fauorabilibus & non in odiosis, & maximè in pœnalibus quæ restringi debent & non extendi. l. interpretatione. ff. de pœn. c. odia. de reg. iur. in. vj. l. cõmodissimè. ff. de lib. & posthu. tamẽ adhuc posset dici ꝙ procedit alia ratio: quia videtur particeps criminis. & alia quæ ponitur in. d. l. si quis. tamen quia est pœnalis, nolo hoc extẽdere, per
112 supradicta. † Alij sunt casus in quibus filius tenetur pro patre, & maximè quando potest aliquis post mortem accusari: de quibus per glos. in. l. j. C. si reus vel accusa. mort. fue. & in. l. iij. ff. de publi. iudic. in. d. l. ex iudiciorũ. quibus addo glos. in. §. non omnes. Insti. de perpe. & tempo. actio. Est & alius casus vltra notatos per illas glos. in l. fi. C. de primipil. lib. xij. vbi in primipilo obligatur filius pro patre: licet ad filium ex paternis bonis nihil peruenerit. accedit etiã glos. in. l. diui fratres. ff. de iure patro. facit etiã tex. in. c. vergẽtis. extra de hæreti. & c. statutũ. extra de hæreti. in. vj. pœna autẽ est respectu bonorũ tantùm mitigata ex ratione. d. l. quisquis. vbi de iure ordinario non adimerentur, in. l. fi. cũ sua authen. C. de bo. dam. in. l. fi. ff. de bo. dãna. in. l. j. C. de natu. libe. in hoc autẽ adimuntur per. d. l. quisquis. in. l. Manichæos. C. de hæreti. Quintũ specia-
113 le, † quia quamuis in alijs delictis liceat supplicare principi. l. cùm reus. C. de pœn. & plerunque restituuntur ad omnia in. l. j. C. de senten. passis. in. §. cùm autem. Instit. quibus mod. ius pat. po. sol. plenè in. l. fallaciter. C. de aboli. Et propterea dicit Bal. in. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. quòd vbi iudici delictum est detectum & liquidum, sic quòd nõ potest aliqua tergiuersatione exlari nec saluari: dicit text. in. c. fi. extra de conuer. coniuga. quòd debet esse promptus in puniendo, cùm publicæ honestatis & vtilitatis fauor hoc persuadeat, per illum text. & l. licitatio. §. quod illicitẽ. ff. de publica. & vectiga. Tamen in hoc crimine supplicans pro alio notatur infamia. dicit text. in dicta. l. quisquis. §. denique. C. ad legem Iuli. maiesta. in dicto. c. si quis. vj. q. j. Et ratio est per tex. in dicta. l. iij. C. de episcopali audiẽ. quia nemo debet expectare veniam à domino aduersus quem talia molitus est: sicut dicit in simili tex. in. l. vnica. C. de thesau. libro. x. in. l. finali. §. cùm autem. C. de iure deliberan. frustra enim legis auxilium inuocat, qui committit in legem. alia est ratio quæ ponitur in dicto. §. denique. quia videretur fautor delicti. Sextum pri-
114 uilegium est seu speciale † quòd licet doctores, milites, & alij in dignitate cõstituti pro alijs delictis torqueri non debeant. l. milites. C. de quæstionibus. l. oẽs iudices. C. de decurionibus. libro. x. facit quod notatur in. l. diuus. & l. iij. §. j. ff. de quæstioni. reatus criminis læsæ maiestatis est tantus vt neminem excuset. l. nullus. C. ad legem

legem Iuliam maiesta. in dicta.l.decuriones. C. de quæstio.in.l.si quenquam. C.de episc.& cleri. Et facit ratio communis, quia reatus omnem honorem excludit.l.iij. ff.de custo. & exhi.reo. l.j.& per totum.C.vbi senato.vel claris. Hoc limitant aliqui in clerico qui non posset torqueri. aliqui verò distinguūt clericum à sacerdote. sed hoc nihil est. de hoc dic vt in.l.presbyteri. C.de episcopis & cleri.in ca.j.extra de depos. De hoc etiam habes in clemen.pastoralis.de senten.et re iudic.in ca.cùm non ab homine.extra de iudi.in ca.si clericus.de senten.excom. in dicto cap.vergentis.extra de hære. in authenti. clericus. C.de episco.& cleri. in.§.si verò crimen.in authen.de sanctis.episcopis.colla.ix. in.§.j.in authen.apud quos opor.conueni.cleri.mona.vel asisst.colla. vj.in ca.at si clerici. vbi plenè Modern.extra de iudic. Aliqui autem dicunt in dicta.l.presbyteri. C.de episcopis & cler. quòd petente rege à summo pontifice pœnam, non potest nec debet denegare,constito sibi legitimè de proditione.aliquid per Bartol.in extrauagā.qui sunt rebelles. cum quibus ego putarem consentiendum seruatis ordinibus iuris canonici,per rationem capit. solitæ.de maiorita.& obedien.

115 Septimum est, † vt licet natura non admittat filios accusatores parentum.l.qui accusare.ff.de accusa.l.iniquum. C.qui accusa.non poss. quoniam erubescit lex filios castigatores esse parentum.§.sed quod sancitum. in authen.de nup.col la.iiij.l.cùm oportet.C.de bon.quæ liber.& maximè ne videatur sanguinem suum tradere, quē excusare debet.l.j.ff.de bon.eorum qui ante sententiam mortem sibi consci.l.fina. ff.de popula. actio.tamen in crimine læsæ maiestatis bene admittuntur: quia & omnes incapaces admittuntur,in.l.hi quos.ff.de accusa.melius in.l.famosi. ff.ad.l.Iul.maiesta.vbi famosi & alij qui non recipiuntur in alijs criminibus, in isto tamen bene admittuntur,in.l.vix certis.ff.de iudic.in.l.fina. C.ad.l.Iul.maiest. Et hoc dico per rationem euidentem:quia si licet in hoc casu patrem occidere impunè,vt dicam in sequente speciali:tanto magis licet via iuris mortem eius prosequi, vt dicā. Idem dico in patre, vt possit accusare filium, & iudici eum offerre seu principi,per.l.qui cū vno. §.qui filium.ff.de re milita.ibi,vel à patre postea exhibitus. quem text.not.ad hoc Bartho. Veronen.in cautela prima.& hoc casu vbi pater vel filius alteruter ipsorū alium accusat, debet iudex mitius punire,per tex.in.l.milites agrum.in fin. ff.de re militari.de quo dicto dic vt per eundem Barthol.in dicta cautela. sed nescio an istud seruaretur.dicerem tamen vnum,quòd vbi delictū non esset consummatum vel ita attētatum quòd possit verè cognosci nō stetisse per eum quo minus fieret, tunc posset & deberet habere locum: aliter non: & tunc mihi placeret cautela posita per Modern. nostræ ætatis in.l.diuortio.§.pen. ff.solu.matr.ex authoritate Honorij Papæ quarti,qui induxit aliquem episcopum vt confiteretur simoniam coram Cardinalibus, pollicitus ei veniam si peccatum detegeret: qui confessus iuxta promissum Papæ,postea priuatus est episcopatu, & inhabilis factus ad obtinenda beneficia tanquam simoniacus:aliqui laudauerunt.tamen text.in.l.quisquis. C.ad.l.Iul.maiesta. vult pœnam remitti detegentibus similia: & hoc forsan melius,et præsertim in patre detegente coniurationem filij re infecta & non attentata.

116 Octauum est, † quia filius occidendo patrem punitur.l.Pompeia de paricidijs.l.j. ff.ad legem Pompe.de pari. l.vnica. C.de his qui paren. vel liber.occid.§.alia.Instit.de publi.iudic.si tamen filius patrem inimicum principis vel patriæ occiderit,vel econtra pater filium: impunis erit,per l.minime. ff.de religio.& sump.func.& ratio sumitur ex.l.postliminium. ff.de capti.& postli.reuer. quia plus patriæ quàm parentibus obligati sumus.de quo dic vt in.l.veluti. vbi per Bart.& omnes.ff.de iusti.& iur. Tamen vnum auderem dicere, ꝙ licet in foro contentioso bene esset patri vel filio succursum:tamen in foro pœnitentiali ego dubitarem: quia pater quanuis impius & crudelis & legum contemptor, tamen pater est, dicit text.in.§.j.in fin. in authent.de incest.nup. col.iij. idem not. in filio in.l.iij. §.emancipatus. ff.de bo.pos.contra tab.facit quod in simili not. Barto.in tractatu suo de alimentis.cùm dicat ibi ꝙ etiam patri rebelli filius non debeat denegare alimēta:per rationem supra positam: vbi autem denegat,male facit:multò magis vbi occidit: cū ista à pari procedant, & fortius in vltimo,per.l. necare.ff.de libe.agno.l.fin. C.de alendis liber. à parentibus.de quo tamē dic vt in seq.speciali.

117 Nonum speciale est † quod depēdet ex præcedente, ꝗa filius patri dānato ex alio crimine non potest denegare alimēta imo tenetur ei subueni re.l.mutus.in fi.ff.de iure dot.tex.cū glos.in.l.legatū.ff.de capti.& postli.reuer. tū sicut occidere pōt gladio impunè, poterit & illi iustè alimenta denegare,per rationem.d.l.necare. sed istud nō puto verū,vt dixi prius.etvltra ea quæ dixi suprà addo tex.in.c.j.xxx.di.vbi tex.pcipit filio subuenire pr̄i licet infideli.idē in.d.§.j.in auth.de ince. nup.in vers.pascētes &c.idē no.gl.in.c.nō satis. lxxxvj.di.idē no. Hēri.Bohic in.c.si à patre.extra de infan.& lāgui.exposi. & hoc puto verius.

118 Decimū, † quia licet seruus dominū accusare non possit,iuribus notissimis, præsertim in.d.l. qui accusare.ff.de accusa.in.l.seruus. C.de iudi. hoc in crimine læsæ maiestatis excipit̄. l.vix certis.ff.de iudi.in.l.famosi.ff.ad.l.Iul.maiest.& in d.l.meminisse.C.ad.l.Iul.maie.l.pe.C.qui accu. non poss. Et ratio istius pōt esse,quia frequētius cōtingit ꝙ ista delicta occultè fiant,& ꝙ nemini pandent̄. vn̄ in his ista occulta etiā regulariter in alijs criminibus admittunt̄ in defectū,et maxime

quando ex defectu aliorum non potest melius detegi quod domi agitur: in. l. in consensu. §. super plagis. C. de repudijs. in. §. distrahitur. in authenti. de nup. col. iiij. l. fin. §. licentia. ij. C. de iure delibe. §. si verò absunt. in authent. de hæredi. & falci. colla. j. de quo in. l. ob crimen. ff. de testibus. per glos. in. l. interdum. §. j. ff. de publi. & vectiga. in verbo, tradatur. de modo recipiendi. habes not. per Bart. in. l. diuus. per illum text. ff. de quæstio. per Mathes. in notabili. clxxxvij. incip. nota quòd in subsidium. per omnes in authen. si dicatur. C. de testi. ideo in hoc facilius admittuntur, per supradicta. Et hoc in isto crimine potissimum, quia & mulieres etiam infames, quarum testimonium non admittitur. l. de crimine. C. qui accusa. pos. l. iij. ff. de testi. l. qui accusare. ff. de accusa. in hoc admittuntur. l. in quæstionibus. ff. ad. l. Iul. maiest. Ego bene autem dicerem quòd tales personæ abiectæ sine quæstione admittendæ non essent, per. d. l. meminisse. C. ad. l. Iuliam maiesta. & in hoc debes declarare. l. seruos. ff. de quæstio. & quod not. Bart. in. l. extraneo. §. fina. & in. l. diuus. per illũ text. ff. de quæstio. vt istud non sit speciale in seruis, sed in quibuscunq; alijs personis abiectis habeat locum, per supradicta.

119 Vndecimum speciale est, † quia licet quis cõscios criminis detexerit, per hoc pœna ei non remittitur: sed vterque scilicet tam detegens quàm detectus, si conuincantur, punientur. l. & si certus sit percussor. & l. prius. ff. ad Senatuscon. Silla. in. l. j. C. de custo. & exhi. reorum. & in. l. fina. C. de accus. tamen secus erit in hoc crimine læsæ maiesta. vt dixi suprà in tertio speciali. in fin. per l. quisquis. C. ad. l. Iul. maiesta. & l. non omnes. §. fin. ff. de re mili. in fin, legis. vbi not. glo. argumentũ contra doctores qui scholasticis promittunt maria & mõtes. similis glos. in. §. sed si quis. in verbo, remittitur. Instit. de suspe. tuto. & glos. in. l. j. in princ. ff. de offic. præfec. vrbis, quia male agunt. nec valebit fundamentum de principe: quia causa publicæ salutis quæ in principe saluo consistit, hoc satis debet persuaderi, vt dixi in dicto tertio speciali, vt detegantur tales conspiratores, per. d. l. si quis. circa fin. C. ad. l. Iul. maiest. & l. j. C. de fal. moneta. sed in doctoribus secus, quia non virtute sua, sed magis pretio appretiato volunt animos scholasticorum conciliare. Et propterea dicit vnum singulare verbum Bart. in l. vnica. C. de tyroni. libro. xij. quòd licet aliquis habeat plures scholasticos: non tamen ex eo videtur doctior aut peritior: quia frequentius contingit vt peritiores nõ habeant tantos prout indocti habent. addo quod not. Barto. in. l. vnica. C. de studi. liber. vrbis Romæ. lib. xj. per quem text. dicit Barto. quòd tales solicitantes sunt infames: vel quia inducũt famulos scholasticorum vt videantur habere maius auditorium. vnde ratio est impar: quia in vno est delictum, in altero est causa detegendi delicti.

Duodecimum, quod satis videtur ex præce-
120 dente dependere: † quia vbi conscio criminis nõ creditur de alio socio accusato in. l. si filium. C. de liber. causa. in. d. l. fin. C. de accusa. in. d. l. j. C. de custo. & exhi. reorum. & hoc per rationem. l. is qui reus. ff. de publ. iudi. cùm dicat primò tex. quòd accusatus non potest antè accusare de pari vel minori crimine: dicit glos. quàm fuerit excusatus: & ratio, quia non relatione, sed innocentia reus debet purgari. de quo in. l. neganda. & l. j. C. qui accusa. possunt. In crimine læsæ maiestatis creditur conscio criminis. l. quisquis. in fi. & in. d. l. j. C. de fal. moneta. facit quod not. in. l. edicto. ff. de iure fisci. de quo etiam per glos. in d. l. fin. C. de accusa. per omnes in. l. qui vltimo. ff. de pœnis. imò plus dicit Cin. post Petr. quòd is qui conscium criminis accusat, licet non probet, tamen excusabitur à pœna calumniæ scilicet præsumptæ, per. d. l. j. addunt in hoc decisionem Specu. in tit. de libel. conceptio. §. nunc dicendũ est. versicu. xvj. vbi aliàs puniretur, per. l. iij. vbi plenè per Pet. Cin. & omnes. C. qui accusa. pos.

121 Tertiumdecimum est, † vbi in criminibus ordinarijs non potest procedi ad quæstionem nisi præcedentibus legitimis indicijs. l. j. ff. de quæstio. l. milites. ij. responso. C. de quæstio. sic vt nõ sufficiat testimonium vnius testis. l. maritus. cum l. sequen. ff. de quæstio. secundum vnam lecturã glos. & veriorem: in crimine læsæ maiestatis præcedẽte vnico indicio potest procedi ad quæstionem. text. in. l. si quis. vbi per glos. Petr. Cin. & omnes. C. ad. l. Iul. maiesta. idem not. Bald. in. d. l. milites. C. de quæstioni. qui text. videtur mihi probare contrarium in. d. l. si quis. ibi, si alijs manifestis indicijs accusationem suam comprobare non potuerit: licet glos. conetur saluare: sed nihil facit dictum eius.

Quartumdecimum sumitur ex eadẽ. l. si quis.
122 † quia vbi accusatore non probante reus venit absoluendus. l. qui accusare. C. de eden. l. j. ff. ad Turpil. & is qui falsò accusans debet puniri paritate supplicij, id est, ea pœna qua veniret puniendus accusatus si conuictus fuisset. l. qui crimine. & l. si crimen. vbi per omnes. C. qui accu. pos. in hoc autem crimine læsæ maiestatis, licet accusator deficiat in probationibus: tamen reus accusatus tenebitur adhuc probare innocentiã suam & purgare illud indicium seu accusationẽ aut per torturam vel aliter: per text. in. d. l. si quis. simile nos videmus in crimine falsi, in. l. vbi autem. C. de falsis. sed in hoc casu posset alio non apparente vel accusatore deficiente in probatione purgare se per iuramentum: per tex. in. l. præsenti. §. sic vbi. C. de his qui ad eccles. confugiunt. de quo etiam in. l. fallaciter. C. de abolitio.

123 Decimumquintum speciale est, † quia in alijs criminibus iudicium contra absentem est nullũ. l. absentem. ff. de pœnis. & in. l. absentem. C. de accusatio. debet enim reus accusatus de crimine plenè

plenè conuinci per legitimas probationes: vt dicit text. in. l. fina. C. de probatio. & condemnari etiam confessus. de quo in. l. qui sententiam. C. de pœnis. l. fin. vbi per Bald. in secundo responso. C. de his qui latro. occulta. l. lege Cornelia. ff. ad Silla. l. inde Neratius. §. fin. & l. seq. ff. ad legem Aquil. hinc est quòd condemnatus in contumaciam rediens intra annum debet audiri in defensionibus suis. l. j. ff. de requiren. reis. l. vnus. §. fina. ff. de quæstio. l. quāuis prouisum. C. de decu. lib. x. l. j. C. de requiren. reis. & ratio est quæ ponitur in. l. si ideo. ff. de euict. magis enim propter contumaciam præsumitur condemnatus, quàm quòd malam causam habuerit. idem tex. in. l. qui repudiantis. in fin. ff. de inoffic. testamē. licet ipsa contumacia debeat puniri: quia nisi eo comparente audiri non debet propter delictum cōmissum in non comparendo. l. omne delictum. vbi per Bartol. ff. de re milita. l. contumacia. ff. de re
124 iudic. † non quòd velim propterea inferre carcerem pro pœna dari debere. l. incredibile. C. de pœnis. cùm sit ad custodiam tantum inuentus. l. j. C. de custo. & exhib. reorum. l. aut damna. §. solent. ff. de pœnis. & faceret illa fuga indicium ad quæstionem, dicta. l. lege. ff. ad Sillania. Sed in crimine læsæ maiestatis proceditur contra absentem citatum aut per edicta aut per affixionem citationis ad valuas ecclesiæ, vt dixi in præcedentibus conclusionibus, per. §. fin. in authen. vt determi. sit nu. cleri. clem. j. de iudi. l. si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. actio. quo non comparente poterit in contumaciam legitimè condemnari: quod est mirabile & terribilissimum omnium terribilium: quia contra indefensum proceditur. text. est vnicus in iure in extrauagan. ad reprimendum. vbi Bart. in verbo, contestata. not. etiam principaliter in alijs secus esse quàm in isto crimine, per. d. l. absentē. ff. de pœnis. & lata sententia iudex etiam si post cōdemnationē liquidè sibi constaret de innocentia, non posset amplius apponere manum. & hoc est generale in omnibus: & tanto magis in isto nō poterit, sed consulendus erit princeps. ista no. Bart. in dicta extrauag. in verbo, receptionem. vbi inducit tex. in. l. j. §. fin. ff. de quæstio. idem text. & melior in. l. diui fratres. ff. de pœnis. per omnes in. l. diuus. ff. de re iudic. & in. l. admonendi. ff. de iureiur. per eundem. l. ij. C. de sententijs ex pericu. recitand. quia iudex lata sententia siue bene vel nō habet quid amplius agat: quia iam functus est officio suo. §. semel. Instit. qui & ex quib. cau. manumit. non licet. l. Paulus. ff. de re iudi. & in hoc ista extrauagans nunquam mihi placuit, & etiā fuit correcta per Clementem quintum, vt dicam infrà.
125 Decimūsextum † colligitur ex dicta extrauagā. ad reprimendum. de quo nunc aliquid memini supra, quia non potest procedi in criminalibus, nisi contra reum qui plenè auditus est. l. libellorum. vbi plenè per Bart. ff. de accusa. l. in causis. C. de accusa. ca. indicas Hermannum. iij. q. ix. in defensionibus suis rei accusati plenè & diligēter audiri debēt: vt dicit tex. in. d. l. vnius. §. fin. ff. de quæstio. Et propterea dicit Iuuenalis, Nulla vsquam de morte hominis cunctatio longa est. tamen per dictā extrauagā. ad reprimendū. proceditur in hoc crimine læsæ maiestatis etiam cōtra non auditū nec defensum, cōtra omnia iura mundi. et Henrichus Imperator illo ordine processit cōtra Robertum regē Siciliæ, quia cōtra absentem & nō defensum tulit sententiā criminalē læsæ maiestatis imperialis in dictum regē, & ea occasione fecit dictas duas extrauagantes, ad reprimendum. &, qui sunt rebelles. quas glossauit copiosè & eleganter Bart. qui fuit eius cōsiliarius. postea, vt testatur ipse in principio suarū glossarum cuius glos. meliores sunt textu: quoniam dictæ duæ extrauag. & sententia Henrichi Imperatoris lata contra dictum Robertum regē Siciliæ cum inde secutis fuerūt per Clemētem quintum reuocatæ, vt plenè habes in clemē. pastoralis. de sentē. & re iudica. cuius reuocatio sumpta est ex alia declaratione Innocētij quarti & totius concilij in concilio Lugdunen. vt habes expressum in. c. ad apostolicæ. de senten. & re iud. in. vj. vnde ex dictis duabus specialitatibus nō putarem faciendū esse aliquod fundamentum: quia in his est maxime aduertendū etiam si princeps mandaret executionem fieri debere: quia nō erit illico procedendū ad expeditionē rei: sed debet iudex expectare secundā iussionem, quādo sibi nō apparet causa propter quam debeat mori iussus ad mortem per principē. pro quo est tex. in. l. si vindicari. C. de pœnis. quæ lex est canonizata in ca. cum apud Thessalo. xj. q. iij. de quo etiā per Moder. in. l. j. C. de summa trinit. & fide cathol. facit text. cum glos. in. §. deinde. in authen. de manda.
126 princ. colla. iij. vbi glos. inuehit contra eos † qui non audent reclamare cōtra literas Papæ aut Imperatorū iniustas. similis glos. in. §. fin. in authēt. vt determina. sit nume. cleri. coll. j. in verbo, contradicere. de quo etiam in. c. si quādo. vbi plenè per Feli. & Moder. extra de rescrip. nec videtur mihi verū dictum Cini in. l. rescripta. C. de prec. impera. offer. quod approbat Abb. in. c. quāto. extra de iureiur. cùm dicat Cin. quod iudex habens mandatū à principe vt etiam sine causæ cognitione aliquem morti tradat mittendo ad furcas aut alio genere mortis, posse id iuste exequi sine peccato: motus duplici ratione. Prima quia lex est animata in terris. §. fin. in authēt. de cōsuli. colla. iiij. Secūda ratio est, quia præsumuntur acta per principē legitimè facta. Tertia ratio vltra eum & forsitā magis concludēs: quia nō est qui dicat sibi, cur ita facis. c. quāuis. de pœnitē. distin. iij. & eā
127 repetit Bal. in prælud. feud. † Quarta ratio erit, quia error principis ius facit. l. iij. §. fin. ff. de adimen. leg. de quo in. l. j. ff. de const. princ. in. §. sed & quod principi. Insti. de iure natu. gen. & ciui.

Et huius rationis alia ratio est quæ ponitur per glos.in.§.furtiuarum.in glos.j. Institu.de vsusca pio.quam sumpsit ex dicto Iuuenalis : Sic volo sic iubeo.nec inferiori cõpetit authoritas discutiẽdi de ratione.sufficit dicere,ita vult princeps: quia ratio erit in mente eius retenta quæ præsumitur iusta,vt dicunt Moder.& præsertim Are. in.l.j.in princ.ff.de acqui.pos.text.in.l.dubium non est. C.de repudi. in.l.humanum. C. de leg. Sed ista sunt vera secundùm Bald. in.d.l.humanum.quando cum consilio procerum sunt acta, vt dicam in sequenti quæstione.& proculdubio dico quòd tutius est iudici expectare secundam iussionem,per dictum ca.cùm apud Thessalo.et dicta.l.si vindicari.& cap.si quando.& alibi sæpe.per quæ iura satis potes cõcipere quam prouisionem iudex facere debeat,vt quod iustius erit faciat, per capi.scimus. xliij.distinctio. l.aut facta.ff.de pœnis.

128 Decimumseptimum speciale, † quia in omnibus criminibus deferendum est appellationi: & appellatio tollit iudicatum.l.& in maioribus.C. de appella.in.l.vnica.ff.nil noua.penden.appel. in.l.non tantum.ff.de appella.in.l.qui à latronibus.§.fina.ff.de testa. & alijs iuribus notissimis. Sed in crimine læsæ maiestatis appellari non potest:& si à sententia condemnatoria fuerit appellatum,iudex non debet differre executionem,& facta executione si vult potest rescribere postea principi.text.est in.l.si quis filio.§.hi autem omnes.ff.de iniusto, rupto,& irri.test.ibi,nisi fortè latro manifestus vel seditio prærupta factioq̃ cruenta. Not.verbum,seditio prærupta. facere enim seditionem,& committere crimen læsæ maiestatis,siue fiat contra principem siue rempublicam,paria sunt.text.est in.l.j.in princi.ff.ad legẽ Iul.maiesta. ibi, quóve cœtus conuentúsve fiat hominésve ad seditionem conuocentur.& istud est primũ caput læsæ maiestatis.tamé similis tex. in.l.constitutiones.ff.de appellatio.ibi,vel seditionum concitatores vel factionum duces. idem videtur sentire text.in dicta extrauagã.ad reprimẽdum.ibi,ad eius executionem procedatur legibus & consuetudinibus non obstantibus quibuscunq̃.facit quod not.text.in dicta.l.si quos. C.de præfec.orien. & Illyri. ibi,ad nostræ mansuetudinis sententiam non misericordia sed vindicta referatur.accedat similis text.in.l.j.secũdo responso. C.de falsa mone. vbi fabricans falsam monetam non auditur appellans.Pro quo dicto Alexan.in apostillis ad Bart. in.d.l.si quis filio. §.si tamen.ff.de iniusto,rupto,& irri.testa.addit vnum,quoniam crimen læsæ maiestatis,hæresis, & simonia æquiparantur,vt dicit glos.in ca.j.de testi.in.vj.vltra eum bene facit de crimine hæresis & læsæ maiestatis in.l.Manichæos. C.de hæreti.sed in crimine hæresis non appellatur.ca.statutum.de hæreti.in.vj. igitur idem in crimine læsæ maiestatis.& idem secundùm eum tenuit Ange.in cap.Felicis.per illum text.de pœnis.in.vj. Et hoc maxime,secundùm eos , quia in minoribus delictis crimine læsæ maiestatis, vt est crimẽ seditionis,de quo in.l.denũtiamus.C.de his qui ad ecclesi.confugi.in.l.j.&.ij.C.de seditio.non liceat appellare : aut propter appellationem non debeat differri executio per illa iura : tãtominus in crimine læsæ maiestatis. ex his etiam resultat aliud speciale,quanuis nec istud,nec sequens ita indistincte mihi placeant,vt dicam.

129 Decimumoctauum speciale erit, † quia licet regulariter contra confessum sponte iudex non debeat immediate procedere: vt patet ex notatis in.l.inde Neratius.§.fin. ff.ad.l.Aquil.quia etiã confitens,si aliter non est conuictus,potest allegare errorem in cõfessione : vt declarant omnes in.l.ij. ff.de confes. tamen in crimine læsæ maiestatis sufficit alterum,aut quòd reus accusatus sit confessus vel conuictus,per.d.l.constitutiones. ff.de appel.vbi Bart.colligit ex illo text.hoc speciale. Ego autem dico quòd neutrum istorum ita simpliciter verum est.Primò,quia ego nõ video quare idem nõ sit in hoc sicut in cæteris:nec video aliquam legẽ quæ mihi hoc dicat: & propterea ad vtrunq̃ ego do duas declarationes, per quas vtrunq̃ sine respectu poterit saluari. Primò,quia si accusatus sit ita conuictus vt non possit illud delictum negari,& tunc per rationem.l. ij.C.quorum appell.non recipiuntur. puto non esse tunc deferendum appellationi.& ita procedit illa lex,constitutiones. & similes suprà allegatæ.si autem delictum non sit plenè liquidatũ, & propterea in eo sit dubium:& tunc dico deferendum esse appellationi,et supersedendum esse in executione . ita ego intelligo.l. Pantonius.§. rei perduellionis.cum glos.ff.de acquir.hæredi. ibi,suspensa cognitione. & in versic.cui de innocentia liqueat.Secundò dico post Paul.de Cast. in.d.§.hi tamẽ.& in.d.§.rei perduellionis.quòd si mora esset paritura aut scandalum aut præiudicium si executioni non demandaretur,& verum est non esse deferendum appellationi per illa iura:aliâs secus : & istud probabiliter posset sustineri.capi.ex literis.extra de homicid.

130 Decimumnonum est : † quia in criminalibus ordinariè procedendum est.l.fin. C.de proba.l. qui accusare . vbi per omnes. C.de edendo. per rationem vulgatam, vbi tractatur de grandi periculo,ibi cautius est agẽdum.& ita per hanc rationem concludit tex.in.§.in criminalibus.in authenti.de testi.colla.vij.in authent.apud eloquẽtissimum.C.de fide instru.in.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstioni.in.l.iij.§.tu magis.secundo responso.ff.de testi. facit quod not.in ca.vbi periculum.in princi.de electio.in.vj. Sed in hoc crimine læsæ maiestatis proceditur summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicij , in dicta extrauag.ad reprimendũ. in verbo,sũmariè &c. quos terminos declara vt ibi plenè per Barto.

Vigesim

131 Vigesimum, † quia regulariter in omni causa requiritur accusatoe: nec iudex sine accusatore potest procedere. l. iij. vbi per omnes. C. qui ac- cusa. poss. melius in. l. rescripto. §. fina. ff. de mu- neri. & hono. l. ij. §. publico. ff. ad. l. Iul. de adul. secus autem erit in crimine læsæ maiestatis, quia iudex sine accusatore poterit ad inquisitionem procedere non præcedente aliqua accusatione, sed sola delatione. text. in dicta extrauagan. ad reprimendum. in verbo, per inquisitionem. vbi plenè dic per Barto. idem etiam procedit in alijs criminibus de quibus per glos. in dicta. l. rescri- pto. §. fina. ff. de muneri. & honori.

Vigesimumprimum est, quia cùm bonum sit argumentum de crimine hæresis ad crimen læsæ maiestatis, vt dixi suprà per. l. Manichæos. C. de hæreti. cum alijs notatis per me suprà quòd licet pro alia causa filius non eximatur à patria pote- state, nisi secuta condemnatione, & facta à prin- cipe, aut alijs modis de quibus per glos. §. cum autem. Instit. quibus mo. ius pat. potesta. sol. vbi plenè per omnes: tamē eo instanti quo quis deli quit in principē conspirādo in eum filij fiunt sui iuris. c. quicūq. §. fin. de hæreti. in. vj. quia imme diatè quo pater delinquit fit seruus pœnæ: vt di xi suprà per. l. pen. & fi. C. ad. l. Iul. maiest. l. post contractū. & l. donationes. §. fin. ff. de donatio. quæ omnia singulariter not. quia non inuenies alibi no. per aliū ante hæc tēpora. hæc oĩa locū
132 habēt in his qui calūniosè cōspirauerūt, † nō in his qui verbo solo principi maledixerūt: cum in his diuersa sit ratio, per. l. vnicā. C. si quis Impe- rato. maledix. l. famosi. §. fin. ff. ad. l. Iul. maiesta. & ita no. Bart. in. d. extrauag. ad reprimendū. in verbo, nō obstātibus. quia illi tales non crimine læsæ maiest. puniēdi sunt: sed alia pœna arbitrio principis æstimāda, per illa iura. facit quod not. in. l. omne delictū. §. fi. ff. de re mili. & quia dictū est suprà q in crimine læsæ maiesta. filius obliga tur ex facto patris, per. l. quisquis. C. ad. l. Iul. ma iest. quod dixi esse in illo crimine speciale: tamē quia aliqui voluerunt etiā extēdere obligationē patris ad filios, quādo pater obligationē fecit & promisit de suo facto. et dato q nihilominus illa obligatio sit trāsitoria ad filios etiā in ciuilibus: quā tamen nō putaui simpliciter esse veram: sed tūc cū sunt hæredes patris: ideo de his volui face re conclusionē, quā in numero extraordinariarū cōclusionum per me disputatarū Papiæ. xj. loco
133 donaui, quæ est † q promittēs de suo dato vel fa cto cōprehendit personā hæredis, eo quia perso na hæredis sit eadē cum persona testatoris. §. j. in authēt. de iureiurā. à moriē. præsti. colla. v. l. hæ- redem. ff. de regu. iur. l. hæres & hæreditas. ff. de vsucap. l. vnica. C. de vsucapio. transfor. l. Pō- ponius. §. cùm quis adminiculo. ff. de acqui. pos. §. pen. Instit. de vsucapio. plus dixerunt Roma. & Areti. in. l. hæres in omne. ff. de acqui. hæred. q si testator promiserit de suo dato vel de suo fa cto, q illa promissio concernit æquè personam hæredis sicut et testatoris: licet etiam apposita di ctione taxatiua, tantum. vel alia dictione simili promiserit: vtpote si de suo facto tantum promi serit, nihilominus veniet etiam persona hæredis, per text. in. l. stipulatio ista. in princ. ff. de verbo. oblig. mouētur, quia sicut dictio taxatiua, tantū. & similes nō excludunt similes casus: vt dicit gl. cōmuniter pōderata in. l. ob æs. C. de prædijs mi no. sic etiā nō excludit personas similes. pro qua parte ego addo tex. in simili in. l. viros. C. de di- uersis offic. de qua per Moder. in. l. si mora. col.
134 ij. ff. solu. matri. † vnde cùm persona hæredis sit eiusdē iuris cuius est defunctus, q comprehēda- tur ratione idētitatis etiā persona hæredis. argu. huius. l. cui ego addo q in pœnalibus fit extēsio de persona testatoris ad personā hæredis. tex. in l. fin. ff. de naut. fœno. idem text. in. l. ad diem. ff. de verbo. oblig. idem not. Bart. in. l. si seruus. in princ. ff. de condi. fur. de cuius legis veritate dixi in. l. qui in ius alterius. ff. de regu. iur. & aliquid sentit Din. in. c. cum quis in ius alterius. de reg. iur. in. vj. et cum hac parte per istud fundamentū simpliciter pertrāsit Aret. in. d. l. hæres in omne. ff. de acqui. hære. & propterea infert esse respō sum ad. l. non solū. §. taliter. ff. de liber. leg. & si- milia iura loquētia de dictione taxatiua, cuius na tura est disponere in casu expresso, & per eam li mitato, de qua per Bart. in. l. rationes. C. de pro- batio. eundem in. l. serui nomine. ff. de vsucap. Areti. in. l. j. §. per seruum. ff. de acquir. pos. Ego autē cōtra eos induco tex. in. l. et hæredi. in prin. & §. j. ff. de pac. in. d. l. qui in futurū. in fin. eo. tit. vbi pactū illud, ne aliquid à me petatur: est per- sonale, intantū q non excedit personā stipulan- tis. licet Barto. & alij suppleant ad illum text. di- ctionem, tantum. quæ interpretatio multum vio lat literam: cùm in neutra illarum legum fiat mē tio de dictione, tantū. et diuinat. quod nō est ad- mittendū. l. apud Celsum. §. illa etiā quæstio. ff. de excep. dolt. & glos. in. l. filium. C. fami. ercisc. quem tex. not. Cardi. in. c. vnico. col. ij. de con- trouer. inuesti. colla. x. vnde vides, quia vbi non est apposita dictio taxatiua, adhuc tamen non li getur illo pacto, nec transeat ad hæredē. Præter- ea ratio Roma. & Areti. confunderet in nostris terminis expositionem Bar. positam ad illa iura: cùm dictio taxatiua non excludat similes perso- nas, & sic cōprehendat personā hæredis et testa- torū. quod negat Bart. vbi dictio taxatiua acce- deret pacto: quia tūc non cōprehēderet persona hæredis. & ꝑpterea dixit q ideo in illis. ll. suprà
135 alleg. per me † pactū ideo dicebatur secundū eū esse personale, quia dictio taxatiua fuerat appo- sita. & sic istæ duæ decisiones mutuò se confun- dunt. & dicit Aret. & Roma. decisionē esse Bal. in. l. fin. C. de actio. emp. vt illa pacta non dican- tur esse personalia, etiam cum dictione taxatiua: sed sint trāsitoria ad hæredē propter idētitatem

personarum: & tamen in illis legibus non interuenit dictio taxatiua: nihilominus pactum illud, ne à me petatur: erit personale, & trãsitorium ad hæredem. vnde Modern. in. l. nisi. ff. de pact. aliter sentiunt, distinguentes quòd quando persona adijcitur pacto: & tunc pactum erit personale. l. contra regulas. §. fin. ff. de pact. si autem impersonaliter vel rei: & tunc non erit personale, sed reale, per. l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pact. qui text. videtur probare: sed per hoc non absoluitur quod supra dictum est, per. l. stipulatio ista. ff. de verbo. obliga. vbi etiam pactum factum cum adiectione qualitatis personalis, vt etiam pactum illud hæredem liget sicut & defun-
136 ctum: vnde est quia videmus † quòd priuilegiũ quantũcunq; personale quandoq; transit ad hæredem. l. assiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pign. habe. idem text. in. l. etiam. iuncta glos. in. l. maritum. & l. quia personale. ff. solu. matri. glos. in. l. verum. in princ. in verbo, cæterorum. ff. pro soc. & glos. in. §. item si de dolo. Institu. de actio. & hoc per rationem huius. l. arguentis ex identitate personarum. facit alibi text. qui propter identitatem personarum arguit de vna persona ad aliam, in. l. libertum. §. senatus. ff. de titu nupt. & in. l. j. & ij. C. de interdicto matrimo. inter tuto. & pupil. sic cùm sit identitas inter testatorem & hæredem: sequitur vt æque hæres ex eo facto ligetur sicut & defunctus. vnde Bald. & Alexan. sub alijs terminis dixerunt ad istud in. l. Lucius. ff. solu. matr. per illum tex. quòd si hæres ex persona defuncti vtatur, et tunc obligatio transit ad hæredem, per illum text. & dictã. l. hæres in omne. ff. de acquiren. hæred. secus si ex persona sua, per. l. in omnibus officijs. §. nemo. infrà eod. sed istud non puto verum: quia hæres debet ex causa successionis vti, non ex persona sua: quia si ex persona sua vtatur, obstabit legitima exceptio: quia nihil cum eo conuentum est, & quòd non est hæres. Præterea in his quæ proueniunt ex hæreditate, vbi aliunde ius non potest prouenire, intelligitur fundata intentio ex causa successionis. l. pro hærede. in princ. §. si quid tamen quasi hæres. ff. de acquir. hære. probatur in. l. Pomponius. §. sed à legatario. ff. de acqui. possess. iunctis his quæ ibi notaui super dictum Areti. facit melior text. in. l. posthumus. in fin. iuncta. l. mater. ff. de inoffic. testa. si enim iure suo vti vellet non proueniente ex causa hæreditatis, per dictum. §. si quid tamen quasi hæres. & l. si quis. §. plerique. ff. de relig. & sump. fune. hoc respectu nihil faceret ad propositum: quia tunc nõ esset hæres: seu idem esset ac si non esset hæres, sed tanquam extraneus: quod non esset in consideratione. si igitur nihil conuentum est cum eo, nihil potest per
137 se ex persona sua petere, † vnde tu cogita si probabiliter possit dici quòd si natura facti inhærẽtis seu deducti in pacto non possit fieri transitus vltra personam comprehẽsam pacto: & tunc pacto quòd siue illud pactum factum fuerit cum dictione taxatiua siue non: adhuc tamen erit personale. ita est text. in dicta. l. qui in futurum. §. fina. ff. de pactis. & in. §. sed cùm factum. Instit. de stipula. seruo. nisi partes voluerint pactum naturaliter personale transitorium esse ad hæredes: tũc ex pacto contrahentibus lex imposita esset, cui standum esset. l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pactis. & l. j. §. si conueniatur. ff. deposi. vbi autẽ dictio taxatiua fuerit addita personæ: licet ex natura pacti sit vt alteri prosit vel noceat stipulãti: tamen propter dictionẽ taxatiuam adiectam pacto fiet personale. text. in. l. nisi hoc actum est. ff. de pactis. & l. non solum. §. tale. ff. de libe. lega. nisi pactum aliàs esset frustratorium, nisi persona hæredis comprehẽderetur. l. si stipulatus fuero per te. ff. de verbo. obliga. si autẽ factum non sit personale: & tunc pactum istud erit transitorium ad hæredem. l. si pactum. ff. de proba. & dicta. l. stipulatio ista. in princ. ff. de verbo. obliga. reliqua autem tetigi in. l. in omnibus officijs. §. non debeo. ff. de regu. iur. his addes interpretando glos. quòd in multis plus fauetur hæredi quã testatori, & econtrario. de quo latius & conuenientius in. l. j. C. vt actio. ab hære. & contra hæredes incipiant. vnum tamen adde, quòd licet actiones incipiant in persona hæredum, tamẽ hæreditariæ sunt, & trahunt originem ab hæreditate. l. hæreditarium. ff. de bon. autor. iudi. possi. & declaraui in. l. hæreditas. ff. de regu. iur. in expositione illorum verborum, quod defunctus habuerit tempore mortis testatoris. l. j. in princi. ff. ad Trebellia. adde quod not. in. l. vbi lex. §. fina. vbi per Paul. ff. de vsuscapio.
138 Vigesimumsecundum speciale est: † quia licet regulariter vxor pro marito non debeat pati l. ob maritorum. & per totum tit. C. ne vxor pro mari. nec potest eius conditio in bonis suis deterior fieri propter mariti delictum. l. j. C. ad. l. Iul. de vi public. l. j. C. de priuileg. fisci. quod priuilegium etiam extenditur ad filios, licet non ad extraneos. text. cum glos. in. l. vnica. C. de priuileg. dotis. in. l. etiam. §. licet. ff. solu. matrim. tamen in crimine læsæ maiestatis ratione delicti commissi à marito fit sibi præiudicium: quia bona auferentur à filijs quæ relinquuntur à matre siue testata siue intestata, sola quarta filiabus relicta: reliquũ verò ad fiscum transibit. dicta. l. quisquis. C. ad l. Iuli. maiesta. dos tamen semper remanebit salua ipsi mulieri. dicta. l. quisquis. §. vxores. & hoc 139
est priuilegium dotis, quòd mulier facto mariti non potest priuari dote, & in ea præfertur fisco quantumcunque agente ad debitum repetendum ex bonis mariti, etiam si fiscus prætendat hypothecam in bonis eius: modò aliàs non sit dos posterior fisco. l. ij. C. de priuileg. fisci. licet in alijs creditoribus priuatis quantumcunq; anterioribus tempore, præferatur mulier in dote, per. l. assiduis. C. qui pot. in pigno. hab. etiam secundùm Pet. Cin.

Petr. Cin. & nostros, si illi creditores haberent specialem seu expressam hypothecam anteriorem: licet glos. post Ioan. & Azo. contradicant in dicta. l. assiduis. in glos. magna. & in. §. fuerat. in verbo, creditoribus. Institu. de actio. in. l. vbi. C. de iure dotium. in. l. ij. §. si sponsa. ff. de priuil. leg. credit. Din. in regula, qui prior. de regu. iur. in. vj. glos. in ca. ex literis. extra, de pigno. quam sequuti sunt Barto. Bald. & omnes Citramontani in loco suprà memorato, & Modern. in. l. j. ff. solu. matri. & in dicto. §. fuerat. & eorum fundamentum consistit in tribus. Primo in. l. vbi. C. de iure doti. in duabus suis partibus. Prima est ibi, exceptionis præsidium. Secunda est ibi, sed ita eam posse vendicare &c. Secundò, consistit in dicta. l. assiduis. ibi, licet anterioris temporis priuilegio sint vallati. Tertio, in eo quod dixit Bar
139 to. in dicta. l. assiduis. † quòd consuetudo etiam obseruat opin. glos. vnde durum esset iudicare contra consuetudinem. l. minime. ff. de legi. pro quo ego vltra eum addo text. in specie in. l. Labeo. in princi. ibi, morem agentium sequi debemus. ff. de statulibe. quem text. not. quia non est quotidianus. addo tamen quòd illum tex. alleg. ad boc Roman. in rubri. ff. de noui oper. nuntia. ideo cùm approbet consuetudo sententiam glo. ab ea non est recedendum, maxime quia consuetudo iura obscura declarat. l. si de interpretatione. ff. de leg. sed cùm illa. l. assiduis. satis obscurè loquatur, patitur interpretationem ex communi vsu vtentium, iuxta. l. de quibus. ff. de legibus. et istud nouissimi extollūt, præcipuè in eorum fundamentis. alia verò fundamēta vide in dictis illarum glossarum prius alleg. & doctri. Bart. & aliorum quæ non repeto. tamen inuenio quòd Petr. Cin. & nostri in locis prius notatis tenent indistinctè quòd dos præfertur quibuscunq; creditoribus anterioribus etiam habentibus expressam hypothecā, per aliqua quæ infrà dicam. sed antequam ipsa referam volo primum referre aliquam distinctionem quorundam nostrorum do
140 ctorum in hoc articulo. dicunt enim † quòd aut loquimur de ipsis bonis dotalibus: & tunc si extant, mulier præfertur quibuscunq; creditoribus etiam babentibus expressam hypothecam, per. l. in rebus. C. de iure doti. si autem non extant, & habeat hypothecam in bonis mariti, & nunc sumus in terminis nostræ difficultatis. dicunt enim q mulier aut habet specialē hypothecam super re tantum, & demum generalem super omnibus bonis tacitam in subsidiū illius specialis: & hoc casu dicunt mulierē præferri creditoribus & habētibus expressam anteriorem, per. d. l. assiduis. non tantum in illa speciali re obligata, sed etiam in omnibus alijs bonis mariti virtute generalis hypothecæ, vbi aliàs non præferretur, per. §. ad hoc. in authen. de litigio. coll. viij. & addunt etiā text. in. l. cùm tibi. C. qui potio. in pig. hab. inducendo secundùm eos hoc modo: quia specialiter in casu illius legis erant hypothecatæ aliquæ res mariti creditoribus, quæ specialiter mulieri erāt obligatæ, & cum illa speciali concurrebat hypotheca generalis, sed ambæ hypothecæ mulierum erant posteriores. licet contrariū sentiat ibi glo. quæ dixit esse priores. sed hoc non est verū: quia aliàs ille casus esset de indubitabili, per. l. potioris. ff. qui pot. in pign. hab. & toto tit. C. qui pot. in pign. hab. c. qui prior. de regu. iur. in. vj. vnde vt fiat de dubitabili iuxta. l. Labeo. cum glos. ff. de Carbo. edi. debet intelligi quid sit hypotheca mulieris posterior. & ita videtur sentire litera illius. l. cum tibi. in his verbis, hi quibus easdem pignori dederat. & nihilominus dicit text. potiorē esse dotē, licet posteriorē. pondera dictionē, res. positā in illo tex. secundò dictionē, easdem. quæ sequitur: & nihilominus dicit præferri. si autē dicunt ipsi, illa tacita nō habet annexā generalem pro fundamēto ipsius, licet in ipsa speciali præferatur mulier, non tamen in alijs bonis in quibus creditores haberēt specialē hypothecā anteriorē & mulier solam tacitā, per. d. l. assiduis. si autem tam hypotheca mulieris q̃ creditorū sit tacita: & tunc potior erit causa mulieris, licet hypotheca creditorū sit anterior, per illū text. si autē ambæ sunt expressæ: et idem dicunt per. d. l. assiduis. in secundo respōso ibi, nouas mulierum hypothecas &c. voluit enim ille text. tollere omnes difficultates quæ illa occasione fiebāt propter anteriores hypothecas ipsorū creditorū hypothecis mulierū constitutis in bonis maritorum ratione dotis, super quibus sequuta est declaratio ipsius
141 per quā deciditur † q mulieres præferātur creditoribus etiā anterioribus tēpore. de quo etiam per Moder. in. d. l. j. ff. solu. mat. ipsi autē limitabant prædicta in fisco, vt dixi, & in primipilo. l. j. & ij. C. de priuile. fis. in. l. satis. C. in quib. cau. pig. vel hypo. taci. cōtrahi. l. vtilitas. de primipil. lib. xij. Ego autē dixi suprà q Petrus fuit in contraria sentētia. dixit enim indistinctè q hypotheca dotis præferatur quibuscūq; creditoribus anterioribus tempore habētibus expressam hypothecam in bonis mariti etiam anteriorem. & hoc dixit post Martin. antiquum glossatorem, quos sequuti sunt omnes nostri, & Din. & Cin. in. d. l. assiduis. & in. d. §. fuerat. Institu. de actio. motus principaliter duobus fundamentis, quibus nunquam vidi responsum. Primum fuit ex. d. l. assiduis. quam retorquent contra glos. in his verbis: licet anterioris temporis priuilegio erant vallati. cui non potest responderi: quia text. ille rectè intellectus noluit restringere respectu creditorū ad hypothecam tacitam: sed generaliter de quacunq; hypotheca intellexit. si enim voluisset de tacita tantum loqui tam respectu creditorum sicut mulieris, dixisset vtique quòd mulier habens tacitam hypothecam præferretur alteri creditori habenti tacitam: sed volens generaliter loqui
142 dixit quòd † tacita hypotheca dotis præfertur

quibuscunque creditoribus, licet vallatis anteriore tempore. Not. verbum, omnes creditores. positum in illa lege pro qua ego etiā pondero text. in.d.§.fuerat. Institu. de actio. ibi, præfertur autē alijs creditoribus in hypothecis: tunc censuimus quando mulier de dote sua experiatur. Not. ꝙ tex. in genere dixit, cùm de dote sua experiatur, non exprimēdo an hypothecaria vel actione de dote: quia siue agat actione dotis siue hypothecaria, ꝙ præferatur alijs creditoribus in hypothecis. Nota verbum, hypothecis. quia est verbum indefinitè prolatum quod æquipollet vniuersali. l. si plures gradus. ff. de leg. iij. quia comprehēdit & tacitas & expressas hypothecas: & sic ꝙ actio dotis præferretur cuicunque actioni hypothecariæ. deinde subdit, cuius solius prouidētia hæc induximus. & sic hoc specialiter doti est indultum. & ex illo tex. iūcta. d. l. assiduis. dico veram esse opin. Petri, quicquid dicat glos. Bart. & alij sequaces. Secundò inducebat Petrus illud solidissimum fundamentum, si vinco vincentem te, à fortiori vinco te. quod meminit glo. & sicut dixit Petrus, dico ꝙ nunquam in hoc articulo fuit bene responsum: licet dicat glos. ꝙ istud semper non procedit: tamē ego dico ꝙ in dotibus in ambiguis pro eis respondetur. l. in ambiguis. ff. de iure dot. cum ibi not. igitur & in hoc dubio sumenda est interpretatio quæ pro dote facit. Et propterea dixit Bal. nouellus in tractatu suo de
143 dote. in. vj. parte &. ix. ꝙ † si iudex iudicauerit pro dote, bene iudicabit: nec posset in syndicatu reprehendi, per. d. l. in ambiguis. & Din. in. d. §. fuerat. confessus est hanc esse de iure veriorem: nec potest istud negari per supradicta. Nec obstabunt prius allega. per glos. & primò. l. vbi. C. de iure dot. quia nihil facit: imò induco eam pro Petro, cùm dicat illa lex quòd potest mulier vendicare res mariti siue posterioribus siue non habentibus iura potiora. ego autem dico illos non habere iura potiora vbi mulier habet hypothecam, per supradicta: ideo &c. Secundò. d. l. assiduis. quam ego induxi contra glos. & hoc satis erit pro solu. quia directè ei contradicit. tertio allegata consuetudo, per Bartol. Ego autem nunquam vidi talem consuetudinem seruari: & forsitan contrarium seruatur in aliquibus partibus ex consuetudine. dico illam non esse consuetudinem, sed corruptelam, iuxta. §. j. in authen. vt nulli iudic. lice. habe. lo. conserua. colla. ix. &. c. fin. extra de consuetu. præterea non ligaret vniuersaliter, nisi quatenus seruaretur vniuersaliter. Tertiò dico quòd consuetudini ius contradicit: & per hæc remanebit firma decisio Petri.
144 Vigesimumtertium speciale est, † quia donatio propter nuptias vnà cum lucro quod deberet ad filios remanere. §. j. in authenti. de non eligen. secundò nuben. collat. j. l. si constante. §. j. C. de donatio. ante nupt. de quo in. l. assiduis. C. qui potio. in pignore habean. & in. l. vbi. iuncta glos. C. de iure deliberan. tamen mortua matre acquiretur fisco immediatè lucrum donationis propter nuptias, per dictam. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis.

FINIS.

Argumentorum sequentium Summarium.

1 Carolus magnus quondam quot & quibus imperarit nationibus. & nume. 3.
2 Galli imperio, Constantini & Iustiniani temporibus parebant.
4 Carolus magnus non vt Imperator, sed vt rex Gallis imperauit.
5 Substitutio pupillaris an conseruetur per iura nouissima, si testamentum paternum annulletur.
Substitutio pupillaris an confirmari possit per adiectionem coactam.
6 Tabulæ pupillares an & quando cæterorum appellatione intelligantur. & nume. sequen. & nume. 10.
8 Opinio probabilis alicuius doctoris an imponat necessitatem.
Verba geminata quid operentur.
9 Lex limitata haudquaquam extendenda est ad casus non expressos.
Consequens quodlibet necessarium destruitur antecedente destructo.
11 Rex Francorum Imperatorem non recognoscit in temporalibus.
Papa habet vtrunque gladium, etsi non actu, habitu tamen.
12 Papa & Imperatori & Francorum regi præest, quos & deponere potest.
13 Imperium de Constantino in Carolum magnum Franciæ regem per Romanum pontificem translatum.
14 Papa in causa feudali inter duos reges incidenter cognoscere potest.
15 Papa quam & à quo in omnes homines acceperit potestatem.
16 Friderichus Imperator quam ob causam per summum pontificem excommunicatus & tandem depositus.
17 Principi inutili datur coadiutor.
18 Damnari nullus debet ad nutum populi.
19 Papa quando tandem populum nolentem ablata restituere, interdicto supponere possit. & nume. 20.
Clericus incorrigibilis quando curiæ seculari tradi debeat.
Vasallus quando ad superiorem domini sui recurrere possit.
21 Bona fides in omnibus contractibus interuenire debet.
Diuisio quælibet ex oppositis confici debet.
22 Societas nulla ipso iure præsumitur, in qua fraus seu dolus inuenitur.
23 Bona fides an debeat necessario interuenire pro solennitate contractus bonæ fidei.
24 Diuisio non redditur nulla cui fraus causam dedit.
Contractus bonæ fidei vnde denominationem acceperint.
Voluntas legislatoris pro ratione haberi debet.
25 Dolus bonam fidem impedit, & per consequens præscriptionem longi temporis.
26 Testamentum iure Codicis non annullabatur præteritione vel exhæredatione filiæ.

Frater

Fraternitas quædam in societate contrahitur, propter quam bona fides in eadem requiritur.

27 Pœna grauior socio infligitur, cui bona fides inesse putabatur, quàm ei cui nulla adhibebatur fides.

28 Societas quando nulla dici debeat, cui dolus causam dedit.

Compensatio quando iure ipso obligationem aboleat.

Testamentum filio præterito factum quando dicatur nullum.

29 Compensatio nunquam fit ipso iure nisi excipiatur ab homine.

Dolus contractui interueniens quando ipsum reddat nullum.

30 Contractus quando ipso iure nullus dici posit ratione doli.

31 Causa exhæredationis quare testamento inseri debeat.

32 Exhæredatio facta non animo fraudandi non nocet exhæredato.

33 Hæres scriptus dum certatur de viribus testamenti, in possessionem hæreditatis debet mitti. & nume.35.

34 Hæreditas qua actione peti debeat. & nume.38.

36 Hæreditas non potest adiri quando dubitatur de viribus testamenti.

37 Missio in possessionem an posit fieri sine libello & litis contestatione.

39 Legata conseruantur si fratre sine causa præterito persona turpis hæres instituatur.

40 Dispositio ad conseruationem legatorum in parentibus facta, ad fratres non extenditur.

41 Legata fiunt nulla quo ad fratres, si testamentum annulletur.

42 Fratres an eadem lege & necessitate teneantur qua filij.

43 Contractus qui dicantur certam continere quantitatem.

Vniuersalis dictio in iure omnia complectitur.

44 Certum aliquid an deduci posit in stipulationibus. & numero.45.

Argumentum Rectoris.

ONTRA PRIMAM CON
clusionem ex his, quæ exva
rijs iuris partibus collectæ
sunt, argumentatus est Re-
ctor inclyti studij Papiens.
cùm dicatur in ea quod rex
Franciæ neminẽ de iure in
temporalibus habet supe-
riorem, secundùm Petr. contra Bartol. & seq. de
1 c. volumus. xj. q. j. † vbi sub Carolo magno tũc
Imperatore erant & obediebant Romani, Fran
ci, Alemãni, Baioarij, Burgondiones, Saxones,
& pleræq; aliæ nationes, de quibus in illo. c. no-
tanter dixit Francis. vt demonstret Francos seu
Gallos debere obedire Imperio, prout Carolo
Imperatori parebant: Igitur de iure Franci sub-
sunt Imperio. Ego verò in repetitione argumen
ti dixi quòd illum textum ad id allegabat glo. in
c. venerabilẽ. in verbo, transtulit. extra de elect.
in. c. super specula. in ver. non vtuntur. extra, de
priuileg. & Cano. omnes in. c. nouit. extra de iu-
dic. addidi text. in. l. ij. in princ. C. de offi. præfec.
præto. Afric. vbi text. loquitur in specie de Fran
cis seu Gallis: ibi, Et omnia quæcũq; in partibus
Hispaniæ vel Galliæ seu Francorum aguntur.
quem text. alleg. glos. in. c. j. in princ. de pace te-
2 nen. & iura. firman. coll. x. † & sic patet qualiter
tempore Constantini & Iustiniani obediebant
Galli Imperio: quod præsumitur esse de iure.
idem in. l. deprecatio. ff. ad. l. Rhod. de iact. ibi,
ego mundi dominus. idem in. l. j. C. de sum. trin.
& fide cath. idem in extrauagan. ad reprimendũ.
idem in. c. conuenior. xxiij. q. iiij. & quod vbiq;
glos. iuris ciuilis & canonici idem tenent. glos.
est in. l. bene à zenone. C. de quadri. præscrip. in
c. in apibus. vij. q. j. in. d. c. venerabilem. extra, de
elect. in. c. per venerabilem. extra qui fil. sint leg.
in. c. quo iure. viij. dist. glo. in. d. l. j. C. de summa
trinit. & Bartol. vbiq;. & recensui seriatim quasi
omnia loca vbi Bart. idem tenet, de quibus me-
mini in disputatione per me facta super hac con-
clus. & alijs, de quibus in ea, in qua respondi si-
gillatim ad omnes text. glos. & decisiones doct.
tenen. contrarium. vnde fui contentus tunc re-
spondere ad. d. c. volumus. xj. q. j. dixi enim q̃ il-
le text. faciebat pro me & contra glos. quæ illum
3 text. alleg. † quia Carolus magnus antequã Im-
perator fuisset, vt refertur in. c. Adrianus. lxiij. di
stin. in. d. c. venerabilem. extra, de elec. Rex erat
Franciæ seu Francorum, & omnes illas prouin-
cias suo Imperio addidit iure permittẽte, & cum
authoritate sedis apostolicæ: vt patet in dicto. c.
Adrianus. vnde Franci non obediebant Carolo
magno vt Imperatori, sed vt regi: nec per hoc q̃
factus est Imperator regnum Franciæ fuit vnitũ
Imperio, sed ecõuerso imperium additum est re-
gno Franciæ. Secundò dixi, istud non est incon-
ueniens per text. in. l. tutorem. ff. de his quib. vt
indign. aufer. hæredi. ibi, discreta sunt enim iura,
quanuis plura in eandem personam deuenerint,
aliud tutoris, aliud legatarij: sic etiam discreta &
distincta sunt iura Imperij & regni Franciæ, li-
cet in eandem personam, scilicet Caroli magni
deuenerint: quia aliud regis, aliud Imperatoris.
idem in. l. quæsitum. ff. de in ius vocan. l. si pater
4 familiâs. §. j. ff. de adop. † quia nõ tanquam ipse,
id est Imperator præcipiebat Francis: sed tanq̃
alius, id est, rex Franciæ. glos. in simili in. l. iube-
mus. §. sanè. ver. œconomus. C. de sac. sanc. eccl.
glos. in. l. si procurator. in princ. ff. de excep. do.
cùm loquunt̃ illæ glos. de œconomo, qui potest
tanquã alius habens potestatem reuocandi alie-
nata per eum: & non tanquam ipse alienans.

Argumenta domini Laurentij Folperti.

Cùm mos ipsius studij Ticinensis sit, vt excellentiores doctores, & primò post Rectorem iuniores argumententur, & demum antiquiores ipsa argumenta & disputationem concludant: Propterea primum locum obtinuit nõ modicæ æstimationis apud omnes in vtraq; censura docto. et legens institutiones in eo studio dominus

Laurentius Folpertus, qui non minus ſubtiliter
quàm eleganter & copioſè oppoſuit contra ali
quam cõcluſionum noſtrarum.xviij.ex his quas
excerpſi de mente Pet.in authent.ex cauſa.C.de
lib.præte.vel exhær.cuius cõcluſionis tenor eſt:
5 Annullato † teſtamẽto patris pupillaris ſubſti
tutio nõ conſeruabitur authoritate.l.nouiſsime.
pro Pet.contra Bart.& ſequaces oppoſuit,& di
xit ꝙ hæc cõcluſio erat directè cõtra caſum illius
authẽ.ex cauſa.quam repetebã in his verbis:Cæ
tera nãqꝫ firma permanẽt. quod verũ eſſe proba
uit hoc medio:Quoniã appellatione cæterorum
capitulorũ teſtamẽti venit ſubſtitutio pupillaris.
text.ſecundùm eũ erat in.l.qui plures liberos.§.
fin.ff.de vulg.& pup.ſubſti.Nam quærit ibi Iu
riſconſultus an per aditionẽ coactã confirmetur
pupillaris ſubſtitutio, ſicut cõfirmantur legata,
libertates & cætera quæ in teſtamẽto relicta ſũt.
reſpondet ꝙ Quintus Mutius Scæuola dicebat
ꝙ nõ:tamẽ pleriqꝫ in diuerſa fuerũt opi. quia &
pupillares tabulæ ſunt pars prioris teſtamenti.
quaſi dicãt ꝙ ſi cõfirmentur cætera quæ ſunt in
teſtamẽto diſpoſita,ergo debent etiã confirmari
tabulæ pupillares, quæ ſunt de cæteris,cum ſint
pars prioris teſtamẽti. Et iſtam vltimã opi.ſequi
6 tur ibi Iuriſcõſultus.ergo eſt ibi text. † clarus ꝙ
appellatione cæterorũ continẽtur tabulæ pupil
lares. Ad idem dicebat eſſe caſum adhuc clario
rem & fortiorẽ in.l.nam quod.§.ſi quis compul
ſus.in fin.ff.ad Trebel. vbi ſimiliter text.quærit
an hæres coactus adire hæreditatẽ,cõfirmet pu
pillarẽ ſubſtitutionẽ. Et determinat ꝙ ſic,ſubij
ciens rationẽ:Quia nemo dubitat legata,liberta
tes & cætera cõfirmari per talẽ aditionem. ergo
clarè & neceſſariò vult tex. ꝙ appellatione cæte
rorũ comprehendantur tabulæ pupillares : quia
aliâs ratio nõ eſſet bona,nec cõcludens neceſſa
riò,prout eſſe debet.l.neqꝫ natales. C.de proba.
&.l.nõ hoc.C.vnde legi.cũ vulg.Nam ſi tabulæ
pupillares nõ eſſent de cæteris:certè inepta eſſet
illatio Iuriſcõſulti ibi dicẽtis,Ex quo cætera cõ
firmantur,ergo etiã debent cõfirmari tabulæ pu
pillares:cùm ex ſeparatis nõ inferatur.l.Papinia
nus exuli.ff.de mino.&.l.fina.ff.de calũ.vt ergo
ratio ſeu illatio Iuriſconſulti ſit bona & conclu
dens,debemus dicere text. velle pro indubitato
7 † ꝙ appellatione cæterorũ comprehẽdantur ta
bulæ pupillares: ergo licet ante iſtã authẽt.deſti
tuto teſtamẽto corrueret pupillaris ſubſtitutio,
cùm ſit pars & ſequela paterni teſtamenti. §.libe
ris. Inſtit.de pupil.ſubſti. cũ concor. ſicut etiam
corruebãt cætera:tamẽ ex quo hodie per iſtã au
thent.diſpoſitum eſt ꝙ cætera ſuſtineantur:ergo
etiam ſuſtinebitur pupillaris ſubſtitutio,quæ eſt
de cæteris,vt dixi. Ego verò in reſumptione ar
gumenti pro illa parte addidi ex tempore.§.libe
ris.Inſtit.de pupil.ſubſtitu.ibi,nam & pupillare
teſtamentũ pars eſt & ſequela teſtamẽti paterni.
l.ij.§.prius. ff.de vulg.& pupil.ſubſti. l.quidam
eulogio.C.de iure delib.l.Papinianus.§.ſed nec
impuberis.ff.de inoffi.teſta.l.patris & filij. ff.de
vulga.& pupil.ſubſti.quod not. Bald.in.l.ij.C.
de hære. actio. Secundò dixi quòd text.in di
cta.l.qui plures:§.fina.alleg.per eum nota.ad id
per Bart.in.l.ij. ff.de vulg.& pupil.ſubſti.l.nam
quod. §.ſi quis compulſus. notauit hic Bald. in
xvj.col.ver.quæro ergo,ſi iſta opinio eſt vera.
Secundo loco confirmauit præcedẽs ſuum ar
8 gumentum hoc fundamento: Et ſi dicatur † quòd
iſta authen.non obſtat, cùm fuerit compoſita ab
eo qui non habuit poteſtatẽ legis condendæ vi
delicet ab Irnerio doctore, cuius opinio non im
ponit neceſsitatem,cùm ſit probabilis tantum iu
ribus notiſsimis,de quibus in.l.j.& fin. C.de le
gi.dixit idem eſſe cautum in corpore authẽt.vn
de ſumpta eſt hæc authent.videlicet in.§.ſin autẽ
hæc omnia.in authenti.vt cùm de appel.cogno.
coll.viij.ibi,vel quælibet alia capitula.quæ eadẽ
repetuntur in.§.ſi tales igitur.eo.tit.ibi,aut qui
buslibet alijs capitulis.qui tex.loquuntur in for
tioribus terminis,cùm in eis addãtur duæ dictio
nes vniuerſales,ſcilicet, quælibet. &,alia.vnde
ſecundùm eum:ſi vna dictio vniuerſalis conclu
dat vniuerſaliter.l.Iulianus.ff.de leg.iij.tãto ma
gis vbi duæ inueniũtur iuxta not.per Bar.in.l.ſi
gẽma.in fi.ff.arborum fur.cæſar.& alibi ſæpe.
Addidi ſecũdo loco contra concluſionẽ bene
facere iſtum tex.in his verbis,quantũ ad inſtitu
tionẽ. quæ eadem verba repetuntur in corpore
authẽ. vbi ſuprà,ſi teſtamentũ debet irritari quã
tum ad inſtitutionẽ tantum, in cæteris verò capi
tulis in quibus comprehẽditur ſubſtitutio pupil
9 laris,vt dixi,debeat firmũ manere, † noſtrũ non
eſt extẽdere legem limitatam extra caſum ſuum
expreſſum.l.ſi cum dotem.in prin.l.ſi verò.§.de
viro.ff.ſolu.matr.l.niſi fideiuſſor. ff.de pactis.l.
cõmodiſsimè. ff.de libe.& poſthu.& hunc text.
inducunt Modern. ad iſtud in. l.demonſtratio.
§.fin. ff.de condi.& demonſtr. vbi dicunt quòd
quando.l.aliquid irritat quo ad quid tantũ,non
debet extendi vlterius.quibus addidi.l.fin.ff.de
hæred.inſtit.ſed hic teſtamentum irritatur tantũ
quo ad quid,id eſt inſtitutionem,in cæteris verò
capitulis nequaquam. ideo, vt dictum eſt, cùm
ſubſtitutio pupillaris ſit de cæteris capitulis, nõ
irritatur teſtamento patris annullato quãtum ad
inſtitutionem. Ego verò dixi quòd omnia hæc
fundamenta procedebant ex eodẽ fonte,& ideo
vnica ſolutione diſſoluerẽ, ſicut dixit gloſ.in ſi
mili in ſumma.xx.diſt.in verbo,dedit.quam no.
Alex.in.l.j.in prin.ff.ſol.matri.& pro ſolutione
dixi quod his omnibus reſpondebat vno verbo
Iuſtinianus in.§.liberis.Inſtitu.de pupil.ſubſtit.
ibi,nam pupillare teſtamẽtum pars eſt & ſeque
la paterni teſtamenti.Nota verbum,ſequela.de
10 inde ſubdit text.adeo † vt ſi teſtamentum patris
non valeat,nec pupillare valebit. Et per hoc di
co quòd cum iſte text.dicat teſtamentum irritari
quantũ

quantum ad institutionem: satis includit pupillarem substitutionē: quia si in tantū sit sequela testamēti paterni seu accessoria pupillaris substitutio vt nō valeat aliquo pacto, nisi testamentū patris conseruetur quantū ad institutionē, per vnū tex. &. l. ij. in princ. ff. de vulga. & pupil. substi. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. satis includit substitutionē pupillarē: cū annullato antecedēte omne necessariū consequens destruit, & ecōtra. l. illud. ff. de acquir. hære. l. ij. ff. de serui. leg. l. cū fundus. §. via. ff. de serui. rust. prædi. Secus autē si substitutio non esset accessoria seu sequela institutionis, quia sustineret sicut legata & fideicōmissa, libertates, datiōes tutelæ, quæ possunt ab intestato fieri. l. ab intestato. ff. de iure codicill. sed cum ista non posśit fieri nec sustineri, nisi quatenus institutio sit, & facta firma maneat illa annullata, satis decisum est ipsam infirmatam esse per supradicta.

Argumenta domini Rochi Curtij.

Secundo loco contra cōclusiones nostras vir cōsultissimus & inter Canonistas nostræ ætatis nō infimas tenens sedes dominus Rochus Curtius: & præsertim contra primā ex his quæ ex varijs iuris ciuilis partibus excerptæ sunt, contra quā institerat Rector studij, & opposuit sed ad alium finem: dixit enim q conueniebat mecū in
11 ea quantū est respectu Imperatoris, † q in tēporalibus rex Franciæ Imperatorem non recognoscit. c. per venerabilem. §. insuper. extra, qui filij sint legi. cui text. dicit nunquam vidisse bene responsum. cui ego addidi in repetitione suorum argumētorum, quod idem dicebant Abbas, Felin. & multi alij in. c. nouit. extra, de iudic. & alij de quibus memini in disputatione per me facta de hac cōclusione: sed dixit q illa conclusio erat nimis generalis, cùm dicatur regem Franciæ neminem in temporalibus habere superiorē. quod hoc non videtur verum, probauit hoc medio: In summo pontifice est vterq gladius, spiritualis et tēporalis. tex. in extrauagan. Bonifacij incipiente, vnam sanctam. & saltem licet non in actu, tamen est in habitu, per text. in. d. c. nouit. vbi not. glos. extra, de iudi. sed potentia propinqua actui præsumitur esse in actu. c. j. extra, de offic. ordi.

Pro quibus omnibus vltra allegata per eū allegaui text. in. l. filiusfamiliàs. ff. de testa. milit. in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. matri. in. l. item legato. ff. de lega. iij. Ego autem dixi vlterius pro
12 corroboratione argumēti, † quòd non tantum in habitu, sed etiam in actu potentia erat apud summum pontificem, necdum contra regē Franciæ, sed & Imperatorem, per text. in ca. alius. xv. q. vj. de quo text. per glos. in. d. ca. per venerabilem. extra, qui filij sint legi. vbi in specie probatur de rege Franciæ quòd Zacharias Papa Childericum filiū Dagoberti deposuit, & Pipinum regem fecit. vnde patet de superioritate summi Pontificis. idem videmus in Imperatore Friderich o, qui à Bonifacio octauo fuit depositus, in ca. ad apostolicæ. de senten. & re iudic. Clemens quintus Henrichum Imperatorem excommunicauit, in clem. pastoralis. de re iudic. Diuus Ambrosius licet episcopus tantùm Theodosium Imperatorem exeōmunicauit: & omnes principes ad genua sacerdotum inueniūtur, in. c. duo sunt.
13 xcvj. distin. † idem de Constantino Imperatore deposito, & ab eo trāslatum imperium in Carolum magnum regem Franciæ. in cap. Adrianus. lxiij. distinc. in ca. venerabilem. extra de elect. licet ille tex. dicat à Græcis Imperium translatum in Alemannos: sed longè se habet ab illo tex. historia: vnde circa illum text. nunc non insisto.

Tertio loco addidi, nunquid & Iustinianus confitetur se velle seruare legem apostolorum Petri & Pauli, in. l. j. C. de summa trini. & fide catholi. nunquid etiam profitetur se velle ecclesiæ parere in epistola, victor. eod. titu. & in epistola, inter claras. sed lex non fit nisi subiecto. l. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. ipsum. igitur &c.

Quartò addidi quòd hanc conclusionem tenebat Ioan. And. post Ioan. de Ligna. prout refert Abbas in. d. c. nouit. extra de iudi. dicunt q saltem habitu Papa super omēs principes habet iurisdictionem. pro quibus ego ponderaui text. in. d. ca. nouit. extra de iudic. vbi videbatur text.
14 velle † quòd Papa voluit de causa vertēte inter regem Franciæ & regem Angliæ, licet non principaliter, saltem incidenter cognoscere, & tamē causa erat feudalis, quia agebatur de causa feudi inter ipsos reges, quæ est merè tēporalis, in. c. cæterum. extra de iudi. in. c. verum. extra de fo. cōpetē. vnde per hoc denotatur superioritas in pōtifice: aliàs nō potuisset iuridicè se interponere, cùm causa feudi ad dominū feudi spectet. d. c. cæterum. &. d. c. verum. &. c. j. apud quem vel quoa quæstio feudi terminetur. colla. x. Ad hæc omia seriatim respōdi, primò ad extrauagantē Bonifacij, vnam sanctā. q potuisset respōderi prout plerique respondent in dicto capi. nouit. & in. c. cum non liceat. extra de præscrip. quòd sufficeret dicere illam extrauagantē Bonifacij fuisse per Clementem quintum reuocatam in extrauagan. incipiente, meruit. per quā declarauit Clemens quintus per dictam extrauagantem Bonifacij quòd non censeantur reges Franciæ magis adstricti & obligati, quàm antea erant, quàm facta esset dicta extrauagans, vnam sanctam. sed ista solutio mihi non placuit respondenti, cum argumentis non sufficiebat & maximè rationibus positis in dicta extrauagan. vnam sanctam. quæ satis probatæ sunt per text. suprà allegatos, qui loquuntur in via iuris communis. vnde dixi aliam esse dandam per me responsionem.

15 Et ideo secundo loco respōdi † quòd omnia argumenta præcedentia in materia peccati seu quantum ad spiritualia, non autē ad temporalia

loquebantur, & procedebant: quoniam hoc eſt
indubitatum, Papam præeſſe omnibus, & à deo
in perſona ſancti Petri datam eſſe omnē poteſta
tem in terram vniuerſam pōtifici maximo per il-
la verba, Quæcunq; ligaueris ſuper terram, liga
ta erunt & in cælis. in epiſtola, inter claras. C. de
ſum. trini. & fide cathol. dicta extrauag. Bonifa-
cij incipiente, vnam ſanctam. vnde non eſt dubi-
um in ſpiritualibus. & ꝙ ita procedat, eſt text. in
d. c. duo ſunt. xcvj. diſt. c. ſignificaſti. extra de ele
ctio. ca. cognouimus. xviij. q. ij. & ita etiam pro-
batur in. d. c. nouit. extra, de iudi. vbi papa prote
ſtatur ſe nolle de cauſa feudi vertente inter regē
Franciæ dominū feudi, & regē Angliæ vaſallum
cognoſcere: ſed in eo in quo peccauerat rex Frā
ciæ propter violatam fidem regi Angliæ vaſallo
ſuo vt adſtringeret eum cauſa pacis & publicæ
quietis, iuxta ca. diſcordantes. & c. placuit. xc. di
ſtinc. per Bald. in. l. æquiſsimum. ff. de vſufruct.
voluit Papa regem Franciæ tantum monere vt
miſſo legato ſuo fidem ſeruaret. ſimile in dicto
16 ca. ad apoſtolicæ. de ſent. & re iudi. lib. vj. † vbi
Friderichus fuit excōmunicatus à Gregorio no-
no, à Bonifacio octauo priuatus, quia induratū
erat cor Pharaonis per retentionē Cardinalium
delegatorum ad eum: & ſic in materia peccati,
quia de facto multa cōtra eccleſiam moliebatur.
idem in clemen. paſtoralis. de re iudic. de Impe-
ratore Henricho qui inimicabatur Roberto re-
gi Siciliæ eccleſiæ vaſallo: & ſic imponendo fal-
cem in meſſem alienam, ſcilicet eccleſiæ. idem in
dicto ca. duo ſunt. xcvj. diſtinc. vbi idem proba-
tur de Archadio Imperatore, quia conſenſerat
depoſitioni Ioannis Chryſoſtomi contra volun-
tatem pontificis maximi. idem in ſimili de Theo
doſio Imperatore excommunicato à diuo Am-
broſio. idem in ca. alius. xv. q. vj. licet dixerim ꝙ
ille tex. videbatur omnino diuerſus à præceden-
tibus caſibus, & quòd propterea non ſufficiebat
præcedens ſolutio: motus iſta ratione, cum ille
tex. dicat ſimpliciter regem Franciæ fuiſſe depo
ſitum à zacharia pontifice eo quòd inutilis erat
tantæ dignitati ſeu poteſtati, & inde ſuccedebat
17 regula iuris communis, quòd † vbi princeps eſt
inutilis debet ſibi dari coadiutor, non autē quòd
debeat deponi. ca. quoniam in pleriſq;. extra de
offic. ordin. c. petiſti. vij. q. j. ſed poſtea dixi gloſ.
aliter intelligere dictū ca. alius. quam communi-
ter Canoniſtæ ſequebantur in dicto ca. nouit. &
gloſ. in dicto. c. duo ſunt. in verbo, indicio. idem
dicebat, ſcilicet quia Childericus filius Dago-
berti male verſabatur in adminiſtratione regni,
et eſſet effœminatus, ideo fuit depoſitus. ſed hæc
ſolutio gloſ. nō eſt vera per ſupradicta, cùm non
potuiſſet niſi dari coadiutor, & non deponi: ſed
ſecundùm ſententiam aliquorum tenentium fuiſ
ſe Carolum magnum fratrem Pipini, qui profeſ
ſus erat religionem, et ingreſſus monaſterium ca
ſtrenſe ordinis ſancti Benedicti, in cuius locum
ſecundùm eos fuit ſubrogatus Pipinus: quod
non eſt verum, ſed fuit Childericus filius Dago-
berti regis Franciæ, qui malè regebat regnum,
& propterea populus petijt à zacharia pontifice
vt deponeretur Childericus, & daretur ei Pipi-
nus, ne prudentia ipſius ſtultitia alterius abſor-
beretur: vnde zacharias populo petēti Pipinum
conſenſit, vt populo ſatisfaceret, habita prius in
quiſitione de veritate querimoniæ. per hoc non
18 poteſt dici de iure proceſſum fuiſſe, † ſed magis
ad nutum populi, cōtra. l. decurionū. C. de pœn.
Contra aliam quintam ex concluſionibus ex-
traordinarijs, cuius tenor eſt, Populū alieni do-
minij vſurpatorem reſtituere renuentem à pon-
tifice interdici poſſe. pro Petro contra commu-
nem oppoſuit hoc fundamento: quoniā bonum
eſt argumentum à ſufficienti partium enumera-
tione, in ca. cùm venerabilis. extra de exceptio.
addidi vltra allega. per eum. l. filiusfamiliàs. §. &
filius. ff. de lega. j. §. in bonæ fidei. Inſti. de actio.
& text. in. §. aliud. in authent. vt cùm de appella.
cogno. colla. viij. gloſ. in. l. iij. §. ſi emancipatus.
ff. de bon. poſſeſ. quanta. & etiam bonum eſt ar-
gumentum ex ordine ne præpoſteretur locis no
19 tiſsimis: † ſed antequam Papa poſsit ad interdi-
ctionem populi renuentis res ablatas reſtituere:
is qui ſpoliatus eſt debet facere quod in ſe eſt. c.
cùm non ab homine. extra de iudic. ca. j. extra de
offic. ordina. quia antequam poſsit clericus tan-
quam incorrigibilis tradi curiæ ſeculari, debet
per illos text. facere eccleſia quod in ſe eſt. ſic
idem in caſu concluſionis debet princeps ſpolia
tus facere quod in ſe eſt antequam Papa debeat
ad interdictionem procedere: aliter non.
Addidi pro hac parte ꝙ vaſallus priuſquam
poſsit regreſſum habere ad ſuperiorem domini
ſui ꝓpter neglectam iuſtitiā, debet facere quod
in ſe eſt, conſtituendo dominum in contumacia
ſeu negligentia: aliter autem non poteſt adiri ſu-
perior domini pro habenda iuſtitia. c. cæterum.
extra de Iudæ. c. ex tranſmiſſa. extra de foro cō-
pet. idem in. §. j. in authen. vt cler. apud proprios
epiſcopos. coll. viij. in. §. ſiverò crimen. in authē.
de ſanc. epiſ. coll. ix. de quo tex. meminit Bar. in
l. magiſtratibus. ff. de iuriſdi. om. iudi. plenè per
omnes in. e. j. apud quem vel quos. colla. x.
Ego verò pro diſſolutione huius argumenti
ſeu fundamēti dixi, ꝙ omnino confitebar funda
20 mentum, & dixi verum eſſe, † ſed poſtquā is qui
fuit ſpoliatus fecerit quod in ſe eſt, explicatis vi-
ribus ſuis in recuperatione rerum ablatarū, tunc
Papa poterit populū vſurpatorē renuentē reſti-
tuere quod abſtulit, interdicere: & iuſtè. de quo
in. c. grauē. de ſent. excō. in. c. nō eſt vobis. extra
de ſpōſa. in. c. Romana. §. in vniuerſitatē. de ſen-
tē. excō. lib. vj. per Inno. in. c. licet. extra de foro
cōpe. & alibi ſæpe. de quibus memini in lectura,
vbi plenius videbis. Et hoc eſt quantū & quod
actum eſt per eundē dominū Rochū Curtium.

Argumenta domini Francisci Curtij.

Quarto loco clarissimus ac realissimus iuris ciuilis interpres re & fama vbiq; insignis dominus Franciscus Curtius contra septimam extraordinariam conclusionem huius tenoris, Dolus dans causam cōtractui bonæ fidei nō reddit contractum nullum. pro Petro contra Bart. & omnes insurrexit non minus subtiliter more suo q̄
21 copiosè his fundamentis: † Primò in omnibus contractibus requiritur bona fides. l. bonam fidem. C. de actio. & obligatio. & repetendo arg. addidi tex. in. l. bona fides. ff. depositi. subiunxit: sed quare aliqui contractus magis dicantur bonæ fidei, cùm non inueniātur aliqui malæ fidei. vnde hoc modo arguit Iurisconsultos & Iustinianū de inepta diuisione, cùm dixerint aliquos esse bonæ fidei, aliquos verò stricti iuris, in. §. actionum. Institu. de actioni. cui addidi ex tempore quod notat Petrus & alij in dicto. §. actionum. cùm dicit quòd omnis bona diuisio debet ex oppositis seu contrarijs fieri. l. prima. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. §. j. Institu. eodem titu. & tamen hæc diuisio nō est facta de contrarijs: quod aliter debuisset dicere, videlicet, Aliqui sunt cōtractus bonæ fidei & aliqui malæ fidei: & tamen aliter diuiserunt, vt contra dicendo, Aliqui sunt contractus bonæ fidei, & alij sunt cōtractus stricti iuris. Sed de ratione decidendi non potest aliter consyderari, nisi ex eo quòd in omnibus contractibus leges voluerunt necessariā esse bonam fidem: sed præcipuè in his contractibus bonæ fidei pro solennitate ipsorum contractuū bonam fidem desyderauerunt in tantum, quòd si deficiebat bona fides in illis, contractus deficeret in solennitate, & quòd propter defectum illius solennitatis nullus esset cōtractus ipso iure. pro quibus ponderauit text. in. l. iij. in fine. ff. pro socio.
22 cùm dicat text. † nullam esse ipso iure societatē, si in ea cōtrahenda fraus vel dolus interuenerit. & istud fundamētum fecit Pet. & Cin. post eum in. l. ij. C. de rescind. vendi. pro qua parte induxi vnum fundamētum quotidianum in iure, quòd vbi in aliquo actu pro solēnitate ipsius aliquod desyderatur, illa solēnitate omissa actus erit nullus. in. l. cùm ij. §. si prætor aditus. ff. de transac. in l. eius qui. ff. de appel. recip. in. l. cùm iudex. & l. prolata. cum ibi no. C. de sent. & interloc. om. iu di. in. c. vt debitus. extra de appel. cū alijs vulga.

Secundò addidi text. qui nō est vulgatus in. l. si dolo vel fraude. C. de præscrip. lon. temp. vulgata. l. & elegāter. ff. de dolo. l. in causæ. ff. de mino. & alios, de quibus memini in lectura seu expeditione huius conclusionis. Dixi & quod possent allegari tex. not. per Barto. in dicta. l. & eleganter. sed quod mihi non stringebant, & præcipuè vnum fundamentum quod facit Bartol. de §. aliquando. Institu. de perpe. & tempor. actio. cùm tex. ille non probat in suo casu, quòd dolus dedisset causam contractui, vt patet in illo text. ibi, veluti cùm testator dolosè versatus sit in deposito. notando illa verba, versatus sit in deposito. quòd dolus non interuenerit ab initio cōtractus, sed post cōtractum sic, scilicet in versatione rei depositæ. Minus alia fundamenta Barto. faciebant, de quibus memini in lectura huius cōclusionis, vbi notaui plenius. Et ideo fui contentus pro modicitate temporis respondere ad fundamenta proposita, ad quæ omnino seriatim volui respondere, accōmodando vnicuique fun
23 damento solutionem. † Et primò ad id quod dicebatur, quod pro solennitate contractus bonæ fidei sit bona fides necessaria, aliàs vbi bona fides non interueniebat propter defectum solennitatis necessariæ, cōtractus sit ipso iure nullus: ego ad id respondi, & dixi quòd istud argumentum nō est verum in iure: quòd si esset verum q̄ pro solēnitate requireretur bona fides, aut aliàs contractus esset nullus: sequeretur vnum cui nō potest accommodari responsum, quòd vbi metus vel vis dedisset causam cōtractui, quod contractus esset nullus ipso iure: quod tamen est falsum, in. l. j. & per totū titulum. ff. & C. quod metus causa. & hoc est satis clarum: aut oportet cōfiteri quòd omnis incutiens vim vel metum esset in bona fide: quod satis clarum est in iure nō esse verum. Et sic istud argumentum idem concluderet in metu & vi sicut in dolo: & tamen istud esset dicere cōtra totam scholam Legistarum & Canonistarū, & propterea ex isto capite non est faciendum hoc fundamentum, de quo etiam per glos. & omes in. l. si mulier. §. si dos. ff. quod metus causa. & in dicta. l. & eleganter. & istud fundamētum fuit cognitum à Petro, cui ipse ita etiā respondit in. l. ij. C. de rescinden. vendi. & ipsum primò fecit ibi, vt dixi suprà. Præterea est contra casum. l. maioribus. C. communia vtriusq; iudi
24 cij. † vbi etiam si fraus dederit causam diuisioni, non reddit diuisionem nullam, per illum tex. sed venit rescindenda. & tamen ibi de iudicijs bonæ fidei tractatur, scilicet iudicio familiæ erciscundæ & communi diuidūdo, quæ sunt bonæ fidei, vt patet in illo textu & in dicto. §. actionum. Institu. de actionib. quare de ratione quæsita Secundo loco dixi quòd ferè omnes tradunt aliam rationem quare sunt denominati bonæ fidei & alij stricti iuris, omnes in dicto. §. actionum. & in. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. solent dicere fuisse denominatos bonæ fidei propter frequentiam ipsorum, quia magis frequententur. & dixi quòd licet ista ratio sit ferè ab omnibus approbata, tamen quod esset persuasiua magis quàm concludens, ideo dixi post Petrum in dicto. §. actionum. quòd non potest melior reddi ratio, nisi quod sic placuit Iurisconsultis & Legislatoribus denominare & distinguere, per l. non omnium. ff. de legibus. non omnium quæ in iure posita sunt, ratio reddi potest: & adhuc

ſub iudice lis eſt. & hoc quantum ad iſta duo.
Antequam tamē veniam ad.l.iij.ff. pro ſocio.
reſpondebo ad alias leges allega. per me: primò
ad.l.ſi fraude.C.de præſcript.longi tempo. non
eſſe dubiū, in præſcriptione longi tēporis obeſ-
ſe dolum vel fraudem, vbi dolus dedit cauſam
contractui ab initio: quia in præſcriptione lon-
gi temporis requiritur bona fides: in.l.iij.ff. de
vſuſcapio.in.§.j.Inſtit.de vſuſcap. ſed dolus vel
fraus impedit bonā fidem:igitur &c. tamen non
inuenietur ibi quod text.dicat quòd contractus
ſit nullus ipſo iure vbi dolus dedit cauſam con-
25 tractui bonæ fidei:ſed † quòd dolus impedit bo
nam fidem & ex conſequente præſcriptionē lon
gi temporis quæ eſt decem vel viginti annorum,
quæ deſyderat ab initio inchoatæ præſcriptio-
nis bonam fidem, vt dixi ſuprà, per.§.primū. In-
ſtitu. de vſuſcap.l.iij.de vſu.ff. Ad.l.& elegan
ter.reſpondet Ioan.Fab.in.d.§.actionum.quod
ille tex.cùm dicat aut nullam eſſe venditionem,
dixit, verū eſt nullam eſſe in effectu, ſed non ipſo
iure.pro qua ſolutione addidi gloſ. in.l. noſtrā.
in verbo, non valere.C.de teſta.in.l.vniuerſa.C.
de preci.impera.offe.in.l.iuriſgentium.§. ſed cū
nulla. in verbo, obligationem.ff. de pac. tamen
iſta ſolutio Ioan.Fab. non placuit mihi, propter
id quod dixit Cin.in.l.vnica.C. vt actio. ab hæ-
redi.& contra hære.incip. quia dicere in effectu
nullam, eſt recurrere ad vltimū & miſerum gloſ
ſarum refugium. Vnde quātum ad illum text.
dixi quòd non vtebatur terminis præciſis, ſed al
ternatiuis:ibi, vt ex empto teneri non poſsit: aut
nullam eſſe venditionem. quæ verba non impor
tabant nullitatē ipſo iure, per.l.fina.§.ſancimus.
C.de liber. præte.ibi, euertat ipſo iure, aut com-
petere bonorum poſſeſsionem contra tabulas:
26 † quia clarum eſt quòd de iure Codicis propter
præteritionem vel exhæredationē filiæ non erat
nullum teſtamentum, vt dixi in repetitio. authen
ticæ, ex cauſa.eo.titu.& tamen dicit, euertat ipſo
iure, aut competere bonorum poſſeſsionem cō-
tra tabulas:ſic idem in dicta.l.& eleganter. Et
quanuis iſta ſolutio ad illā.l.ſufficiat: tamen mi-
hi non ſatiſfaciebat ad.l.tertiam.§.fin.ff. pro ſo-
cio.cùm dicat, propter dolum vel fraudem dan-
tem cauſam contractui ſocietatis, nullam eſſe ſo
cietatem ipſo iure.idem in.l.in cauſæ.ff.de mino
ri.& in illis duobus tex. pēdent leges & prophe
tæ: ſupereſt igitur ad illas leges reſpondere.
Primò reſpondet Ioan.Fab.in dicto.§.actio-
num.ij.col. dicendo ſpeciale eſſe in ſocietate ſi-
cut in dote.ratio ſpecialitatis eſt, ſecūdùm eum,
quia inter ſocios contrahitur quædam fraterni-
tas propter quam in illo cōtractu magis deſyde-
ratur bona fides quàm in aliјs contractibus, per
l.verum.ff.pro ſocio. Ego autē addidi aliam ra-
tionem ſpecialitatis, quia in ſocietate multa ex-
pedit eſſe quæ magis ex fide agi debēt quàm ali
ter.l. meminimus.C. quando & quibus quarta
pars.lib.x.ne quod commune eſt perdatur:cùm
vbique etiam vterque ſocius vacare non poſſet:
propterea magis in ea aduertendum eſt, argu.l.
27 quidam cùm filium.ff.de hære.inſti. † non mirū
ſi contra eum magis animaduertatur à quo ma-
ior fides deſyderatur:argu.l.j.in princ.ff.ad Sil-
la.quod not.gloſ.in.l.cum duobus.§.damna.in
verbo, ſurreptum.ff.pro ſocio. cùm loquitur de
vxore quæ ſurripit marito de nocte.l. argētum.
ff.commoda.l.reſpiciendum.§.furta domeſtica.
ff.de pœnis.per hæc non eſſet inconueniens ſta-
re cum Io.Fab.dicendo ſpeciale eſſe in cōtractu
ſocietatis. Ego verò dixi mihi non placere il-
lam ſolutionem:cùm dicere ſpeciale, nihil aliud
eſt, niſi quærere miſerorū refugiū, vt dicit gloſ.
ſingularis in.l. filium. circa medium gloſſæ ma-
gnæ.C.familiæ erciſcun.cenſui dandam eſſe aliā
reſponſionem, quam dixi eſſe de mente Petri in
d.l.& eleganter.ff. de dolo.in.l. ſi quis cùm ali-
ter.ff.de verbo.oblig.in.d.§.actionum.in.l. do-
lo.C.de inuti.ſtipu.& quam etiam Bart. appro-
bauit, & quam omnes ferè approbāt. dixi quòd
Petrus diſſoluebat omnia argumēta vnica ſolu-
28 tione: dicendo † verum eſſe, nullam eſſe ſocieta-
tem ipſo iure, ſi dolus dederit cauſam ſocietati:
ſecuta tamē declaratione à iudice facta parte pe-
tente, & non aliàs:arg.§.in bonæ fidei.Inſtit. de
actio.in.l.ſi conſtat.C.de compen.quoniam ve-
rum eſt compenſationem tollere ipſo iure obli-
gationem: verum eſt ſi opponatur à parte:& nō
aliàs.ſic idem in propoſito in ſocietate, vt dictū
eſt.& hanc approbat Barto.in.l.quæ ſub condi-
tione.§.fin.ff.de condi.inſti.& in.d.l.& elegan-
ter.pro qua induxi text.in.l.filio. iuncta gloſ.ff.
iniuſto, rupto & irrito teſtamen. vbi teſtamentū
nullum eſt, ſi filius in poteſtate prætereatur: ve-
rum eſt, dicit text.ſi à filio præterito petatur. Se-
cundò ponderaui tex.in.l.ſi expreſsim.ff.de ap-
pella.iuncta gloſ.& doctrina Bart.vbi idem di-
citur de ſentētia lata cōtra expreſſam iuris diſpo
ſitionē, quod nulla eſt ipſo iure: verū eſt ſi peta-
tur. Tertiò quod dixit Petrus & Io. Fab.in.d.§.
in bonæ fidei.& in.d.l.ſi cōſtat.C.de cōpē. quo
niam ſaluāt opi. Marti.antiqui gloſſatoris, & Ci
ni poſt eos cùm tex.illi dicant, quòd actiones mi
nuūtur ipſo iure cōpenſatione, trahendo retro à
die cōtracti debiti:verū eſt, vt dixi, ſi opponatur
ab homine: aliàs autem iudex non eſſet ita ſupi-
nus vt vellet compenſare, niſi quatenus allegare
tur.l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.præſi. plus di-
29 xit Petrus † non eſſe cauſam in mundo in quo
ipſo iure fiat compēſatio niſi quatenus facto ho
minis excipiatur.l.Labeo.&.l.ſi quid.ff.de com
penſa.ſic idem dicēdum eſt, ſecundùm eoſdem,
in caſu propoſito, quòd ſecuta declaratione fa-
cta à iudice contractus ipſo iure nullus erit.d.l.
iij.in fine.ff.pro ſocio.& ſimilibus. Et ſi dica-
tur, quomodo hoc fiet, id eſt, petetur iſta decla-
ratio:dixi Barto.in terminis decidere in dicta.l.
quæ

quæ sub conditione.§.fi.ff.de condi.institu.vbi
dicit Bartol.quòd si cõtractus non est nullus ex
partium conuentione, sed ex alia causa: tunc si
dolo partis fuit nullus, petitur cassari actione de
dolo.dicta.l.& eleganter.ff.de dolo. licet Bart.
sibi in hoc cõtrarius aliter dicat:& dixi quòd istá
satis sufficiebant pro doctrina Petri contra Bar-
to.quòd quanuis dolus dicatur reddere contra-
ctum nullum secundùm Bart.verum erit,secun-
dùm eum,si petatur declarari nullus per actionẽ
de dolo:& sic declaratio illa erit rescissio: vnde
cecidit in scyllam volens vitare charybdim:quia
quicquid cõcludent,incidunt in opinionem Pe-
tri. Ego autem addidi quòd posset agi prima
actione, sicut dixi in repetitio.authen. ex causa.
post Bart.in.l.is qui in potestate.ff.de lega.præ-
stan. & si opponeretur de contractu, replicetur
de nullitate ratione doli. tamen primũ puto ve-
rius,per.d.l.& eleganter.§.j.ad fi.licet & hoc vl
timum posset sustineri per illum tex. in princi.l.
ibi, vt ex empto non teneri vel nullam esse ven-
30 ditionẽ. addidi quod dicebat Petrus, quòd † si
sequatur victoria in fauorem allegantis nullita-
tem ratione doli secuta declaratione, verum erit
dicere ipso iure cõtractum sublatum esse:sed nõ
ante per.l. quæcunque.ff. de compen.Sed hanc
declarationẽ Petri limitaui tunc,nisi lex vlterius
procederet ipso facto non expectata alia decla-
ratione: quia tunc dicerem nõ esse opus alia de-
claratione.c.licet canon.de elect.in.vj.c. felicis.
de pœnis.eo. lib.l. non dubium.C.de legi. aliàs
autem procederet decisio Petri: & idem confes-
sus est, licet de hac limitatione multi dubitent.
Secundo loco contra.xiij.ex his quas collegi ex
authen.ex causa.C.de liber.præteri.vel exhære.
quæ est quòd exhæredatio non notæ causa facta
testamentum annullabit: instetit subtiliter idem
do.Fran.Cur.de.l.multi non notæ causa.ff.de li
be.& posthu. vbi exhæredatio nõ notæ causa fa
cta non fit vt obsit,sed prosit filijs, & propterea
non consyderatur.addidi text.in.l.Paulus.ff.de
bo.libe.l.filijs matrem.C.de inoffic.testa.l.si fu-
rioso.ff.de cura.furio. & alia iura quæ notaui in
repetitio.authen.ex causa.Secundo loco corro-
borauit alio fundamento, quod dixi fuisse Bart.
hic de.§.aliud quoque. in authen.vt cùm de ap-
pel.cogno.cui dixi repetendo arg. quod melius
erat in.§.cæterum.&.§. hæc autẽ diffinimus. eo.
31 titu.deducendo hoc modo: † quoniã lex nouis-
sima non consyderauit aliud statuendo causam
ingratitudinis inseri debere testamẽto,nisi vt tol
leret iniuriam quam pater faciebat filijs exhære-
dando sine causa vel prætereundo:sed quãdo fi-
lius non notæ causa præteritur vel exhæredatur
seu non animo iniuriandi, vel non vt obsit filio
sed vt prosit,sicuti est in.d.l.multi non notæ cau
sa.cessat ratio.l.nouissimæ, cessare debet igitur
eius dispositio.l.adigere.§.quãuis.ff.de iure pa-
tro.c.cum cessante.extra de appel.l.cura.§.defi-
cientiũ.ff.de mune.& hono. addidi vnum quod
magnifacit Aret.in.l.j.ff. de testa. quòd de iure
Digestorum requirebatùr insertio causæ in præ
teritione siue in exhæredatione sicut de iure no-
uo,per.l.nã quod.§.j.ff.ad Trebel.& tamen vã-
lebat ipso iure.d.l.filijs matrem.C. de inofficio.
testa.igitur &c.Sed hoc vltimum nõ curaui mul
tum,cùm sit falsissimum in iure,vt dixi in repeti.
authen.ex causa.ideo curaui tantùm respondere
fundamẽtis adductis per eum. Et primo ad di
ctam.l.multi.ptout respondet Iurisconsultus in
d.l.Paulus.in princ.quòd vbi filius etiam nõ no
tæ causa exhæredatus præsentiebat causam ha-
bere meliorem,si testamentum querclaret,exhæ
redatio illa non notæ causa facta nõ poterat im-
pedire querelam:tãtominus poterit hoc iure no
uissimo:cùm lex non patiatur filijs afferri præiu
dicium propter præteritionem vel exhæredatio
nem quoquo modo factã,nisi in modo expresso
in.d.§.aliud.&.§.sinautem hæc omnia.ibi,nullũ
liberis præiudicium generari. in authen. vt cùm
32 de appel.cogno. colla.viij. † Secũdò dixi nõ
esse mirum si exhæredatio non animo iniurian-
di facta illo iure non impediebat testamentum,
cùm etiam exæredatio causa iniuriæ nõ oberat.
l.iij.ff.de inoffic.testa.§.j.Instit. eo.l. inter cæte-
ra.ff. de liber. & posthu. tanto minus erit in ista
non notæ causa facta:sed secus est de iure nouo,
per supradicta. Ad aliud fundamentũ dixi quòd
lex nouissima non tantum voluit filios eximere
ab iniuria exhæredationis vel præteritiõis, sicut
dictum est suprà per.d.§. cæterum. sed vlterius
statuit resistendo testamento patris, si alio titulo
quàm institutionis pater relinqueret aliquid fi-
lio:vbi autem pater filio prouidebat in testamẽ-
to nihil operabat̃: quia nihilominus tradit que-
relam filio, etiã si plus debito naturali conseque
retur alio modo quàm titulo institutiõis. & ista
est responsio Iustiniani in.d.§. aliud quoque. &
d.§.cæterum.in princi.quam etiam refert Pet.&
Cin.post eum in.l.cùm ex filio.ff.de vulg. & pu
pil.substi. & in authẽ.nouissima.C.de inoffi.te-
sta.quã ego declaraui in repetitio.d.authenti.ex
causa. & ꝑ hãc solutionẽ poteris respõdere om-
nibus alijs similibus argumẽtis quæ fieri posset.

Argumenta domini Pauli Pici.

Quinto loco dominus Paulus Picus cuius
nomen dixi rei consonum,quod argumẽta pun-
gentia faceret,cùm opposuit contra duas cõclu-
siones meas sumptas ex authenti.ex causa.quam
tunc disputabã. Quarũ tenor sequitur. Octaua
33 est:& † scriptus hæres quãdiu certabitur de viri
bus testamenti debet mitti in possessionẽ hære-
ditatis. ꝑ Pet.cõtra Bar.Nona est: & missio per
iudicẽ sine libello & litis cõtestatiõe fieri debet.
pro Pet.cõtra Bar. Dixit enim nõ esse verum ꝙ
Bart. in hoc senserit contra Pet.Imo Bart. idem
dixit cum Petro: & si aliàs contrarium dixisset

fecisset maximam verecundiam Citramontanis vtar suo vocabulo, quia dixisset apertè cõtra casum. l. ij. C. de edic. diui Adria. tollen. aut quod non dixerat aut non intelligebat dicta Bar. & licet ipse omiserat allegare locum vbi sentiebat quòd Barto. conueniebat cum Petro, dixi quod erat in. l. finali. C. de edicto diui Adriani tollen.

Secũdo loco ipse opposuit, dato quòd ita esset, adhuc tamen verum est quod est contra Pet. & ratio est secundùm eum, quia stat communis
34 opinio † quod per viã actionis debet agi ad petendam hæreditatem scilicet petitione hæreditatis: & licet nihil allegauerit, dixi esse tex. in. l. diuus. §. fina. ff. de petitio. hæredi. & quod ita nota bat Bar. in. l. filio præterito. ff. de iniusto, rupto, & irrito testa. in. l. is qui in potestate. in princ. ff. de leg. præstan. in. l. quæ sub conditione. §. fina. ff. de condi. instit. ponderaui text. in. §. finautem hæc omnia. in authen. vt cùm de appel. cog. collatio. viij. deducendo prout in lectura huius authen. ex causa. Subiunxit deinde certũ esse quòd vbi agitur via actionis dandus est libellus. l. j. §. editiones. ff. de eden. plenè in. l. edita actio. C. de eden. cui addidi quod not. in. l. prolatam. C. de senten. & interlo. om. iudi. c. quoniam contra fal sam. extra de proba. in authen. offeratur. C. de litis contest. in. §. curare. Instit. de actio. igitur &c.

Ego verò dixi in solutione istorum argumentorum, & præsertim ad primum fundamentum quòd veræ sunt conclusiones meæ, & quòd contrarium tenuerat Barto. & contra dicta Petri, & malè, aut quod non intelligebat dicta Barto. & propterea erat inter ipsum & me vidẽdum quis
35 melius intelligeret Barto. quia dixi † quòd vbi testamentum non est cancellatum, neque in aliqua sui parte abolitum, licet dubitetur de viribus testamẽti, nihilominus debet hæres scriptus mitti in possessionem hæreditatis, licet filius sit præteritus, per. l. ij. & iij. C. de edic. diui Adriani tol. & quòd Bar. dicebat contrariũ in. d. l. fin. in prima oppositione, quãdo declarat quod dicatur esse vitiũ latẽs, & quod vitiũ patens seu vitiũ visibile & inuisibile: vbi dixit Bar. ꝙ licet testamentum non sit cancellatũ nec abolitum, tamen si in eo testamẽto filius sit præteritus, & illud vitium præteritionis sit visibile, quia ex ipso testamento videri possit an sit præteritus vtputa dicit Barto. si pater mentionem fecit de ipso filio non instituẽdo vel exhærãdando, & sic visibile esset illud vitium præteritionis: tunc dicit quòd talis præteritio impediret missionem hæredis scripti in possessionem hæreditatis, per. d. l. fina. secundùm eum: & l. penul. C. de fideicom. nõne filius propter præteritionem certans contra testamentum patris, dicitur certare de viribus testamenti, & tunc nunquid cùm certatur, statim incipit dubitari de viribus ipsius? certè sic. l. iij. ff. de inoffi.
36 testa. † & tũc certum est etiã in iure, quãdo incipit dubitari de viribus testamenti nõ potest adiri hæreditas. l. eum qui duobus. in princip. ff. de acquiren. hæredi. præterea si nulla mentio fiat in testamento de filio, satis potest videri quòd est præteritus, per supra dicta, & tamen per. d. l. ij. non impeditur missio per præteritionem iuxta suum assumptum prius per me recitatũ. Et ideo Bar. dixit indirectè contra casum illius. l. ij. ideo apertè & apertius sole Barto. tenuit quod quando dubitatur de viribus testamenti quod impediatur missio: & sic est verum quod dixi in conclusione mea pro Petro contra Bart. quod Barto. tenuit contrarium eius quod dixit Petrus. vnde per præsuppositionem suam manet cõclusio mea vera, per. l. ij. in verbo, præteritũ. C. de edic. diui Adria. tollen. & melius per. l. fi. eo. tit. quas deducas vt in repetitione mea: vbi ego respondi ad fundamenta Bart. & inductionem suam: non repeto, quam tunc recitaui. & addidi text. in. §. si tales. in authen. vt cùm de appella. cogno. colla. viij. ibi, sed rescisso testamento res eius defuncti his q ab intestato successuri sunt dari iussimus. nota quod antequã bona hæreditaria præterito dentur, debet prius rescindi testamentum, vt patet ibi, sed rescisso. & scriptus hæres interim ma-
37 net hæres cum effectu. † Ad nonam cõclusionem, cùm dicitur quod sine libello & litis contestatione missio debeat fieri, dixi licet apertè Barto. idem tenuerit in. d. l. fi. C. de edic. diui Adriani tollend. tamen quod Barto. in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, summariè. contrariũ dicebat. cùm dicat ibi Bart. quod in omnibus iudicijs summarijs procedẽdum est cum libello & litis contestatione. l. iij. in princip. & l. tigni. §. si quis possideat. ff. ad exhibendum. quod tamen est falsum hic: quia iudex ex officio suo viso ipso testamento non cancellato nec abolito debet illam missionem facere, per. d. l. fina. C. de edic. diui Adria. tollen. & non esse verum fundamẽtum aliud factũ per eum, scilicet quod illa missio debeat fieri per viam actionis: quod non est verũ, cùm etiam hæres institutus solus sine iudice posset adire si vellet, sicut idem no. Petrus & Bart. in. d. l. fina. per. l. cùm hæres. in princ. ff. de acquiren. posses. quibus addo tex. in. l. pro hærede. in princi. ff. de acqui. hæredi. §. fin. Insti. de hæredũ qualita. & diffe. Secundo dato quod esset causa quæ deberet per viam actionis expediri, non tamen semper necessarius est libellus licet loco libelli debeat aliqualis petitio præcedere, vt declarant omnes in. d. l. j. §. editiones. ff. de eden. in §. curare. de actio. & in. d. l. edita actio. C. de edẽdo. & alia plura circa istud recitaui quæ omitto: quia disputaui plenius in repetitiõe mea, vbi po
38 terit videri. † verum est autem quod quãdo hæreditas possideretur à tertio, & vellet eam repetere, quod esset agendum petitione hæreditatis: & hoc modo esset necessarius libellus. sed nos sumus extra illos terminos. vnde nec vltimũ fundamentum stringit.

Argumenta clarissimi doctoris domini Philippi Decij.

Ultimo loco excellentissimus I. V. doctor & summus canonum & legum vertex, de quo dixi quòd meritò deberent recitari in eo quæ prædixit de Papiniano Iustinianus in.l. cùm acutissimi.C. de fideicom. vir ingenij acutissimi contra xxj. & xxij. conclusiones sumptas ex authen. ex causa.C.de libe. præte.vel exhære. & corollarijs quæ sequuntur instetit.

Vigesimaprima conclusio est: Frater turpem personam hæredem instituere fratre ingrato exhæredato poterit: aliàs non, secundùm Petrum.

Corollarium.

Et hoc casu frater necesse habet causam ingratitudinis inserere. pro Petro contra Bartolum.

39 Vigesimasecunda conclusio: † fratre præterito sine causa turpi persona hærede instituta conseruantur legata. pro Pet. contra Barto. & in primis dixit quòd licet Moderni studeant multum velle probare per aliqua leuia fundamēta, quod eadem sit ratio in fratre quæ & in filijs, arguentes hoc modo, quod bonum est argumentum de vna persona ad aliam. pro quibus in resumptione argu. addidi tex.in.l. libertum.ff. de ritu nup. glos.in.l. ob æs alienum.C. de prædi. mino. per eosdem Moder.in.l. Gallus.§. & quid si tātum. ff. de libe. & posthu. dixit tamen istud argumentum non esse verum, nec posse in casu dictarum conclusionum concludere: quia casus iste inuenitur decisus in iure in contrarium. & ad hoc induxit text. quem magnifecit ad sydera vsque, dicendo quòd ille tex. tunc nascebatur, quoniā ante eum non inuenitur ad id propositum per alium allegatus. & est in.l.iij.§.liberis.ff. de lega. præstan.

40 † vbi dispositio quæ fit in parentibus ad conseruationem legatorum, non extenditur ad fratres: quia licet parentibus conseruentur per edictum de lega. præstan. legata & fideicommissa: non tamen conseruātur ex illo edicto legata relicta fratribus. Et sic secundùm eum dispositio fauorabilis in parētibus, non extēdatur ad fratres in fauorabilibus. ergo ita videtur in isto casu, quia dispositio authen. ex causa. videtur fauorabilis patribus, vt legata secundùm eorum voluntatem cōseruentur: ideo iste fauor, qui parentibus præstatur, non debet extendi ad fratres, in quibus non est tacita ratio fauoris. d.§. liberis. Et per hoc dixit non esse veram rationem traditam per Moder. quare moti sunt ad faciendam extensionem de filio ad fratrem, quam dicunt esse istam, videlicet quòd aliàs sequeretur quòd filij essent deterioris conditionis fratribus: quoniam illa nō est ratio finalis, sed venit in consequentiam. nam ratio principalis authen. ex causa. fuit fauere testatori vt legata conseruentur: & licet in cōsequentiam resultet præiudicium filiorum, hoc non attenditur. nec à tali ratione argui potest: quia inspicitur ratio principalis quæ fuit conseruare legata in fauorem patris testatoris, arg. l. si quis nec causam.ff. si certum peta. & lex considerauit tantum velle annullare id in quo filij fuerant passi iniuriam, scilicet institutionem & non legata: nō mirum si conseruantur legata in fauorem testatoris, sed in fratre non inuenitur expressè decisum, nec est eadem ratio, vt dixit. standum est igitur in dispositione iuris communis † quātum ad fratres quòd annullato testamento legata nulla fiant. per. l. Papinianus. §. fina. ff. de inofficio testamen. Ego verò in solutione dictorum fundamentorum dixi primò ad id quod magnifecerat text. in. d.l. iij.§. liberis. ff. de lega. præstan. & dixerat illum tex. nunquā fuisse ad id allegatū, dixi ex tempore quòd habebam duas glos. allegātes ad id illū text. Prima glos. est in.l.j.C. de bono. pos. contra tabu. in verbo, liberis. quem tex. Pet. Cin. Bart. & omnes post glos. ibi ad id ponderauerūt. Secunda glo. est in.l.j.ff. de leg. præstan. & quòd omnes notabant illum text. in.l. filio. ff. de iniusto, rup. & irri. testa. & tunc me allegante illa.l.iij. fuit inuēta dū antè ado leuisse, nō verò tunc nasci: & ideo not. illas duas glos. Ad argumētum factum de illa.l.iij.§. liberis. ff. de lega. præstan. dixi quòd licet Moder. carentes lege videantur idem extendere per aliqua fundamenta, quæ me non mouebant: quia si non esset istud expressè decisum in iure, quod in conclusionibus meis expressum est, faciliter potuissent euelli eorū fundamenta per illam.l.iij. tamen dixi quod ad eam responderē non ex decisione doctorum vel glossarum, sed Iustiniani, qui eadem concludit in fratre quæ in filio. Et in primis dixi esse aduertendum in quibus terminis positæ essent conclusiones meæ, quæ de turpi persona loquebantur instituta, fratre sine causa præterito vel exhæredato, & ꝙ in isto casu eadem est necessitas in fratre quæ & in filio. Allegaui duos text. in terminis terminantibus: primus est in.§. primum itaque. in authen. de hære. & falc. colla.

42 j. † vbi in fratribus eadem necessitas est imposita, quæ in filijs vel patribus, quando fratres turpes personas fratri præferunt sine causa, dicit ibi glos. quæ causæ inserūtur in.§. ingratitudinem. in authen. de nup. colla. iiij. sic vides qualiter lex extēdit decisa in filio ad fratrem in illo casu vbi plus lex disponit idē in fratre sicut in matre, seruata eadem lege in vtraque. Secūdo loco allegaui alium text. in.§.j. in verbo, licebit. in authē. de trien. & semis. colla. iij. vbi text. facit extensionē de filijs ad quascūꝗ personas, quibus de iure antiquo cōcedebatur querela inofficiosi testamēti. sed nō est dubiū ꝙ fratri competebat querela cōtra testamentum fratris, vbi erat præteritus à fratre instituta turpi persona in.l. fratres.C. de inofficio. testa.§.j. Institu. eo.l.j.ff.eo. deducendo etiam illos text. prout deduxi in repe. quas tunc retuli in voce: & ipse hoc audito ingenue fassus

est. vlterius tamen dixi quòd licet ratio conseruãdorum legatorũ posita per eum, quã dixi esse Petri in hac authen. ex causa. & ante eum Azo, & post eos Bart. & sequebãtur omnes hic, quòd illa ratio militabat in fratre in casu præmisso, ꝙ sicut lex in filijs non cõsyderat nisi annullare testamentum in institutione in qua passi sunt filij iniuriam, & non in legatis, quòd eodem modo concludebat in fratre præterito vel exhæredato sine causa: quia lex non videtur velle tollere nisi id in quo est iniuriam passus, scilicet in institutione, & non in legatis: quare à fortiori vbi lex non faceret extensionem de filio ad fratrem, satis tamen videbatur posse id cõcludere. reliqua quæ tunc recitaui in voce, supplebis ex dictis per me in repetitione: &, vt dixi, confessus est hoc esse verum. Idem dominus Philippus Decius argumentatus est cõtra decimamseptimã ex extra-
43 ordinarijs huius tenoris: † Hi cõtractus dicũtur cõtinere certã quãtitatem, qui sunt vltro citroq; obligatorij. pro Petro contra Barto. exorsus est enim ꝙ per eam amplectebatur illud mare magnum, quod & verũ est. l. vnicæ. C. de sent. quæ pro eo quod interest proferũtur. quã aliàs Senis legerat, & maximè articulũ Pet. qui verus nõ est in iure, nec sustineri potest, secũdùm eũ, duobus fundamẽtis. Primum est sumptũ ex. d. l. vnica. §. sancimus. C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest proferũtur. ibi, omnibus alijs cõtractibus. quoniam regula est firma in iure, quòd dictio vniuersalis omnia cõplectitur. tãto magis vbi duæ sunt dictiones vniuersales, per regulam. l. Iulianus. ff. de lega. iij. cui addidi in simili tex. in. l. fina. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico oleoq; lega. & quod in primis argumentis per me deductũ est in simili.

Nec obstabit verbũ, veluti, positũ in. d. l. vnica. quod exẽpli causa magis positũ est, quàm ꝙ arctet regulã. l. j. §. quod vulgo. de vi & vi arma. cui addidi tex. in. l. dãni infecti. parua. in fi. legis. ff. de dam. infec. tex. in. l. j. §. nũquid. ff. de postulan. §. itẽ in iudicio. Instit. de excep. & quod not. glos. & omnes in. l. j. ff. de reg. iur. sic idem in casu nostro. ideo illæ duæ dictiones extẽdantur nõ tantùm ad contractũ emptionis & vẽditionis & alios contractus vltro citroq; obligatorios, sed etiam ad alios contractus: cùm dicat ille tex. ibi,
44 omnibus alijs cõtractibus. † Secũdo loco induxit, nunquid in stipulationibus potest deduci aliquid certũ, sic idem etiã in quibuscũque alijs contractibus, vnde illo respectu dicatur cõtinere certam quantitatẽ. pro quo ponderaui tex. in l. vbi autẽ. in prin. ff. de verb. obli. text. in. l. certi cõdictio. iuncta doctrina glos. ff. de rebus credi.

Tertio loco dixit, totũ fundamẽtum Petri, secundùm eũ, est, quòd hi cõtractus, qui sunt reciproci, dicũtur habere certã naturã, cùm facta relatione recipiunt interesse certũ, quod hoc non est peculiare tantùm in illis cõtractibus vltro citroq; obligatorijs, quod etiã in alijs nõ reciprocis potest interesse certũ apparere, vt dictũ est supra de stipulatione & de mutuo: pro quo resoluendo arg. allegaui tex. in. l. si. ff. de præto. stipu. si pœna apposita est stipulationi per quam declaratur quãtũ eius intersit: ideo interesse facta relatione ad pœnam erit certũ, per regulam. l. quatenus. ff. de reg. iur. volui addere alia fundamenta Bart. sed non fuit dare modum propter interceptionẽ tẽporis, quòd tarda erat hora. Ego verò ad ista omnia argumenta respondi: & primò ad. d. l. vnicã. §. sancimus. C. de sen. quæ ꝑ eo qđ interest proferuntur. ad illa verba, veluti in emptionibus & locationibus. & sequitur, & omnibus alijs cõtractibus. quod dico verum esse illis similibus, sicut dicit glos. in. l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. ibi, vel qualibet alia. & dicit ibi glos. simile per. l. hodie. ff. de pœnis. idẽ not. glos. Barto. & omnes post eam in. l. inter omnes. ff. qui satisda. cogan. cùm dicat text. inter omnes scilicet Iureconsultos qui super eo fuerunt interrogati, quod nõ omnes cõsenserunt, sicut dicit ibi glos. per. l. j. §. si. ff. de vsufru. accrescen. & hoc est clarum. si enim ille tex. fecisset mentionẽ in illo verbo, veluti. de alijs contractibus non obligatorijs vltro citroq;: tunc deductio facta de his verbis, omnibus alijs cõtractibus. fuisset vera, quod extensa fuissent ad similes cõtractus. & per hoc est responsum secundo argumento facto de dictione, veluti. verũ est quòd non arctat regulã, quoniam extenditur ad casus similes, sed nõ ad dissimiles, nisi expressè caueatur: vt in. l. ob æs. iuncta doctrina glos. C. de prædi. mino. & hoc ideo quod non posset fieri extensio ad alium casum, vbi esset longè diuersa ratio, per. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Ad alia argumenta dixi quòd minus obstabant, & præsertim quod dictum est de mutuo & stipulatione,
45 quod licet verũ sit † quòd possit deduci aliquid certum in illis contractibus, per dictam. l. vbi autem. ff. de verborum obligatio. non tamen natura ipsius contractus est certa ratio quòd siue stipuler aliquid mihi dari vel fieri, si non detur vel fiat, non est certum quantum possit mea interesse, quod potest esse quod magis id expediat non fieri quàm fieri, vel nõ dari quàm dari. & sic deductum in contractu non sit certum, tamen non facit quod contractus dicatur sua natura respectiuè continere certam quãtitatem vel naturam, sicut faciunt cõtractus vltro citroq; obligatorij.

Non obstat. l. si. ff. de præto. stipulatio. quod illa stipulatio pœnalis venit extrinsecus ad extraordinariam naturam cõtractus stipulationis: de cuius veritate dixi plenius in dicta lectura facta super hac conclusione, quæ propter breuitatem temporis nõ potui cõmodè referre, & ideo reliqua supple vt in lectura.

Et per hæc fuit finis meæ disputationi:
Laus deo & conceptioni virginis.

Incipit Repetitio Legis, Contractus.

ff. de regulis iuris. dom. Ioan. Ignei Aurelij doctoris, in materia doli & latæ culpæ, non minus elegans quàm omnibus necessaria.

Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum & culpam. Dolum tantùm, depositum & precarium. dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditũ, pignori acceptum, locatum: item dotis datio, tutelæ, negotia gesta. In ijs quidã & diligentiam. Societas & rerum communio & dolum & culpam recipit. Sed hæc ita, nisi si quid nominatim conuenit vel plus vel minus in singulis contractibus. nam hoc seruabitur quod initio cõuenit. legem enim contractui dedit. excepto eo quod Celsus putat non valere si conuenerit ne dolus præstetur. hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est. & ita vtimur. Animalium verò casus mortesq́, quæ sine culpa accidunt: fugæ seruorum qui custodiri non solent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur.

Summarium Repetitionis sequentis in L. Contractus. præcedentem.

1 Dolus an reddat cõtractum nullum, cui causam dedit.
2 Dolus abscondita mentis machinatio dicitur.
Dicere nemo præsumitur id quod non prius mente agitauit.
Bononienses, & quos Roma parit & Italia, vt plurimum mendaces.
3 Culpa lata est ignorantia eorum quæ ab omnibus sciuntur. & nume. 4.
5 Culpa latior an quandoque pro lata accipi possit.
6 Taxatiua dictio casus similes non excludit.
7 Verba legis propriè accipi debent.
8 Culpa lata dolo est assimilanda. & nume. 9.
9 Comparatiuus nonnunquam pro positiuo sumitur.
10 Dolus quidam verus, alius autem præsumptus, qui & lata culpa dicitur.
11 Haberi pro tali, differt ab eo quod est, esse tale.
Tale quando quid propriè dicatur.
12 Impropriationes legibus enucleandis non admittendæ.
13 Dolus tantùm venit in deposito, & non lata culpa.
14 Eligens custodem minus idoneum, in culpa est, ideoq; sibi imputare debet.
Dolus quando cum culpa compensetur.
15 Depositarius mercede rem depositam accipiens custodiendam, quando teneatur de dolo & culpa.
16 Pecunia ob causam mutui deposita, periculo perit debitorum.
17 Pecunia deposita cuius dominium translatum nõ fuit in depositarium, perit periculo domini deponentis.
Morosus de omni rei interitu tenetur.
18 Voluntas & mens contrahentium in contractibus maximè attendi debent.
19 Pretium rei datæ ad vendendum vt eo vtatur venditor, dicitur mutuo datum.
20 Depositũ dicitur quãdo cõuentũ est eadẽ corpora reddi.
21 Mutuum quibus signis discernatur à deposito.
Pecunia in sacco tradita vt custodiatur, reddi debet vt species, & non vt genus.
22 Mutuum esse præsumitur, cùm eo animo pecunia numeratur, vt alia corpora reddantur.
23 Depositarius sponte suapte se offerens deposito, de omni culpa tenebitur, licet non de fortuito casu.
24 Materia distinguuntur per voluntatem & propositum.
Depositarius qualem diligentiam adhibere teneatur circa rem depositam.
25 Furiosus homicidium committens excusatur.
26 Dolus & culpa lata & latior accidere potest in mandato.
Casus fortuiti non cadunt in dispositione hominis.
27 Commodatarius & mandatarius non tenentur casus fortuiti, nisi id ipsum in se susceperint.
Commodatum gratuitum esse debet.
28 Commodatum quo discernatur signo à precario.
29 Venditor ad factum præcise obligatur.
Res vendita, ante traditionem periculo perit emptoris.
30 Dolus & culpa & diligẽtia veniũt in actiõe pignoratitia.
Creditor pro pignore tenetur de leui culpa.
31 Casus fortuitus, culpa & dolus creditoris aut commodatarij, à quo debeant probari.
32 Furtum, incendium & casus similes sine culpa non contingunt.
33 Casus fortuitus excusans custodem rei talis esse debet, qui nec præuideri, & cui resisti nequeat.
34 Dolus, culpa & diligens custodia in locato & conducto veniunt.
35 Conductor tenetur, si res conducta eius dolo vel culpa perierit.
36 Maritus cuius dolo aut culpa perijt dos, tenetur ad eãdem vxori aut hæredibus eius restituendam.
Negligentia in rebus alienis punitur, quæ in proprijs culpatur.
37 Dos cuius fauore dari censeatur. & nu. 38.
39 Culpa quæ fit committendo grauior est ea quæ fit omittendo.
40 Dos sequestratur quando de dissipatione dubitatur.
41 Culpa leuissima an in marito circa dotẽ sit attendenda.
42 Maritus in mora existens tradendæ dotis, de omni culpa quantumuis leuissima tenetur. & nu. 43.
Extensio de contractibus ad delicta inutilis.
44 Tutor non valens pupillo satisfacere, aut indemnem seruare, pœnas dare debet.
Tutor de casu fortuito in rebus pupilli contingente non tenetur, si præuideri nequiuit.
45 Tutor quando liberetur actiones sibi competentes cedendo.
Actio negotiorum gestorum in culpa actioni tutelæ con

formatur.
46 Actio negotiorum gestorum admittit quandoque dolum, culpam latam, leuem, leuissimã & casum fortuitũ.
47 Dolus tantùm quãdoque venit in actione negotiorum gestorum.
Negotia aliena sine mandato gerens, tenetur de dolo, lata & leui culpa.
48 Negotia aliena nemo debet velle administrare, nisi ad id idoneum se certò sciat.
49 Dolus, lata culpa & negligentia veniunt in contractu societatis.
50 Socius quando societati renuntiare possit ob socij negligentiam.
51 Contractus antequam ineantur voluntatis sunt: initi autem necessitatis.
Socius quando socio de negligentia teneatur.
52 Status præsens attendi debet in deposito.
53 Deponens potest quandocunque depositũ reuocare: non autem sic accidit in societate. & nume. 55.
54 Dolus & lata culpa non veniunt in deposito.
56 Negligenti amico rem suam tradens custodiendam, facilitati suæ debet imputare.
57 Hæres quando de dolo aut culpa in re legata teneatur legatarijs & nume. 58.
59 Legatum legatario inutile est pendente conditione per testatorem adiecta.
60 Falcidia detrahi non debet iure nouissimo authenticorum, si testator hoc ipsum in testamento vetuerit.
61 Institutio hæredis cuius fiat, & cuius legatum.
62 Legatum fit quandoque causa hæredis tantum.
63 Legatum nonnunquam fit tam hæredis quàm legatarij gratia.
64 Incendium sine culpa vix accidere potest. & nume. 86.
65 Procurator an & quãdo de dolo aut de culpa teneatur.
66 Procurator ad negotia regulariter non tenetur de omni culpa, sed de lata tantum & dolo. & nume. 67.
Practici sciunt omnia mala mundi.
68 Diligens quis esse præsumitur, nisi cõtrarium probetur.
69 Contractibus bonæ fidei nihil æquè contrarium est atque dolus.
70 Dolus futurus pacto haudquaquam remitti debet.
Pactum de non agendo de re deposita si pereat, qualiter intelligendum sit.
71 Clausulæ contractibus insertæ pro natura eorũdem recipiunt interpretationem.
Culpa latior, quę dolus præsumptus dicitur, in deposito locum habere potest.
72 Hæres cautionem ab vsufructuario exigere potest, etiã si testator hoc prohibuerit.
Dolus per pactum remitti nequit: culpa autem lata sic.
73 Sententia quæ iniuste fertur casibus fortuitis connumeratur.
74 Sententia quæ ratione falsi testimonij fertur, an ob falsitatem in testificando commissam impugnetur.
Iniuria dicitur id quod non iure infertur.
75 Tumultus populi pretio vel gratia excitatus, cum difficultate sedatur.
76 Seditiones populi per iudices pro viribus tumultu sedato debent puniri.
77 Inundatio aquarum inter fortuitos casus enumeratur.
78 Damnum ex inundatione aquarum cõtingens quibus casibus resarciri debeat.
Inundatio quibus casibus excusetur.
79 Fundo emphyteutico inundatione inutili effecto, emphyteutæ fit mercedis seu census remissio.
80 Culpa in dote commissa pacto remitti non potest: casus autem fortuitus remitti potest.
81 Maritus paciscens se non obligari de culpa in dote, sed de dolo tantum, nihilominus de vtroque tenebitur.
82 Casus fortuitus non venit in contractu depositi, & commodati.
Casus fortuiti qui sint & quotuplices.
83 Custos gregis qualiter teneatur & quando de morte pecoris.
84 Depositarius & commodatarius quãdo de periculo in re deposita & commodata contingente teneatur.
85 Fiscus nil rerum, quæ naufragio perierunt, vendicare potest.
87 Furti actione quando quis teneatur de re deposita aut commodata.
88 Ruina quibus casibus non excuset. & nume. seq.
89 Colonus simplex nec dominiũ nec possessionem habet.
90 Emphyteutę quando remittatur pensio seu canon ob inundationem aut sterilitatem, & nume. seq.
91 Dominio amisso perditur quicquid illi accessoriũ fuit.
Proprietarij periculo perit fundus emphyteuticus inundatione aut hostium occupatione.
93 Fundus emphyteuticus quo casu proprietario inũdatione pereat.
94 Argumentum de re ad tempus qua ratione non sit admittendum.
95 Occupatio hostilis in quo differat ab inundatione.
Colonus in quibus ab emphyteuta sit discernendus.
96 Irruptionem omnem in fundum emphyteuticum periculo esse emphyteutę, qualiter intelligendum.
97 Periculum belli vel inundationis quibus casibus contingat periculo coloni vel emphyteutæ. & nu. seq.
98 Pestis causa remitti potest colono & emphyteutæ pẽsio.
99 Publicano pedagium aut vectigal certo pretio conducenti, an remittatur census ratione pestis in ciuitate grassantis.
100 Hostilitas an sit mortalitati æquiparanda.
101 Habitare in loco suspecto aut aëre infecto nemo cogi debet.
102 Inquilino qui domum conduxit vt viatores hospitio susciperet, an sit remittenda pensio, si quo casu impediatur transitus hospitum.
103 Pestis & bellum, quæ à Deo immittuntur, non possunt præuideri.
104 Locans operas suas ad pascendum gregem, non tenetur si greges peste pereant.
105 Contractus bonæ fidei cui dolus causam dedit, ipso iure nullus est. & nu. seq.
107 Titulus impeditur per dolum qui causam contractui dedit.
108 Actio descẽdens ex contractu qua dolus purgatur, quando contra hæredes detur.
Dolus an esse possit in ignorante.
109 Consensus est de substantia contractus bonæ fidei.
110 Dolus contrariatur bonæ fidei, qua deficiente cõtractus nullus erit.
111 Argumentum de metu ad dolum est inualidum.
112 Dolus dans causam diuisioni, eandem nullam non reddit, reformatione licet indigeat. & nume. seq.
114 Appellans à sententia, quæ in personam falsi procuratoris fertur, eandem approbare præsumitur.
115 Contractus cui dolus causam dedit, non est ipso iure nullus, sed actione de dolo rescindendus.
116 Venditio iure perfecta rescindi non potest.
117 Restitui debens, & non rescindi quæ de facto, & non de
iure

174 Præscribens rem absentis iusta absentia, an irreuocabiliter acquirat dominium eiusdem.

175 Restitutio in integrum conceditur aduersus præscriptionem in absentia domini finitam. & nu. seq.

176 Restitutio in integrum ita demum concedenda est alicui, dum temporis angustia pressus non potuit litem contestari. & nume. 177.

178 Hæreditatem transmittere nemo potest non aditam.

179 Absens si reuersus suæ possessionis præscriptionem, cùm posset, interrumpere neglexit, restitutionem desperare debebit.



ONTRACTVS.
Disputauit Petr. de Bella-
pertica subtiliter illam iuris
conclusionē tenoris huius-
1 modi: † Dolus dās causam
contractui bonæ fidei non
reddit contractum ipso iu-
re nullū. in. l. & elegāter. ff.
de dolo. in. l. si quis cū aliter. ff. de verb. obli. in
l. dolo. C. de inuti. stipu. in. l. si dolo. C. de rescin.
vend. in. §. actionum. Instit. de actio. quam vbi-
que nostri sequuti sunt, & à quibus non intēdo
recedere propter aliqua infrà dicēda. Cæterùm
occurrit mihi nouissimè alius iuris articulus ex
dictis eiusdem Petri prius disputandus in mate-
ria doli, quàm attingatur illa cōclusio, videlicet,
In quibus cōtractibus recipiatur dolus tantùm.
Et in quibus dolus & lata culpa. Et an lata cul-
pa in eis æquiparetur dolo. Quos articulos assi-
gnare putaui in. l. contractus. ff. de regulis iuris.
præmissis aliquali declaratione ad prædicta, præ
sertim ad dictam. l. contractus. Circa intelle-
ctum huius legis sciēdum est primò quid sit do-
lus, & quid lata culpa, vt cognoscamus quando
in contractu dicatur interuenisse dolus, & quan
do lata culpa, vt possit quis excusari vbi in con-
tractu venit dolus duntaxat, non autem lata cul
pa: & vbi ex natura contractus culpa & dolus
obligant. Dolus diffinitur per Iuriscon. in. l. j. §.
dolum. ff. de dolo. alibi autem diffinitur in. l. cen
semus. versi. iustum est enim. C. de litigio. quem
text. dicit Bald. absconditum & non immeritò.
2 † Dolus igitur est abscondita mentis machina-
tio. probatur ex verbis illius literæ ibi, iustū est
etenim propter dolosam mentem & absconditā
machinationem. nec immeritò dicitur mētis ab-
scondita machinatio: quia nemo existimādus est
dicere quod non mente agitauerit: vt dicit text.
in. l. Labeo. ad finē. ff. de suppel. lega. aliàs autē
si potētior est mens voce: dolosè agit. quod opti
mè faciunt Bononienses: vt refert glos. in. l. ob-
seruādum. ff. de officio præsi. in verbo, detegit.
& quos Roma parit & Italia: vt dicit glos. in. l.
sequitur. in principio, ff. de vsucap. Generalius
tamen diffinitur per Iuriscōsul. in dicta. l. prima.
§. dolum. ex quo tex. præcedens diffinitio taxari
posset: quod non reuoluo, cùm hic non sit debi-
tus locus. Lata autem culpa diffinitur per Iu-
riscon. in. l. latæ culpæ. ff. de verborum significa.
quam diffinitionem approbant omnes glos. iu-
ris ciuilis, & non immeritò. Eam tamen taxaue-
runt Ioā. de Blonosco, Pet. & Barto. in. l. quod
Nerua. ff. deposi. duobus fundamentis. Primum
est, quia diffinitio non conuertitur cum suo diffi
nito, contra dictam. l. j. §. dolum. ff. de dolo. hoc
3 probāt, † quia lata culpa, vt diffinitur per Iuris-
consul. in dicta. l. latæ. est ignorare quòd omnes
sciunt, seu non intelligere quod omnes intelli-
gunt: sed furiosus nihil intelligit. l. in negotijs.
vbi plenè notaui suprà eodem. de regulis iuris.
Simile in pupillo qui fari non potest & maiore
infante. l. pupillus. ff. de acquiren. hæredi. l. fina.
ff. de iuris & facti ignorā. & alibi sæpe. Igitur fu
riosus & pupillus essent in lata culpa: & tamen
cōstat esse falsum. l. diuus. ff. de officio præsid. l.
impuberem. ff. de furtis. cùm hi qui sensu carēt,
culpam committere non possunt. l. prima. ff. si
quadr. paupe. fecis. dicatur. ideo secundùm eos
non erit vera illa diffinitio: quam tamen appro-
bauit Vlpia. in. l. cedere diem. §. finali. ff. de ver-
borum significatio. Aliter autem ipsi diffiniunt
in. d. l. quod Nerua. Sed hoc videtur mihi mirū
quòd Iuriscon. Paulus & Vlpia. qui fuerunt ma
ximi legū vertices, vt dicit tex. in. l. scire. §. aliud.
ff. de excusa. tuto. non potuerint latam culpam
diffinire: quod videre meo multū est absonum.
Quare dico quòd impugnatio Bart. non vide
tur mihi multum vrgere contra Iurisconsultum,
cùm furiosus non sit sub lege: iuxta. l. infans. ff.
ad. l. Corne. de sica. quàm diu in eo furore est. l.
prima. §. adipiscimur. ff. de acquirē. possessio. &
notaui plenè in dicta. l. in negotijs. Præterea lex
recipit interpretationem de habilitate. text. in. l.
j. cum glos. C. de sacrosanc. eccle. & l. vt grada-
tim. ff. de mune. & hono. facit quod not. glos. in
l. omnes peregrini. in verbo, liberam. C. commu
nia de succes. in. l. ex facto. ff. de vulga. & pupil.
substitut. ideo cùm dixit text. in. d. l. latæ culpæ.
4 † quòd lata culpa est nō intelligere quod omēs
intelligunt, scilicet sani intellectus & qui sensu
non carent. vnde per hoc fundamētum non de-
buit Barto. taxare tam graues Iurisconsultos vt
fuerunt Paul. & Vlpian. siue enim loquamur in
genere siue in specie: vera est eorū diffinitio: la-
ta culpa est non intelligere quod omnes intelli-
gunt quando aliquid apud omnes in genere no
tum est: vt est edictum quod est diuulgatū publi
co edicto secundùm exemplum glos. positum in
d. l. latæ. sumptum ex. l. si pupillus. §. de quo pa-
làm. ff. de insti. actio. & notatur in. §. fi. in authen
ti. scriptū est exemplar. colla. ij. in versic. edictū.
& versic. illis autem repensemus. §. licentiam. in
authen. quomodo opor. episcopos. col. j. idē no.
glos. in. l. fi. ff. de decre. ab ordi. faciē. & ista fuit
mens Iurisconsultorum Pau. & Vlpia. in. d. l. ce
dere diē. in fi. & d. l. latæ. in prin. suprà de verb.
sig. Vel dic ignorare quod oēs sciunt: omnes sci

licet eiusdem artis vel professionis sciēt. de quo in.l.imperitia.infrà eodem.de regulis iuris.quia vbi aliquid ignoratur à medico vel doctore vel quocũque magistro cuiuslibet artis vel professionis quod ab omnibus eiusdem professionis intelligitur, est in lata culpa.l. prima.ff. si mens. fals.mo. dixerit.Et per hoc non puto vitium esse in præcedente diffinitione Paul.& Vlpia. Iurisconsul.iunctis his quæ infrà dicentur.

5 † Notabis per hunc text. declarari difficultatem positã per glossam in.l. quod Nerua.ff. depos.in verbo, latiorem. inquantum interpretatur latiorem culpam pro lata. quæ interpretatio si vera esset,multum extenderet.l.istam,& directè illi contradiceret. Vnde vt plenè omnia liqueãt,& intellectus huius legis & dictæ.l.quod Nerua. pateat, procedendum est seriatim iuxta ordinẽ huius legis:quia sciendum est secundùm eius assumptum quòd aliqui contractus dolum tantùm recipiũt:alij verò dolum & culpam: depositum autem dolum tantùm recipit non autem latam culpam. Et propterea ex his apparet interpretationem glos. positam in dicta.l. quod Nerua.in verbo,latiorem.nõ esse veram. quam glos.alibi repetit in.l.magna culpa.ff.de verborum significatione.quæ si vera esset,quòd latior culpa acciperetur pro lata: sequeretur per illum textum, quòd in deposito nõ tantùm veniret dolus,sed etiã lata culpa. quod negat iste text. quia dolus tantùm venit in deposito. & pondera dictionem , tantum. positam in hac.l. contractus. quæ taxat: iuxta.l.si mora.ff.soluto matrimo.& l.nisi hoc actum est.iuncta doctrina glos.& Barto.in.l.qui in futurum.§.fina.ff. de pac. licet di-

6 cant Paulus & alij, † quòd dictio taxatiua non excludit casus similes.pro quibus est textus cum glos.in.l. prima.§. per seruum corporaliter. vbi idem notat Roma.ff.de acquirẽ.possessio.idem in.l.ob æs.C.de prædijs minor.in.l. serui nomine.ff.de vsucap.vbi per glos.& Barto. quia dico quòd illorum interpretatio si procederet in isto text. funditus ipsum euerteret:cùm clarè distinguat dolum à lata culpa,cùm dicat in aliquibus contractibus dolum & culpam venire,quales sunt commodatum,mandatum,venditum,& similes positi in litera. in aliquibus verò dolum tantùm:vt est depositum.glos.autem residens in illa opinione dicit per hoc non esse exclusam latam culpam. miror autem quòd glossa hoc dixerit: cùm Iurisconsultus Vlpianus si deberet venire & cõsyderari lata culpa in deposito sicut in commodato,non distinxisset depositum à commodato : sed declarauisset in deposito dolum & latam culpam recipi sicut in cõmodato.sed quia præsensit aliam esse causam depositi & commodati:in deposito dolum tantùm admisit. idẽ tex. in.§.præterea.Institu. quibus modis re contrahi. obliga.in versicu.sed is.ibi,ex eo solo tenetur si quid dolo cõmiserit.põdera verbum,solo.idem text.in.l.j.§. is quoque.ff.de actio.& obliga.Et per hæc non erit vera doctrina glos.in locis præallegatis : cùm nulla lege probari posit. Nec propterea obstabit text.in.l.quod Nerua.ff.de-

7 positi.quia secundùm Pet.& Bartol. † verba legis propriè sunt accipienda.l.non aliter.ff.de lega.iij.Simpliciter igitur sumendus est ille terminus in verbo,latiorem. in suo proprio significato,qui longè differt à termino, lata. prout Paul. de Cast. in hoc sibi contrarius distinxit post Pe. & Barto.in dicta.l.quod Nerua.quia verum est dicere,latiorem culpam dolum esse,per illum textum,qui loquitur præcisè in latiore culpa, non in lata. idem in dicta.l. magna.ff. de verborũ significatio. in his verbis, magna culpa dolus est. simile in dicta.l.j.§.is quoq.ff.de actio.& obligatio. ibi, magnam tamen negligentiam placuit in doli crimine cadere. idẽ in.l.si vt certo.§.nunc videndum primo.ff.commodati.Tu autem posses dicere pro opiniõe glos. quòd saltem dictio taxatiua posita in hac lege & alijs allegatis suprà pateretur extensionem in latiore culpa:& sic dictio taxatiua nõ excluderet casus similes,per su-

8 pradicta. † Cum igitur lata culpa dolo comparetur,dicta.l.j.ff. si mensor fals. modum dixe.non erit inconueniens vt extendatur latior culpa ad latam culpam. Sed hoc argumentum non subsistit,cùm latior culpa nõ tantùm comparetur dolo,prout dicitur de lata culpa: cùm & latior culpa dolus sit,dicta.l.quod Nerua.quod nõ inuenitur expressum in lata culpa:igitur non valebit extensio de latiore culpa ad latam, nec econtra.

Reperio tamen quòd hanc opinionem glos. approbauerunt Din. Ray.Iaco. Butriga.& Fulgo.in dicta.l.quod Nerua. & per hoc conantur respondere ad omnia fundamenta inducta contra glos. Primò inquãtum taxatur glos. cùm interpretatur latiorem culpam pro lata , vt quãuis argumẽtum prima fronte videretur procedere, nimia tamẽ subtilitas facit errare, per.l. si seruũ. §.sequitur.ff.de verbo.obliga.ibi,plerũque sub authoritate &c.cui addo, quoniã perniciosa est subtilitas & captiosa in verbis.l. quoniam indignum.C.de testa.l.veteris.C. de contrahen. stipula.quare dicunt non esse inconueniens secun-

9 dùm expositionem glos. quòd comparatiuũ sumatur pro positiuo,iuxta illud Vergil.in primo Aeneid. Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitẽteis. Addo ꝓ hoc dicto text.in.c.vnico,de iniur.lib.vj.in.c.auaritiæ.de elec.eo.lib.in verbo, latè.idem in.c.cõsilium. extra de celebra. missa. Secũdò quòd Celsus vsus est comparatiuo causa venustatis, prout solet eo & rhetoricis coloribus vti:nec est inconueniens si dixerimus,secundùm eos, cum glos. latiorẽ culpam dolum esse, id est dolo cõparari:cùm alibi Iurisconsulti non vtantur illis terminis,dolus est : sed alijs impropriis,id est,dolo comparari:vel cadit:vt in.d.l.j. §.is quoque.ff.de actio.& obli.& in.l.j.§.culpa.

ff.ſi quis teſta.liber eſſe iuſ.fue.in his verbis,ſed
culpa dolo proxima dolum repræſentat. Et pro
pterea non obſtabit ſi dicatur in hoc tex.& con-
cordantibus, dolum tantùm in depoſito venire:
10 vt faciamus diſtinctionē inter dolos: † quia ali-
quis eſt dolusverus, & alius dolus præſumptus:
vt lata culpa ſit dolus præſumptus:quare ſub di
ctione,tantùm.nō excluditur lata culpa,cùm do
lus ſit.Parcat mihi reuerentia tantorum patrum,
non puto poſſe iſta procedere,& funditus eſſe à
veritate aliena:nec recedendum ab opi. Petri &
Barto.Et primò non procedit expoſitio gloſ.in
verbo,latiorem.cùm impropria ſit illa interpre-
tatio in omnibus : quia comparatiuus debet ſta-
re cōparatiuè ſecundùm propriam expoſitionē,
nō autem poſitiué. Ita notat Domi.poſt gloſ.in
d.c.auaritiæ.de elec.lib.vj.gloſ.in.l.benignius.
ff.de legib.quare vt dicit gloſ.in.c.cupientes.in
verbo,petere.de elec.in.vj.per ſubauditos intel
lectus non eſt recedendū à verbis legis:quia de-
ſtruerent mentem legis,per.d.l.non aliter.ff. de
lega.iij.de quo plenè in.l.non dubium.C.de le-
gibus.Idē in alia expoſitione gloſ.in verbo,do-
lum eſſe.cùm dicit dolo comparari:quoniā dico
quòd per hoc ab ipſa natura verbi receditur:
11 † quia aliud eſt aliquē eſſe talem vel haberi pro
tali.text.in.l.j.in prin.ff.de ſuis & legiti.hæredi.
facit tex.in.l.cùm ex oratione.ff.de excuſa.tuto.
per quem tex.firmat illic Bart.& ſequitur Aret.
in.l.patris & filij.argu.illius text.ff.de vulga. &
pupil.ſubſtitutio.quòd vbicunque quo ad quid
dicitur aliquid eſſe tale,non autem ſimpliciter:il
lud non dicitur eſſe propriè tale. Vnde per hæc
dicebat Din.in.d.l.cùm ex oratione.quòd ſi ru-
ſticus emerit partē alicuius caſtri cui inhærebat
iuriſdictio , quòd licet ruſticus vendicet partem
iuriſdictionis in ſubditos caſtri,non eximitur ta
men à iuriſdictione aliorum nobilium habentiū
partem in eodem caſtro, quominus ab eis coër-
ceri poſsit ſi delinquat:nec ab eorum iuriſdictio
ne eximitur,ſi antea ſubdebatur ditioni illius ca
ſtri,propter emptam partem illius caſtri ab vno
dominorum:licet contra alios ſubditos vti poſ-
ſet iuriſdictione.addebat Bar.tex.in.l. Caius.ff.
de iure patrona. quod dictum nunc non firmo:
ſed de eo dic vt per Bartolum in.l. ſi maritus.§.
legis Iuliæ.ff.ad legem Iuliam de adulterijs.
Quare contra eos retorquēdo dicendum eſt
12 gloſ.plus † peccaſſe impropriādoverbum,ſum,
es,eſt:accipiendo eſſe pro cōparari, & vſam eſſe
nimia ſubtilitate : non dicam ſubtilitate,ſed im-
propriatione termini, quod non eſt admitten-
dum : vt dicit textus in.l. ſecunda.§.hoc autem.
qui eſt in vltima columna illius legis.C.de vete-
ri iure enuclean. quia huiuſmodi impropriatio-
nes non dicuntur interpretationes , ſed peruer-
ſiones,ſecundùm illum textū. Et per hæc reſpon
debimus ad aliud eorum fundamentum , quòd
tex. circa culpam vtitur terminis improprijs : vt
patet in.l.prima.§.culpa.ff.ſi quis teſtamento li-
ber iuſſus eſſe fuerit.quia dico quod illi text.lo-
quuntur in lata culpa, non autē in latiore:prout
innuit text. in dicta.l. quod Nerua.ff. depoſiti.
qui loquitur in latiore,nō in lata culpa,quæ ne-
dum comparatur dolo , prout in aliquibus lata
culpa æquiparatur,vt dixi ſuprà, & probatur in
l.j.ff. ſi menſor falſ. modum dixe. ſed dolus eſt:
ſed non propriè dolus verus , ſed præſumptus.
Ideo non recedas ab opinione Petri & Bartoli,
quam optimè declarat Paulus ſibi contrarius in
hac parte in dicta.l.quod Nerua.et tene eius de-
13 clarationem. † Tene ergo quòd in depoſito nō
venit lata culpa,ſed dolus tantùm,per hunc tex.
&.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.primo.ff. com
moda.§.præterea.Inſtitu. quibus modis re con-
trahitur obligatio. venit & latior culpa & latiſsi
ma,quæ dolo non ſolùm comparatur,ſed & do-
lus eſt,per dictam.l. quod Nerua.ff.depoſiti. &
dictā.l.magna.ff. de verborū ſignificatio. & di-
ctam.l.j.§.is quoq.ff. de actio. & obliga.latior
autem culpa erit dolus præſumptus:latiſsima ve
rò culpa dolus verus & manifeſtus. Ratio aut
quare in depoſito venit dolus tantùm, ſeu latior
culpa , quæ dolus eſt , quia qui minus diligenti
amico rem cuſtodiendam tradit:non ei ſed ſuæ
facilitati imputare debet,vt dicit text. in dicta.l.
j.§.is quoque.ff. de actio. & obligatio. & dicto
§.præterea.facit in ſimili text.in.l. ſed & ſi quis.
§.fina.ff.de inſtito.actio.Ego addo aliam ratio-
14 nem: † quia eligens minus idoneum cuſtodem,
vel eligens imperitum vel minus idoneum,eſt in
culpa text.in.l.quod ſi nolit.§.culpa.ff.de ædili.
edic.& in.l.vtique.§.culpa.ff.de rei vendi.gloſ.
eſt in.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.ff.ſolu.matri. ideo
culpa deponentis abſtergit culpam depoſitarij
per compenſationē culpæ: quia eſt in lata culpa
deponens,committendo rem ſciēter minus ido-
neo:per illos tex.cui concor.tex. in ſimili in.l.ſi
quis cùm ſciret.ff.pro empto.&.l.eum qui.ff.de
annuis lega.& in.l.iij.§.fina.ff.de mino.ideo cul
pa deponentis debet cum culpa depoſitarij com
penſari,& econtra,iuxta.l.ſi ambo.ff.de cōpen-
ſa.ſed vbi dolus interuenit ex parte depoſitarij,
tunc dolus cum culpa nō compenſatur.l.qui fo-
ueas.iuncta doctrina gloſ.in.l. item ſi obſtetrix.
in fine.ff.ad.l.Aquil.de quo plenè per omnes in
l.finali.§. penult..ff. de eo per quem factum eſt.
Hanc tamen regulam limita vt per Iuriſconſ.
in.d.l.ſi vt certo.§.nunc videndū.primo.in ver-
15 ſic.niſi fortè merces ſit.ff.cōmoda. † quādo de-
poſitarius pro re depoſita cuſtodienda aliquid
conſequitur aut cōſequi debet pro depoſitione:
quia tunc culpa in eo venit vti in commodato,
per illum tex.non autem ratione mercedis pro-
priæ conſequitur,vt diſtinguit illic gloſ.& bene
per.l.j.§.ſi veſtimēta.&.§.ſi quis ſeruū.ff. depo.
Secundò limita, niſi inter partes conuentum
ſit vt veniat dolus & culpa,l.j.§. ſi conueniat.ff.
depoſi

depositi.& dicto.§.nunc videndum.quia per illos text. contractus ex conuentione legem accipiunt.idem in.l.iurisgentium. §.si paciscar. versicu.item si quis.ff. de pactis.

Tertiò limita, quando depositum transit in speciem alterius contractus quàm depositi, licet verè res fuerit deposita,sed non animo deponendi vt eum obligaret depositi. l. si quis nec causam.in principio. ff.si certum petatur. quia tunc sapit naturam contractus in cuius locum succedit, iuxta. l. si eum. §.qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus.quanuis circa illum textum, sit differentia inter Ioannem & Azo. quia dixit quòd in illo textu non est contractum depositum, sed
16 mutuum: † quia principaliter depositio pecuniæ facta fuit ob causam mutui. quod probat optimè illa litera in his verbis, crediti nomine obligatus esses. & propterea dominium pecuniæ translatum est in depositarium. quare si casu fortuito perierit, tunc periculo debitorum peribit,iuxta.l.incendium. C.si certum petatur. iuncto.§.item is cui.primo. Institu.quibus modis re contrahitur obligat. Dicebat autem Azo quòd licet assumeret sibi naturam mutui illud depositum quantum ad aliqua:non autem quantum ad periculum casus fortuiti. Et ratio diuersitatis est,secundùm Barto. & omnes approbantes opinionem Azon.post glos. reprobata opinione Ioan. quia in dicta. l. si quis nec causam. pecunia deposita est in specie non autem in genere, quia numerata non est, sed in sacculo tradita fuit. vnde vt specie deposita debetur, iuxta l.Lucius.la prima.ff. depositi.non aut vt mutuata. quare cùm depositarius sit debitor certæ speciei, per interitum speciei casu fortuito contingentem liberatur debitor, per.l.non amplius.§. primo.&.l.cùm res legata.in fine.ff.de legatis.§. &.l.si ex legati causa.ff.de verborum obligatio. nisi post moram perierit. l.quod te. ff. de rebus creditis. &.l.quæ fortuitis. iuncta. l.pignus. C. de pignora.actio. quia tunc tenetur de casu fortuito.l.mulier. §.sed enim. ff.ad Trebellian. Secundò alia ratione non est verum dictum Ioan.
17 secundùm eos: † quia in hoc casu non est translatum dominium pecuniæ depositæ in depositarium: quare non perit res nisi periculo domini, si casu fortuito res pereat, per dictam.l.pignus. &.l.quæ fortuitis. C.de pignor.actio.quare periculo deponentis perijt, cùm remanserit dominus.quod secus est in mutuo: quia mutuans desinit esse dominus. l.secunda. §. appellata. ff.de rebus creditis.§.primo.Institu.quibus modis re contrahitur obligatio. ideo desinit perire eius periculo, per dictam. l.si quis nec causam. &.l. rogasti.ff.si certum petatur. hoc tamen intellige quòd teneatur de omni interitu morosus: nisi res eodem modo esset peritura apud dominum. text.in.l.si is qui.in princip.ff. de iureiurando.l. fina.in principio.ff.ad legem Rhod,de iactu.de quo in.l.cùm res.§.fina.ff.de lega.j.

Videamus an poterit sententia Ioannis ab impugnatione Barto.& aliorum defendi. Ego autem possem dicere bonum esse intellectum Ioannis:hoc ego probo multis fundamentis.
18 Primum est, † quoniam in contractibus debet voluntas contrahentium cõsiderari qua mẽte voluerint contrahere. text.in.l.non omnis. ff. de rebus creditis.ex voluntate enim contrahentium datur esse contractui.l.iurisgentiũ. §.quod ferè. ff.de pactis. sed in casu dictæ. l.si quis nec causam. constat quòd creditor tradendo pecuniam non habuit animum deponendi simpliciter: sed cum effectu vt pecunia esset illi mutua. sic idem ex parte debitoris, cùm debitor rogauit creditorem, intendebat contractum mutui inire. Probatur primò in verbo, crediti nomine esses obligatus. Secundò in alijs verbis in principio legis: ibi, & tu empturus prædia desideraueris mutuam pecuniam. vnde illa verba debent interpretari secundùm naturam contractus cui inhærent.l.si vno. ff.locati & conducti. l.si stipulatus. ff.de vsuris. imò plus assumit sibi nomen illius contractus. l.prima. ff. de æstimatoria actione. l.cùm fundus. ff. locati & conducti.ideo non est depositum, sed mutuum:quod potest probari arguendo ex titulo sub quo posita est lex: iuxta. l. Imperator. ff. de in diem adiectio. quia posita sub titulo de rebus creditis. in quo tractatur contractus mutui: quare potius debet intelligi de mutuo quàm de deposito: si pecunia sit mutua: dominium translatum erit in accipientem. quare procedit dictum Ioannis.

Secundò ostendo tibi inconuincibiliter ex illo textu æquiparante istos duos casus, quòd quis rem vendendam acceperit vt pretio vteretur, & primum casum legis: vt in vtroque casu cedat periculo accipientis, non autem tradentis.
19 † Sed in hoc vltimo casu qui accepit rem vendendam vt pretio vteretur: pretium collectum ex venditione rei censetur mutuo datum. textus in.l.rogasti. in principio.ff.de rebus creditis. idem ergo in primo casu, quando tu volens prædia emere desiderabas pecuniam mutuam tibi dari: ego autem propter angustias temporis: quia tempus vel locus non patiebantur plenius deliberandi consilium: iuxta. l.primam. in principio. ff. de exercitoria actione. & l. secundam.§. si non propter. in fine. ff. si quis cautionibus. deposui sub eadem lege pecunias vt essent tibi mutuæ, si contingeret te emere vt pecuniæ istæ non sint depositæ sed mutuæ. si igitur in vtroque casu sint mutuatæ dominium translatum erit: ideo omnis interitus rei cederet periculo accipientis: quare Bartolus volens euitare argumenta præcedentia dixit & apertius declarauit Paulus de Castro in dicta. l. si quis nec causam.in princ. ff.si certum peta.cùm dixit

esse distinguendum quòd aut pecunia deposita fuit numerata: & fatetur quòd tunc sit facta mutua: vnde dominium pecuniæ translatum esset in accipientem, per dictam. l. ij. §. appellata. ff. de rebus credit. Secus autem si in specie tradita est: quia in sacculo posita & non numerata: & tunc dominium non esset translatum, per dictā. l. Lucius. la prima. ff. depos. prout secundùm eum est in dicta. l. si quis nec causam. Ego autē putarem & melius contrarium. quis enim reuelauit Bart. in dicta. l. si quis nec causam. quòd debitor eam receperit in sacculo, & nō numeratam. imò plus dico quòd potius fuerit numerata pecunia. & plenè sonant verba illius legis in his verbis, crediti nomine obligatus esses. quia vbi pecunia non fuisset numerata dato quòd non perisset nō censeretur credita: quia requiritur numeratio antequam ex mutuo obligari possit. l. ij. §. mutui. ff. de rebus creditis. Si igitur non fuisset numerata, sed in specie tradita: vbi etiam illam pecuniam conuertisset in emptionem prædiorum: adhuc tamen non esset credita: et sic non potuisset obligari ex credito. quod tamen negat text. igitur non potest intellectus Bartol. procedere. idem etiam. l. Lucius. ff. depos. allegata per eum: non probat id ad quod induxit, cùm aliter distin-
20 guat quàm dixerit Bartol. vult enim † quòd si conuentum est eadem corpora pecuniæ reddi debere, tunc sit depositum. secus autem vbi possent alia reddi: quia tunc non depositum, sed mutuum esset. Secundò, vt dixi, debet considerari animus contrahentiū: quare ego dico circa hunc articulum quòd glos. alibi melius est locuta, licet sub alijs terminis in. l. cùm quid. in glos. penulti. ff. de rebus credit. & clarius declarant Pet. & Cin. in. l. incendium. C. si certum pet. ex quorum doctrina Barto. assumpsit præcedentem distinctionem: sed eam perfectè non posuit: quia cùm dubitamus vtrum pecunia sit deposita vel mutuo data: debemus inspicere verba quæ præcesserunt, vel quæ postea sequuta sunt, iuxta. l. hæredes. §. penulti. ff. de testamen. vnde in casu dictæ. l. si quis nec causam. inspectis verbis præcedentibus per traditionem factam per creditorem præsumitur potius quòd animum habuerit mutuandi quàm simpliciter deponendi, vt dixi suprà cum authoritate Ioannis probando ex verbis literæ: ibi, vt si emisses crediti nomine obligatus esses. & in alijs verbis suprà annotatis: quia debitor non intendebat per creditorem sibi debere deponi, sed mutuari: quare præsumitur mutuum potius quàm depositum, vt dixi suprà. Si autem ex verbis non apparet quis fuerit animus contrahentium: & tene distinctionem Petri quam sequutus est Bartolus & Paulus in locis suprà allegatis: vno tamen per me addito:
21 † quia aut apparet pecuniam fuisse numeratam animo deponendi vt eadem corpora redderentur: & tunc non mutuum, sed depositum contrahitur. ita est textus in dicta. l. Lucius. ff. depositi. quia non omnis numeratio accipientem ex mutuo obligat, in dicta. l. non omnis. ff. de rebus creditis. Tolle exemplum Petri, de scholastico qui pecuniam suam custodiendam tradidit mercatori, vt in necessitatibus suis conferret sibi illam pecuniam: certè mercator non obligatur ex mutuo, sed ex deposito. ratio, quia mercator debet easdem pecunias in eadem specie sibi tradere. vnde cessat hoc modo ratio mutui, per dictam. l. secundam. §. primo. ff. si certum petatur. &. §. primo. Institu. quibus modis re contrahitur obliga. Idem & fortius vbi in sacco posita tradita est: quia tunc vt species deberetur, non autem vt genus. Ita ego pondero text. in dicta. l. secunda. §. mutui. ff. si certum petatur. in his verbis, per solutionem magis quàm per speciem. & in. l. prima. §. si pecunia in sacculo. ff. depositi. &. §. si cista. ead. l. non autem. per dictam l. si quis nec causam. prout inducebat Bartol. illum textum, contra Ioannem qui hoc non pro-
22 bat, vt manifestè declaraui. † Si autem numerata esset eo animo vt alia corpora redderentur: & tunc non esset dubium: quia est mutuum regulare. exemplum autem irregularis mutui est in. l. rogasti. in princip. ff. de rebus creditis. Si autem non apparet de numeratione, dicebat Petrus indistinctè quòd præsumitur pecunia deposita. & hoc ista ratione quam tradit Paulus in dicta. l. cùm quid. in fine. ff. si certum petatur. quòd non debet considerari quod vtilius est tradenti cùm potuit apertius legem dicere, per. l. veteribus. ff. de pactis. idem in. l. quicquid adstringendæ. ff. de verborum obliga. Ego autem putarem probabilius dici prout dicit text. in dicta. l. rogasti. & dicta. l. si quis nec causam. quia aut in ipsa traditione consideratur solus fauor accipientis, maximè vbi non interuenit stipulatio vsurarum: & præsumitur potius pro tradente, vel quod erit depositum vel creditum, secundùm quod videbitur expedire tradenti. ita distinguit text. in dicta. l. rogasti. Si autē contemplatione tradentis tantum sit traditio: & præsumendum est pro accipiente, prout videbitur vtilius expedire accipienti. ita est text. in dicta. l. rogasti. & dicta. l. Lucius. ff. depositi. & pondero text. in. l. prima. ff. de æstimato. actio. & istud puto verius. Adde quòd text. in dicta. l. si quis nec causam. videtur aliquo modo sentire dictum Bartol. id est quòd pecunia fuerit deposita: quia deposuit tantùm, non autem mutuauit, nisi in eum casum si emeret: casu igitur non contingente non erit mutuum, sed depositum: quia prouisio facta in vno casu non porrigitur extra casum. l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. &. l. si cùm dotem. in principio. &. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Quod autem non contigerit in casu reseruato patet: quia antequam conuerteretur in emptionem prædiorum perijt pecunia. Alium

Alium casum habes in text. l. primæ. §. sæpe eue-
23 nit. ff. depositi. † quando depositarius vltro obtulit se deposito: quia tunc tenebitur de omni culpa, sed non de casu fortuito: sicut videmus in negotiorum gestore, qui vltro se obtulit ad gerenda negotia absentis: vt in. l. si pupilli. §. finali. ff. de negotijs gest. in. §. igitur. in fine. Institu. de obligationi. quæ ex quasi contractu nascuntur. idem in tutore, iuxta. l. vxori. ff. ad. l. Corneliam de fals. Aliquando etiam tenetur de casu fortuito, quando depositarius fuit in mora restituendi depositum. l. si in Asia. §. finali. ff. depositi. ex quo text. coniuncta expositione glos. in verbo, periculo. probatur opinio Ioan. in dicta. l. si quis nec causam. vt periculum sumatur pro casu fortuito. quam etiam approbauit glos. Ratio autem huius limitationis est, quia mora facit transire omne periculum in morosum. text. in. l. quod te. in principio. ff. de rebus creditis. Addit alium casum gloss. in. §. præterea. in verbo, dolo. Institu. quibus modis re contrahitur obligatio. quando per loca periculosa defert rem depositam: quia tenetur etiam de casu fortuito. l. qui petitorio. §. fina. ff. de rei vendicatio. l. in rebus. in princip. ff. commoda. Hoc putarem verum, nisi necessariò oporteret per eum locum periculosum transire: quia non teneretur nisi de dolo, per illum textum, tunc autem diceretur in culpa quando quæreret circuitus, non autem vias rectas, iuxta. l. non solum. §. annus. ff. de excusatio. tuto. idem text. in. l. qui fiscales. C. de nauicula. libro. xj. idem not. Ioan. Fab. in. §. illud.
24 versicu. hic enim. Institu. de adoptionib. † quia voluntas & propositum, secundùm eum, distinguunt maleficia. l. qui iniuriæ. in principio. ff. de furtis. Exigit autem depositum eam diligentiam quam solitus est rebus suis adhibere depositarius. ita est text. hic: cui concord. l. quod Nerua. ff. depositi. quæ præsumitur cessare in re deposita secundùm glos. fina. illius legis, quando res depositarij saluæ essent alijs rebus depositis perem ptis vel non apparentibus, per. l. si vt certo. §. nunc videndum. versicu. quod vero. ff. commodati. quod procedit vbi quis in rebus suis esset diligẽtior quàm hominum natura desiderat, per dictam. l. quod Nerua. tunc vbi non æquè in alienis diligens esset, præsumeretur tunc esse in culpa dolo proxima, scilicet latiore: iuxta. l. quæ situm. §. illud. ff. de precario. & dictam. l. quod Nerua. hoc suadetur alia ratione: quia vbi culpa in rebus suis non culparetur: in alienis autem coërceretur. l. si constante. §. si maritus. ff. soluto matrimonio. vnde si aliquo casu in re sua non ita diligens appareret: culpa sua non culparetur: tamen propter communem suam consuetudinem coërceretur in alienis: quia præsumeretur quòd dolose omisisset: cùm non sit in rebus suis communiter ita negligens. Sed hoc videtur multum absonum, vt diligentia sit sibi nociua, & sic deterioris conditionis sint diligentes quàm negligentes contra casum legis, summa cum ratione. in princip. ff. de pecul. & in. l. pupillus. ff. quæ in fraudem creditorum. & in. l. regula. §. penulti. ff. de iuris & facti ignorã. & in. l. seruus. ff. quod vi aut clam. ibi, ne melioris sint conditionis stulti quàm periti. dicas quòd sua diligentia non nocet: sed dolus suus præsumptus, qui probatur ex eo quod suprà dictum est: quia minorem diligentiam adhibuit in rebus depositis, quàm in suis. ita dicit Bartol. & Fulgos. post Petrum in dicta. l. quod Nerua. & addit Fulgos. optimum
25 simile † quòd furiosus si committat homicidium excusatur. l. infans. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. & l. diuus. ff. de officio præsid. quod non contingit in homine sanæ mentis: ergo sana mens est nociua: quod est falsum: quia prudentia sua non est nociua: sed delictum ipsum, quod delictum ipsum condemnat. l. palam. §. fina. ff. de ritu nuptia. sic idem in casu nostro, vt noceat depositario dolus suus præsumptus: quia tamen vna præsumptio doli tollit aliam, poterit purgari dolus ille præsumptus per contrariam præsumptionem: quia diligens alius paterfamiliâs æque disposuisset, iuxta. l. in rebus. & l. argentum. ff. commodati. hoc idem not. glos. in dicta. l. si vt certo. §. nunc videndum. versic. quod verò senectute. ff. commodati.

Prædicta omnia procedunt in precario sicut & in deposito: per hunc textum. cui concordat dicta lex, quæsitum. §. illud. ff. de precario. & eadem expositio quæ data est in deposito, debet replicari in precario: ideo nihil vltra refero: quod tamen secus est in commodato. & de ratione differentiæ statim dicetur.

26 In mandato dico † quòd si mandatum fiat gratia mandantis: tunc dic prout not. textus in dicta. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commodati. quòd in eo veniat dolus & latior culpa & lata. ita procedit iste textus, quòd lata culpa venit in mandato, vbi in deposito venit dolus tantùm & latior culpa, quæ dolus est, vt dixi suprà. & cùm regulariter mandatum fiat gratia solius mandantis: tunc ex dispositione communi venit tantùm dolus & lata culpa. vbi autem fit gratia mandatarij, venit dolus & lata culpa: & requiritur etiam diligentia, sicut in commodato quod fit gratia commodatarij: secus autem si gratia vtriusque: quia dolus & culpa tantùm: de quo in dicta lege, in rebus. ff. commodati. §. item is cui. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio. vbi suppleas per ea quæ illic notantur per glossam & Ioannem Fabrum. De casu autem fortuito non tenetur: quia casus fortuiti non sunt in potestate hominis. l. quæ fortuitis. C. de pignora. actio.

Tu autẽ limitabis, nisi culpa præcedat casum,

l.item quæritur.ff.locati.in dicta.l.in rebus.

27 Secundò, † nisi commodatarius vel mandatarius susceperint in se periculum casus fortuiti, per dictam.l.si vt certo. §.nunc videndum.quia contractus ex conuentione legem accipiunt, sicut dictum est suprà de deposito. iuxta.l.iurisgẽtium §.si paciscar.ff.de pact. &.l.j.§.si conueniatur.ff.depositi. Adde tamen vnum, quòd vbi est susceptum periculum casus fortuiti, intelligitur de ordinario, non autem de eo qui insolitus est. text. in.l.fistulas. §.fina. ff. de contrahenda emptio. de quo plenè per Bartol. & omnes in.l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautionibus.

Tertiò limita, nisi in alios vsus cõuerterit rem commodatam, quàm esset destinata: & hoc est quod dictum est in prima limitatione, quia culpa præcessit casum.

Quartò, nisi mercedem acceperit pro custodia: quia tunc tenetur de leuissima culpa. §.item is cui. Institu.quibus mod.re contrahitur oblig. Sed dic quòd in vtroque casu ratione mercedis transeunt in speciem alterius contractus, dicta.l. si vt certo.§.nunc videndum. de qua suprà pluries memini. idem in.l.naturalis. §.at cùm do.ff. de præscriptis verbis: nam commodatum debet esse gratuitum.§.item is cui.Institu.quib.modis re contrahitur obliga. ita etiam mandatum.§.fina. Institu.de manda.l.j.ff.manda.aliâs erit locatio per illa iura. quare non est mirum si periculum transeat in eos: vt dictũ est suprà de deposi.

Differentia autem inter commodatum & prècarium hæc est, quæ posita est per Iurisconſ.in.l. quæsitum.§.illud.ff.de preca.quæ videtur con-
28 formari differentiæ positæ per Io.& glos. † quia precarium siuè ab initio siue ex postfacto est voluntarium & liberale, quia potest quandocunq; reuocari.l.j.in princ.ff.de preca. Secus autem in commodato: quia licet ab initio sit volũtarium, ex postfacto tamen est necessarium. l.in commodato.§.sicut.in princ.ff.commod. Ideo tu potes colligere aliam rationem differentiæ inter precarium & commodatum; quare in vno non venit culpa, scilicet in precario: at in commodato venit, quia cùm res precario concessa possit quandocunq; reuocari, si cognouerit vtentem re precaria abuti rè concessa: vnde imputandum est cõcedenti, quare non reuocauit, sicut dictum est suprà in deposito: sed in commodato secus: quia postquàm res est commodata, non potest repeti, nisi vsu finito, vt dictum est suprà. Non est igitur mirum si culpa non potest imputari commodanti: quia sibi prouidetur per actionem ad interesse; iuxta.l.iij.§.hæres.ff.commodati. ideo in primo casu, scilicet in precario, culpa cum culpa compensatur, id est culpa concedentis cum culpa eius cui conceditur, quæ est quare non reuocauit cùm sciebat vtentem precario abuti re concessa. sed in commodato, secus: quia commodatarius non est in culpa, si non repetierit: quare non potest compensari culpa, vbi non est, seu imputari culpa, vbi non est.

In actione empti seu in cõtractu emptionis & venditionis do tibi omnia quæ attendi debent.

29 Primò, † quia venditor obligatur ad factum. quæ obligatio præcise non compellit eum ad factum.l.vbi autem.§.finali.ff.de verborum obligationi. de quo dixi in repetitione.§.Cato.in.l. quarta.ff.eod.de verborum obligatio. quam feci in anno decimooctauo ætatis meæ. de quo dic vt in.l.prima.et.l.ex empto.in princ.ff.de actioni.empti.quia non compellitur tradere rem venditam, sed liberatur soluendo interesse. de quo in.l.stipulationes non diuiduntur. in princip.ff. de verborum obligationibus.

Secundò, si res vendita ante traditionem pereat: emptoris non venditoris periculo peribit.l. prima. C.de pericu.& commod.rei vendi.quod tamen limita in casibus nota.per glos. in. §.cùm autem emptio.in verbo, statim. Institu.de empt. & vendit. non autem intelligas prout dixit illic glos. secundùm Ioan. Fab. quòd nouem posita per illam glos. sint necessaria ad hoc vt periculũ transeat in venditorem: sed sufficit alterutrum illorum: vt potes cognoscere ex legibus allegatis per eam. Cum dolo autem & culpa in isto contractu venit & diligentia, qualẽ adhibet diligentissimus paterfamiliâs in rebus suis.text.in.l.custodiam. ff.de pericu.&.commo.rei vendi. sicut dictum est in commodato, per illum text. idem text. in.l.quod sæpe. §.si res vendita. ff.de contrahenda emptio.&.l.eum qui emit. hic alleg.in glos.ff.de furtis.nec per hoc obstaret sibi sua diligentia, sicut dictum est suprà in commodato.

30 In † actione autem pignoratitia venit dolus et culpa & diligentia, quam solet vnusquisq; diligens paterfamiliâs adhibere suis rebus. l.si cùm venderet. §.finali.cum.l.sequenti.ff.de pignora. actio.non autem tenetur de casu fortuito. l.quæ fortuitis.C.de pignora.actio.de quo plenè in.§. fina. Institu. quibus modis re contrahitur obliga. vt si res pignorata perierit per culpam creditoris, per pignoratitiam actionem consequatur pignus oblato pretio. l.prima. ff.de pign.actio. vel impediet repetitionem debiti per doli exceptionem, nisi pignore restituto cum causis suis: iuxta.l.creditor.&.l.fina. in princi. ff.de pigno. actione. Et sic adde quòd creditor pro pignore obligatur de leui culpa. l.seruos. &.l.si necessarias.in princi. ff.de pigno.actio. sed hæc procedunt in pignore conuentionali: quia secus in pignore prætorio, in quo creditor obligatur tantùm de dolo.l.si finita. §.si quis damni. ff.de damno infecto. &.l.prætor. §. est præterea. ff. de bonis authorita.iudic.possiden.per quem idem notat glos.in.l.prima.ff.de pignora.actio.& Cin.
31 in.l.sicut.C.de pig. † Quis autem teneatur probare casum fortuitum vel culpam aut dolum creditoris aut commodatarij & similium: dic vt per Petrum

Petrum & Cinum, qui melius in hoc sunt locuti cæteris in.l.si creditor.C.de pigno.actio.dicunt enim quòd creditor tenetur probare amissionē & modum amittendi: quia testes deponentes de amissione debent de modo deponere, cum causam dicti sui reddere debeant. l.solam. C.de testib. satis autem probat casum ex quo amissionem & modum amissionis probat. text. in. l.si quis fundum.§.Imperator. ff.loca.& conducti. Ego autem vltra Petrum addo alium textum, & meliorem in.l.super seruis.in princip.C.qui milita.poss.libro.xj.in his verbis, & suam ignorantiam, eo quòd contrarium minimè probatur, ostendere. cum concord. not.per glos. idem in.l. præsenti.§.sicuti. C.de his qui ad eccles.confug. aliâs probat debitor, per dictam.l.si creditor.in verbo, deprehēditur. ex qua lege colligit Petrus distinctionem præcedentem.facit vulga. l.quoties.ff.de probationibus.

Alium autem probandi modum tradit Bart. in.l.si quis ex argentarijs. §. an vero hæredi. ff. de edendo. quem sibi ascribit Bald. in dicta.l.si

32 creditor. † quoniam aliqui sunt casus qui sine culpa regulariter non contingunt: qualis est incendium & furtum. l. si vendita. ff. de periculo & commodo rei vendi.in.l.cum duobus. §.damna.ff.pro socio. & probato illo casu non dicitur purgata culpa: ideo tunc creditor teneretur probare culpam in eo cessare, cùm præsumptio sit contra eum. Accedat.l.fina. in princip. ff.quod metus causa. ideo propter eam præsumptionem debet se purgare.facit idem tex.in argumentum in.l.prima.§.si quis in villa. ff.ad Sillania. Si autem sit talis casus qui sine culpa contingit, qualis est incursus hostium, vis latronum: vt patet in l.in rebus.ff.commoda.qui euitari non possunt, dicta.l.quæ fortuitis.C.de pignora.actio. & dicetur in fine huius legis, & tunc probata amissione satis probatur casus: vt patet hic & in. l.si merces.§.culpæ. ff.locati & condu. Adde quòd hanc distinctionem tradit Iurisconsultus in. l.si vt certo. §.nunc videndum. versicu. quod verò senectute. iuncto versic.proinde & si incendio. Aliam autem formam probandi casum tradit Ioā.de pla.in.l.quod ad præsens.C.de murileg.

33 lib.xj. ego dico tibi quòd leges loquuntur † de casu fortuito, qui excusat aut excusare posset habentem custodiam rei, debet esse talis qui præuideri non potest, & cui resisti non potest.text.in l.in iudicio.C.de locato & conducto.& dicta.l. quæ fortuitis. aliâs si posset huic resisti & impediri casus: tunc non excusaretur. tex.in.l.prima. §.fina.versicu.non tamen semper. ff.ad Sillania. in versicu.nam si finxerit. vbi not.text. multum singularem in verbo, vel dictis gratias tulit. de quo vt dixi suprà, copiosius tangemus de singulis casibus fortuitis.

34 In † locato & conducto venit dolus culpa & diligens custodia, qualem quisque diligentissimus paterfamiliâs solitus est rebus suis adhibere, textus in.l.si merces. §.qui columnam. ff.locati & conducti.in.l.nauta.ff.nautæ caupones stabularij.in.§.fina. Institu.de locato & conduct. vnde dico quòd si quis locauerit operas suas, & asseruit se industriosum, cùm aliâs esset omnium negligentissimus, tenetur.ita est tex.in dicto.§.qui columnam. in versicu. eorumque, quorum opera vteretur, culpa accederet. quem textum ita ponderauit Baldus, idem in eadem. l.si merces. §. conductor. de quo dixi latius in.l. imperitia. ff. eodem titu. idem si minus tempore debito operas suas adhibuerit: vt patet in.l.fina. C.de nauicula.libro.xj. in.l.qui petitorio. in fine. ff.de rei vendicatione.& dicto.§.conductor.versicu.suo quoquè tempore faciat. in dicta. l. si merces. ff. locati & conduct.Limita verum, nisi is qui conduxit, scienter expertem conduxerit. l. vtique.§. culpa.ff.de rei vendicatio.idem in.l.quod si nolit.§.culpa.ff.de ædili.edicto.glos. in.l.si ab hostibus.§.si vir.ff.soluto matrimo.hoc verum, nisi aliâs conducens necessitaretur illum accipere, cùm alius nō inueniretur, etiam in finitimis prouincijs: quia tunc excusaretur à culpa.§.quod autem dictum est. in authenti.de non alienand.aut permutan.rebus ecclesiæ.collatio.ij.versicu.aut etiam vno si vnum solum ciuitas habeat.

35 Idem † in conductore, vt si res conducta dolo vel culpa conductoris perierit, tenebitur, dicta.l.in iudicio. vbi plene videas per glos. C.de locato & conduct. in hoc autem contractu non venit casus fortuitus.§.fina. Institu. de locato & conducto.nisi aliter conuentum esset: vt dictum est suprà in deposito & alijs contractibus: quia sicut in eis seruanda est lex conuentionis: sic & in isto seruanda est lex conductionis, dicta. l.si merces.§.conductor. ff.locati & conduct.dic vt notatur in.l.si vt certo. §.nunc videndum.ff.cōmoda.sæpe alleg. Propterea dixit Bald.in dicta l.in iudicio.in fine. C.de locato & condu.quòd si ragatius minus diligenter laternam tenuerit, quia domus succensa est: conductor tenebitur nedum de facto suo, sed & de facto seruorum suorum. pro quo ponderat textum in.l. videamus. in fine.cum.l.sequen. ff.locati & conduc. melius probatur in princip.legis, vbi multas habes concordan. not.per glos. cui addo vnum alium textum in.l.vnica. ff.furti aduersus nautas. hoc verum nisi talis sit de quo non debuit conductor dubitare: quia tunc liberatur dando noxium, dicta.l.vnica. in fine versicu.in seruo vero suo ignoscendum sit ei quasi domestico malo si noxæ dedere paratus sit. idem in.l.argentum.ff.commodati. in.l.cum duobus. §.damna. ff.pro socio. Propterea in simili quæstione vbi dubitatur de authore criminis: dixit Bartolus in dicta. l. vnica. in fine. ff. furti aduersus nautas. quæstionem habendam de familia, vt veritas facti eruatur. l. quoties. C. de naufragijs.

lib.xj. vnde patet de custodia quam debet adhibere conductor circa rem conductam, vt teneatur si aliàs conuenientem non adhibuerit.

36 Circa actionem de dote dic † quòd maritus tenetur de dote, si dolo vel culpa eius perijt, atque si extaret dos. text. in. l. in rebus. ff. de iure dotiũ. maritus enim tenetur eam diligentiam adhibere rebus dotalibus qualem diligens paterfamiliâs solitus est rebus suis adhibere. similem doctrinam tradit Barto. in. l. j. colum. ij. in princi. ff. de solutio. quam tamen intellige sanè secundùm casum. l. si constante. §. si maritus. ff. solu. matri. si quidem negligẽs esset maritus circa administrationem rerum suarum non sufficeret, per illum tex. illa diligentia quam adhibet rebus suis: quia negligentia quæ in rebus proprijs culpatur, in alienis coërcetur. Propterea consideranda est diligentia quam alius diligens paterfamiliâs adhibet rebus suis, vbi aliàs negligens esset circa res suas. vbi autem diligens: sufficeret ea sua diligentia. concord. text. in. l. etiam. §. licet. iuncta. l. si mora. ff. soluto matrimo. in. l. Pomponius. ff. de pactis dotali. vbi ex illo text. infertur quòd pactum per maritum factum, vt non teneatur nisi de dolo, non autẽ de culpa, est nullum, nec præiudicat mulieri. hoc idem not. glos. in dicta. l. etiam. §. licet. ff. soluto matrim. Ratio autem quare maritus teneatur de dolo & culpa, & negligentia est: quia causa mariti dos data est. ita dicit text. in dicta. l. in rebus. Sed ista ratio videtur cõ

37 fusa, per. l. primam. ff. soluto matrimo. † vt potius fauore Reipublicæ & mulierum dos data videatur, quàm mariti fauore Reipublicæ, vt ciuitas liberis repleatur, per dictam. l. j. ff. soluto matrim. & fauore mulierum, vt facilius nubere possint. l. ij. ff. de iure dotium. & in authen. sed quan uis. C. de rei vxo. actio. vnde est quòd maritus si dotem non habuerit ab vxore: poterit vxori denegare alimenta: vt dicit glos. reputata solennis in. §. fin. in verbo, onera. in authenti. de non eligen. secundò nuben. collatio. j. quam no. ad hoc Bald. in. l. de diuisione. & l. in insulam. §. vsuras. ff. soluto matrimo. pro quo ego addo text. meliorem in. l. pater. in princi. ff. de exceptio. doli. non potest esse alia ratio fauoris ipsius mariti, nisi vt facilius onera matrimonij subeat, iuxta. l. plerunque. ff. de iure dotium. & l. propter onera. C. de iure dotium. Sed satis videtur huic responsum per præcedentia ex eo quòd maritus poterit denegare onera matrimonij subire, nisi dos sibi data fuerit: ideo potius attenderetur causa mulieris quàm mariti, quare deberet tantùm dolus & lata culpa venire, per dictam. l. si vt certo. §. nunc videndum. j. ff. commoda. non autem veniret leuis culpa: quia vt alat mulierẽ datur dos marito. Si igitur mulierem non alat, dos repetitur non data: licet promissa peti nõ poterit: aliàs petenti obstabit exceptio doli, per dictam. l. pa-

38 ter. in princi. ff. de exceptio. doli. † Tu autem dicas quòd principaliter fauore mariti dos datur, per dictam. l. in rebus. ff. de iure dotium. & l. pro oneribus. in verbo, mariti lucro. C. de iure dotium. licet secundariò causa mulieris & Reipublicæ tradatur & conseruetur. ita probat tex. in. l. ij. ff. de iure dotium. & l. j. ff. soluto matrim. & ita puto sensisse Iurisconsul. in dicta. l. in rebus. Et per hæc habes plenè declaratam communem illam opinionem quæ habet quòd dos constituitur gratia vtriusque, scilicet mariti & vxoris: quæ probatur in. l. si vt certo. §. nunc videndum. sæpe alleg. ff. commoda. in versicu. sed vbi vtriusque vtilitas versatur, vt in empto, vt in locato, vt in dote. ex quo text. probatur alia regula, quòd in contractibus qui celebrantur gratia vtriusque contrahentis, venit dolus, lata & leuis culpa, non autem leuissima: quam tamen regulam intelligit veram esse glos. in dicta. l. si mora. in verbo, ne facto. ff. soluto matrimo. vt non veniat leuissima culpa quæ contingit in omittendo seu negligendo: secus autem si in faciendo vel committendo consistat. & hoc tenet reprobata opinione Irnerij, per. l. in lege Aquilia. ij. ff. ad legẽ

39 Aquil. Et ratio differentiæ est: † quia culpa quæ est in committendo, grauior est ea quæ est in negligendo, per. l. capitalium. §. penul. ff. de pœnis. idem notat & sequitur Flor. de sancto Petro, in dicta. l. Aquilia. Addo tamen quòd contrarium tenuit Areti. in dicta. l. si mora. in. vj. col. quia dicit si specialis prouisio hominis facta de exemptione leuis culpæ faciat vt non teneatur de leuissima culpa. l. si seruus seruum. §. si calicem. ff. ad legem Aquil. & patet etiam hic in. l. nostra: vt licet non possit per contractum fieri, vt de dolo quis nõ teneatur: de culpa autem liberare potest: tanto magis vbi per legem fit prouisio, vt quis de culpa non teneatur: sed potetior est pro uisio legis prouisione hominis: vt patet ex doctrina Barto. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis et posthu. facit quod notatur in. l. ij. C. de iure emphyt. per eundem Barto. & omnes in l. si cùm dotem. in princip. ff. soluto matri. Adde pro opin. Francis. Areti. quòd licet in actione directa legis Aquiliæ non veniat leuissima culpa, quæ est in negligendo tantùm: venit tamen in actione vtili. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. & l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquiliam. idem notat Roma. in. l. fluminum. §. vitium. ff. de damno infecto.

40 Præterea † contra glos. vltra eum facit text. in l. si cùm dotem. §. sin autem in sæuissimo. versic. si verò ita dotem dissipare manifestum est, vt nõ hominem frugi: oportet dotem sequestrari. iuncta. l. si constante. §. si maritus. ff. soluto matrim. versic. quamuis enim eam diligentiam vxor demum exigat, qualem suis rebus exhibet, nec plus possit. Pondero text. in dicto. §. sin autem in sæuissimo. in verbo, dissipare. per quod patet quòd culpa commissa est in faciẽdo, non autem in negligendo.

gligendo. Præterea pondero verbum, vt nō hominem frugi: quia cōmittebat in re dotali: quod diligens paterfamiliâs non fecisset: & tamen nihil deest marito, nisi factum illud fuerit multum culpabile: vt patet in dicto. §. si maritus. in verbo, attamen sæuitia. Præterea si maritus non fuit solitus minus in re sua quàm in re dotali facere: licet culpa sit in committendo, non tamen obligatur ex ea culpa: quare non videtur verū quod dicit gloss. quòd maritus teneatur de leuissima culpa: cum istud non reperiatur iure cautum.

41 Nec obstat in. l. Aquilia. si dicatur † quòd veniat leuissima culpa, per dict. l. in lege Aquilia. ff. ff. ad legem Aquil. quia ego putarem verum ꝙ vbi esset talis contractus qui celebraretur gratia tantùm recipientis, vt in commodato: quia regulariter gratia cōmodatarij, secundùm casum dictæ. l. si vt certo. §. nunc videndum. versiculo commoda autem. ff. commoda. quòd posset vera esse gloss. vt esset differentia inter leuissimam culpam contingentem in committendo & in negligendo: vt licet ex natura contractus per actionem ex illo contractu propter leuissimam culpam non competeret: veniret tamen per actionē legis Aquiliæ, dicta. l. in lege Aquilia. ff. ad legē Aquil. secundùm doctrinam Barto. in. d. l. si mora. Adhuc tamen hoc non puto verum: quia hoc non reperitur iure cautum: tamen etiam quia est contra. d. §. nunc videndum. vt veniat tantùm leuis culpa, non autem leuissima: quia in his contractibus in quibus versatur vtriusq; vtilitas, nō venit leuissima culpa, sed leuis tantùm, per illū tex. sic idem est in actione de dote. idem no. glo. in. l. etiam. §. licet. ff. solut. matri. per. l. in rebus. ff. de iure dotium. Hoc tamen limitat multùm

42 notabiliter subtilis Petrus de Bellaperti. † nisi maritus fuisset in mora tradendæ dotis: quia tenebitur de omni culpa, etiam leuissima quocunque modo commissa. facit tex. in. l. quod te. ff. de rebus credi. e contrario vbi mulier esset in mora recipiendi dotem: tunc teneretur tantùm maritus de dolo, per. d. l. si mora. ff. solu. matri. quod dictum aliâs in contingentia facti notaui. & secundùm hoc cōsului in simili casu in aliquo qui filiū dederat obsidem ratione alicuius pecuniæ promissæ hostibus propter captiuitatem suam: quem eundem filium promiserat luere intra mēsem: aliâs pœnam promisit si non lueretur: debitor autem fuit in longa mora, post cuius moram interijt filius apud hostes: dubium erat an pecunia promissa ratione redemptionis paternæ deberetur non obstante morte filij obsidis. dixi cōsultus quòd cùm non apparebat quòd creditor fuerit in dolo circa mortem obsidis, ratione moræ nō teneretur creditor de interitu, nec per hoc esset liberatus debitor à promisso. et in simili inducebam decisionem Dini positam in. d. l. si mora. ff. soluto matrimonio. quam referunt illic Bartolus & omnes, de eo qui assumpsit custodiam castri vsque ad annum, quo finito denuntiat domino vt custodiam acciperet: si post denuntiationem sine dolo custodis hostes debellauerunt castrum, periculum erit domini, per. l. item quæritur. §. finali. cum. l. sequen. ff. loca. & conduc. faciunt notata in. l. si decesserit. ff. qui satisdare cogantur. & in. l. cùm res. §. fina. ff. de legatis. primo. Vnde in isto casu dicebam tūc pro deductione, non esse necessariam denuntiationem triplici ratione. Primò, quòd intra mensem tenebatur, quare post mensem ipso facto constituebatur in mora sine interpellatione. l. magnā. C. de contrahen. stipulatio. in. l. traiectitiæ. ff. de actio. & obligatio. Secundò, quia vbi aliâs debuisset denuntiare, commodè tamen non potuisset ratione hostilitatis quæ præbebat creditori iustam causam immunitatis. argu. c. ex transmissa. extra de præscrip. l. ab hostibus. ff. ex quibus causis maior. Tertiò, quia constabat creditorem non esse in culpa, cùm diligentem custodiam adhibuerit circa curam obsidis: quia vt curaretur & sanaretur filius obses adhibuerit peritos medicos: quapropter dicebam dolum & culpā cessare. l. quod si nolit. §. culpa. ff. de ædili. edicto. per gloss. in. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solu. matrimonio. iunctis notatis in. l. illicitas. §. sicuti. ff. de officio præsid. vnde dicebam eandem rationem procedere sicut in casu Dini: & ita obtentum est secundùm consilium meum. aliâs ego te neo per supradicta cum Petro & Francis. Areti.

43 † quòd nisi maritus fuerit in mora tradendæ dotis, quòd maritus teneatur de dolo, lata & leui culpa: non autem de leuissima, per supradicta: quia aliter non reperio expresse iure cautum.

Nec obstat vltra prædicta. d. l. in lege Aquilia. quia non est bona extensio de contractu ad delicta, prout tenet etiam in nostris terminis Bartol. in dicta. l. si mora. in fine. quod puto verius: quia certum est in actione de dote non venire culpam leuissimam, per dictū. §. nunc videndum. nec est aliquis qui hoc negat, nec contrarium probari posset. Idem dico in actione tutelæ vt veniat dolus, lata & leuis culpa, non autem leuissima. l. quicquid. C. arbitr. tutel. hic alleg. in gloss. cui addo text. in. l. si tutor. ff. de administratio. tutorum. idem text. in. l. tutor. §. tutores. versicu. his tutor. ff. de suspec. tuto. in verbo, inconsideranter. & verbo, vel dolo. iuncto. §. sequenti. & l. hæc enim. in fine. & l. impuberibus. §. primo. eodem titulo. primum patet in dicta. l. hæc enim. in fine. in his verbis, verum ob ignauiam vel negligentiam vel dolum, si dolo

44 fecerint possunt remoueri. † vbi autem tutor non posset satisfacere pupillo, & eum seruare indemnem, ex dolo suo aut culpa luet in corpore. l. ob fœnus. ff. de administratio. tutorum. facit quod notatur in. l. si libertus. & l. nisi. C. de administratio. tutorum. Onus autem probandi dolum vel culpam ipsius tutoris, id est, tuto-

rem dolose vel inconsiderate versatum esse circa administrationem rerum pupillarium, competit pupillo seu alij allegāti dolum vel culpam. probatur in.l.chirographus. in fine principij.ff. de administratio. tutorum.& facit regula vulgata.l.quoties.ff.de probationibus.de qua memini suprà, Qui dolum dicit probare debet. Hoc intelligo verum, nisi esset contraria præsumptio pro pupillo contra tutorem. argumen.l.primæ. §.si magistratus.ff.de magistra.conuenien.Idem textus in.l.qui sub conditione.ff.de conditio.& demonstration. Idem notat gloss.in dicta.l.nisi. habes exemplum in dicta.l.impuberibus.§.finali.vbi per gloss.in verbo, ob hoc ipsum.ff.de suspect.tutori. de casu autem fortuito, qui præuideri non potest, excusantur. text.in.l.tutoribus. C.de pericul.tutorum. Idem in.l.si res pupillaris.ff.de administratio.tutorum.Limita, vt prius dixi in alijs contractibus, nisi culpa tutorum præcesserit casum: de quo habes textum in.l.si res pupillares.C.de periculo tuto. Idem notat glos. in dicta.l.si res pupillaris. ff.de administratio.tutorum.vbi addit text.in.l.negotium. C.de nego

45 tijs gestis. † Vbi autem culpa non præcederet casum, iuxta.l.vtique.ff.de damno infecto.tunc tutor liberaretur cedendo actiones sibi competentes ratione interitus: iuxta.l. quod debetur. ff.de pecul. Idem in.l.item videndum.in principio. ff. de petitione hæredita. De modo autem culpæ, qualiter leuis culpa in tutore præcedere posset, vltra prædicta vide quæ notat Cin.in.l. quicquid.C.arbitrium tutelæ. Et quia actio negotiorum gestorum quantum ad culpam habet conformitatem cum actione tutelæ: vt sicut contra tutorem datur regressus, si eius culpa etiam leui pereant res pupillares, vt dixi suprà, sic idem in eo qui citra mandatum negotia aliena administrat. ita est text. in.l.tutori.hic allega.in glos. C.de negotijs gest. & idem suprà notaui inquantum locutus sum de deposito. Ego autem di-

46 co tibi † quòd in actione negotiorum gestorum quandoque venit dolus, lata, leuis, leuissima culpa, & casus fortuitus: per.l.si negotia. ff. de negotijs gestis. vbi glossa enumerat sex casus, in quibus negotiorum gestor tenetur de casu fortuito: quos repetit gloss. in.§. igitur. in verbo, sicut. Institu.de obligatio. quæ ex quasi contractu nascuntur. Ex his inferebat Bald.in dicta.l. si negotia. post Cin. in.l.tertia. C.de episcopali audien. quòd si gestor negotiorum alienorum equum alienum in pascuis remiserit: si postea lupi venient & comedent equum, tenebitur de interitu equi, licet casu fortuito perierit: quia potuit cogitare euentum. Cui ego addo text. in.l. qui occiderit. §.fina. ff.ad legem Aquiliam.ibi, si quis in stipulam suam vel spinam, comburendæ eius causa, ignem immiserit, & vlterius euagatus & progressus ignis alienam segetem vel vineam læserit &c.tex.vbi idem not.glos.in.c.fin. de homici.lib.vj.in ver.culpa.ibi, vbi culpa præcessit, quis tenetur de casu. Hoc tamē limitatur, nisi dominus equi ita erat solitus equū in pascuia pascendum mittere, per.d.l.si negotia. Cui ego addo alium text. vbi idem notat Floria.in.l.qui semisses.§.finali. ff.de vsuris. vbi addit aliam limitationem, nisi consuetudo regionis esset ita remittere: per.l.pignus. C.de pignora.actione. vbi per Baldum, &.l.quis sit fugitiuus. §. apud

47 Labeonem.ff.de ædilitio edicto. † Quandoque econtrario venit dolus tantùm, vbi negotia aliena aliàs essent peritura: quia tunc gerens ea tenetur de dolo.l.tertia.§.interdum.ff.de negotijs gestis. in his verbis, Nam si affectione coactus, ne bona mea distrahantur, negotijs te meis obtuleris: æquissimum esse, dolum duntaxat te præstare. Quandoque venit leuissima: vt quando alius diligentior erat gesturus vel administraturus, nihilominus vltro se obtulit. l.si pupilli. §. videamus.ff.de negotijs gestis.§.igitur. Institut. de obligatio.quæ ex quasi contractu nascuntur. Sed regulariter procedit quod suprà dictum est & quod probatur in hac lege, vt is qui sine mandato negotia aliena gessit, teneatur de dolo, lata, & leui culpa. ita est text.hic, & in dicta.l.tutori.hic alleg.in glos.non autem venit leuissima nec casus fortuitus. l. negotium gerentes. C. de negotijs gestis.

Sed in actione negotiorum gestorum, videtur quòd veniat leuis, propter regulam dictæ.l. si vt certo. §.nunc videndum. ff.commoda. quæ habet quòd vbi gratia alterius tantum contrahentium contractus celebratur, si contractus est bonæ fidei venit tantum in eo contractu dolus, non autem lata culpa. hoc expressiua & clarius quàm alibi probatur in. l. si seruus legatus. §. cùm quid. ff. de legatis.primo. Propterea videbatur idem in actione negotiorum gestorum: quia ille quasi contractus interuenit gratia solius absentis cuius negotia geruntur: non autem gratia gerentis negotia, dicto. §.igitur. Institut. de obligationi. quæ ex quasi contractu nascuntur. Præterea est bonæ fidei.§.actionum. Institu. de actionib. quare videtur esse directe contra leges præcedentes: sed dic quòd ideo in actione negotiorum gestorum non tantùm venit dolus, sed & lata & leuis culpa, vt dictum est su-

48 prà: † quia cum aliquis obtulit se negotijs alienis liberè seu voluntariè non debet onus suscipere nisi putauerit se commodè administraturum: & propterea requiritur in eo exactissima diligentia: quia forsitan alius eo diligentior se obtulisset, nisi ita præuenisset: quare hoc sibi imputatur quia hoc onus subire voluit. hanc rationem tradit text. in dicta.l.tutori. C. de negotijs gest.ibi, similis non habetur qui citra mandatum negotium alienum sponte gerit.& expressius in dicta.l.si pupilli. §.videamus. ff. de negotijs gestis.ibi, contemplatione tamen eius alius ad hoc non

non accessit, & si vir diligens quod ab eo exigimus etiam ea gesturus fuerit. sicut eadem admittit Christophorus Porcus in dicto.§.igitur. Institu.de obligationi.quæ ex quasi contractu nascuntur.pro quo allegat text.in.l.si se non obtulit.in principio.ff.de re iudica. de hoc vide glos. in dicto.§.igitur.in verbo,ad exactissimam. vbi plenè per Vltramontanos, ad quos te remitto: & ex quorum doctrina supplebis quæ hic omittuntur,ne vlterius de hoc contendam.

49 In † contractu societatis & alijs rebus communibus venit dolus,lata culpa, & negligentia: sed non maior diligentia requiritur in rebus cõmunibus quàm in proprijs. textus in.l.socius socio.ff.pro socio.per rationem illius legis quæ repetitur in.§.finali. Institu.de societa.quia imputet sibi qui minus idoneum aut parum diligentem socium accepit: quia sibi, non alij imputari debet, sicut prius dictum est in deposito, per.§. præterea. Institut. quibus modis re contrahitur obligatio. Adde etiam text.in.l.hæredes. §.non tantum. ff. familiæ erciscundæ. per Bartol. in.l. prima.columna.ij.in principio. & in fine primæ colum.ff.de solutio. Idem textus in.l.penultim. C.communi diuidundo. in.l. & puto. §.primo. ff.familiæ erciscundæ. in.l.si is qui. ff.communi diuidundo. vnde si socius esset in rebus suis negligens,non teneretur si culpa sua postea periret res communis, cùm sciebat inertiam ipsius socij is qui contraxit: quare,vt dixi, imputandum est ei. Hoc intelligit verum glos.in dicto.§.non tantum.& sequitur Florianus & bene: nisi ante contractam societatem esset diligens in rebus suis: quia negligentia posterior in suis eum non excusaret. Idem notat glos.in.§.fina.in glos.penultima. Institu.de societa. inquantum facit differentiam inter contractum societatis & contractum depositi. Et propterea inferebat Petrus de Bellapertica, & post eum Ioannes Faber in dicto.§.finali.

50 † quòd si tempore contractæ societatis videbatur diligens: postea autem appareat prodigus vel negligens poterit socius renuntiare societati: duntamen sit probabilis error: quia talem nesciebat prodigum: sed existimabat hominem bonæ frugis,& diligentem, & non desidem: quia tunc excusaretur: aliàs non ponderat text. in argumentum in. l. vtilitatem. ff.de confirman.tuto.l.fina. C.de sponsalibus.&.l.si cùm Cornelius.ff.de solutionibus. Ego autem pondero in terminis nostris meliorem textum in.l.si cùm dotem. §.eo autem tempore. ff. soluto matrimonio. vbi si dos communis sit patri & filiæ, non poterit filia contradicere patri repetenti dotem à marito,si talis sit pater cui omnimodè consentire debet filia:aliàs potest:quo casu non poterit pater nisi partem suam repetere, iuxta ea quæ notantur in. l. secunda. §. voluntatem. iuncta glossa in verbo, credet. &.l.dotem.ff.soluto matrimonio. sic socius poterit impedire socium ne rebus communibus se immisceat: aliàs non erit suo periculo gestum per eum. vbi ergo ante contractam societatem nouisset hominem, obligaretur ex eo contractu, nec posset liberè à contractu recedere. argumen.l.qui bona.§.de illo. ff. de damno infecto.

51 † quia contractus ab initio sunt voluntatis, sed ex postfacto sunt necessitatis. l. sicut. C. de actionibus & obligationibus. aliàs autem si renuntiauerit societati, tenebitur ad interesse socij. l. actione. §. diximus. ff. pro socio.

In rebus communibus, vt cognoscamus an & quando ex negligentia socio vel habenti rem communem cum alio socius teneatur vel obligetur: aliquando tempus præteritum aliquando præsens attendimus: prout clarè declarant idem Petr.& Ioan.Fab.in dicto.§.finali. Primò attendimus tempus præteritum si ante contractam societatem erat diligẽs in rebus suis: postea autem & propria et communia negligat: quia tunc non excusatur,vt prius dictum est. Aliquãdo tempus præsens, vt si industriose & diligenter cœperit versari post contractam societatem, licet antea esset negligens: attendemus tamen præsentem diligentiam & industriam: ideo si culpa sua postea aliquid perierit, peribit periculo socij culpabilis de interitu rei, non facta compensatione lucri contingentis ex industria & damni superuenientis ex culpa. Et licet nihil allegent, est text.in.l.non ob eam rem.cum.l.sequen. ff. pro socio. secus autem est in deposito, secundùm gloss. in dicto. §.finali. Institu. de societa. expressius glo.in.l.cum duobus.§.primo. in verbo, venit autem. ff. pro socio. vbi dicit glos.

52 † quòd in deposito debemus inspicere statum præsentem, id est,an tempore contracti depositi esset diligens vel negligens: & per hoc si tempore rei depositæ esset negligens, licet antea fuisset diligens: prior diligentia non erit consideranda. idem econtrario per dictum.§.præterea. Institu.quibus modis re contrahitur obligatio.& dictam.l.socius socio.ff. pro socio. rationem autem differentiæ tradit Salice. in dicta. l. cum duobus. §. primo. quam approbat Angel. in dicto.§.finali.Institu.de societa.quia cùm depositarius teneatur de dolo & lata culpa:tamen, secundùm eos, sufficit quòd non reperiatur in dolo vel lata culpa, per dictam.l.si vt certo. §. nunc videndum. ff.commodati. Sed secus est in re communi seu in societate: quia & requiritur diligentia, vt dictum est suprà,& patet hicquare etiam venit leuis culpa: & patet in dicta. l. cum duobus. §.primo. & multis alijs legibus tituli. ff.pro socio.

53 † Secundo alia ratione, quia in potestate deponentis est reuocare quandocunque depositum, vt dictum est suprà: quod secus est in societate: quia, vt dixi suprà, liberum est ab initio contrahere: sed ex postfacto est necessarium contractum obseruare.§.manet.

Institut. de societa. in dicta.l.actione. ff. pro socio. Ego autem addo meliorem rationem: quia si in deposito veniret consideratio præsentis & præteriti temporis, sicut dictum est suprà de societate: non esset differentia inter contractum societatis & depositi: quia in deposito venit semper leuis culpa: quia aliàs fieret eadem interpretatio in deposito quæ & in societate: quod tamen negat iste textus, & in dicta. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commodati. ideo non est mirum si gloss. dixit contractum depositi differre à contractu societatis. Ego autem dico quòd rationes Salice. & Angeli in multis non videntur
54 mihi veræ. Primò, inquantum dixit quòd † in deposito venit dolus & lata culpa: quia hoc non est verum, cùm in eo veniat tantùm latior culpa & non lata: vt patet in dicta. l. quod Nerua. ff. depositi. & hoc plenè declaraui suprà post Petrum & Bartol. quorum sententiam in hoc puto veriorem. Secundò, in alio non est vera prima ratio Salice. & Angeli: quia si in rebus suis erat diligens, & immediate post contractum depositum incipiat negligere, præsumitur hoc fraudulenter facere, ratione cuius fraudis præsumitur esse in latiore culpa. quod multum clare ostendi tibi suprà in contractu depositi. Et ita hoc sequuntur Petrus, Bartolus & Fulgosius in dicta. l. quod Nerua. Et per hoc erit responsum ad aliud quod dicebatur suprà, quòd non venit in deposito leuis culpa, sed lata tantùm: quia dico quòd isto casu non considerabitur leuis culpa, sed latior culpa: quia ex eo quòd antea erat diligens, propter præcedentem diligentiam à deponente fuit electus: vnde si immediate incipiat negligere post depositionem: nulli dubium quòd fraudulenter negligit. ita ego pondero text. in dicta. l. quod Nerua. ff. depositi. in his verbis, nisi tamen ad suum modum curam in deposito præstet, fraude non caret. notanter dixit, ad suum modum. quia satis denotat tempus præcedens depositionem quod antè erat diligens. idem si postea factus esset diligens, per eundem textum, in fine. ibi, nec enim salua fide minorem his quàm suis rebus diligentiam præstabit. pondero verbum, præstabit.

55 Nec obstat alia ratio: † quia liberum est deponenti reuocare depositum: quia dico quòd idem in societate, sed non indistinctè: sed secundùm præcedentem distinctionem: quia ductus iusto errore putauerit socium suum esse diligentem, cum aliàs esset negligens: tunc probato iusto errore poterit reuocari societas.

Vnde dicerem tenendo dictam doctrinam Petri & Ioan. Fab. in dicto. §. finali. quòd non esset maxima differentia inter contractum societatis & depositi quantum ad hoc, nisi quando essemus in dubio: vt in deposito attenderemus tempus præsens, vt differret à societate, prout differt, vt patet hic. secus autem vbi constaret quòd paulò antè depositionem visus fuisset diligens circa res suas, & quòd ea ratione ductus fuisset deponens ad deponendum, quòd tunc error eum excusaret: aliàs non. vbi autem non constaret de suo errore, præsumeretur quòd deponens cognoscebat mores depositarij: vnde sibi imputet deponens qui minus idoneum depositarium sibi elegit. Idem in societate: quod probatur ex identitate rationis: quia eadem videtur ratio posita in vno sicut in alio. hoc probo primò ex dicta. l. socius socio. ff. pro socio. in his verbis, quòd qui parum diligentem sibi socium acceperit de se queri debet. simile in dicto. §. finali. Institu. de societa. vbi ferè eadem verba & similia ponuntur in deposito. textus, in dicto. §.
56 præterea. Institut. quibus modis re contrahitur obligatio. dicit text. † quòd qui negligenti rem amico custodiendam tradidit, non ei, sed suæ facilitati imputare debet. Dicat mihi aliquis quæ sit differentia inter istas duas rationes: videlicet primam positam in contractu societatis & aliam positam in contractu depositi: quare tene considerationem Pet. & Ioan. Fab. de qua suprà.

Vnum ego addo ad hunc textum, quòd omnia prædicta possunt procedere in re legata: vt vbi in contractibus versatur vtriusque contrahentis vtilitas, venit dolus & culpa: vbi vnius tantum, venit dolus tantummodo: per dictam l. si vt certo. pluries allega. idem est in rebus debitis ex causa vltimæ voluntatis. textus qui ita æquiparat contractus & vltimas voluntates in l. si seruus legatus. §. cùm quid. ff. de legatis. primo. ibi, siquidem nihil præterea ex testamento capias, dolum malum duntaxat in exigendo eo legato, alioquin etiam culpam te mihi præstare debere existimaui: sicut in contractibus bonæ fidei seruatur. Aliquando autem venit leuissima culpa, per. l. cùm res. §. culpa. ff. eod. de legatis. §. ibi, an non solum ea quæ dolo proxima, verum etiam quæ leuis est. quod tamen qualiter procedat vt ex dolo & culpa obligetur: distinxit solenniter Petrus & sequitur Bart. licet de Petro non fecerit mentionem in dicto. §. culpa. Facit autem de eodem mentionem & eiusdem distinctionem in. l. quod Nerua. in fin. quæstione. ff. depos. ibi, nisi tamen ad suum modum curam in deposito præstet. Sed distinctionē eius aliquibus per me additis referā & melius declarabo quàm adhuc fuerit declarata: quoniam si obligatio quæ oritur ex quasi contractu proueniente ex aditione hæreditatis, iuxta. l. apud Iulianum. §. finali. ff. quibus ex causis in possessionem eatur. fit ratione legatarij. Vel melius dico, licet illa sint ver-
57 ba Petri & Barto. † si restitutio rei legatæ principaliter fieri debet legatarijs seu fideicommissarijs, nulla vtilitate remanente apud eum qui grauatur tradere seu restituere: & tunc tenebitur de solo dolo, non autem de culpa, nisi latiore, quæ dolo proxima est. l. mulier. §. sed etenim.

ff.ad Trebel. Idem in.d.l.si seruus. §.cùm quid. ff.de lega.j. Tolle exemplum huius primi membri in.l.cogi.§.hi qui solidum. ff.ad Trebel.quẽ text. in similibus terminis notauit Roma. & alij Modern.in.l.j.§.cæterum. ff.de acquirẽ.posses. quando is qui non habet testamenti factionem passiuam grauatus est per fideicommissum capaci restituere aliquam rem sibi legatam : quia valet fideicommissum:quia non consideratur persona grauati, sed eius cui facienda est restitutio: cùm nihil honoris seu commodi apud eum sit remansurum. Ideo si apud eundem res perierit, duntamen ex dolo suo non pereat, excusatur ab interitu,& erit interitus periculo eius cui facienda est restitutio: vt dixi suprà per dictum.§.cùm
58 quid. † Aliquando verò legatum fit gratia hæredis tantùm:& tunc tenebitur hæres de dolo & culpa etiam leuissima. Ita est text.cum glos.in.l. non amplius.§.primo. & dicta. l.cùm res.§.culpa. &.l.quid ergo. §.si hæres. ff. de lega.primo. Exemplum est quando legatum non est allaturum commoditatem legatario, sed principaliter fit gratia hæredis: vt est quando fit creditori,cui non potest agẽti obstare aliqua exceptio : quòd tunc legatum inutile est legatario. l. si creditori. in principio.functa sua materia. ff.de legatis.primo.in.l.creditor. ff. de liberatio.lega. Tunc dico quòd si res legata pereat, interitus erit periculo hæredis : non autem legatarij, quocunque modo pereat. facit textus in argumentum in.l.si quis nec causam.in principio. ff.de rebus credi-
59 tis. † Vel si testator conditionem adieceritsolutioni legati, pendente conditione legatum est inutile legatario,per.l.cùm ad præsens. ff.de rebus creditis. &.l.primã, vbi per glos. ff.de conditioni.& demonstrationi. melius in. l. quæ sub conditione. ff.de conditioni.institu. quia antea peti non poterit legatum quàm dies vel conditio adiecta legato aduenerit.& dixi in.l.si filius. suprà eodem. isto casu interea perceptum respicit commodum hæredis : dicta.l.mulier. §.si hæres.versicu.alia causa est.ff.ad Trebelli.Sed hoc non est tutum exemplum: ideo tu tene primum. Vel pone quando hæres est grauatus per fideicommissum totam hæreditatem restituere : quia tunc restitutio fit fauore legatarij seu fideicommissarij tantùm : quia Falcidia vel Trebellianica competunt contra voluntatem testantis.text. in.l.filia. ff.ad legem Falcid. in.l. si sponsus. §.si quis rogatus. ff.de donatio.inter virum & vxo-
60 rem. † De iure autem nouissimo authenticorũ, si testator expresse prohibuit detractionem Falcidiæ nihil detrahi potest.§.si vero expressim.in authentica de hæredib.& falcid.collatio.prima. isto casu totum legatum respicit fauorem legatarij: quare &c.

Petrus autem & Bartolus, & omnes post eos dant exemplum quando maior pars rei legatæ cõseruatur hæredi,minor autem legatario: quia tunc venit dolus. sed hoc non videtur mihi verum:quia isto casu legatum non est factum contemplatione hæredis tantùm, sed etiam legatarij : quod legatum isto casu, saltem in parte, factum est cõtemplatione legatarij: quinimo plus in odium hæredis : eo quòd videretur testator partem rei legatæ defalcasse in odium hæredis, vt forsitan daret sibi socium durum, & propter communionem ipsum fatigaret : iuxta.l. meminimus. C. quando & quibus quarta pars debetur.libro decimo.& in.l.si non sortem. §.si centum.ff.de condictione indeb.Puto igitur præcedens exemplum melius : tum etiam alia ratione:
61 † quia institutio hæredis non fit simpliciter propter legatum, sed propter hæredem : legata autem propter legatarium,& aditio hæreditatis fit principaliter gratia hæredis & testatoris, vt consequatur hæres dominium rerum hæreditariarum,& ne testator decedat intestatus. de primo est text.in.l.cùm hæredes. in principio. ff.de acquirenda possessio.de secundo in.l.prima. ff.de iniusto,rupto, & irrito testamen. licet in consequentiam ad confirmationem legatorum de iure antiquo : quia ex testamento ex quo non adibatur hæreditas, non debebantur legata : vt patet in.l.Papinianus.§.finali.ff. de inofficioso testamen. & in toto titulo. ff. si quis omissa causa testamen. licet aliud sit de iure nouissimo. §.sin. autem hæc omnia. in authenti.vt cùm de appella.cognosc.collatio.viij. de quo in. l.conficiuntur.in princi.ff.de iure codicill. tamen principaliter propter hæredem fit aditio,vt dixi suprà.

Posset autem dari aliud exemplum de iure co
62 dicis, † vbi legatum fieret causa hæredis tantùm : vt si testator filio aliquid legauerit, quod sufficiebat illo iure ad hoc vt filius impediretur querelare testamentum tanquam inofficiosum, per.l.omnimodo.C.de inofficio.testamen. tunc dico sic,quòd si res legata periret, esset periculo hæredis : quia res legata est in fauorem hæredis instituti relicta,vt testamentum non querelaretur,& hæreditatem cõsequeretur,excepta quarta debita iure naturæ : quæ si non implebatur in re legata, agebatur tantùm ad supplementum : & sic legatum fiebat isto casu contemplatione hæredis, non legatarij, sed potius in odium legatarij, vt dixi.

Et vltimum exemplum videtur mihi bonum. primum autem exemplum procedit vtroque iu-
63 re,antiquo et nouo. † Aliquando autem fit gratia vtriusque, tam hæredis quàm legatarij. Tolle exemplum in.l.huiusmodi. in principio. ff. de legatis.primo.hoc modo: Sempronius erat Meuio obligatus in decem : legauit fundum Titio, si caueret se daturum hæredi suo decem quæ debet illi Meuio : vnde interest hæredis quòd decem debita Meuio soluantur, propter vsuras forsitan, vel pœnam promissam ratione sortis si non soluerentur,iuxta. l. liber homo. secundã.

§.finali.ff.de verborum obligationi.quæ decem non poterat soluere, quia non habebat pecunias ad manus, iuxta.l.si seruus depositus.ff.de noxal.actionib.tunc enim si res pereat citra culpam hæredis peribit periculo communi.secus autem si esset in culpa.ita est textus in.l.domos exustas.cum.l.sequenti.& dicta.l.non amplius.§.primo.ff.de legatis.primo.Isto casu fit legatum gratia vtriusque.Primò enim gratia hæredis, vt eximatur à solutione pœnæ in quam incideret hæres, si decem non solueret: per dictum §.decem.in.l.liber homo.ff.de verborum obligation.quæ non poterat soluere: quia non erant sibi pecuniæ. Secundò, gratia legatarij: quia multo plus valebat res legata quàm esset legatarius grauatus tradere: & sic in eo plus erat honoratus. & per hoc vides qualiter versatur vtriusque vtilitas in re legata. Hoc verum, nisi dolo & culpa lata & leui ipsius hæredis periret, quòd tunc periret suo periculo, dicta.l.si seruus.§.cùm quid.ff.de legatis.primo.Simile do tibi exemplum argumento.l.si quis ita legauerit.ff.de conditio.& demonstratio.& in.l.Titium.§.si ea conditione.ff.de legatis.secundo.si testator fundum reliquerit alicui quandiu morabitur cum filijs suis hæredibus.fundus autem peribit culpa filiorum: quia forsitan ab inimicis filiorum est occupatus: iuxta.l.in his rebus.in principio.ff.soluto matrimonio.vel domus relicta combusta
64 est: † quod incendium non contingit regulariter sine culpa.l.si vendita.ff.de pericul.& commodo rei vendi.tunc si pereat erit periculo hæredis propter culpam: secus si citra culpam suam pereat, per dictam.l.domos exustas.cum.l.sequenti, & dicta.l.si seruus legatus.§.cùm quid.ff.de legatis.primo.& quòd factum sit hoc casu gratia vtriusque, patet.primò, quia fauore filiorum, vt custodiam haberet legatarius de filijs.l.Meuia.§.finali.ff.de annuis legatis.& dicta.l.si quis ita legauerit. Item fauore legatarij: quia consequetur rem legatam, si impleuerit voluntatem testantis, vel per eum non stet quo minus impleatur, dicta.l.Titia.§.si ea conditione.ff.de legatis.secundo. Simile potest exemplum colligi in.l.statuliberum.ff.de statuliber. Vel pone quòd legatum sit aurum vel vasa argentea ea conditione vt communes amicos hæredis & legatarij inuitaret ad cœnam aut prandium: legatum tunc hoc modo diceretur factum gratia vtriusque: iuxta.l.in rebus.in fine principij.versicu.at si vtriusque.ff.commodati. Isto casu venit per illum textum dolus, lata & leuis culpa, per dictum.§.cùm quid.in.l.si seruus legatus.ff.de legatis.primo. Et per hæc tu habes optimè declarata exempla, an & quando legatum factum est gratia hæredis tantùm, aut legatarij, aut gratia vtriusque, scilicet tam hæredis quàm legatarij: vt sicut in contractibus admittitur distinctio, cuius gratia fit, vt cognoscatur cuius periculo res legata pereat: quæ nota: quia non reperies alibi ita declarata.

Vnum non omitto quod aperuit hic glos. in versicu.hanc eandem distinctionem.inquantum
65 quærit hic gloss. † de procuratore, an teneatur de dolo tantùm, an etiam de culpa.circa quod refert distinctionem, quam clarius refert Cin.in l.à procuratore.C.mandati.per Modern.in dicta.l.cùm res.§.culpa.ff.de legatis.primo.vt debeamus attendere cuius gratia contrahatur, sicut de cæteris contractibus dictum est. Roglerius vero indistinctè dicebat procuratorem teneri de omni culpa: quam opini. approbauit hic glos.per casum dictæ.l.à procuratore.&.l.in re mandata.in fine.C.mandati.faciunt nota.in.l.si procuratorem.§.finali.ff.mandati. Addo quòd eam approbauit Petr.& Cin.in dicta.l.à procuratore.& in dicto.§.culpa.quam sequuntur omnes Moder.tenuit eam Din.in capi.contractus.de regulis iuris.in.vj.Sed si quis vellet sustinere opin.Mart.probabiliter posset dicere & distinguere tunc procuratores: quia aliqui sunt procuratores ad negotia, alij sunt procuratores ad li-
66 tes. † in procuratore ad negotia dico quòd regulariter non tenetur de omni culpa, sed de dolo et lata culpa: per dictam.l.si procuratorem.§.fina.ff.mandati.Adde quod not.Bartol.in.l.in vsuscap.§.primo.ff.de diuers.& tempo.præscriptio. vnde si præter dolum & latam culpam procuratoris res perierit interitus erit periculo domini non procuratoris: & ratio est quæ sumitur ex.l.cum mandato.in fine.ff.de minori.quia imputari debet hoc domino qui tali commisit sua negotia.idem in.l.si pupillus.§.fina.cum.l.sequen.ff.de institto.actio. vnde committendo negotia sua non experto sit in culpa per electionem suam.l.vtique.§.culpa.ff.de rei vendic.&.l.quod si nolit.§.culpa.ff.de ædili.edicto.Ideo culpa procuratoris compensatur cum culpa domini vt dixi suprà. Hoc tamen ego limito nisi talis procurator pro administratione acciperet mercedem: quia tunc teneretur de omni culpa.argu.l.qui mercedem.cum glos.sua.ff.loca.& conduc.quæ ad hoc inducit text.in.l.idem.§.si gratis.ff.naut.caupo.stabula.de quo memini suprà.& probatur in.§.fina.Institu.de manda.et in.l.si vt certo.§.nunc videndum.in principio.ff.commoda.& idem not.Anto.de Butr.in simili in cap.grauis.extra, de deposit. Et istam partem reperi tenere Lance.in dicta.l.cùm res.§.culpa.ff.de legatis.primo. Et hanc distinctionem excogitaui antequam legerem Lance.& poteris videre ex scriptis meis. Vel nisi susceperit in se periculum: quia tunc propter conuentionem obligaretur, facit secundùm eundem Lance.textus probans vtranque limitationem in.l.eum qui.in fin.ff.de furtis.ibi, vel si custodiam eius receperit. Secundo ego adhuc limito istud, nisi propter suam diligentiam assumptus fuerit & electus: vt ego dixi

suprà

supra in actione pro socio, vbi potes videre: & in actione depositi, per.l.quod Nerua.ff.deposi ti. Adde text.in.l.si quid venditor.ff.de ædilitio edicto.& in.l.& eleganter.§.fina.cum.l.sequen ti.ff.de dolo.isto casu est in dolo.

67 Quartò † nisi assereret se industriosum, cùm aliàs esset omnium negligentissimus: quia tunc tenebitur de omni culpa:per casum.l.si merces. §.qui columnam.ff. locati & conduc. & dixi supra eod.limitando in cõtractu locationis. Si autem loquimur in procuratore ad lites, cuius peritia approbata est per præsidem, sicut dicitur in aduocatis in.l.nemini.C. de aduoc. diuersorum iudicio.& glossa in.l.ab Anastasio.C. mandati. quam notauit ad hoc Lancelo.in dicto.§. culpa. inquantum not.glos. quòd isti practici cognoscunt omnia mala mũdi. Ego autem addo vnum bonum text. in.l.prima.C.qui & aduersus quos in integrum restitutio nõ est necess.in his verbis, actibusq; publicis industriũ se docuerit. & tunc talis tenetur de omni culpa. Ego addo text.in.l. penulti.C.de exceptio. & hoc per rationem Petri de Belui.Dini,& Cini:quia cùm suscipit in se illud officium, asserit se esse diligentissimum. & hanc rationem etiam sequitur Bald. in dicto.§. culpa. & Moderni post eum. Sed certè non audeo recedere ab opinio. Petri & glos. propter dictam.l.à procuratore.C.manda.quanuis præcedens distinctio videatur mihi vera & æqua, & quam in hac parte soleo tanquam æquiorem referre. Et propterea tenendo doctrinã huius glossæ, Petri, Dini,& Cini, respondeo ad dictam.l. cum mandato.ff.de minori. quod procedit in eo qui eligit sibi procuratorẽ, contra quem est præsumptio quòd non sit industriosus regulariter vel diligens, vt est in minore procuratore. Secus autem est in maiore, qui regulariter præsumitur diligẽs & industriosus ex cõmuni præsumptione naturæ.l. cùm de indebito.ff. de probationi.

68 † quia præsumitur quia semper esse diligens & non resupinus: quare in eo faciliter hoc admittitur. Hoc tamen limito, nisi præsumptio esset in contrarium, quòd homo esset negligens, & hoc sciebat.l.eum qui.in princip.ff. de annuis legat. aliàs autem secus, per.l.iij.ff.ad Macedon. Præterea procedit dictum Petri per rationem dictæ l.in re mandata.C.mãda.in fine. in versicu. aliena verò negotia exacto officio geruntur:nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declaratũ culpa vacuum est. Et hoc puto verius, nisi etiam econtrario velles dicere quòd esset in dolo præsumpto, quia æstimatur diligens,& talis præsumitur: quare consyderatur tantùm per illam rationem dolus tantùm seu lata culpa: sed hoc nihil est, per supradicta. In textu ibi, excepto eo quòd Celsus putat.no.quòd in his cõtractibus dolus remitti non potest. Et hoc dupli ci ratione. Prima est quæ ponitur in hac litera,

69 † quòd nihil est tam contrariũ contractibus bonæ fidei.l.bona fides.ff.deposi.notatur in.l. bonam fidem.C. de actio.& obligatio.& not.in.§. actionũ.Institu.de actio.quàm dolus.vnde propter dolum rescinditur cõtractus.l.si dolo.C.de rescinden.vendi.in.l.& eleganter.ff.de dolo.Et quanuis in eis plus exuberaret bona fides quàm in contractibus stricti iuris: tamen idem puto in contractibus stricti iuris.l.dolo.C.de inutil. stipula.l.si quis cùm aliter.ff. de verbo. obligatio. vnde datur alibi alia ratio generalior quàm hic tradatur: quoniam per pactum prohibetur dolum posse remitti: ne detur occasio delinquẽdi: in.l.conuenire.ff.de pactis dotalibus.in his verbis: quia altero pacto ad iurandum mulieres inuitantur. idem in.l. si vnus.§. illud.ff. de pactis. hic allega.in glos. vnde vt non aperiatur via delinquendi, iuxta.l.in fundo.ff.de rei vendi. & in l.ij.C.de indic.vidui.tollen.cum concordan.per

70 glos. † non debet dolus futurus per pactum remitti.secus autem in præterito, per dictum.§. illud.& hoc siue tacitè siue expressè: quicquid hic dicat glos.per illum text. eadem glos. in.l. iurisgentium.§.si paciscar. in verbo, sed & si quia.ff. de pactis. quia directè secundùm omnes contradicit. d.§.illud.in verbo, nulla pactione. quia nõ verificaretur illa negatiua in pactione expressa tãtum. Addo aliam rationem: quia delictum sicut directè admitti non debet, sic nec per obliquum.argumento.l.athletaa.§. siue autem.ff. de his qui notan.infamia. Adde tamen vnum secundùm Bartolũ & omnes in dicto.§.illud. quòd si aliquis conuenit non agere de re deposita si perierit: quia intelligendum est si citra dolum siue manifestum siue præsumptũ depositarij res pereat. idem in alijs contractibus. text.in.l. non solum.secunda.§.fina.ff.de libera. lega.per quem textum idem not.glos.in.l.si ei cui.in glossa fina li, eodem titulo: quia in illa pactis non venit remissio fraudis, nisi expressè de his fiat remissio. sic nec ab initio data est potestas dolosè seu fraudulenter circa rem versandi.l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Alia autem ratio primi dicti, quare in tali pacto videatur facta reseruatio do-

71 li & culpæ: est † quia cùm clausulæ insertæ contractibus debeant interpretari secundùm naturam contractuum quibus inseruntur.l. quæro. §.inter locatorem.ff.locati & conducti.l.venditores.ff.de verborum obligationibus. ideo cùm ex natura contractus veniat dolus: non est mirum si ex dolo conueniri potest, vt prius vidistis. Dixit tamen Baldus in.l. prima. in fine.C. de vsufru. quòd licet dolus verus non possit remitti expressè nec tacitè, poterit tamen dolus præsumptus tacitè, per dictam.l.si vnus.§. illud. ff. de pactis.idem tenet Antq.de Butri.in.c.fraternitatis.extra de testib.tamen contrariũ tenuit Pau.de Cast.in.l.quod Nerua.p illũ tex.ff.depo si.quia cùm latior culpa veniat in deposito, quàm est dolus præsumptus, vt notaui suprà, ideo cùm

omnis dolus in istis cōtractibus cessare debeat, & in eis nō veniat nisi bona fides, per.d.l.bona fides.ff.deposi.& per hunc tex.optime probantem: quare puto verum esse quod dicit Paul.de Cast.vt idem sit in dolo præsumpto sicut in vero dolo. Adde pro hac extensione tex.cum glo.
72 in.d.l.j.C.de vsufruc. vbi † testator non potest impedire hæredē quin exigat cautionē ab vsufructuario non obstante tali remissione: & ratio est, ne vsufructuarius inuitetur, propter remissam satisdationem à testatore, ad delinquēdum. idem no.glo.in.l.scire.C.vt in possessionē lega. hanc etiam approbat Bart.in.d.l.j.C.de vsufru. per.d.l.cōuenire.ff.de pactis dotali.alias extensiones habes not.per Moder.in.d.§.illud. Vnū tamen non omitto, ꝙ licet dolus per pactum siue expresse siue tacite remitti non possit: lata tamen culpa remitti potest per pactum. ita est casus hic secundum Din.in regula, contractus. de reg.iur.in.vj.cui cōcor.tex.in.l.si vt certo.§.interdum.ff.cōmoda.idem in.l.quidam hæredes. &.l.qui plures.in fi.ff.de admini.tuto.& in.l.si seruus vetitus.vbi ꝑ glo.Bal.& oēs.ff.de lega.§. per Alex.in.l.si mora.ff.solu.matri.in princip.

Hæc omnia extendit Bald.in.d.l.quæ fortuitis.ij.col.C.de pigno.actio.& aliqui Moder.nō facientes mentionē de eo in.d.§.item is cui.Instit.
73 quib.mo.re cōtrahitur obliga. † quādo sententia à iudice est iniuste lata: quia tunc sententia iniusta enumeratur inter casus fortuitos. & quāuis nihil allegaret, addo tex.per quem ita no. Bald. in.l.si per imprudentiā.in prin.ff.de euictio.idē tex.in.l.ij.§.solet.vbi per eundē.ff.de hæredi.& actio.vendi.sic deducendo vt per eum, quando sicut res empta quæ sine culpa venditoris perijt, sed casu fortuito: emptoris periculo non autem venditoris perijt, vt dixi suprà, per.l.j.& per totum titu.ff.&.C.de periculo & cōmo.rei vendi. & in.§.cū autē.insti.de emptio.& vendi. sic etiā si per iniuriam seu dolum iudicis res ab emptore fuerit euicta: non dabitur regressus emptori de euictione contra venditorē atq; si fortuito casu perijsset. idem tex.in.l.emptor fundi.vbi idem firmat Cin.C.de euictio.addo similem text.in.l. si fratres.§.fi.ff.pro socio.per quem tex.idē not. Bal.in.c.vnico.in fi.de noua for.fideli.collat.x. licet alleget.l.cū duobus.§.fin.ff.pro socio. Sed dicas quod in aliquibus voluminibus legitur.l. cum duobus.vsq; in.l. quod autē.& propterea fit tantū.§.in prin.l.si fratres. quare non videtur corrupte allegasse Bald.l.cū duobus. vt videbis ex glos.tua posita in.d.l.si fratres.in prima glos. Ratio autē decidendi colligitur ex.l. Herēnius. ff.de euictio. quia debet appellare emptor. quāuis in hoc dubitari posset: dic tamen de hoc vltimo articulo vbi istud absoluitur in.l.minoribus. C.de his quibus vt indig.aufer.hæredi.& in.l.si procuratorem.§.si ignorātes.vbi per glo.& oēs ff.manda.per Bal.in.d.l.emptor.C.de euictio.

74 † Idem dicendum in falso testimonio, secundū Baldum in.d.l.quæ fortuitis.ij.col.C.de pigno. actio.vt sententia lata ratione falsi testimonij nō possit impugnari ratione falsitatis commissæ in testificando. potest ponderari tex.in.l. Diuus.ff. de re iudi.quis non est quod possit imputari.l. diui fratres.ff.de pœn.l.j.§.fi.ff.de quæstio.cūm nemo præsumatur immemor suæ salutis.l.fi.C. ad.l.Iul.repetū.vnde præsumit̄ aliquid esse fortuitum quod per iniuriam ab aliquo factum est: quoniam id dicitur iniuriose factum quod non iure factum est.l.sed & si quæcunq;.§.iniuriam. ff.ad.l.Aquil.in.§.j.Institu.eo.de lege Aquilia. hoc nō puto procedere quando probata est causa ferendi sententiam etiam iniuriosam à iudice: quia propter culpam cōmissam tenetur de damno contingente occasione sententiæ etiam iniuriose latæ. Tu habes optimum & solennem tex. cum sua glos.in.l. si is cum quo.ff. communi diuidun.quem tex.notat ad hoc glo. vbi est idem tex.in.d.l.si fratres.§.fi.ff.pro socio. Et ratio huius dicti est: quia culpa præcedit casum, vt dixi suprà per.l.si vt certo.§.sed interdum.ff.commoda.cui ego addo alium text.in.l. cùm res legata. §.fin.ff.de legatis primo.& in.l.quod te.ff.si certum petatur.melior text.vbi per Petrum, Dinū Bart.& omnes in.l.si seruus plurīū.§.§.ff.de leg. primo.ex quo tex.habes absolutam dubitationē prius propositam. Addo text.in.l.cum nō iusto. & duabus.ll.sequētibus.ff.de collusio. detegenda.idem in.l.exceptione.ff. de fideiusso. quam glos.sequitur & dicit esse singularem Cin.in.d. l.emptor. C.de euictio.licet aliter sentiat glos.in d.l.si per imprudētiam. Item etiam tumultus populi superueniens quē difficile est coërcere. tex. in argumentū in.l.j.§.diuus.ff.ad.l.Cor.de sica. ibi, qui in rixa casu magis quàm voluntate homicidiū admisit. idem tex.in.c.Ephesis.xliij.distin. idem tex.in.l.j.&.ij.C.de seditio.l.denūtiamus.
75 C.de his qui ad eccle.confug. † Durum enim est contra tumultum populi, qui aut gratia aut pretio excitari solet, certare: cùm difficile sit eū posse sedari. dicit text.in.l.pe.ff.ad.l. Corne. de sica.in.c.si ergo.viij.q.j.per quos idem no.Bal. in.l.j.col.iiij.in prin.C.qui accusa.non pos.facit quod not.in.c.Osius.extra de electio.in.l. decurionū.& quod ibi glos.C.de pœn.in.l.iij.C.qui manumit.non pos.ideo cùm talis sit vis cui resisti non potest, seu metus qui cadit in constantem virum, text.est æquiparans vim hostium & vim populi in.l.metum.tertia.§.sed licet.ff.quod metus causa.adde quod no.tex.in.l.si quis ingenuā §.in ciuilibus.ff.de capti.& postli.reuer.& hic in verbo, tumultus. & hic habes tex. multum singularem clarius declarantē quàm habeas alibi: vnde non debet afferri præiudicium quod acclamatione populi factum est.l.si priuatus.ff.qui & à quibus manu.liber.accipiunt.&.d.l.iij.C.qui
76 manu.pos.&.d.l.decurionū. † quinimo iudices debent

debent seditiones ipsas populi pro viribus punire, seditione seu tumultu ipso sedato. d. l. denuntiamus. &. l. j. &. ij. C. de sediti. c. docendus. lxij. distinct. &. c. miramur. lxj. dist. Et consulere debent iudices prouinciales ipsum principem. l. ad bestias. ff. de pœnis. addo text. in. l. j. ff. ad. l. Iul. maiesta. in his verbis, homines've ad seditionẽ conuocentur. Vnde dico quòd tumultus tunc non excusaret ab interitu, quando is qui debet circa rem diligentem custodiam, author esset tumultus aut seditionis: vt dixi suprà per. l. si merces. §. culpæ. ff. loca. & conduc. melior text. in. l. in his rebus. in prin. ff. solu. matri. quia est in culpa præcedente casum, vt dixi suprà. Idem si per inundationem damnum in re contigerit: quia talis inundatio excusatur cùm tali inundationi resisti non possit. text. in. l. ij. §. si quis in iudicio. iuncto. §. simili modo. ff. si quis cautio. & in. d. l. fluminum. §. vitium. ff. de damno infect. idem in hac. l. in verbo, aquarum magnitudines. idem in l. ex conducto. §. vis maior. in verbo, fluminum.
77 ff. loca. & conduc. † non immeritò si inter casus fortuitos enumeretur. & propterea dicit text. in l. j. §. si quis propter inundationem. ff. de itinere actuq; priua. quòd si is qui itinere vtebatur propter inundationem desinat vti, subuenitur sibi per beneficium restitutionis in integrum ex clausula edicti prætoris, si qua mihi causa iusta videbitur. de qua est text. vltra illum tex. in. l. j. in fin. ff. ex quib. causis maio. & ratio, quia cùm præter culpã suam desierit vti, debet ab ea vi fluminis, quæ aliâs vis diuina dicitur. d. §. vitium. excusari repetita die cessati vsus: iuxta. §. rursus. institu. de actio. de quo per gloss. Barto. & omnes in. l. ab hostibus. §. fina. ff. ex quibus cau. maio. Ista ego
78 dico non procedere in certis casibus. † Primus est quando potuit occurri tali inundationi facta munitione aggeris: vt dicit textus in. l. vnica. in principio. ff. de ripa munienda. &. l. vnica. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flumi. publi. vnde cum liceat vnicuique aduersus amnis rapidi impetum munitionem facere: iuxta. l. primã. C. de alluuio. & palu. imputet sibi quare non fecerit. Vbi autem aliâs commoda munitio fieri non poterat: tunc excusatur. l. secunda. C. de alluuio. Addo alium text. in. l. interdum. §. quoniam ex naufragio. ff. de acquirenda possessio. & in. l. eotem. §. qui maximos. ff. de publica. & vectiga. de quo per Petrum, Cin. Bartol. & omnes in. l. j. C. de iure emphyteu. per quem text. tenent, & cum eis
79 ego pertrãseo † quòd si fundus emphyteuticus fuerit inundatus, sic quòd reddatur inutilis propter inundationem, fit remissio mercedis. & hoc ideo quia sicut occupatum ab hostibus trãsit in potestatem occupantium. l. prima. in principio, cum ibi notatis. ff. de acquiren. possessio. l. si captiuus. §. j. ff. de capti. & postlimi. reuer. sic idem vbi est inundatum: cùm vtraq; vis æquiparetur. tex. est secundùm eos æquiparans vtrãque vim, vltra tex. per me suprà allegatos in. l. cùm vnus. §. fin. ff. de bonis autho. iudi. posid. & in. l. iij. §. Labeo. cum sua materia. ff. de acquirẽ. pos. vnde cùm dominium reddatur inutile in vtroq; casu: tunc dico quòd sicut propter occupationem ab hostibus factam damnũ est domini de re emphyteuticaria: sic idem in inundatione. Ita ego pondero text. in dicta. l. prima. C. de iure emphyteu. textus est ad literam in dicta. l. ij. C. de alluui. & palu. vbi propter inundationẽ fit remissio pensionis rei emphyteuticariæ etiam fiscalis.

80 Hanc tamen regulam † dico nõ procedere in dote, in qua non potest per pactum culpa remitti: sed casus fortuitus potest. textus in. l. Pomponius. ff. de pactis dotali. Et ratio illius decisionis colligitur ex illo tex. propter vtilitatem nubentium: quia interest dotes conseruari. l. ij. ff. de iure dotium. nec videtur mihi verum vnum quod dicit glossa finalis illius legis, quòd quædam veniunt sub quodam tacito, quæ non veniunt sub expresso. pro qua ego addo textũ in. l. prima & secunda. C. qui admit. ad bono. possessio. possunt. & quod not. in. l. prima. ff. de suspec. tutoribus. & propterea dixit Fulgo. in eadem. l. quòd leges illius tituli sunt difficiles: & si in capite voluminis fuissent positæ, glossatores copiosa commentaria fecissent super eis. sed non video quòd illa lex circa prædicta perpẽdat in se aliquid difficile, nec colligi potest ex eadẽ. l. notabile glos. cùm tota lex intelligatur de expresso pacto, non autẽ de tacito. hæc mens est illius. l. Pomponius.
81 † quòd maritus si paciscatur vt de dolo tantùm teneatur ex dote, non autem de culpa teneatur: nihilominus tenebitur de culpa, non obstante tali pacto: cùm cedat in dispendium rei dotalis: sed potest paciscendo facere, vt si dos quæ erat peritura suo periculo, quocunque modo perierit, quia erat æstimata, vt dixi suprà de dote: iuxta. l. plerunque. in principio. ff. de iure do. &. l. æstimatæ. ff. solu. matrimonio. periculum casus fortuiti non possit imputari marito. Idẽ cõtra, per hoc non potest probari quòd in illa. l. interuenerit tacitum pactum, non autem expressum: quia in tota. l. nõ fit mentio nisi de pacto expresso: in alijs contractibus secus, vt dixi suprà per dictam. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. &. l. primã. §. si conueniat. ff. deposi. cum alijs concordan. suprà notatis.

82 Regulariter † autẽ in omnibus istis contractibus licet veniat dolus, lata & leuis culpa: nõ autem venit casus fortuitus, vt in. l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. & patet hic in fi. l. Quod autẽ vt liqueant tibi casus ex quibus quis nõ excusatur, dabo tibi seriatim qui sunt casus fortuiti. Dic q aliqui sunt soliti & aliqui insoliti: aliqui sunt soliti, qui præuideri possunt: alij autẽ qui præuideri non possunt: & hi qui præuideri possunt, sunt culpabiles: alij autem non. Casus autem soliti sunt, qui cõtingunt sine culpa: vt est mors natu-

ralis, quæ naturaliter contingit. tex. est hic in verbo, mortes. idem tex. in. l. in rebus. in princip. ff. commo. de quo per Bal. in. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. Secus autem vbi data est occasio: quia tūc non excusatur mors: vt patet in illo tex. in verbo, quæ sine dolo vel culpa eius acciderūt. Ego do tibi exemplum in. l. qui insulam. §. qui mulas. ff. loca. & conduc. & in. l. si seruus seruū. §. si mulier. ff. ad. l. Aquil. si equo conducto plus oneris fuerit impositum, quàm conductus esset: tenebitur, si propter onus moriatur. quod not. contra scholasticos nostros Aurelianenses conducentes equos vt eant Cleriacum, & petunt paterna sola, imponentes equo maiorem valisiam quàm ferre possit equus: quia tunc tenebuntur de morte, si ratione oneris impositi moriatur.

Qualiter autem probari possit mors, vt propter eam excusetur qui custodiam habet anima-
83 lis, vt † videmus in custode gregis, qui debet custodiam diligētissimam circa gregem, vt dixi suprà, si aliqua capita gregis moriātur qualiter poterit mors probari. Dic vt per Ioan. de pla. in. l. quod ad præsens. C. de murileg. lib. xj. ad quem te remitto: & quod not. in. l. si creditor. C. de pigno. actio. adde quod no. Christo. Porc. in. §. itē is cui. & alij Insti. quib. mod. re contrahitur obliga. Et hoc est quod dixi suprà, quòd liberatur quis à fortuito casu nisi culpa præcesserit casum de quo memini suprà. Idem dico in vi hostium seu latronum, quòd hoc fortuitum est. ita est tex. in dicta. l. in rebus. ff. commoda. in dicto. §. item is cui. adde text. in. l. finali. C. de actio. empt. in. l. damnum. C. de loca. & conduc. in. l. ad eos. ff. cōmud. in. l. si ea res. ff. de actio. empt. vbi redditur ratio huius casus. Quis enim potest impedire ne vis inferatur vel iniuria fiat. l. ij. ff. quod metus causa. Dico autem aliquē esse in culpa ex damno cōtingente incursu latronū seu hostium du-
84 pliciter. † Primò, si per vias insolitas eat, & res depositas vel cōmodatas ferat, vel aliud fingat: quia dixerit se in locū tantùm se velle ire & longius eat: quia tunc tenebitur de casu, per dictam l. in rebus. in prin. facit in simili tex. in. l. non solum. §. annus. vbi per Bald. ff. de excusa. tuto. & quod not. per Ioan. Fab. in. §. penulti. Institu. de adopt. & dixi suprà idem text. & melior in dicta l. si vt certo. §. nunc videndum. versic. sed interdum. ff. commoda. Secundò non excusatur quis ab incursu latronum seu hostium, quando seditio occasione depositarij, commodatarij, & similium contingit. l. si merces. §. culpæ. ff. de loca. & conduc. idem in. l. in his rebus. in princi. ff. solu. matri. aliàs autem violētia illata ab hostibus excusatur, vt dictum est. Idem in naufragio. ita est tex. hic & alijs legibus suprà nota. calamitas naufragij excusat. dicit text. in. l. j. C. de naufra. li. xj.
85 † nec fiscus ex rebus naufragatis quicquam vendicare potest, per illum text. cui adde glos. in. c. dispensationes. j. q. vj. Et propterea dixit Barto. in dicta. l. vnica. C. de naufrag. quòd si propter necessitatem temporis non potuit nauta nauem ipsam retinere quin appeteret portū in quo soluitur gabella: quòd isto casu talis nauta non teneretur pro sua naui soluere gabellam. text. in. l. cessat. in fine. ff. de publica. & vectiga. idem tex. in. l. finali. §. si propter necessitatem. eodem titu.

Hoc tamen dictum Barto. puto non procedere in duobus casibus. Primus est si tēpore prohibito ad nauigandum transuexisset naues. text. in l. fina. C. de nauicula. lib. xj. & in. l. quoties. C. de naufra. eo. lib. Secundò, nisi per imperitiam retinere nō potuit. de vtroque casu text. in. l. quemadmodum. §. si nauis. ff. ad. l. Aquil. l. qui petitorio. §. fin. ff. de rei vend. idem in. l. item quæritur. in princip. ff. loca. & conduc. Vel nisi nauis ipsa esset inutilis quæ potuit modico sufflatu venti corrumpi: iuxta dictam. l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commoda. & l. fin. §. si ea conditione. ff. ad. l. Rhodi. de iactu. adhibita tamen distinctione illius tex. si aliàs in meliore nō erat æquè peritura. de quo per Modern. in. l. cùm res legata. §. culpa. ff. de legatis. j. & dicam infrà. Item dico in incendio contingente sine vitio vel culpa depositarij, & similium, vt hic & alijs legibus, de quibus suprà, cui concor. text. in. l. siue hæreditaria. in fine. ff. de negotijs gest. adde textum in. l. vi-
86 deamus. per totam. l. ff. loca. & conduc. in † quo tamen regularius iura admittūt culpam, sicut in furto: cùm regulariter incendium & furtum sine culpa contingere nō possunt. tex. in. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. Idem text. in. l. iij. §. j. de offic. præfec. vigil. Idem in. l. si vendita. ff. de pericu. & cōmo. rei vendi. quod contingit quando aut tempestate prouenit. l. fluminum. §. vitiū. ff. de dam. infec. Idem quando ex domo aliena incensa. l. si seruus seruum. §. insulam. cum. §§. sequentibus. ff. ad. l. Aquil. Ab incendio autē non excusatur quis, vt dixi, si talis sit in culpa. dicitur autem in culpa, quando per se vel per alios subditos contingit incendium. text. in dicta. l. si seruus. §. si fornicarius. ff. ad. l. Aquil. & satis dictū est per dictam. l. videamus. Secūdò vbi etiam ex aliena domo contingit, nihilominus potest quis esse in culpa, quando potuit præueniendo ignē, coercere ipsum incendium intercidendo medias ædes: iuxta. l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi aut clam. & d. l. si seruus seruum. §. si furnum secundùm communem parietem. ff. ad. l. Aquil. maximè secūdùm. d. l. si alius. §. est & alia. si iam illuc ignis peruenisset: aliàs autē secus: vt patet ex di-
87 stinctione illius. §. Idem † dicas in furto, per dictam. l. cū duobus. §. damna. ff. pro socio. Nisi tale furtum sit de quo non debuit quis cogitare: quale est illud quod factū est à domestico: iuxta l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœn. & hic in his verbis, qui custodiri non solent. Idem tex. in. l. in rebus. in princip. & in. l. argentum. ff. commoda. tunc tale furtum excusatur. Ita notat glos.

glos.in.d.§.damna.in vxore quæ marito nocte aliquid surripit: de qua verisimiliter maritus nõ debuit cogitare. Idem notat Bald.in.l. quæ fortuitis.secunda col.C.de pigno. actio. Isto casu excusatur furtum, quia fortuito casu acciderit.

Idem in ruina.l. fluminũ.§. vitium. in verbo, ruinæ.ff.de dam.infect.& d.l. siue hæreditaria. ff.de nego.gestis. Hoc intelligo non procedere multipliciter, vbi etiã vitiosæ nõ essent ædes, quando aliàs poterat præuidere, ne ruina contingeret interposita stipulatione damni infecti: vt dicit text.in.l.sed & de damno.&.l.in lege.ff. loca.& conduc. Idem in.l.qui bona.§. cùm inter

88 ædes.ff.de damno infect. Secundò † vbi res posita est in loco ruinoso contra conuentionẽt quia licet per casum qui præuideri non poterat res pereat, ruina nõ excusabitur. text.in simili in dicta.l.fina.§.ea conditione.ff. de contrahend. emptio.in.l.sed & si quid.§.j.ff.de vsufruc.in.l. si vt certo.§.sed interdum.ff.commoda.

Tertiò, vbi vitium data opera inductum est, ne quis re vteretur.textus in.l.& hæc distinctio. in princip.ff.locati & conducti.tunc ergo excusatur ruina, quando aut vi fluminis aut tempestate contingit: iuxta dictam.l.fluminum.§.vitium. ff.de dam.infec. Addo quòd per multa fundamenta Alberi.in.l.prima.C. de iure emphyt. tenuit contra eos, quem secuti sunt Roma.& Alexand.in dicta.l.interdum.§. quod ex naufragio. ff.de acquirẽ.possessione. Primò enim, quia vbi res fuit in parte deperdita, nihilominus emphyteuta tenetur ad integrum canonem: quæ quidẽ vbi in tertia parte temporis fuit deperdita: pro qua parte facit argumẽtum Recentiorum quòd bonum est argumentum de re ad tempus.l. miles ita.§.& quod diximus.ff.de testam.milita.de quo per omnes in.l.vinum.ff.si certum petatur. Igitur sicut pro amissione partis rei non fit diminutio canonis.d.l. prima.C. de iure emphyt. sic nec pro amissione rei pro parte temporis. Addo quòd hoc simile argumentum inueni ita extensum per Christopho.Porc.in.§.adeo.Institu. de loca.& cõduc. Secũdò, quia cùm sit alia ratio

89 emphyteutæ & coloni simplicis: vt patet, † quia colonus simplex nec habet dominium nec possessionem.l.eorum. in princip.ff. de dam. infec. in.l.certè.§.Celsus.ff.de preca.& in.l.si merces. §.vis maior.ff.loca.& conduc. quod secus est in emphyteuta: & hoc de iure nouissimo.text. in.l. possessores.in fine.C. de fundis patrimo. lib.xj. per Bart.in.l.si quis vi.§. differentia. vbi notaui plenius in mea repetitione.ff. de acquiren. possessio.vnde cùm periculum rei, quodcunque sit, transeat in damnum domini: vt dixi suprà in declaratione.l.si quis nec causam.ff.si certum petatur.ideo totum periculum erit emphyteutæ, per casum.l. necessariò.ff. de pericu. & cõmodo rei vendi. Addo quòd hãc eandem partem videtur tenere idem Cin. in alio tamen proposito in dicta.l.prima.in.vij.quæstio.C.de iure emphyt. motus quia cùm emphyteuta acceperit rem cum omni irruptione.§.emphyteusim.in authenti.de non alienan.rebus ecclesia.collatio.ij.&.l. qui-

90 cunque.C.de fundis patrimo.libro.xj. † meritò periculum inundationis transit in ipsum emphyteutam seu occupatio hostilis: quæ oĩa cessant in colono simplici: quod declara vt per Cinũ in l.legem.C.de loca.& cõduc. Dico tamen quòd hæc omnia directè contradicunt.d.l.primæ.in fine.C.de iure emphy.cui concor. omnino text.in §.adeo.vbi idem sequitur Ioan.Fab.Instit.de loca.& conduc. vt si tanta sit clades in re emphyteuticaria vt nullam afferat vtilitatem emphyteutæ: tunc interitus erit proprietarij, nõ autem emphyteutæ.hoc verum si talis casus fortuitus contingat, cui resisti non potest: tunc casus inducet diminutionem pensionis seu canonis.tex.est qui non potest euitari in dicta.l.ij.C.de alluui.& paludi.in versicu.& qui suum deplorant patrimonium imminutum, alienæ saltem functionis onere liberentur.vnde Roman.in dicta.l.interdum. §. quod ex naufragio.ff. de acquiren. possessio. nolens firmare absolutè sententiam Alberi. voluit concord. vtranque opinionem distinguendo vt per eum. Aut enim bellum est breui duraturum: & tunc vera est opinio Alberici, & maximè vbi modica pensio debita est. Secus autẽ vbi bellum est duraturum longo tempore, & pensio est magna. Addo quòd ante Romanum fuit distinctio Antonij de Butrio in.c.propter sterilitatem.extra de loca.& cõduc. Addo quòd contra eum tenuit Ioan.Fab.in dicto.§.adeo. in fin. Institu. de loca.& conduc.vt saltem pro eo tempore quo durauit inundatio remittatur pensio. dicta.l.secunda.C.de alluuioni.& paludibus.

91 Idem † etiam pro eo tempore quo bellum durauit vt pro eodem nihil debeatur. Ideo cùm nihil aliud dicat: addo aliam distinctionem, per quam poterit vtraque opinio saluari, quòd si talis est inundatio per quam in totũ amittitur res, quia forsitan per alluuionem alteri accreuit: iuxta.l.adeo.§.præterea quod per alluuionem.Institu.de rerum diuisione. & tunc dico quòd isto casu damnũ emergẽs circa rem emphyteuticam tali inundatione erit periculo proprietarij, non autem emphyteutæ. Et ita ego intelligo dictam l.ij.C.de alluuio.& palud.probatur etiam ex titulo sub quo posita est lex iuxta doctrinã Iurisconsulti in.l.imperatore.ff. de in diem adiectio.

Idem dico si per bellum dominium rei fuerit amissum, vt dixi suprà: quia transiuit in potestatem hostium: iuxta.l.ab hostibus.C. de capti. & postlimin.reuer. & dicto.§. si quis ab hostibus. Insti. quibus mo. ius patriæ potesta.sol. vbi per Arer.& posteros: quare cùm dominiũ rei fuerit amissum: ex quo pensio debetur ratione dominij ipsi proprietario.l.fina.C.de iure emphyteu. notatur in.l.prima.ff.si ager vectiga.vel emphy.

92 † amisso igitur dominio amittitur quicquid ex eo debetur. argu. l. ij. ff. de iurisdictio. om. iudic. & l. j. & ij. ff. de pecu. lega. l. via. §. si fundus. ff. de pecu. lega. l. via. §. si fundus. ff. de serui. rustic. prædio. Nec potest istud suaderi meliori fundamento: quia ad quem transit res, transit cum causa sua. l. si conuenerit. §. si proprietarius. ff. de pigno. actio. l. alienatio. ff. de contrahen. empt. ideo res quæ per occupationē hostilem facta est hostium, transit cum causa sua, id est debita pensione: & sic potius hosti deberetur quàm priori domino proprietario. Quare dico in hoc casu verum esse quod dictum est suprà: vt quod ab hostibus occupatum est vel inundatum, amitti periculo proprietarij nō autem emphyteutæ. & ita intelligo dictam. l. primam. in fi. C. de iure emphy. & §. adeo. Insti. de loca. & conduc. Si verò est talis inundatio per quam nō interuertitur res ipsa, sed semper remanet eadem: tolle exemplum in hoc fluuio Ligeri, à quo plerūque inundatur vallum seu vallis eius: tūc dico quòd licet per talem inundationem bene amittatur aut saltem interrumpatur possessio. d. l. j. §. si propter inundationē. ff. de itin. actuq; priua. notatur per Barto. & omnes in. l. naturaliter. ff. de vsusca. tamen dominium rei non amittitur: dicta. l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acquiren. possessio. tunc dico quòd propter eam inundationē non euitat emphyteuta solutionem pensionis. & ita intelligo procedere dictū Alberi. & nō aliàs.

93 Hoc † tamen dictum sublimito, nisi talis esset inundatio, quæ nec visa esset nec solita videri, vt suprà: quanuis remaneat eadem res, quia tamen casus est insolitus, tunc periculum esset proprietarij. d. l. fluminum. §. vitium. ff. de damno infecto. Secus autē si solita inundatione pereat fructus: quia tunc periculū erit emphyteutæ. Et ita pondero tex. in. d. l. ex conducto. §. si vis. & l. si merces. §. vis maior. ff. loca. & conduc. Nec dico in hoc contractum locationis & conductionis differre à contractu emphyteutico per casum ineuitabilem, in. d. §. adeo. Insti. de loca. & conducto.

Et per hoc nō obstant priora argumēta: quibus ego respōdeo vltra prædicta,
94 † q nō est bonum argumentum de re ad tempus: quia cùm tota res in qualibet parte sua insolidum remaneat obligata pro pensione, cùm obligatio sit indiuidua solutione: iuxta. l. ij. in princi. ff. de verborū obligatio. in sola parte rei remanente obligatio salua remanet integraliter: argu. l. via. §. quæcunque. ff. de serui. rustic. prædio. l. in executione. §. pro parte. ff. de verborū obliga. & argu. l. si quis cum vno. ff. si ex noxa. causa agatur. & hoc verū, quando fundus idem remansit non obstante inundatiōe: aliàs secus, vt dixi suprà: quia pro parte amissa per alluuionem fit diminutio pēsionis, per. d. l. ij. C. de allu. quod secus est in bello, si pro aliquo tempore tantùm fuerit amissa, quod saltem verū est dicere quòd pro illo modico tempore quo res ab hostibus fuit occupata, quòd dominus fuit priuatus suo dominio rei, & emphyteuta priuatus vsu rei, & sic fructibus: vnde dico ad quē peruenerint fructus, ad eundē trāsit onus soluendi tributum, pensionem, & similia: quia propter fructus tantùm debetur. text. in. l. quæro. ff. de vsufruc. lega. de quo in. l. neque tributum. ff. de impen. in rebus dota. factis. sed ad emphyteutam non peruenerunt fructus: ideo ad eundem non transit onus soluendi pensionem, per regulam. l. eum qui. in princ. ff. de iureiuran.

95 Et per hoc † putarem aliquam esse differentiā inter occupationem hostilem & inundationem: quia in primo amittitur dominium: ex secundo nō, nisi in casu per me declarato. Et ita dico procedere omnia iura æquiparantia vim fluminis & vim hostium: de quo in dicta. l. cùm vnus. §. fin. ff. de bo. autho. iudi. pos. cum similibus suprà notatis. Et quia dictū est de colono, vt differat ab emphyteuta: dico quòd si colonus habeat fundum conductum ad modicum tempus: & tunc vera est differentia, vt propter sterilitatem vnius anni fiat remissio: secus si ad lōgum tempus, per rationem tex. ita distinguentis in. l. si vno anno. ff. loca. & cōduc. & d. c. propter sterilitatem. extra de loca. & conduc. Et pro isto dicto nouiter pōdero tex. in. d. §. vis maior. in. l. si merces. ff. loca. inquātū tex. facit differentiā inter partiariū & aliū, qui pensionē certam pro re soluere tenetur.

96 Nec obst. quod vltimo loco notaui, † quòd omnis irruptio sit periculo emphyteutæ. per. §. emphyteusim. in authen. de non alie. eoli. ij. quia dico quòd iura illa loquuntur in re ecclesiæ seu principis concessa in empbyteusim. sed hoc nihil est. & ideo tu tene præcedentem distinctionem. Et pro ista parte, quòd pro rata temporis tātùm pensio debeatur: pōdero text. ineuitabilem in. l. si vno anno. §. vbicunque. ibi, pro rata temporis sumpta. ff. locati & conducti. & hoc tene cordi.

Addo tibi alios casus vltra præcedētē casum, in quibus periculum belli vel inundationis erit
97 periculo ipsius coloni seu emphyteutæ, † quando inundatio quæ superuenit, secundùm cōmunem consuetudinem cōtingit, vt dedi tibi prius exemplū in vallo Ligeris. Addo quod not. Bal. in. l. licet. in. ij. q. C. loca. & conduc. Idem in fundo limitropho, qui patitur cōtinuos incursus hostium: iuxta. l. si. & per totum titu. C. de fundis limitro. lib. xj. Hoc sciente emphyteuta: tunc non excusaretur à solutione pensionis, per dictam. l. ex cōducto. §. si vis. versi. si verò nihil extra consuetudinem acciderit, damnum coloni esse. ff. loca. & cōdu. Cui ego addo tex. optimum in simili argumēto in. l. qui bona. §. de illo. ff. de dā. infec.

Alius est, quādo suscepit in se periculū omniū casuum: in. l. fistulas. §. fi. ff. de cōtrahen. emptio.

Alius si culpa præcesserit casum: iuxta. l. item quæritur. in principio. ff. locati & conducti.

Addo alium, quādo colonus & emphyteuta fuissent

fuissent in mora colligēdi fructus, qui postea inundatione periissent: quia tunc nō excusaret eos casus inundationis: arg.l.cùm res.§.fina.ff. de le
98 ga.§.l.quod te.ff.si certum pet. Addo † alium casum fortuitum qui præuideri nō potest, vt pestis. Hoc tamen intelligo verum, si talis sit pestis propter quam nō reddatur ius in ciuitate, vel secure habitari in loco non posset.c. quorundam. lxxiiij.distinctio. glos. in.c. ad supplicationem. in glossa.§. extra de renuntia.glos. in clementina, quandiu.de appellatio.Idem text.in.l.sed sciendum.ff.ad Trebel.ibi, sed & salutis & dignitatis ratio habenda est. & vt intelligatur hæc mea inductio, coniunge finem legis præcedētis cum illa.l.sed sciendum. per quem textū idem notauit Bart.pōdero alium tex.in.l.de pupillo.§. si quis riuos.versicu.cum publicæ salutis.& versi.proinde.ff. de noui operis nuntia. Et nota.in.l. si prædium.C.de ædil. actio.per quem tex.iuncto §. sicut autem damnosas. coniuncta secunda interpretatione glos.in verbo, fœnea. in authenti. de non alienan. colla.ij. Posset sustineri vna conclusio contra doctrinam Baldi in.l. licet. in.iij. q.C.de loca.& conduc.quæ fuit Bar.secundùm eum in.l. cotem.§. qui maximos.ff. de publi. &
99 vectiga. Et ista est quotidiana quæstio, † quòd si quis conduxerit pedagiū aut vectigal pro certo pretio singulis annis, & ratione pestis contingentis in ciuitate fructus vectigalis seu pedagij diminuantur: quòd eadem ratione diminuendū erit conducenti pedagium seu vectigal de pensione promissa.quanuis Bald.dicat contrarium, motus ista ratione, quòd conducens casum seu fortunam, etiam si nihil percipiat, tenetur tamen soluere quod promisit, per.l. si iactum retis.ff. de actio.empti.Et idem dicit nota.Barto.in.d.l. cotem.dico quòd Bartol.nihil firmauit in loco: sed remisit se ad quæstionē per se disputatam incipientem, publicanus quidam emit.vbi contrarium notauit. Nec mouet me quod dixit Bal. quòd accipiens fortunā tenebitur soluere quòd promisit, licet nihil acquirat: quia is qui conduxit fundum, accipit fortunam, quia potest esse q̄ nihil crescet: potest etiam esse quòd centuplum colonus accipiet, vt fertur in euāgelio: & tamen propter casum qui præuideri nō potest, de quo nō potest quis verisimiliter cogitare: certè propter casum fit remissio. Vnde regula præcedens procedit vbi quis potest veraciter cogitare de casu seu fortuna: secus autem vbi non potest veraciter quis cogitare, vti in casu nostro, per.l. ex conducto.§. si vis.ff.locati.& alijs suprà notatis.

Vnde cōtra doctrinam Bal. ego induco duo aut tria fundamenta. Primum est ex mente Barto.in.l.naturaliter. colum.penulti.ff. de vsufca-
100 pio. † inquantum æquiparat hostilitatē & mortalitatem: vt sicut ratione hostilitatis dormit præscriptio.c.ex transmissa.extra de præscriptio. sic idem secundùm eum in pestilentia: cùm pestis sit hostilitas diuina, quæ maior est hostilitate hominum. Idem notat Bald. in.l.ij.§. si non propter. versicu. cùm tamen.per illum text. in verbo, vel aliqua fortuita calamitas eūdem locum euertit. ff.si quis cautio.vbi ponderat tex.concord.in.l. de ætate.ff. ad Trebel. voluit allegare dictam.l. sed sciēdum.ff. ad Trebel.de qua fecimus suprà mentionem. Addo quòd idem firmauit Feli. in dicto.c.ex transmissa.extra de præscriptio.in.ij. colum.versi.ad illud de peste.Sed ratione hostilitatis hominum fit remissio mercedis, vt plenè suprà declaraui: tantomagis ratione hostilitatis
101 diuinæ. Secūdò alia ratione, † quòd cùm nullus cogatur habitare in loco suspecto, vt dixi suprà & maximè ratione aëris, per.d.c. quorundā. lxxiiij.distinc.& glos.in dicto.c. ad supplicationem. extra de renun. ipse idem publicanus non potest commodè habitare ciuitatem vt fructus colligat ratione pestis: cùm immineat sibi grāde periculum, non debent præferri res saluti hominis. melius est enim res omnes perire quàm homo pereat.l.sancimus.C.de sacrosanct.eccle. Si igitur permittatur publicano exire ciuitatē causa salutis: quis interea colliget fructus: certè peribunt: vnde cùm sine facto suo pereant, remittenda est sibi pensio. Addo quòd hāc partem firmauit Barto.in.l.cùm in plures.in prin.ff.de lo-
102 ca.& cōduc. vbi in illa specie quærit de eo † qui conduxit aliquod hospitium eo proposito vt recipiat hospites: si ratione belli impediatur meatus & remeatus hospitum: propter id lucrū cessans faciēda est diminutio pensionis, per dictam l.ex conducto.§. si vis maior.ff. de loca. & conduc. Idē ratione belli diuini, vt dixi suprà per argum. à fortiori. Maior enim est hostilitas diuina hostilitate humana.§.vnico. in authen.vt non luxu.contra naturam.colla.vj. Vnde non obstabit.l.si iactū retis.ff. de actio.empti.vltra ea quæ suprà dixi: quia vbi quis accipit fortunam quotidianam suo periculo, & quæ verè potest cogitari: & tūc casus erit periculo ipsius vectigalis seu coloni. Ita procedat ille tex. cui in simili concor. text.in.l. & quæ nondum.in princi.ff.de pigno. Sed vbi non potest probabiliter cogitari casus,
103 † qualis est pestis, vel belli, qui casus non potest cogitari: manet enim alta mente repostum iudicium Domini: quia Dominus propter noua peccata populi coërcet prouinciam aut peste aut hostilitate: iuxta casum dicti.§. primi. in authenti. vt non luxu.contra naturam. collatio.vj. tunc casus ille non præmeditatus debet excusari. Ita distinguit text.in dicta.l.ex conducto.§. si vis maior.ff. de loca.& cōduc. Et propterea ex illo textu auderem tibi vnum firmare, quòd si publicanus conduxerit sibi vectigal in partibus limitrophis, quæ patiuntur quotidianos hostium incursus, & sic ratione belli: iuxta.§. publicorū. in authentica, de manda. principum, collatione.iij. & quod notatur in toto titulo, de fundis limitrop.

libro.xj.C. vel quòd prouincia naturaliter esset pestifera, quia aër est corruptus & pestifer, sicut dicitur in.l.si fundum.C. de aedili.actio. & tunc dico quòd isto casu nō fieret remissio mercedis seu pensionis ratione belli vel pestis: quia prius debuit cogitare de casu: aliàs autem secus, vt dixi, & id puto verius. Addo quòd hāc decisionem firmat idem Bald. per illum text.in dicta.l. ex conducto.§. si vis maior.ff. locati & conduc.
104 † Ex quo infero quòd is q locauit operas suas ad pascendum gregem, non tenebitur de interitu gregis seu capitū gregis si ratione pestis perierint. tex. est hic in fine. & in.l.si fundum.§. imperator. & .§. Celsus.ff. locati & conducti. Qualiter autem possit probari pestis occurrens animalibus ad hoc vt caprarius seu locans operas suas in gregem custodiēdo teneatur de interitu: dic vt per Ioan. de pla. in.l. quod ad praesens.C. de murilegu. libro.xj.

Nunc restat articulus ille tritus & per omnes disputatus in multis locis de quibus infrà, in quo fuit noster Petrus & alij nostri Vltramōtani lacessiti: An dolus dans causam cōtractui bonae fidei reddat contractum nullum ipso iure: an verò veniat annullandus: & si debeat rescindi
105 qualiter rescinditur. † In primis glos. iuris ciuilis dicunt propter dolum dantem causam cōtractui bonae fidei contractum nullum esse ipso iure. Ita dicit glossa in.l. & eleganter.ff. de dolo. quam Barto. & omnes Citramōtani ibi sequuntur. glos. in.l.si dolo.C. de rescinden. vendi. vbi idem tenet Bal. & omnes in.l. dolo.C. de inutili. stipulatio. in.§. actionum. Instit. de actio. in.l.iij. ff. pro socio. & alibi saepe, de quibus memoriam faciemus in discursu. Et vt breui me absoluā circa remissiones doctorū, idem tenent vbique Citramontani sequentes glos. reiecta opinione Petri & nostrorum Vltramontanorū: ad quam tenendam contra eos inducunt multa. Primò tex. in dicta.l. & eleganter. in verbo, nullā. quod verbum importat nullitatem ipso iure. pro quibus in.l. prima.ff. de iniusto, rupto & irrito testamento. & dixi suprà in repetitio. authen. ex causa.C. de liber. praete. vel exhaeredatis. igitur &c.
106 Secundò † ponderant text. praecisiorem in.l. iij. in fine.ff. pro socio. ibi, ipso iure nullius momenti est. Cui concor.l. in causa. secūda. in princip.ff. de minori. in duabus sui partibus. Prima est ibi, nullam esse societatem. Secunda ibi, munitus est ipso iure. Et in illis duobus text. residet tota vis huius opinionis glos. nec habent in apothecis suis aliquid boni praeter illos text. & cùm responderimus ad illos, reliqua per eos adducta faciliter tolli poterunt, quicquid dixerit Bartol. in dicta.l. & eleganter. Et verè illi text. multum vrgent pro ista opinione glos. & suorum sequacium. Tertiò facit tex. cum glossa in.l. si dolo.
107 C. de praescriptio. longi temporis. † quia si dolus dedit causam contractui, impeditur titulus: & propter defectum tituli, vsuscapio. & notanter dixi quòd impeditur titulus: quia nullus est ipso iure propter dolum dantem causam cōtractui bonae fidei: aliàs nō impediretur vsuscapio, secundùm glossam & omnes. sed ille text. licet à glos. ita intelligatur & ab alijs, tamen non est verus intellectus, vt dicam. Quarto loco faciunt secundùm Bartolum in dicta.l. & elegāter. duo fundamenta inconuincibilia, quae omnes admittunt tractantes hunc articulum, simpliciter cum illis pertranseuntes: quae tamen vera non sunt,
108 vt audies ex sequētibus. Primum est, † quòd quando dolus purgatur per actionē descendentem ex contractu, datur contra haeredes, per.l. si hominem.§. datur.ff. deposi. & in.l. ex contractibus.ff. de actioni. & obligatio. Sed quando dolus dat causam contractui, actio non datur contra haeredes.§. aliquando. Instit. de perpe. & temporа. actio. igitur dolus non purgatur per actionem descendentem ex contractu: & per hoc dolus reddit contractum nullum si det causam contractui bonae fidei. Istud nihil habet saporis, vt intelliges ex sequentibus: & hoc quātum ad primum fundamentum quod nec lege nec ratione concluditur: vnde non puto verū. Secundùm est arguendo de contractu ad distractum, per.l. de tutela.C. de in integrum restitutio. minor. sed distractus impeditur si dolus det ei causam, per dictam.l. & eleganter.§. primo. igitur idem in contractu: quod etiam procedit in contractu à fortiori, secundùm eum, per.l. Arrianus.ff. de actionib. & obligationi. Quinto loco glossa induxit vnum fundamētum, quod post eam nemini placuit. dolus enim cadit in ignorante. tex. vltra glossam in.l. si quis cùm aliter.ff. de verborum obligationibus. sed in ignorante non cadit consensus.l. si per errorem.ff. de iurisdictio. omnium iudicum.l. secunda.ff. de confes. in.l. quod si vno. in principio.ff. de in diem adiectio. in.l. si seruo alieno.ff. de legatis tertio, ibi, aut ignorauit. & in ratione legis, & alibi
109 saepe. † sed si in cōtractu bonae fidei deficiat consensus deficit in substantia in.l. consensu.ff. de actio. & oblig. in.§. vnico. Instit. de oblig. quae ex cōsensu nascuntur. igitur nec valebit propter dolum dantē causam contractui, cùm impediat solennitatē & substantiam cōtractus: sed hoc argumentū, vt dixi, nemini placuit: quia idem concludit in omnibus contractibus stricti iuris.l. inter stipulantem.§.j.ff. de verbo. obliga. Ego autem nouissimè pro hac inductione glos. pondero tex. in.l. qui cum tutoribus.§. per fallaciā. ff. de transact. ibi, non tam paciscitur quàm decipitur. Ex quo tex. elicio aliud fundamentum:
110 † quia si fraus vel dolus contrariantur bonae fidei, cùm nihil sit magis contrarium bonae fidei quàm mala fides.l. bonae fidei.ff. de acquiren. re. do. in.§. actionum. Institu. de actio.l. iij.ff. pro socio.l. si dolo.C. de rescin. vend. sed bona fides in his

in his desyderatur, & sine ea contractus subsistere non potest.l.bona fides.ff.depositi.l.bonam fidem.C.de actio.& obliga. ideo deficiente bona fide videtur contractus in substantia sua deficere, & sic nullus, vt dixi suprà, per.l.cùm hi.§.si prætor aditus.ff.de transac. Nec obstat, secundùm eum, quod opponitur de.l.si dolo.C.de rescinden.vendi. quia verum est quòd rescinditur quatenus de facto processit: vt dicit ibi glos. aliter nō est opus rescissione, secūdùm omnes post eam. similis glos.in.l.Iulianus.§.per cōtrarium.
111 ff.de actio.empti. Secundò non obst. † quod arguitur de metu ad dolum: quia nō est bonū argu.vt per eos latius, præsertim in.d.l.& eleganter.ff.de dolo.in.l.si quis cùm aliter.ff.de verb. obliga.§.actionum.Institu.de actio.in.l.non dubium.per Bal.C.de legib.in.l.ij.C.de rescindē. venditio. Tamen contra hanc decisionē glos. Bart.& suorum sequacium tenuerunt Pet. Cin. Ioan.Fab.& nostri in.l.si dolo.C.de rescin. vendi.in dicto.§.actionum.Institu.de actio.& in.l. dolo.C.de inuti.stipulatio.in dicta.l.si quis cùm aliter.ff.de verborum obligatio. Et pro ista opinione ego induco tex. quibus nunquam vidi responsum, nec vtique responderi potest: quia clari sunt pro opinione Petri, & sine tergiuersatione euitari non possunt. Primò facit textus in.l.maioribus.C.communia vtriusque iudicij.
112 in verbo, reformabitur. † vbi dolus dans causam diuisioni nō reddit diuisionem nullam, sed debet tantùm reformari: & tamē est bonæ fidei, vt patet in eadē litera: ibi, quia in bonæ fidei iudicijs.idem in.l.j.eod.titu.idem in.§.actionum. Instit.de actio. & sic dolus dans causam contractui bonæ fidei non reddit contractum nullum, sed venit reformandus, per illum text. Secundò facit tex.in.l.tres fratres.ff.de pactis.vbi dolus dederat causam diuisioni: quia furtim frater diuerterat res hæreditarias, vt facilius induceret fratres ad diuidēdum, & sic dolosè: nihilominus dicit ille text. quòd illa diuisio non erit nulla sed venit annullanda: & tamē vt dixi est bonæ fidei, per.l.j.&.iij.C.cōmunia vtriusq; iudi.igitur &c.

Tertio loco pondero text. qui non potest aliquo pacto euitari, quem etiam ponderauerunt Petrus & nostri in.l.Iulianus.§.per contrarium.
113 ff.de actio.empt. † vbi dolus dedit causam contractui: quia villicus plures res hæreditarias diuertit, vt facilius induceret ad vendēdum ipsam hæreditatē. nec esttvetum dictum glos. cùm dicit ꝙ ille venditor volebat aliàs vēdere, sed postea dolosè induxit ad minus vendendum: & sic dolus non dedisset causam cōtractui, sed magis incidisset in contractum. Ego autem dico quòd miror qualiter hoc glos. ausa fuerit dicere: cùm habeat text. apertum contra se, quæ si Græciam mendacem haberet secum, nō posset eam saluare: quia primò dolus dedit causam cōtractui ab initio. textus est ibi in his verbis, quibus subtractis facilè quasi minimo valeret hæreditas, vt si bi ea venderetur persuasit. Ego nescio si posset ille tex. calumniari sicut alibi dicit textus in.l. penultima.ff.ad exhibēdum. Nota illa verba, vt sibi ea venderetur persuasit. ordo literæ est, quia villicus subtraxisset aliqua mancipia ex hæreditate, quibus subtractis persuasit ei vt eam venderet, quia minimo valeret. quis negat quòd nō sit differentia inter ista duo, quòd aliquis subtraxerat res, & illis subtractis postea persuadeat vt vē dat, quasi nihil valeat: an verò omnibus rebus apparentibus hæredi volenti vēdere: vt cùm sciret eum affectionem habere ad vēdendum, persuasit ei dolo vt ei venderet minori pretio: quia primo casu ab initio antequam accessisset animus vendendi per diuisionem illarum rerum inductus est faciliter: sed in secundo casu ab initio habuit animum vendendi, licet non tam vili pretio, nisi dolo inductus fuisset solicitationibus: vt dicit textus in.§.primo.in authentica, vt immob. antenupt.donatio.collatio.v. quem texum not. Baldus in.l.secūda.C.de rescinden.venditio.facit in simili decisio Baldi in.l.posthumo. vbi plenè per Modernos.C.de bonorum possessione contratabulas.in responsione argumenti.l.iij.§.
114 falsus.ff.rem ratam haberi. † quando dicunt de eo qui appellauit à sententia lata in personā pro curatoris falsi, quia approbat sententiam: sed reprobat vt sic latam. sic qui ab initio habuit animum vendendi, si postea vilius vendat dolosè inductus, vt dicitur in.l.dolum.C.de dolo. tunc non improbat contractum quem voluit facere: sed bene vt sic factum. sed quando diuertuntur res, & postea illis subtractis inducitur ad cōtrahendum de illis rebus de quibus nunquam potuit cogitare, quia notitiam non habuit: certè in hoc ab initio dicitur inductus ad cōtrahendum: quia si forsitan hoc sciuisset, nunquam cōtraxisset, sicut dicit tex.in dicta.l.qui cum vno.in principio.ff.de in diem adiec.& in.l.fideicommissa. §.si seruo alieno.ff.de lega.iij.in.l.generaliter. vbi per glos.C.de non numerata pecunia. Et sic dolus dedit causam cōtractui ab initio: & tamen dicit ille textus contractum debere rescindi per actionem ex illo contractu, scilicet exvendito in tanto quanto pluris hæreditas valeret si res subtractæ non fuissent. Et ego illum textum volui diligenter notare & declarare propter nostros doctores, qui in eo fuerunt inculpati contra ius: quia illi textui nunquam vidi respōsum nec etiā posset opportunè responderi. Plus ego dico ꝙ adhuc vltimum nō multum stringeret, quinetiā dolus dedisset causam contractui ab initio, sicut dicit etiam glossa in dicta.l.si dolo.tamen vt fortius videatur non procedere opinionem glos.& sequaciū hoc dixi. Quarto loco induco glossam in.l.in contractibus.C.qui.ex causis maiores.cùm dicit glos.si in venditione loquamur: & tunc si inducis me ad vendendum vbi aliàs non

essem venditurus: re tradita ago de dolo, per. l. & elegāter. ff. de dolo. Et sic vides ex dictis glos
115 sæ, quòd † dolus dans causam contractui non reddit contractum nullum, sed venit per actionem de dolo rescindēdus: quod singulariter nota pro dictis Petri, de quibus infrà dicā. & quòd intelligatur de dolo dante causam contractui, satis patet cùm dixit, quòd aliàs induxisti me ad vendendum, cùm aliàs non essem venditurus. Et si dicatur, hæc glossa non obstat, quia loquitur quando secutum est factum: responde vt infrà, quia leges allegatæ per eam hoc non dicunt, sed loquuntur in terminis nostris. Quinto loco pondero textum in. l. si dolo. C. de rescindenda venditione. quem textum ponderauerūt omnes nostri, & non immeritò. & illum textum ego dico ineuitabilē: & illa euasio data per glossam & alios in somnijs inuēta est, quia nusquam antea cogitata per legislatorem. glossa enim nec alius inficiatur quòd in dicta. l. si dolo. dedit dolus causam contractui bonæ fidei. & hoc admittit ibi glossa prima, & non à tertio, sed ab ipso contrahente: vt patet in verbo, aduersarij. quem textum bene ponderauit glossa. & tamen ille textus non dicit nullum contractum, sed debere rescindi, per supradicta. Sexto loco pondero illum textum in dicta. l. si dolo. in ratione sui, quæ probat vnum ex fundamentis Petri contra glossam ibi, quòd si iure perfecta venditio est.
116 ponderando verbum, iure. † si enim dicat iure perfectam venditionem: resolui non posse. vbi autem iure non est perfecta, vt quia dolus, qui contrarius est bonæ fidei, dedit causam contractui: tunc debet resolui, quasi nō iure perfectus. Et pro ista inductione ego pondero illud relatiuum, quod. positum in illo textu quod se refert immediatè ad præcedentia, in. l. Iulianus. vbi per Bartolum. ff. de hæredibus instituendis. in. l. vinum. vbi per omnes. ff. de rebus creditis, & si certum petatur. per eundem in. l. prima. ff. de condictioni. & demonstratio. in. l. si Stichus qui meus erit. ff. de legatis primo. & alibi sæpe. vnde illud relatiuum, quod. immediatè se refert ad clausulam præcedentem: satis demonstrat quòd loquitur de ipso contractu, non autem de facto quod potuerit prouenire ex ipso: quia nihil ad actum deductum est. Nec est verum dictum glossæ ibi, & in dicta. l. Iulianus. §. per contrarium. ff. de actioni. empti. sequitur Bartol. & alij qui etiam cognoscentes non posse illi textui accommodari respōsum, dixerunt illum textum verum esse, quatenus de facto processit quòd debeat rescin
117 di. † hoc enim est clarum, quòd ea quæ fiunt de facto & non de iure debent restitui, non rescindi. rescissio præsupponit subsistere viribus actū. l. decem. ff. de verborum obligationib. l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniusto, rupto & irrito testamēto. Sed quòd de facto fit & non de iure sed contra ius, clarum est illud rescindi debere. l. non dubium. C. de legib. per. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de vi. in. l. si quis in tantam. C. vnde vi. l. cùm fundum. ff. de vi & vi armata. sed non rescinditur. Vnde si vtamur calumnijs, ego illa calūnia & captione verborum vtendum esse puto: quia debuisset dixisse textus illius. l. si dolo. restitui & non rescindi venditionem: quia non fuisset opus rescissione venditionis, sed tantùm pretij restitutione vel ipsius rei venditæ, si vēditio fuisset nulla. & hoc non dixi nisi vt calumnia euiteretur per aliam calumniam: vt dicit textus in. l. cùm pater. §. Titio. ff. de legatis secundo. ibi, nec videtur dolo fecisse qui fraudem excluserit. Et notanter hoc volui dicere: quia decies centies pōderare volui illum textum & singula verba legis, & non potui tantum mihi persuadere quòd text. ille dicat quòd quatenus de facto tantùm processum est debeat rescindi: quinimo textus ille totum contrarium
118 dicit, † quòd contractus solus seu ipsa conuentio dolosè facta rescindi debeat: clarius sole probat illa litera ibi, sciens scilicet præses aditus contrarium esse dolum bonæ fidei: quæ maximè in his contractibus exigitur rescindi venditionem iubebit. Not. verbum, venditionem. qualiter dirigit ad conuentionem seu ad ipsum cōtractum, non autem ad id quod secutum est ex ea, sed venditionem solam. Præterea in capite legis nō consyderatur factū occasione illius venditionis: sed tantùm dolus qui interuenit, seu qui dedit causam contractui cùm dicit: si dolo aduersarij deceptum venditionem prædij te fecisse præses prouinciæ aditus animaduerterit. & sic qualiter tex. non consyderat, nisi quòd iudex videat an fueris deceptus dolo aduersarij in vendendo: & nihilominus dicit contractum debere rescindi: ipsis oculis videri potest quòd intētio glossæ contradicit illi legi: vnde dico euidentem esse calumniam, & propterea reijciendam: vt dicit textus in. l. in summa. in verbo, euidens calumnia. ff. de cōdictio. indebiti. & per alia quæ notaui suprà.

Nec obstabunt adducta primo loco per glossam, Bartolum & alios: & primò textus in dicta l. & eleganter. ff. de dolo. in verbo, nullam. Ad quem textum ego reperi multipliciter responsum. Primò respondit Ioannes Fab. in. §. actionum. Institut. de actionibus. cuius dicta & alia repetij quæ hic sunt annotata. Dicit enim verum esse nullam esse venditionem in effectu: & licet nihil alleget, ego addo in similibus terminis glossas eodem modo decidentes similia argumenta. primò glossa in. l. iurisgentium. §. sed
119 cum nulla. ff. de pactis. cùm dicat ibi textus † ex pacto nudo nullam obligationem oriri: & dicit glossa nullam, scilicet efficacem. Et si nolunt sustinere Bartolus & alij hanc solutionem Ioannis Fabri, per illum textum tu habes inconcusse aliam conclusionem Petri, de quo memini in alia cōclusione pactorum verissimā, quòd ex pacto

pacto nudo non oriatur obligatio, etiam natura lis vel ciuilis, propter verbum, nullam. Oportet igitur necessariò calumnias glossarum & suorum sequacium ita confutare, & mutuò se impedient, sicut notatur in.c. sicut.§. quæstione.§.

Et pro eadem parte ego addo aliam glossam in.l.nostram. in verbo, non valere. & interpretatur glos. scilicet efficaciter. C. de testamē. similis glos. in.l. vniuersa. in verbo, valeāt. C. de preci.imperato.offeren. per Bald. in.c. ordinem. extra de rescrip. per Bart. in.l.ij.C. de cano. frumē. vrbis Rom. libro.xij. Et istud est commune responsum glossarum nostrarum, propter quæ dicit Cin. in.l. vnica. versic. duodecimò videtur. C. vt actiones ab hæred. & cōtra hæredes incipiāt. quòd ista est communis responsio glossarum, & earum miserum refugium. Et propterea censui non esse insistendum circa illam solutionē: quāuis pro illa cōclusione memorata pro Petro contra Bar. & suos sequaces satis militet. Et ideo ad illum text. ego dico quòd ille tex. præcisè nō arctat se in nullitate, sed alternatiuè concludit, aut competere actionem ex empto, aut nullam esse ipso iure: quo casu illa verba nō importāt nullitatem ipso iure, sed tūc demū si dicatur nullū, & petatur nullum declarari per actionē ex illo contractu. Pro qua parte ego nouissimè pōdero textum in.l.fi. ver. sancimus. C. de liber. præte. vel exhæreda. ibi, euertat ipso iure aut cōpetere bonorum possessionem contra tabulas, deducen-

120 do hoc modo: † quia clarum est de iure codicis non esse nullum propter præteritionem vel exhæredationē filij testamentum patris: vt plenè in l.omnimodo. C. de inoffi. testa. vt dixi copiosius in repe. authen. ex causa. C. de liber. præteri. vel exhæredatis. & tamen dicit, euertat ipso iure, aut competere bonorum posses. contra tabu. sic idem in casu proposito aut competere actionem ex empto, aut nullam esse venditionem. & istud idem videtur notare glos. in dicta.l. in contractibus. C. ex quib. causis maio. Barto. in.l. quæ sub conditione.§.fina.ff. de condi. insti. quod qualiter colligi potest, intelliges infrà. Et licet hæc solutio videatur sufficere quātum ad illam legem: tamen nō in omnibus mihi satisfacit. Ad.l. si fraude.C. de præscrip. longi tempo. facilis est responsio, &.l. ipsa se dissoluit: quia cùm fraus sit contraria bonæ fidei.l. si dolo. C. de rescindē. vendi.

121 † & bona fides sit fundamētum præscriptionis x.vel.xx.annorum, per.l.iij.ff. de vsucapio.§.j. Instit. eo. ideo interueniente fraude ab initio deficit fundamentum præscriptionis: quare &c. Et quia tota vis opinionis glos. Bartoli & aliorum pendet in duobus text. tantùm, videlicet in.l.iij. in fine.ff. pro socio. in.l. in causæ. secunda.ff. de minori. pro conclusione huius materiæ remitto materiam ipsam discutiendam in vltimo loco: & ideo respondebo ad alia fundamenta Bartoli quæ dicit esse inconuincibilia: & licet nouissimi illis adhæreat in.l. si quis cùm aliter.ff. de verbo. obliga. in.§. actionum. Institu. de actio. ego dico quòd illa fundamēta non valent festucam: quia sine lege. Et in primis cùm dixit Bar. per §. aliquando. Instit. de perpe. & tempora. actio.

122 † quòd quādo dolus dat causam contractui, nō datur actio contra hæredes: & ideo non erit verū dicere, quòd dolus debeat purgari per actionem ex contractu: quia aliàs daretur contra hæredes, per.l. ex contractibus.ff. de actio. & obliga. Ego fateor quòd actio cōtra hæredes datur ex contractu, per illum tex. sed quòd contractus sit nullus, vbi dedit causam contractui: quia nō datur contra hæredes, vbi aliàs daretur: hoc est falsissimum in iure: nec inueni scriptū in aliqua lege. Nec obstabit ille textus in.§. aliquando. quia ibi dolus non dederat causam contractui, sed inciderat in contractum. probatur ibi in versic. veluti cùm testator dolosè versatus sit in deposito. pōdera verbum, versatus sit in deposito. quia circa versationem ipsius depositi interuenerat dolus, & non circa contractum ipsum depositi: vnde est lata differentia. Et ista est etiam vltima opinio glossæ, in verbo, dolosè. & est vltima opinio, quam ipse approbat: & ideo stādum illi, per.l. qui filium.§.fi. in glos. fin.ff. ad Trebellianum. & ista est mera veritas. Et si dicatur: ergo à fortiori probat intentionem Bar. hoc non est verum: quia hoc textus non consyderat: sed quòd ex dolo ipsius testatoris nihil ad hæredem peruenit. Præterea si hoc esset verum, sequeretur

123 † quòd nusquā ex dolo testatoris hæredes conueniri possent, quod est falsum in iure: & contra Barto. facit illa.l. ex contractibus.ff. de actio. & obligatio. pōderata per ipsum, &.l. ex depositi. eo. titu. & in hac.l. cōtractus. in fi.l. in hæredem. ff. de calūnia. in. d.l. vnica. C. vt actio. ab hæredi. & contra hæredes incipiant. in.l. vnica. C. ne ex delic. defunc. vnde, vt vides, istud primum fundamentum nō merebatur hanc exclamationem à Barto. contra Pet. Ad secundum fundamentum Bart. cùm arguit de contractu ad distractū, in.l. ab emptiōe.ff. de pac. & alibi sæpe, licet ego possem vnico verbo respondere illi fundamēto, quòd licet in aliquibus bonum sit argumētum, tamē nō in omnibus: sed quia nō esset nisi quærere fugam retis, non placet mihi hoc dicere: & ideo puto directè ad textum esse respōdendum: quare dico quòd text. in dicta.l. & eleganter.§. non solum.ff. de dolo. non probat intentionem Bart. nec potuit hoc Bartol. inducere, salua eius

124 pace dixerim. Ego enim non video † quòd dolus dans causam distractui bonæ fidei impediat ipso iure liberationem: quia tex. dicit contrariū: quia per viam actionis debet resolui, aut per actionem ex illo contractu: & vbi nō potest subueniri per actionem ex illo contractu: tunc per actionem doli succurritur. Et hoc modo retorqueo fundamentum contra ipsum Barto. quia si

bonum est argumentum de contractu ad distractum, & econtra: igitur sicut in distractu non resoluitur, seu liberatio non impeditur, vbi dolus dedit causam distractui vel liberationi, scilicet ipso iure, sed per viam actionis, per illum textũ, qui clarus est: idem igitur in dolo dante causam contractui bonæ fidei quod per viam actionis, vt dixit Petr. resoluetur, & ego notabo clarius infrà, & nõ ipso iure: vnde minus debebat referri per Bartol. hoc fundamentum, cùm directè ei contrarietur. Ad vltimum responde quòd illud argumentum concludit in metu sicut in dolo: vt plenè notauit Pet. & post eum Cin. in.l.ij. C. de rescinden. vendi. & puto declarasse clarius in resolutione argumentorũ suprà memoratorũ.

Ad argumentum glos. in dicta.l. & eleganter. ibi respondet Barto. sufficiet tibi illa responsio quia plenè satisfacit. Et per ista tu habes saluã opinionem Pet. ab impugnatione Bart. saluis illis duabus legibus, videlicet.l.iij.§.fin.ff. pro socio. & dicta.l. in causæ. secunda.ff. de minori. in quibus residet tota difficultas huius opinionis glos. & Barto. & suorum sequacium: ideo insistendum est diligenter circa dissolutionẽ ipsarũ.

In primis cõperio quòd Ioan. Fab. in.§. actionum. Institu. de actio. in.ij. colum. respondet ad illos text. speciale esse in contractu societatis, vt per eum: non repeto. rationem autem specialitatis tradit. ego autem non insisto circa eam: quia secundùm glos. in.l. filium. circa mediũ glos. ma

125 gnæ. C. familiæ ercis. † dicere speciale, est recurrere ad commune miserorum refugium: & quia pũctus ipse debet directè absolui, aliter puto dicendum, non recedendo à doctrina Pet. quæ vera est in iure, & stylus curiarum approbat vbiq̃.

Aliter respondet Pet. & bene ad dictam.l.iij. &.d.l. in causæ. cùm dicitur, dolum dantem causam contractui societatis reddere contractũ nullum ipso iure. verum est si dicatur nullus, & secuta sit declaratio à iudice, parte hoc petente: quia tunc nullus erit ipso iure. Pro quo inducit text. cum glos. in.§. in bonæ fidei. Institu. de actio. in compensatione: quia verum est cõpẽsationem ipso iure tollere actionem: verum est, si opponatur. Idem in.l. si constat. C. de compensatio. Accedit similis decisio Iurifcon. in.l. filio. vbi plenè per glossam & omnes. ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento. idem in.l. si expressim. vbi per glossam, Bartolum, & Imolam, de appellationi. de quibus etiam per glossam in.l. scimus. in principio. in verbo, ipso iure. C. de inofficioso testamen. Et si dicatur, aduerte quia obstat quod dixi in repetitione authenticæ, ex causa. C. de liberis præteri. in illo articulo, an filius teneatur

126 dicere nullum. † Ego dixi quòd principaliter non habet necesse dicere nullũ: sed dedi tibi cautelam & modum procedendi ex doctrina Bart. in dicta.l. filio. vbi per Paulum & Imol. per Bartolum in.l. is qui in potestate. ff. de lega. præstã.

Ex qua videtur falsa alia decisio Petri circa hũc articulum, inquãtum dixit quòd datur actio ad rescindendum contractum, scilicet actio de dolo. istud erit falsum: quia eo instanti quo deceptus declarat in iudicio vel extra, velle nullum esse contractum: immediatè nullus est ipso iure. Ego dico hoc non esse verũ, quicquid dicat Bartolus per text. in dicta.l. si dolo. C. de rescinden. venditio. iuncta glos. in verbo, rescindi. pro qua addit textum in.l. ex empto.§. is qui vinum. ff. de actioni. empt. Addo similem glos. in.l. secunda. C. communia vtriusque iudic. in verbo, reformabitur. & dicit glos. communi diuidũdo iudicio. idem in.l. tres fratres. ff. de pactis. Ego etiam retorqueo textum in dicta.l. & elegãter.§. non solum. ff. de dolo. deducendo prout deduxi suprà. addo glossam in dicta.l. in contractibus. C. quibus ex causis maior. idem notat ipse Bartolus in l. quæ sub conditione.§. finali. ff. de condition. institu. intelligendo decisionem sui distinctionem suam secundùm leges quas allegat, ad quas referri debet, vt dicit ipse in.l. non solum.§. liberationis verba. ff. de libera. lega. cùm dicit Bar-

127 to. † quòd si contractus non est nullus ex conuentione partium, sed ex alia causa: & tunc si dolo partis, tunc petitur declarari nullus per actionem de dolo: licet glossa dicat in dicta.l. si dolo, C. de rescinden. vendi. per actionem ex contractu, per.l. sed Celsus.§. si fundus annua. ff. de cõtrahenda emptio. &.l. ex empto.§. is qui vinum. ff. de actioni. empti. & memini suprà. Nec obstat si dicatur quòd Barto. loquatur quando secuta est traditio rei. Ego dico, prout notaui suprà, quòd leges allegatæ per glos. & Bartolum, hoc non dicunt, quòd secuta sit traditio rei: sed loquuntur simpliciter de ipsa conuentione seu de ipso contractu nondum deducto ad actum.

Aliam solutionem tradit Petrus, quem sequitur Cinus in.l. dolo. C. de inutili. stipulatio. quæ licet prima facie posset calumniari, tamen rectè intellecta concludit idem quod dixi: quòd licet in dicta.l. tertia.§. finali. ff. pro socio. & in dicta l. in causæ. secunda. ff. de minori. dicatur ipso iure societatem nullius esse momenti: non per hoc dicit quin nascatur actio: sed verum est quòd proposita exceptione ab homine, tunc ipso iure non tenebit: & hoc satis videtur prius decla-

128 ratum. & hoc potest comprobari: † quia licet contractus inutilis sit, tamẽ bene nascitur actio. l. apud Celsum.§. item quæritur. ff. de exceptione doli. de quo etiam per Modernos in.l. prima.§. si vir. ff. de acquirenda possessione. in.l. si fundum. ff. de fundo dotali. vnde non mirum si exceptio sit necessaria isto casu. Et hæc exceptio doli est perpetua: vt dicit textus in.l. purè. §. finali. ff. de exceptione doli. de quo etiam in.§. j. Institu. de perpe. & tempora. actio. nec clauditur illa exceptio triginta annis, sed quandocũq; actor aget, etiam post centũ annos, semper firma erit

erit illa doli exceptio : nec illud verbum, perpetua . interpretari poterit de triginta annis, sicut dicit in simili glo.in.l.prima.ff.pro socio.§.j.Institu.de satisdatio.tutor. in dicto.§.j. Institut.de perpetu.& tempo:actio.& hoc bene probat ratio dictæ.l.j.§.fina.in fine, cùm dicat non esse in arbitrio rei quando actor agat, iuxta. l.si quando.C.de dilatio.& ideo quandocunque agetur, obstabit semper illa doli exceptio. Posset addi alia ratio:quia præscriptio triginta annorum nõ fuit cognita de iure Digestorum, sed solùm præscriptio decem vel viginti annorum : vt dicam infrà,sed prima vera.

Et propterea inferovnum ex præcedentibus,
129 † quod si dolus dederit causam contractui,licet dominium bene acquiratur emptori,non tamen poterat de iure Digestorum confirmari præscriptione decem vel viginti annorum.text.est apertus in.l.si dolo. C.de præscriptio. longi tempo. Et hoc quando accedebat maximè cõtractui bonæ fidei, per rationem illius legis : quòd cùm in præscriptione decemvel viginti annorum,requiratur titulus et bona fides:vbi dolus interueniebat, cessabat effectus præscriptionis : quia nihil est quod magis contrarietur bonæ fidei, quàm dolus.l.si dolo. C.de rescinden.venditi. & ideo cùm in dolo esset, & sic in mala fide,non posset præscribere dominium rei. l.iij. ff.de vsucapio. §.primo.Institu.de vsucapio.& sic licet per contractum acquisiuisset sibi dominium:non tamen irreuocabiliter,per supradicta. vbi si non interuenisset dolus in ipso contractuvbi venditor nõ fuisset dominus:si tamen emptor esset in bona fide, acquirebat sibi causam præscribendi. l.j. ff. de public.in rem actio.l.prima. ff.de vsucapio. l.fin.ff.pro socio.§.primo.Institu.de vsucapio. & secuta præscriptione decem vel viginti annorum,facta distinctione iuris communis inter absentes vel præsentes immediate tutus erat emptor qui præscripserat non tantum quantum ad vtile dominium, sed etiam quãtum ad directum
130 dominium rei emptæ : † quia per præscriptionẽ decem vel viginti annorum acquiritur non tantum vtile dominium,sed etiam directum:licet sit maxima contentio inter Pet.& nostros,& Bart. Bald.& Citramontanos. Et quia in numero cõclusionum mearum addidi aliquas conclusiones inter eas quas excerpsi de mente Petri, ex variis iuris ciuilis partibus, curaui de eis aliquid dicere,præmittendo ipsas conclusiones quæ sunt octaua,nona,& decima,cum corollario.

Tenor conclusionum publicatarum in florido gymnasio Ticinensi.

Octaua conclusio est: Ex præscriptione decem vel viginti annorum acquiritur dominium directum, sicut per vsucapionem secundùm Petrum,contra Bartol.& suos sequaces.

Nona conclusio est:Dominiumvtile non fuit cognitum de iure Digestorum,secundùm Petr. contra Bartol.& sequaces.

Corollarium.

Petens libellando simpliciter dominium rei, illo iure non venit vtile sed directum tantum,secundùm Petr.contra Barto.& sequaces.

131 Decima conclusio est: † vbi præscriptio completa est in præsentia eius qui dominus erat,si reuersus potuit præscriptionem interrumpere, nõ restituetur de rigore iuris,secundùm Petrũ contra Bartolum & sequaces.

Circa primã fuit maxima disputatio inter Petrum & Bartolum, & nostri doctores Aurelianenses,& alij Vltramontani sequuti sunt Petrũ, cum quibus tenuit etiam Cin. & Francis. Areti. cum Bartol. verò pertransierunt omnes Citramontani.Ideo propter differentiam ortam inter tam elegantes viros, ego putaui aliquid de his disputare.

In primis dixit Bartolus vbique post gloss.& Din.in authenti.nisi tricennale. C.de bonis maternis.in.§.primo. Institu.de vsucapionibus.in l.traditionibus.C.de pactis.in.l.tertia.ff.de vsucapionibus. Din.in regula,possessor.de regulis iuris.in sexto.& Floria.vltra loca solita in.l.seruitutes.ff.de seruitutibus.meminit etiam Cin.in l.si ab hostibus. vbi aliquid per Bartolum.C.ex quibus causis maiores.in.l.si quis emptionis. C. de præscriptione trigintavel quadraginta anno-
132 rum. † quòd per præscriptionem decem vel viginti annorum non acquiritur dominium directum rei præscriptæ, sed tantum vtile: licet per vsucapionem bene acquiratur dominium directum,per ea quæ infrà dicentur. Pro quo inducunt textum quotidianum in.l.prima.§.finali.in fine. ff. de aqua pluuia arcenda. vbi secundùm eos textus dicit, ex præscriptione decem vel viginti annorum acquiri solumvtilem seruitutem. Si igitur sola vtilis seruitus acquiratur, sic etiam solum vtile dominium acquiretur. Accedit pro eis text.in.l.si quis diuturno. in princip. ff.si seruitus vendice. Idem dicebat Dinus,in dicta regula, possessor. quòd licet in præscriptione decem vel viginti annorum requiratur titulus & bona fides sicut in vsucapione, tamen per eam non acquiritur directum dominium, licet per vsucapionem bene acquiratur. Sed rationem differentiæ non tradit Dinus, nec alius qui attingat hanc partem. Ego autem possem dicere
133 hanc esse rationem satis persuasiuam: † quia vsucapio est de rebus mobilibus:præscriptio vero de immobilibus: legibus notissimis: sed rerum mobilium vilis est & abiecta possessio. l. peregre. in principio. &. l.si rem mobilem. ff. de acquirenda possessione. & quia etiam citius consumuntur quàm immobiles. l.lex quæ tutores.C.de administratio.tutorum vel curatorum. ideo facilius acquiruntur, & acquisitum dominium earum erit potentius,argumento.l. tertiæ. §. Nerua filius. ff. de acquirenda possessione.

r 4

Secundò inducunt text. in. l. traditionibus. C. de pactis. vbi vsuscapionibus acquiruntur dominia. cui concord. l. iij. ff. de vsuscapio. cùm dicat litera quòd vsuscapio est acquisitio dominij: sed vbi lex simpliciter loquitur de dominio, intelligitur de directo. l. j. ff. si ager vectiga. vel emphyteu. quia lex semper est interpretanda in potentiore significatu. l. quæritur. ff. de statu homin. l. domum. ff. de contrahē. emptio. ideo in directo tantùm verificatur, & non in vtili dominio. Sed
134 secus erit in præscriptiōe: † eo quia præscriptio decem vel viginti annorum est odiosa. l. fin. in fine. C. de annali exceptione. Idem tex. in. l. j. ff. de vsuscapio. in. l. fin. C. de edicto diui Adria. tollē. vnde ratiōe illius odij fit maior restrictio in præscriptione decem vel viginti annorum, quàm in vsuscapione. Sed istud fundamentum strictissimè vrget pro Petro contra glos. Din. Bartol. & sequaces, vt dicam infrà per. §. j. Institu. de vsuscapio. ibi, dominium rerum iusta causa possessionis præcedente acquiratur. quod verbum refertur tam ad præscriptionem decem vel viginti annorum quàm ad vsuscapionem. & glos. ibi, quæ bene hoc cogitauit in verbo, dominium. dixit ꝙ illud verbum bene stat propriè quātum ad vsuscapionem: sed quantum ad præscriptionem stat impropriè. Sed ista est fatua respōsio, quæ absit à Iureconsulto: quia nequaquam ex illo tex. poterit perpendi illa diuersitas: ideo de ea nō curo multùm: quia destruit text. cui accedit text. qui caret omni scrupulo, & per quem cessabit illa captio glos. in. l. acquiritur. §. non solum. ff. de acquiren. rer. domi. ibi, vnde etiam per eorum longam possessionem dominium nobis acquiritur. & glos. quæ bene præsensit istud, adhuc conata est interuertere veritatem legis, quia non poterat impropriare respectu vsucapionis: cùm tex. ille loquatur tantum de præscriptione, dixit ad verbum, dominium, id est effectus dominij. similis glo. in authen. nisi tricennale. C. de bo. mater.

Tu colliges duo necessariò si vera est glossa.
135 † Primò quòd ex præscriptione decem vel viginti annorum non acquiretur nisi effectus dominij, & non dominium: quia text. ille loquitur de longa præscriptione, quæ est decem vel viginti annorum. l. fina. C. de præscriptio. long. temp. Secundò appellatione dominij simpliciter prolati non directum tantum, sed effectus dominij: & sic falsum erit assumptum ipsius glos. Dini & aliorum de quo suprà, et sic lex non erit interpretanda in potentiore significatu, sicut præsupposuit Din. post glos. suprà, & sic cognoscis ꝙ glosse cōfundunt, & alij qui sequūtur eas. & per sua fundamenta ego addā alios text. cōcordes infrà.

Secundò, non erit verum aliud dictum Dini in regula, possessor. de regu. iur. in. vj. cùm dicit, quòd præscriptio decem vel viginti annorum sit odiosa: quia hoc est falsum. tex. est in specie in. §. j. in authent. de tempore non solu. pecu. coll. vij. ibi, sitq; hæc etiam non nostra aduersus aliquos pœna, sed libertatis subiectorum diligentia. quē text. in his terminis inducit Bald. in. c. si quis per triginta annos. si de feud. fuerit controuer. inter domin. & agna. colla. x. post glos. in dicto. §. j. in verbo, diligentia. cùm dicit ibi glos. nota. exceptiones nō in pœnam, sed propter subiectorum libertates inductas, vt nō omni tempore de suo iure dubitent: vt Instit. de vsusap. in princi. quæ eadem repetit in. l. prima. ff. de vsuscapio.

Ad. l. fin. C. de annali excep. potest dici quòd non loquitur de illa exceptione præscriptionis decem vel viginti annorum. sed istud nihil est, propter. l. j. in fine princip. C. eod. de anna. præ-
136 scrip. † Ideo ego aliter dico quòd respectu præscribētis non est odium in præscriptione decem vel viginti annorum, licet in odium desidis sit introducta, sed non ex omni parte dicitur odiosa. Et ita sentit text. in. d. §. j. in authent. de tempore non solutæ pecun. sicut dicitur in præscriptione triginta annorum, que sine titulo et mala fide bene procedit, per. l. si quis emptionis. in princi. C. de præscript. triginta anno. Et idem dicit glos. in d. l. fin. in fin. C. de edic. diui Adria. tollē. quia ex omni parte est odiosa: sed in præscriptione decē vel viginti annorum secus: quia ex parte præscribentis est titulus & bona fides: aliàs, vt dixi, non præscriberet. §. j. Instit. de vsuscapio. Et propterea est fauor ex parte præscribentis propter bonam fidem & titulum iustum: sed ex parte prioris domini odium ratione negligentiæ.

Secundo loco inducunt tex. in. l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiuran. ibi, post longi temporis præscriptionem etiam vtilem actionem habere debere. iuncta doctrina Guil. de Cun. ibi. & ita illum text. ponderant Bald. & Modern. in authenti. nisi tricennale. C. de bon. mater. Si igitur vtilis actio ex præscriptione: ideo & dominium quod quæritur ex præscriptione est vtile & non directum. Ego autem miror quòd tanti patres induxerint illum text. ad id: quia nihil facit pro eis: imo eis directe contradicit sine spe alicuius calumniæ. Primo secundùm vnam lectu-
137 ram positam ad illum tex. non probatur † ꝙ illa actio vtilis de qua meminit illa litera nascatur ex præscriptione, sed ex iuramento: & plures sunt qui amplexi sunt illam lecturam, quæ forsitā est probabilior, cùm dicat eum qui iurauit suū fundum esse quia præscripserat longa præscriptione, quæ est decem vel viginti annorum, vt dixi suprà per. l. fin. C. de præscrip. longi tempo. habere etiam vtilem actionem, scilicet ex iuramento: quia implicat dictio, etiam. vt dicam infrà. vnde non posset dici ex præscriptione: & sic essemus longe à terminis nostris, cùm loquamur quādo ex præscriptione nascitur. Sed ego nolo circa id insistere: venio etiam ad intentum eorum: & cōfitendo ꝙ ex præscriptione producatur, & non ex iuramento, ego dico illum textum, directe eis

aduersari: quia si dicat ille text. etiam vtilē actionem ex præscriptione competere, confitetur apertè litera quòd directa actio competat si dicat vtilem etiam competere: imò quòd principaliter directa competat: & quia erat dubium an vtilis actio competeret: dixit etiam vtilem competere: quia illa dictio, etiam. est implicatiua. l. sed si plures. §. finali. cum glos. in verbo, in eius. vbi idem not. Areti. ff. de vulga. & pupil. substit. per Barto. in. l. non solum. ff. solu. matri. Areti. in. l. Gallus. §. forsitan. ff. de liber. & posthu. & alibi sæpe. ideo si ex præscriptione directa actio competat & directum dominium acquiretur ex ea: & sic ille text. non merebatur induci pro fundamento, cùm eis contradicat.

Tertiò inducunt vnum fundamentum Bal. & alij in dicta authē. nisi tricēnale. C. de bo. mater. quod non merebatur induci per eos. dicunt ēm,

138 † dominium est de iure gentium. vel secundùm aliquos subtiliter captare putantes iura in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. de iure naturali primæuo. l. j. ff. de acquirē. rer. domi. §. singulorum. Instit. de rer. diuis. c. ius naturale. prima dist. nūc non faciovim in hac vana subtilitate: sed præscriptiones sunt de iure ciuili. l. j. ff. de vsucapion. l. ius ciuile. cum glo. ff. de iusti. & iur. quæ contrariantur iuri naturali. l. nam hoc natura. cum glo. ff. de condi. indebi. glos. est in. §. j. Insti. de oblig. glos. in. d. l. j. ff. de vsucap. sed ius ciuile non potest in totum tollere ius naturale, licet bene possit alterare. §. sed naturalia. cum sua materia. Institu. de iure natura. c. à nobis. extra de decim. & d. l. ius ciuile. vbi per glos. ff. de iusti. & iure. Sed directum per rationem iuris naturalis remanet semper apud eum qui dominus erat, licet bene alteretur per rationē iuris ciuilis, quia causa publici fauoris persuadet, per. d. l. j. ff. de vsucapio. §. j. Instit. de vsucapio. Sed ista inductio non valet: quia æquè concludit in vsucapione sicut in præscriptione, & quasi fortius: quia breuiori tēpore perficitur ꝙ præscriptio. & ita not. glos. in l. j. §. cùm prædium. in verbo, vsucapio. ff. de pi-

139 gnori. & in. d. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. † vnde si verum esset ꝙ ex præscriptione non quæreretur directum: sic per idem fundamentum non quæreretur ex vsucapione: quod tamen ipsi negant: vnde nec hoc fundamētum concludet per fundamenta eorum: addunt tamen ꝙ licet vtilis tantū actio producatur ex præscriptione: tamen fortior erit directa, sicut dicitur secūdùm eos, de ea quæ cōpetit emphyteutæ & superficiario. l. j. & ij. ff. si ager vect. l. eum qui. §. j. ff. de public. in rem actio. l. in causæ. ad fi. ff. de procur. per glos. Bart. & omnes. in rubri. ff. de rei vendi. sic idem erit in hac vtili actione proueniente ex præscriptione decē vel viginti annorū: ex præscriptione verò triginta vel quadraginta annorū si bona fide: & tunc vtile dominiū. si vero mala fide: vtilis exceptio, per. l. si quis emptionis. C. de præscrip. triginta annorum. Idem tenet Cin. in. d. l. fin. C. de edic. diui Adria. tollē. per eundē, & Bal. in. l. emptor. C. de præscrip. longi tempo. Din. in regula, possessor. de regul. iur. omnes in. §. rursus. Instit. de actionibus. & in. d. l. si quis emptionis. & in dicta authent. nisi tricēnale. in. l. si ab hostibus. C. ex quibus causis maiores.

Vltimò nouissimi in dicto. §. rursus. Instiiut. de actioni. addiderunt clypeum huic opinioni, ponderantes textum in authenti. nisi tricennale. C. de bonis maternis. Credo quòd voluerint inducere glo. quia text. directe contradicit eis ibi, quo possessor dominus sit. reducto contra eos fundamento Dini, Barto. & aliorum, quod fuit

140 prius recitatum, scilicet vbi tex. † simpliciter facit mentionem de dominio seu de domino, intelligendum est semper de directo, per. l. primam. ff. si ager vectig. Sed ille textus simpliciter dicit, nisi tricennale sic transeat quo possessor dominus sit. & cum dicit, dominus. id est directus. deinde sequitur in text. & detentatio dominos accipientes faciat vel cōstituat dominos scilicet directos. per eorum fundamentum, quod retorqueo contra eos, nec possunt se eximere ab illo fundamento sine maxima corruptela omnium legum, aut quòd illud non concludat in eo in quo voluerunt ipsi omnes inducere per supradicta.

Addebat glos. in dicta authenti. nisi tricennale. pro hac opinione in prima glos. ad fin. text. in l. super. C. de præscrip. longi temporis. l. j. §. cùm prædium. ff. de pigno. quæ nihil probant omnino etiam in terminis suis non concludunt: quia

141 licet dicat. l. super. † ꝙ ex præscriptione decēvel viginti annorū acquiratur exceptio, vbi post impletam præscriptionē in re præscripta inquietaretur: igitur non habet directum dominium. Ista conclusio nunꝙ mihi potuit persuadere quicꝙ ad propositum: dicere competit exceptio: ergo nō acquiritur directum per præscriptionem, sed vtile tantum. vide quomodo bene concludat: & licet dicatur competere exceptionem, nō negat quin competat actio directa. & quod verum sit, est tex. in dicta. l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiuran. prout declaraui suprà, & quem text. glos. pro se induxit in dicta authenti. nisi tricennale. quæ vt dixi directe sibi aduersatur: & eam induco pro Pet. contra glos. Bart. & sequaces.

Præterea adde regulam cōmunem, Cui competit actio, multo fortius exceptio. tex. in nostris terminis in. c. illud. extra de præscrip: ca. placuit. §. potest. xvj. q. iij. not. Ioan. Andr. in cap. qui ad agendum. de reg. iur. in. vj. nō enim est dubium

142 † si præscribenti actio directa acquiratur pro re præscripta, quin etiam exceptio competat. Item glo. debuisset tacere. l. primam. §. cùm prædium. ff. de pigno. quia contradicit sibi, cùm dicat ille text. vsucapione pignoris nō perimi causam pignoris: cùm quæstio pignoris separeē ab initio ne dominij, probatur dominium pignoris fuisse

vsucapienti acquisitum. & cùm dicitur, dominij, secundùm eorum fundamentum intelligitur de directo, per supradicta. & sic ille text. contrariatur ei, cùm sit idem in præscriptione, vt dicam.

Tamen istam conclusionē glo. Bart. & aliorū suorū sequacium inuenio multipliciter limitatā.

Primò, si præscribens titulum habet à iudice: vt est in eo qui missus est in possessionem rei ex secūdo decreto iudicis: tunc propter eius decreti authoritatem acquirit is qui causam habet ab eo per præscriptionē directum dominiū. tex. est quem singulariter notat ibi Roma. in. l. prætoris officium. in princi. ff. de damno infect. & omnes in dicta authenti. nisi tricennale. C. de bonis matern. Bald. in. l. pen. C. de bonis autho. iudi. pos. Ego autem non facio dubium: quia etiam si non à iudice: adhuc tamen acquirit dominium directum, vt dicam infrà post Petrū & nostros. Sed hanc limitationem eorum ego intelligerem ve-
143 ram, † nisi is qui missus est ex secūdo decreto in possessionem habuisset scientiam rei alienæ: quia tunc esset in mala fide, sicut dicit text. in. l. fin. C. vnde vi. Et propterea debet cessare beneficium l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. quia non diceretur iustè possidere: quia esset prætori obreptum: iuxta. l. magis puto. §. fi. versi. manet actio pupilli. ff. de reb. eorum qui sub tutel. vel cura. sunt. l. cum vero. §. subuentum. versic. hoc Senatusconsultum. ff. de fideicom. liber. nec malæ fidei possessori potest rescriptum principis opitulari. l. fin. C. si per vim vel alio modo. l. authoritatem. C. vnde vi. l. fin. C. de fundis & salti. rei domi. lib. xj. & idem notat Bald. & Cardi. in cap. j. de natura feud. colla. x. in. l. j. per Bald. C. de peti. bono. subla. lib. x. Moder. in. l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. substi. & in. l. quoties. C. de preci. impera. offeren. et maxime dico procedere de iure canonico, per capi. vigilanti. & ca. fin. extra de præscrip. c. possessor. de regu. iur. lib. vj.

144 Idem dico de iure ciuili † in præscriptione decem vel viginti annorum, quæ, vt dixi suprà, desiderat pro forma bonam fidem, nec aliter præscribi potest, per. §. primum. Instit. de vsucapio. quinimo is, qui prætorem seu iudicem circūuenit, debet puniri. l. debuit. ff. de his qui notan. in fam. l. si familia. ff. de iurisdictio. om. iudicū. Sed ista erit pœna ipsius: quia nihil ei proderit præscriptio: & omnes fructus percepti per eum illo medio tempore repetendi erunt, tanquam à malæ fidei possessore. l. illud. cum. l. sequen. ff. de petitio. hæredi. l. fructus. cum. l. sequē. ff. de rei vendic. l. si vsufructuarius messem. ff. quib. mo. vsusfruc. amitta. l. domum. C. de rei vendi. Et ista est sublimitatio Bald. in. l. ij. §. fin. in. v. q. ff. si ex noxa. causa agatur. pro qua addit, quoniam factum iudicis nunquam derogat iuri tertij. l. j. §. si quis ideo. ff. ne vis fiat ei. Ad idem in. l. filium. ff. de lega. præstan. l. nam et postea. §. fin. cum. l. sequen. ff. de iureiuran. l. ij. §. si quis à principe. & §. merito. ff. ne quid in loco publico fiat. vnde est, secundùm eum, quòd factum legis supplet factum hominis. l. si ob causam. C. de euictio. concor. l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de condi. ob causam dato. l. si curatorem. C. de in integ. restit. mino. l. fin. C. si māci. ita fue. alie. vt manumittatur. Istam limitationē Bal. per multa ampliat Roma. in. d. l. iustè. ff. de acquir. poss. de qua dic vt per eum.

Secundò limitatur præcedens opinio secundùm Bald. in. l. traditionibus. C. de pactis. quam etiam amplectitur Roma. in dicta. l. prætoris officium. in princ. ff. de damno infecto. in præscriptione tanti temporis cuius initij non extat memoria, per text. in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua. & cap. j. in fin. de præscriptio. in. vj. Et ista est limitatio glos. ante eos in. l. j. §. fina. in verbo, interdictum. de aqua plu. arcen. quæ addit tex. in. l. fi. ff. de aqua plu. arcē.

Ego autem vt dixi in præcedente minus dubium est in præscriptione tanti temporis cuius initij non extat memoria, quàm in præscriptione decem vel viginti annorum: ex quo dicam dominium directum acquiri per regulam, cui licet quod est plus. de regu. iuris. Sed hanc ego etiam intelligo veram esse vbi bona fide inchoata est: aliàs si mala fide secus. text. est in dicto capi. j. in fine, de præscriptio. lib. vj. quod nota.

Tertiò limitatur præcedens conclusio secundùm Bart. Roma. & omnes in. l. iij. ff. de vsuca-
145 pio. † nisi statutum disponeret ex præscriptione dominium acquiri, vt verba statuti aliquid operentur vltra dispositionem iuris communis. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. si quando. in princi. ff. de lega. j. c. si papa. de priuileg. lib. vj. Sed ista limitatio non videtur mihi vera: quoniam statutum debet interpretari secundùm dispositionem iuris communis, & secundùm eam regulari. l. fina. C. de testa. mili. l. ij. C. de noxa. actio. Bald. in rubri. iij. col. C. qui accusa. pos. Hinc est quòd si licentia indulta sit aut à statuto aut à principe debet regulari iuxta formam legis. l. ex facto. ff. de vulga. & pupill. substi. l. si quando. in fine. C. de inofficioso testamento. l. si non speciali. C. de testamen. ca. ecclesia vestra. extra de electio. Idem notat in his terminis Specu. in tit. de loca. & con duc. §. nunc aliqua. versicu. xciiij. cùm dicit post plerosq; antiquos, quòd quanuis dominus permittat emphyteutæ vt possit rem emphyteuticam vendere: intelligenda est illa promissio secundùm formam. l. fina. C. de iure emphyt. cuius dictum laudant Modern. in dicta. l. fina.

Hoc intelligo verum, nisi specialiter seu in specie fuerit derogatum per statutum vel conuentionem. l. j. C. de peti. bon. subla. lib. x. glo. est in §. fina. in verbo, participium. in authenti. quibus modis natura. efficiuntur sui. colla. vij. Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, non obstantibus. Moder. plenè in dicta. l. ex facto. in. l. ij. & fin. C. si contra ius vel vtili. publ. in. l. si quis in princ

146 in principio testamenti. ff. de lega. iij. † Si igitur statutum debet intelligi secundum dispositionẽ iuris communis, & verum sit quòd non acquiratur nisi vtile dominium tantũ, nec statutum plus operabitur, nisi specialiter caueatur: quia non acquiretur nisi vtile. sed quia, vt dixi, de iure non tantum vtile, sed & directum dominium ex præscriptione acquiritur: sic etiam acquiretur ex statuto directum dominium: quia eadem est ratio legis scriptæ & statuti. l. iij. in fin. C. de ædifi. priua. l. venditor. §. si constat. vbi per Floria. ff. com munia prædio. l. Antiochensium. ff. de priuileg. credito. per Bart. plenè in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. l. certa forma. C. de iur. fis. lib. x.

147 Nec obstat si dicatur † quòd statutũ debet interpretari vt aliquid addat ad ius commune. Verum est vbi ex mẽte ipsius statuti hoc colligi potest. l. neque Dorotheum. & l. Doctitij. C. de decurioni. libro. x. Secundò, nisi illud statutum detraheret à via iuris communis, vbi talis extensio fieret: quia tunc nisi specialis mentio fiat in ipso statuto, debet intelligi secundùm ius commune, vt dixi: & maximè cùm statuta strictè sunt interpretanda, vulgata. l. tertia. §. hæc verba. ff. de negotijs gestis. l. prima. §. si is qui nauem. vbi per Barto. ff. de exercito. actio. quod not.

Contrarium tenuit Petrus & secuti sunt eum Cin. Ioan. Fab. & nostri in authenti. nisi tricennale. C. de bonis mater. vbi dicit Cin. quòd qui tenet opinionem Petri non proijcit lapides. eandem tenuit Cinus in. l. emptor. C. de præscriptione longi tempo. Francisc. Aretin. in. l. traditionibus. in fin. C. de pactis. vbi dicit omnia argumenta adducta per gloss. in vsucapione militare in præscriptione: nec per hoc esse recedendum ab opinione Petri, quæ in terminis iuris est verior. Idem tenuit glos. in summa in fine primæ glo. & in. c. quicunq;. xvj. q. iij. licet dixerit Barto. in authen. nisi tricennale. hanc esse vnam de nouitatibus Petri contra communem. Dico hanc esse nouam Bartol. sed de muro marmoreo firmatam, quæ vix posset cum omnibus tormentis Italiæ dirui, nec potuerunt suis telis conspicuis resistere. Nec puto absonum ascribi Petro quod Horatius Cæsari ascripsit in Odis, Hic generosior descendat in campum petitor moribus: hic melior q; fama contendat. quasi dixerit, nullus. sic Petrus firmior petra in fundamẽtis suis. Et quæso audiantur nouitates Petri, quæ erũt quædam noualia quæ fructum centuplum afferunt. Aliqua autem refert Cin. in dicta authenti. nisi tricennale. aliqua repetemus quæ non sunt probata per eum lege: sed firmemus ea in lege: nec recedam ab ordine Petri, Cini, Ioan. Fab. & suorum sequacium.

In primis dico facere vnum fundamentũ quod
148 totus mũdus vix posset euitare: † quia si verum esset quòd non posset dominium directum ex præscriptione decẽ vel viginti annorum acquiri, sed tantum vtile: sequeretur vnum ineuitabile secundùm Petrum quòd si directum dominium esset separatum ab vtili: vt quia fundus esset datus in emphyteusim vel in feudum alteri, vel vsusfructus esset à proprietate separatus: sequeretur quòd dominium illud directũ acquiri non posset: & tamen est falsum: quia illud directum separatum ab vtili præscribi potest absque eo quòd sit vtile præscriptum. Tolle exemplum: si emero ab aliquo bona fide fundum qui in emphyteusim datus est, & emphyteuta soluit mihi per decem annos vel viginti, & sic receperim bona fide: certè illud directum dominium erit præscriptum. idem in feudo. Et licet Petrus non alleget aliquem textum, nec alius post eum: tamen ego nouissimè dico habere duos text. in specie: & miror quòd Petrus non allegauerit: cùm, vt dicit Cinus in. l. certi iuris. C. de locato & conducto. nihil in iure ignorauerit. Et primò est text. in. l. locum. §. proprietarius. ff. de vsufructu. ibi, non magis, quàm vsuscapio proprietatis quæ post constitutum vsumfructum contingit. Nota
149 illa verba, vsuscapio pprietatis. † qualiter proprietas distincta ab vsufructu potest vsucapi: & illa vsuscapio proprietatis non perimit vsumfructum. Cui concord. textus in. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsuscapio. Et si dicatur quòd ille textus loquatur in vsuscapione & non in præscriptione: ego dico tibi ad istud quod idem est in præscriptione. §. primo. Institu. de vsuscapio.

Et idem firmauit post Petrum Ioan. Fab. vbi dicit q ille textus non potest euitari: quia loquitur pluraliter: & ille tex. se refert ad omnia inuer sicu. & ideo. & in versicu. & his modis. & idem tenuit Areti. in. d. l. traditionibus. C. de pactis.

Secundò pondero text. in. l. fina. circa finem. C. de edicto diui Adria. tollend. ibi, nisi tantum temporis effluxerit quod posuit, vel possessori plenissimè etiam super dominio securitatẽ præstare. Cui concord. text. in. l. omnes. in fine. C. de præscriptione triginta annorum. ibi, sit liber, & ex præsentis saluberrimæ legis plenissima munitione securus.

Primò nota verba dictæ. l. fina. ibi, vel possessori plenissime etiam super domino securitatem
150 præstare. primo verbum, plenissime. † si enim ex præscriptione non acquireretur dominium pleno iure, ex præscriptione non diceretur plenissimè succurri. textus est in. l. fœminæ. §. illud: vbi idem notat Baldus. C. de secundis nuptijs. & in. l. mater. vbi per eundem Baldum. C. ad Tertullianum. idem in. l. si ita stipulatus. §. Titius. versicu. non idem contingit. ff. de verborum obligationibus. idem in. l. seruus. in principio. ff. de legatis. tertio. idem in. l. si se non obtulit. §. Celsus. ff. de re iudicata.

Secũdo pōdero in illis verbis, etiam super dominio. vbi simpliciter dicit de dominio. Secũdo dixit, etiam. quæ dictio implicat, vt dixi suprà, &

sic in directo tantum verificatur, per eorum fundamentum, quod retor quœ cōtra eos: cùm simpliciter de dominio dicat, vt dicam infrà. Et huic fundamento Petri, nunquam fuit per aliquem responsum bene vel malè.

Secundò principaliter stringit ineuitabiliter text. in. l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. ibi, vniuersitas earum possessione temporis immobiliū rerum dominium mutet. & sic præscriptio mutat dominium. Not. verbum, dominium. quia dico tibi duo, quicquid dicat tibi glos. siue lege siue ratione, † quòd dominium intelligatur de effectu dominij: & quòd nihil aliud est effectus dominij, nisi vtile dominiū: quia hoc est falsum: quia vtilitas dominij non semper consistit in fructibus, sed etiam in multis alijs. Præterea si esset verum quòd consisteret in fructibus: sequeretur quòd vsufructuarius esset vtilis dominus: quod est falsum, cum vsufructuarius non habeat dominium, sed ius tantum. l. eorum. in princ. ff. de damno infec. l. j. ff. de vsufruct. & dicam infrà. Vnde illa interpretatio non est vera. Et ideo dico tibi primò quòd expositio glos. non euitat: quia dominium vtile non fuit cognitum de iure Digestorum, vt dicam tibi suo loco. Secundò dico quòd sine lege loquitur contra. §. cōsideremus. in authent. de triente & semis. colla. iij. Præterea obstat eorum fundamentum, vt dixi, quòd vbi loquitur lex de dominio, intelligitur de directo. l. j. ff. si ager vectiga. vel emphyte. Et Romanus etiam notauit. d. l. eum qui ædes. nec potuit illi respondere, nec alius posset sine corruptione legum respondere, vt dixi suprà post Petrum.

151

Tertio loco addo text. in dicta. l. acquiritur. §. non solum. ff. de acquir. rerum domin. ibi, per eorum longam possessionem dominium nobis acquiritur. de quo dixi suprà.

152 Quarto † text. in capi. clerici. xvj. quæstio. iij. ibi, aut diu retentas facultates in ius suæ proprietatis posse transcribere. qualiter non possunt clerici res ecclesiæ seu beneficiales in ius suæ proprietatis transcribere prætextu præscriptionis, quia de se sunt inusucapibiles: aliàs si essent vsucapibiles possent in ius suæ proprietatis transcribere. Nota, ius suæ proprietatis. qđ satis demonstrat ex præscriptione acquiri dominiū directū.

Quinto loco facit text. in authent. nisi tricennale. C. de bon. matern. in verbo, dominus. & in verbo, dominos. reassumpto eorum fundamento prius recitato per me: quando lex simpliciter loquitur de dominio, intelligitur de directo. qđ tu notabis ad aliqua infrà dicenda. Et ita retorqueo illū tex. contra eos per eorū fundamenta.

153 Sextò facit in translatiuis, † vbi duo extrema sunt habilia transfertur ipso iure dominium directum. l. si filiusfamiliàs. C. famil. ercisc. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. Secus autem vbi alterum ex extremis esset inhabile. l. ij. C. de inofficio. donatio. Idem in terminis notant Bartol. & Roma. in. l. si is qui pro emptore. iiij. colum. ff. de vsucapio. Cin. in. l. fin. in fine. C. de senten. passis. Sed in præscriptione duo extrema sunt babilia, vbi interuenit bona fides & iustus titulus. §. j. Institu. de vsucapio. l. si quis emptionis. in princi. C. de præscriptio. triginta annorū. Item quòd possessio non fuerit interrupta, sed continuata. l. naturaliter. ff. de vsucapionibus. glos. in capi. volumus. xvj. quæstio. iiij. Anto. de But. in capi. cùm ad sedem. extra de restitutione spoliato. Roma. in. l. Celsus. ff. de vsucapio. nō erit igitur dubium quin ex præscriptione acquiratur directum dominium.

154 Septimò dico vnum, cui non puto posse respondere: † quomodo potest dici quòd de iure Digestorum intelligatur ex præscriptione dominium vtile acquiri: cùm nunquam fuerit illo iure cognitum, nec sit aliqua lex quæ dicat verbū de vtili dominio in corpore Pandectarum: & sic leges prius memoratæ non possent in vtili dominio verificari, sed tantum de directo: cùm illud solum sit cognitum illo iure.

Nec obstat si dicatur, aduerte, quoniam obstat l. j. ff. si ager vectiga. cum glos. sua. l. j. §. quod autem. ff. de superfici. vbi text. loquitur de superficiario, cui competit actio realis, scilicet rei vendicationis, quæ non competit nisi habenti dominium. l. vnica. C. de alie. iudic. mutan. causa fac. l. qui restituere. & l. qui officium. iuncta glos. in rubri. ff. de rei vendi. §. omnium. Instit. de actio. sed directum non habet. d. l. j. ff. si ager vectiga. Igitur & necessariò dici debet eum habere vtile saltem. Cui accedit. l. iij. §. si ego superficiarius. ff. de noui oper. nuntia. Ego autem dico, aduerte quòd illi text. dicunt contrarium. & glos. quæ bene hoc sensit in dicta. l. j. ff. si ager vectiga. vel emphyt. in glos. fin. etiam dissoluit: quia text. illi non dicunt quòd emphyteuta habeat vtile. Præterea dicit glos. ista non est bona consequentia: babet actionem vtilem in rem: igitur habet dominiū. Et ratio est secundùm eā: quia & qui vtiles habet actiones, nō vocaŕ hæres nec dominus à lege: vt in. l. & si fine. §. restitutus. ff. de mino.

155 Vltra glos. dico non eundo per commētarios doctorum, sed per expressas decisiones legum, † quòd superficiarius non est dominus, nec aliquod habet dominium, sed solum ius in re. text. est in. l. eorum. in princ. ff. de damno infecto. ibi, siue domini sint, siue aliquod in ea re ius babeant: qualis creditor & fructuarius & superficiarius. Et sic vides quòd superficiarius, cui competit actio in rem, non est dominus, sed tantum ius habet in re: & propter illud ius tantùm sibi competit vtilis actio in rem, per dictam. l. primam. §. quod autem. ff. de superficiebus.

Secundò pro ista eadem est text. in dicta. l. iij. §. si ego superficiarius. ff. de noui operis nuntia. ibi, mouet quòd quasi inquilinus sum: sed prætor mihi vtilem in rem actionem dat. Idem in. l. superfic

superficiario. ff. de rei vendica. Adde text. in.l.
156 vnica.§.item Iuliano.ff. de remissio. † vbi etiam confessoria, quæ est actio realis.§.æquè.Insti.de actio. datur vsufructuario ratione sui vsusfructus. Idem in.d.§.æquè.vbi per omnes.

Tertiò est text.in dicta.l.prima.ff. si ager vectiga. qui non potest euitari, vt dixi post glo.

Nec obstabit, si dicatur ꝙ Barto. quem ferè omnes sequũtur, dixit in.l.si quis vi.§.differentia.ff. de acquiren.possess.quem.§.repetij in anno.xx.ꝙ duplex est dominium vtile: vnũ quod aduersatur directo, seu quod directũ dominium recognoscit: quale est illud quod competit emphyteutæ et superficiario. Aliud quod quæritur ex præscriptiõe. & subiunxit nõ esse verũ quod dicebãt aliqui doctores Aureliani, qui dicebant vnum esse dominium, scilicet directum, cum & plura sint: quia dico quòd doctores Aureliani non dixerũt ita indistinctè prout recensuit Bar. sed possent saluari Bar. quia ad relationem cuiusdam doctoris Theutonici repe.illum.§.differentia.& ita referentis, hoc dixerit: aut ꝙ more suo Bar.magis studio contradicendi nostris Vltramontanis hoc recitauerit, ꝙ̃ motus sit alia rõne.

Vnde ego dico duo: primum est ꝙ nostri doctores Aureliani, & præsertim Petrus in.d.l.j. ff.si ager vectiga. & in dicto.§.differentia. dixe-
157 runt, & verum est † ꝙ de iure Digestorũ nunq̃ fuit cognitum dominium vtile. & si Barto. aliter dicat, loquitur sine lege & ratiõe, & sine aliquo fundamento legis. Diligenter volui leges allegatas per eum & nouissimos videre: sed nunq̃ in corpore Digestorũ inueni aliquam legem distinguentem dominium, nec dicentem aliquod esse vtile dominium: vnde cum non sit lex quæ hoc dicat, nõ curo multum de dictis suis: quia dicta doctorum debent intelligi secundum leges quas allegant: vt dicit Barto. in.l.non solum.§.liberationis verba. ff.de libera.lega.& Bald.in.l. respublica.C.ex quibus causis maio. Cùm igitur leges allegatæ per eum non probent: non est faciendum verbum de dictis eorum.

Secundò ego dico quòd alia differentia dominiorũ vtilium non probatur aliqua lege: & ideo quantum ad id non insisto. Verum est quòd Petrus.l.possessores.C.de fundis patrimoni.lib.xj. meminit ante Bart. in dicto.§.differentia.ad pro
158 bandum † quòd emphyteuta esset dominus seu quòd haberet dominium. & Bertran.Caprioli, qui fuit insignis doctor Aurelianus & discipulus Petri, in.l.qui vsumfructum.ff.si vsusfru.peta.refert seriatim dicta Petri, & qui repetens dictũ.§.differentia.dixit, & ab eo viua voce audiuit.& Nicol.de Matiscone, discipulus Petri idẽ recitauit, cùm Aurelijs repeteret authent. nisi tricennale.C.de bonis maternis.vbi dicta Petri reassumpsit.Ioan.Nicoti, qui fuit episcopus & doctor Aurelianus, & qui in cathedra Petri de Bellapertica successit, idem tenuit in repeti.l.tertiæ. ff.de in diem adiectio. & Ioan.Fab.in dicto.§. primo. Institut.de vsucapionibus. qui & discipulus fuit Petri & Iacobi de Are.

Et præfati doctores post Iac.de Rauanecio & Petrum in locis suprà memoratis tenuerunt has duas conclusiones, quòd dominium vtile non fuit cognitum de iure Digestorum.

159 Secunda conclusio est, † quòd ex præscriptione decem vel viginti annorum acquiritur dominium directum. & eam post nostros approbauit Cin. in dicta authenti nisi tricennale. C. de bonis maternis. Pro qua addit, quoniam ex præscriptione decem annorum acquiritur directa seruitus, per dictam. l.si quis diuturno.in princip. ff. si seruitus.vendi.idem in dominio.

Secundò, quòd argumentum fortius stringit in præscriptione, quod factum est per glos. Barto.& alios, quàm in vsucapione, per.l.si rem.ff. de acquiren.possess.& dicetur infrà.

Tertiò, quia sola iura vtilia inhærent ossibus nostris: directa verò nõ. Vnde est quòd possunt transferri: igitur & per vsucapionem transferũtur, quòd nullatenus remaneant penes tradentem.l.alienationis verbo. ff.de verborum significatio.de reliquis die vt ibi per eum.

Addo quòd eandem sequitur Christophorus Porcus post præceptorem suum in dicto.§.primo.Institu.de vsucapio.vbi addit glos.in rubrica.ff.de diuer.& tempora.præscriptio.& in.l.in
160 vsucapione.eo.titu. † quæ facit idem iudicium de præscriptione decem vel viginti annorum & vsucapione tricennali.sed illæ glos. possunt euitari, quicquid dicant, quia non loquuntur respectu dominij, sed tantum respectu eorum, quæ expediunt in præscriptione decem vel viginti annorum, quæ dicit illa esse necessaria quæ in vsucapione requiruntur: quando verò loquitur de dominio, remittit se ad ea quæ dixit in dicta authent.nisi tricennale. Sed nihilominus Christophorus Porcus dixit illum text. in.§.j.Institu.de vsucapioni. non posse euitari, quicquid dicatur per glos. Et hoc idem tenuit Ioã.Fab.ante eum.

Addo etiam quod per hæc omia tenuit Frãc. Are.in.l.traditionibus.in fi.C.de pac.ꝙ directũ ex præscriptione acquirit, sicut ex vsucapione. Et ratio est, secundùm eum, quia omnia fundamenta glos. Dini, Barto. & aliorum suorum sequaciũ militant in præscriptione, & fortius stringunt in ea quàm in vsucapione: vnde nõ potest sequi diuersa dispositio, per supradicta.

Nec obstabunt allega. primo loco, & primo tex.in.l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arcẽ.Et licet glo.videat respõdere velle ad illũ tex.in verbo, quasi. cùm dicat ꝙ illa dictio, quasi.posita in illo textu erit denotatiua veritatis.pro qua addo bene facere tex.cũ glo.in.l.cõstitutionibus. ff.de actio.& oblig.glo.in.l.j.ff.de trãsac.in.l.ante nuptias.ff. solu.matr.in.l.iij.C.de legi.tutę. Et ista interpretatio posset confirmari ex illomet text.ibi, velut

iure impositam seruitutem. & in dicta. l. si quis diuturno. in princ. ff. si serui. vendi. ibi, nō esse ei necesse docere de iure quo cōstituta est. Idem in l. ij. C. de seruitu. & aqua. ibi, longi tēporis consuetudinem vicem seruitutis obtinere sciet.

Secundò non obstabit illa. l. j. in verbo, vtilē. quia dicit glo. efficacem. Ego autem solitus sum dicere mihi displicere similes solutiones, & maxime in legibus nunc allegatis, in quibus verba ipsarum fictionem solam demonstrant, vt potes ex eis apertè satis colligere.

Ego verò dicā aliter reiecta illa solutione aliquorū dicentiū ad illā. l. j. q intelligat de præscri
161 ptione triginta annorū, q † est falsa: cùm præscriptio triginta annorum nō fuerit cognita de iure Digestorū: vt idem nor. glos. in. l. qui occidit. in verbo, amisit. vbi per Flor. ff. ad. l. Aquil. glo. in l. Iulianus. in glos. magna, circa mediū. ff. ex qui. caus. maio. glos. in. l. si quis emptionis. in verbo, veteres. C. de præscrip. triginta annorū. glo. in §. j. in verbo, antiqua. in authē. vt ecclesia Romana gaud. centū anno. præscrip. colla. ij. idem not. Bar. in. l. in omnibus. ff. de actio. & obli. Roma. in. l. prætor ait. §. hoc interdictū. ff. de noui oper. nuntia. Areti. in. l. Pōponius. § fin. ff. de acquir. possess. Secundò ego dico q loquitur expresse in præscriptione longi tēporis, quæ est decē annorum inter præsentes, & viginti annorum inter absentes. l. fin. C. de præscrip. longi temporis. l. si quis emptionis. in princ. C. de præscript. triginta annorū. & clarum est in. d. l. si quis diuturno. & d. l. ij. C. de seruitu. & aqua. vnde nec ista solutio sustineri posset per supradicta. Ideo aliter re
162 spondeo, vt veniam ad omnes illas leges: † quia est lata differētia inter seruitutem & dominium: quia seruitus sine titulo acquiri potest, modò à bonæ fidei quasi possessore acquiratur: quia illa sola bona fides sine titulo sufficit ad acquirendā seruitutē, per. d. l. si quis diuturno. & in. d. l. j. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. etiā si non interuenerat titulus, sed solum bona fides: vnde non mirum si directa seruitus nō acquiratur. sed secus in præscriptione rerum mobiliū et immobiliū, quia requiritur vtrūq. §. j. Instit. de vsucapio. vnde nō mirū si ex vsucapione & præscriptione directū dominiū acquiratur ratione tituli & bonæ fidei. Et ista fuit ratio differētiæ Dini in. d. regula, possessor. de reg. iur. in. vj. quā sequutus est Bart. in d. l. si quis diuturno. & nostri omnes in. d. l. ij. C. de serui. & aqua. Cætera alia argumēta relata per eos idē faciunt in præscriptione sicut in vsucapione, vt ex prædictis clare colligi potest, licet illis sigillatim fuerit respōsum: nec est verum in præscriptione tantùm: quia dicit Bald. in. d. l. tra
163 ditionibus. C. de pactis. † q ideo ex præscriptione nō quæritur directum dominiū, cùm ratione præscriptionis ab initio res extorqueatur. l. j. §. pen. ff. de dona. sed nec istud facit: quoniā æquè cōuenit vsucapioni sicut præscriptioni. l. j. cum glos. ff. de vsucapio. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. glo. in. §. j. Instit. de obliga. in. l. nam hoc natura. ff. de cōdi. indeb. in. §. sed naturalia. Insti. de iure natu. gētium & ciuil. & tamē confitetur ex vsucapione directū acquiri, per supradicta, quæ in præscriptione procedūt: igitur in præscriptione decē vel viginti annorū eadem erit ratio quæ in vsucapione, solā hac nota adiecta, quia vsucapio de re mobili, præscriptio de immobili: & quanto minus tēpus in ea sit necessariū q in præscriptione, per rationē prius adductam: quia facilius res mobiles cōnsumuntur. l. lex quæ tutorea. C. de administratio. tuto. l. litibus. §. j. C. de agricol. & censi. libro. xj. l. fina. ff. de requiren. reis. l. si rem. & l. iij. §. Nerua filius. ff. de acquiren. possess. vnde fuit tempus breuius necessarium. vnde quanto tempus est breuius, durior est causa vsucapionis quàm præscriptionis. & idem not. Cin. in dicta authenti. nisi tricennale. C. de bon. maternis.

Nec obstat. l. si quis emptionis. in princ. C. de præscript. triginta annorū. quia magis vrget pro conclusione nostra, quàm pro opin. glos. Barto.
164 & aliorū sequacium, cùm dicit † actionē rei vendicationis cōpetere ei qui præscripsit. & vbi lex simpliciter loquitur de actione reali, intelligendum est de directa, per fundamentum ipsorum prius recitatū: quia lex intelligenda est in potentiore significatu. l. j. ff. si ager vectig. maximè vbi per alias leges nō inuenitur in specie declarata: vti est in casu nostro, & dictum fuit suprà. quare nec istud obstat: cùm de iure Digestorū nō esset cognitum dominium vtile si emphyteuta agens rei vendicatione, iuxta. l. ij. & iij. ff. si ager vectiga. vellet petere libellando rei dominium sibi restitui, non valeret libellus, per fundamentum ipsorum: cùm appellatione dominij veniat tantum directum, per. d. l. j. & maximè quia non poterat etiam illo iure se dicere dominum: tamen de iure nouissimo videretur quòd posset procedere.
165 Et hoc indueo ista ratione: † quia cum emphyteuta dicatur dominium habere, per dictam. l. possessores. C. de fundis patrimo. lib. xj. de quo dixi suprà, & istud non sit directum, vt patet in d. l. j. ij. & iij. C. de iure emphyt. & d. l. j. ff. si ager vectiga. necesse est dicere vtile dominiū habere, per supradicta: & licet debeat in proprio significatu intelligi libellus: tamen quia libellus potest declarari vbi est ambiguus. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. igitur emphyteuta petens simpliciter dominium, poterit declarare in vtili. quæ ratio posset procedere in vsufructuario, qui dicitur habere dominiū vsufructus. l. qui vsumfructum. ff. si vsusfruc. peta. l. fina. ff. vti possidetis. vbi etiam vsufructuario competit interdictum vti possidetis, propter turbatam possessionem vsusfructus: & ideo libellus posset saluari vt resolueretur hoc modo, si petat dominium sibi restitui, vt intelligatur scilicet vsusfructus.

Sed istud non placuit Baldo in dicta. l. qui vsumfru

vsumfructum.per.l.recte. ff. de verb.signifi.per
166 d.l.j. ff. si ager vectiga. pro qua facit, † quia & vsufructuarius ius seruitutis tantum habet & nō dominiū.l.j.ff.de vsufruc.§.j.Institu.de vsufruc. l.eorum.ff.de dam.infec. Et text. in.l.stipulatio ista.§.j.ff.de verbo.obliga.distincte loquitur de dominio & iure vsusfructus.ibi,non de proprietate sed de possessione nuda controuersiam fecerit,vel de vsufructu,vel de vsu,vel aliquo alio iure.Idem in.d.l.recte. ff.de verbo.signific. Vnde alij dixerunt quòd si vsufructuarius peteret in libello rem suam sibi restitui,cùm vsumfructum tantum habeat,quòd sustinetur libellus. Pro quibus ego pondero text. in.l.in venditione. in princ.ff.de bo.autho.iudi.poss.tex.in.l.liber homo.ij.in princ.ff.de verb.oblig.Sed huic cōtradicit text.in.l.seruos.ff.de lega.iij.ibi,seruos autem suos&c.deinde sequitur,inter quos fructuarij non continebuntur.Ego autem dico quòd in vsufructuario non concluderet, vt sibi restitui simpliciter peteret dominium,per supradicta.

Ad.l.in venditione.in princi.responde vt per glos.in verbo,continetur.in princ.quia ibi continetur appellatiōe in odium eius qui latitat.Ad l.liber homo.responde vt per illum tex.satis declaratur. & idem not. Bald.in.d.l.qui vsumfructum.ff.si vsusfruc.peta.per Bart.& omnes in.l. qui vsumfructum. ff.de verbo.obliga. Si autem rem suam peteret simpliciter, forsitan posset saluari,cùm terminus res sit generalis.l.rei appellatione.cum.l.seq.ff.de verbo.signific. l.j.vbi per omnes.ff.de reb.eredi.& faceret bene text.in.d. l.seruos.in secundo responso. ff.de lega.iij.quia verificaretur in eo in quo sua est. & ita posset
167 declarari per supradicta. † In superficiatio ego non idem dicerem sicut in emphyteuta:cum hodie nō inueniam cautum in iure, siue loquamur de iure antiquo siue de iure nouo,quòd superficiarius sit dominus, nec quòd dominiū aliquod habeat: vnde in eo sustineri non posset libellus, sicut in emphyteuta de iure Digestorum non sustineretur,per.d.l.j.ff.si ager vectig.vel emphy. De iure nouo saluari posset,vt dixi suprà.Et emphyteuta nō posset variare postea impune si vellet libellum suum corrigere, quanuis circa hunc articulum sit variatum, vt plenè in.l.edita. C.de eden.in.§.si minus.Institu.de actio.et in alijs locis notissimis,de quibus infrà. Glos.autem cō muniter dicunt non posse libellum mutari de iure nouo per.§.omnem.versi.fin vero.in authen. de litigio.collatio.viij.& authenti.qui semel.C. quomodo & quando iudex.vbi per glos.& Bar to.plenè:alij autem contradicunt.

Antequam tamen vlterius procedam, seruabo circa istum articulum doctrinam nostrorum doctorum facientium differentiam inter iura Digestorum,Codicis,& Authenticorum : sed ple-
168 nius hoc expediam. † De iure enim Digestorū, secundùm aliquos,licebat vtique mutare libellum etiam vsque ad conclusionem causæ: & sic non tantum ante litis cōtestationem, sed etiam post: modò non fieret talis mutatio post conclusionē in causa:sicut in simili dicit tex.in.l.si rem.in fin. ff.de euictio.de qua per Bart.in.l.si mater.§.eandem.in fin.ff.de exceptio.rei iudica. Et quod possit mutari de iure Digestorum etiam post contestatam litem,est text. in.l.& post edictum. §.j.ff.de iudic.secundùm Cin.in.l.edita actio.C.de eden. sed ego dico esse tex.meliorem in.l.destitisse. ff. de iudic.quem text.singulariter not.ibi Bart.ad id,& dicit sumi optimum consilium ex illo text. pro euitandis expēsis litis quod post aperturam testium cedas liti, vbi ex ea cognoscis te fouere malam causam: & hoc modo non poteris condemnari in expensis:quia per hoc videbitur non habere animum litigandi calumniosè, quæ causat condemnationem expensarum. l. properandum.§.sin autem. C.de iudic.de quo in.l.fina. §. obseruari. C. de calumnia. Pro hac doctrina tu pondera text.in simili in.l.qui cùm maior. §.accusasse.&.l.idem est & si crimen. ff.de bo.liberto. Per quos text. & maxime per.d.§.accusasse. plus dico sumi aliud consilium, sed nescio si seruaretur,sed bene posset tibi faceere maximum ho
169 norem in consulendo et in iudicando, † quòd si reus condemnatus vel actor appellat, & in causa appellationis desistat à procedendo,quia non vult prosequi causam,sed desistit, quia debet excusari ab expensis primæ litis & appellationis. Et illum text. ponderauit ad id Cin. in.l.alia.in fin.C.de his quib.vt indign.aufer.hæredi. cuius doctrinam sequutus est ibi Bald.& Alexan.qui addunt glos.in.l.j.in princ.in glo.ij.ad fin. ff.de actio.emp.vbi plus dicit glos.quòd is qui ex prima instantia tenebatur ad interesse propter solutionem non factam,tamen si appellauerit,& pēdente appellatione soluerit, non tenebitur inter esse illud soluere,per.l.j.§.fin. ff.ad Trebel.glo. voluit allegare.l.j.§.fi.ff.ad Turpil. Sed inuenio quòd etiam Pau.de Cast.in.d.l.alia.etiam limitabat quod prius dictum est,non posse in prima instantia libellum mutari post conclusionem in causa.verum est quando ex actis constabat de non iure litigantis:secus si non appareret. Hoc non videtur mihi verum : aliâs vnusquisque pro euitandis expensis diceret & prætēderet sibi nō constare de non iure suo & non habuisse animū calumniandi, vt excusaretur ab expensis, prout solenniter declarat Alexand.in dicta.l.alia.post Bal.in.d.l.post quam liti.C.de pactis.non videretur mihi multum tutum cōsilium per me recitatum: tamen illi tex.satis hoc probant,si desistere poterat: à fortiori poterat libellum mutari: quia per hoc non impeditur quis si desistat quin alia via agere possit.l.sed si pupillus. §.item si plures. ff. de instito.actio.l.in hæredem.§.eligere.ff.de tributo.& melius in.l.Aurelius. §.fi.in fi.ff.de libera.lega.& quod notatur in cap.pastoralis. extra

de exceptio. Tamen videtur obstare text. in.l.si
tùm dotem.§.eo autem tempore.in princi.ff.so-
lu.matrimo.ibi, & ante litis contestationem mu
170 tauerit voluntatem . Nota † qualiter filia agens
ad dotem medio patre non potest mutare nec va
riare à petitione dotis & sic libelli post litis con-
testationē:ante verò potest. Et ratio,quia actor
anteq̃ agat debet diligenter videre iura sua , vt
videat quomodo experiatur.l.pure,§.fina. ff.de
excep.doli.l.si quando. C.de dila.per Din.in re
gula,cùm quis.de regul.iur.in.vj. dicitur autem
agere post litem contestatam. l.amplius. ff. rem
rat.habe. ante verò non dicitur agere, sed agere
velle.l.j.vbi per omnes.C.de iudi. vnde non vi-
detur mirum si vsq; ad litem contestatam admit-
tatur mutatio. q̃uis Cin.dicat in.d.l.edita actio.
C.de eden.de iure Digestorũ licere vsq; ad con-
clusionem causæ mutare libellum , per.l.& post
edictum.§.j.ff.de iudi.quia dico hoc non esse ve
rum,per illum text.nec text.ille hoc probat: sed
verum est q; si emanatũ sit peremptoriũ,& actor
non compareat,propter cōtumaciam seu absen-
tiam actoris peribit instantia peremptorij salua
semper lite : & sic remanet semper prima actio,
nec dicitur libellus mutatus ex hoc , vt vides.
Nec obstat.l.si rem.in fi. ff.de euict.quia non lo
quitur de mutatione libelli:sed loquit̃ de denun
tiatione per emptorē conuentũ de euictione,fa-
cta vēditori:quo casu permittitur talis denuntia
tio vt emptorē defendat : modò illa denuntiatio
non fiat post conclusionē in causa:quia tunc nul
lum ius esset emptori contra venditorē de inter-
esse. Sed hoc nihil ad propositum nostrum : sed
pro ista videtur facere text.in.l.si rem.§.fin.cum
l.seq.ff.de pigno.actio. vbi etiam pendente iudi
cio videtur posse admitti mutationem libelli.

Sed dicas hoc non esse verum:quia ibi nō tra-
ctatur de mutatiōe libelli , sed suppletione facta
ad obtinēdum in causa super libello:quia rema-
net firmus libellus,nec mutatur:quinimo non al
teratur forma ipsius libelli : vnde nihil ad termi-
nos nostros. Et ideo puto verius quod prius di-
ctum est,scilicet per.l.destitisse. ff.de iudic.quia
nō est melior text.illo:de iure verò Codicis vsq;
ad litis contestationem: vt in.l.edita actio. C.de
edend.vbi plenè per omnes post glos. in verbo,
mutati.in.l.properandũ.§.sinautem.j.C.de iudi.
& alibi sæpe. De iure autē nouissimo est diffi
cultas,vt dixi suprà glos.in.d.§.si minus.Institu.
de actio.in.d.l.edita.& in authent.qui semel. C.
quomodo & quando iudex.in.§.omnē.in auth.
de litigio.coll.viij. quam vbiq; nostri sequũtur:
171 tenet † q; de iure hodierno non licet mutare im-
pune, per.d.§.omnem.sed Bartol.in locis suprà
memoratis,& Citramontani omnes post eum te
nent contrarium. Tota vis difficultatis iacet in di
cto.§.omnem.quæ fuit memorata per Petr.Cin.
& nostros in locis suprà memoratis,ex eo quòd
dicunt illum text. verbum non facere de muta-
tione seu emendatione libelli : sed tantum quòd
actor teneatur actionem seu iudicium semel in-
tentatum prosequi. Ego dico post eos q; nostri
rectè fuerunt locuti circa mutationem libelli:&
quòd ille.§.omnem. probat eorum intentum,ha
bito illo fundamento præsupposito per eos, qd'
est verissimum, q; verbum,mutare . est substan-
tiam ipsius libelli in aliam ponere:iuxta.l.vnicā.
§. quibus specialiter cognitis . in verbo,mutan-
tes. C.de nouo Codi.compo. quia si mutet pri-
mam actionem,quæ ex ipso libello patet.authē.
offeratur. C.de lit.contesta. §.curare. Institu.de
actio.vbi per omes.l.j. ff.de edē.d.l.edita actio.
C.de eden. tunc non dicetur prosequi actionem
prius intētatam,sed dicetur noua actione agere:
igitur cùm & teneatur prosequi actionem inten
tatam,seu iudicium prius intentatũ,non auditur
volens variare. Et ego pondero text.d.§.omnē.
in pluribus suis partibus. Prima est in verbo,p-
ponunt actiones.& verbis sequētibus.Et in ver
bo,suas proposuerunt actiones siue per iudicia-
riam conuentionē siue per preces principi obla-
tas et iudici insinuatas.Nota verbum,insinuatas.
& alia sequētia immediate ibi,& per eum ad sciē
tiam aduersarij deductas. Tertiò rationem legis
quæ sequitur in versi.iniuste. & in versic.quam-
obrem . quæ omnia desiderant sufficere intima-
tionem libelli iudici fieri , & q; parti data sit co-
pia libelli aut notitia: quo casu post notitiam da
tam parti,tenetur prosequi illam actionem pro-
positam.aliâs tenetur in expēsis partis,per argu-
mentum.§.si verò intra. in authen.de litigio.col
la.viij.qui repetitur in dicta authenti.qui semel.
C.quomodo & quando iudex.circa finem illius
literæ.in ver.sed nec intra. & si illam actionē te-
neatur prosequi,si mutet, non dicitur prosequi:
quare &c. Et sic verus est intellectus glo.Cin.&
nostrorũ,quicquid dicant Moder. De emenda-
tione libelli tene distinctionē & declarationem
Pet.Cini,& nostrorũ in.d.l.edita. C.de eden.in
d.§.si minus. Institu.de actio.in.l.j.in fine. ff.de
eden.& in.l.properandum.§.sinautem.C.de iu-
di.in authen.qui semel. C.quomodo & quando
iudex.vbi plenius per Bart.& sequaces.sufficiēt
tibi remissiones,cùm non sit hic debitus locus.

Accedit pro præcedente articulo de mutatio-
ne libelli,quòd non possit fieri vnum fundamē-
172 tum: † quoniam actor debet antequam agat be
ne cogitare qualiter agat.l.pure.§.fin. ff.de exce
ptio.doli.l.si quando.C.de dilatio. vnde sibi im
putet si antea non cogitauerit: quia non auditur
pœnitēs impunè,per supradicta : & maximè,qa
anteq̃ porrigatur , debet iudici offerri, vt iudex
citationē decernat:quæ fieri non debet,nisi cum
iussu magistratus.l.fin.C.de exhibend.reis.in.§.
quadrupli.secundo responso.in verbo,iussu ma
gistratus.Instit.de actio. Adde quod not.Nico-
laus Spin.in.l.j.argu.illius tex. C.de curia.& sta
tio.lib.xij. per Bar.in extrauag.ad reprimendũ.
in verbo

in verbo,nuntium. glos.in.c.quoniã contra falsam.in verbo,citationes.extra de proba. Et q̃ citatio debeat libellari,vltra allegata per Pet.Cin. & nostros in authẽ.offeratur.C.de litis cõtesta. & in.d.l.edita actio.C.de eden.in.§.tripli. Insti. de actio.qui optime põderant tex.§.ad excludẽdas.in authẽ.de litig.coll.viij.& alias leges.facit tex.in.l.iubemus.C.de defens.ciui.quẽ tex.not. Bal.in.l.qui bona. §.non autẽ. ff.de dãno infec. & quod not.Barto.in.l.si finita.§.Iulianus.ff.de dãno infect. Sed hoc nõ obseruat curia Frãciæ, prout etiam testatur & bene Ioan.Fab. in.§.quadrupli. Insti.de actio.reliqua videbis in dicta authẽ.offeratur.cùm nõ sit hic locus opportunus.

Vnum tamẽ circa ea quæ prius dicebantur de
173 præscriptione, † q̃ ex ea acquiratur dominiũ directũ irreuocabiliter per authẽ.nisi tricẽnale. C. de bo.mater.et alia per me adducta,ego possem limitare, quando res absentis causa Reipublicæ vel alia iusta causa vel aliter impediti esset præscripta tẽpore absentiæ: quia tũc restitueret tempus absentiæ: et nõ censeret præscripta per generalitatẽ illius clausulæ,si qua mihi iusta causa videbit.de qua in.l.j.in fi. ff.ex qui.cau.ma. in.l.j. §.si quis ꝓpter inũdationẽ. ff.de itine.actuq; priua.ꝓ qua limitatiõe in specie ego põdero tex. in §.rursus. Insti.de actio.in verbo,rescissa vsucapione.idẽ in.§.de præscriptione.in authẽ.vt spõsa.larg.coll.ix.in.d.l.j.§.si qs ꝓpter inũdationẽ. in verbo,repetita die.ff.de itin.actuq; priua. idẽ tex.in.l.& Atilicinus. ff.de seruitu.rusti.prædi.

Ista limitatio secũdùm Pet.de Bel.perti. sublimitatur,nisi is qui fuit absens, ante cõpletã præscriptionẽ potuisset sciens tem suã vsucapi, possessionẽ interuertere,& per hoc vsucapionẽ interrũpere,per.l.ab hostibus. §.sed quod simplr. cũ.l.seq.ff.ex quib.cau.maio. in.l.quod tẽpore. C.de resti.mili. tũc de rigore iuris nõ restituetur secundùm eũ per illa iura. Et quia iste articulus est difficilis & subtilis, & in quo nouissimi turbati forsitan in spiritu noluerunt aliquid tractare tamen propter vnam ex conclusionibus nostris non putaui esse remittendam & illam per modum quæstionis inducam.

174 Quæstio igitur erit, † si aliquis rem præscripserit absentis iusta absentia, an irreuocabiliter dominium acquirat,vt absens,cuius res præscripta est,non possit beneficio restitutionis in integrum reuocare rem suam.

In hoc tria sunt consideranda.Primò,aut præscriptio est inchoata et finita durãte legitima absentia domini: aut est inchoata præsente domino, sed finita domino absente: aut est inchoata præsente vel absente domino,sed finita domino præsente:vel inchoata & finita domino præsente,sed medio tempore dominus absens fuit.

In primis duobus articulis non est qui dissentiat quin restitui possit & debeat, vbi iusta fuit absentia.d.§.rursus.Institu.de actio.l.quod tempore.C.de restitu.militum.l.is cui.§.cessatum.ff. vt in possess.lega.l.necnon.§.fina.cum.l.sequen. & quasi per totum titu. ff. ex quibus caus.maio. l.j.&.ij.C.ex qui.cau.maio.l.j. §.si propter inundationem.ff.de itine.actuq; priua. iura sunt plena istis:sufficient tibi hæ allegationes.

Sed in duobus vltimis articulis qui sunt eiusdem effectus difficultas est,& fuit longa disputatio inter antiquos glossatores, & eadem inter Modernos & Moderniores.

Prima fuit opin.Ioan.& Bulga.quam approbauit glos. in locis suprà memoratis: & in.l. ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quib.cau-
175 sis maiores. quæ est † quòd licet sit finita præscriptio in absentia,nihilominus concedenda est restitutio in integrum.

Alia verò fuit opi.Marti.& Placen.contraria primæ:sed cũ hoc moderamine, si absens reuersus ante impletam præscriptionem potuit interrumpere præscriptionem: de rigore iuris non restituatur. Et hanc opinionem approbauerunt in distinctè omnes doctores nostri,Pet. Gulicl.de Cun.Iaco.de Ra.Bertran.Caprioli & alij quotquot sunt in.d.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.Ioan.Fab.post Petr.in.d.§.rursus. Institu. de actio. nostros sequutus est Cin. in.d.l. quod tempore.C.de restitu.militum.& in.l.fina. C.de tempo.in integr.resti.peten.Paul.& ferè omnes qui sunt Moderni,quos dico Modernos,qui fuerunt immediate post Bart.in.d.l.quod tẽpore.

Sed contrariam opinionem Ioan. & Bulg.approbant vbiq; glo.iuris ciuilis, Din.& Iaco.Butriga.in.d.§.rursus.&.d.l.quod tempore. Hi autem,qui propter hanc diuersitatem variauerunt, fuerunt Azo,Barto.& Bald. qui dubij fuerunt: & Bartol. variauit in dicta. l.ab hostibus. §. sed quod simpliciter.& in dicta.l.quod tempore.& in dicto.§.rursus. Nouissimi verò,quia alij anteriores omiserunt disputare hunc articulum,noluerunt ipsum aperire,ne darent forsitan causam posteris disputandi. Et non eundo per commentarios Scribentium Pet. in locis suprà memoratis,& Ioan.Fab.in dicto.§.rursus.Insti.de actio. memorarunt leges, quæ pro vtraq; parte vrgẽt, sic vt videatur non posse aliquid scriptis eorum addi. Ego cum nostris inclinabo: quoniam,vt ferè omnes confitentur, est fundata maiori authoritate legum, & quæ non possunt per varietates lecturarum euitari:tamen nos aliquid scriptis eorum addemus.Præmittendo vnum quod bene etiam meminit Paulus de Castro in dicta l.quod tempore.pro ipsis facere text. inconuincibiliter in dicto. §.sed quod simpliciter. cum.l. seq.in.d.l.ab hostibus.ff.ex quibus cau.maio.et hoc tibi dico q̃ totus mundus non posset euitare illum tex.ponderatũ pro eis, quicquid dicant alij tenentes contrariam opinionem.hoc probat
176 illa.l.nõ enim.in ratione sui.ibi, vt † ita demum restituat si non negligentia, sed temporis angu-

stia non potuerunt litem cõtestari. vbi igitur potuit absens reuersus antequam finiretur vsucapio vel præscriptio interrũpere præscriptionem litẽ contestãdo contra præscribentẽ non restitui tur. Ad subterfugia ipsorum respõ debitur infrà.

Tamenvltra adducta pro Ioan.& Bulga. ego pondero duos text. qui melius faciunt quàm alij allega. per eos nec per alium pro eis. Primus est in.§.rursus.versi. de præscriptione.in authent.vt sponsa.largi.colla.ix.ibi,in quibusdamvero absens alios tantos eos annos super decenniũ adieci, quantos ex ipso decẽnio absens fuit. qui text. indistinctè loquitur siue absens sit medio tẽpore tantùm, vel tẽpore inchoatæ vel finitæ præscriptionis: vt tantùm tẽpus debeat sibi restitui, quãtum absens fuit iusta absentia. sicut in simili dicit idem tex.in.l.sed & si.§.sed cùm feriæ.et.§.quoties.ff.quib.ex caus.maio.l.si debitrix.§.pro eo. ff.ad Velleia.l.ait prætor.§.præterea.&.§.si conditionalis.ff.quæ in frau.cred. &.d.l.is cui.§.cessatum. ff.vt in possessionẽ lega. qui.§.cessatum. optimè vrget pro opi.Ioan.& Bulga.cùm dicit, Certe si hæreditas iacuerit aliquo tẽpore, hoc tẽpus de medio trahẽdum erit. Nota illa verba, aliquo tempore. quæ verba possunt referri tam ad principiũ præscriptiõis q̃ ad finẽ seu tẽpus mediũ, cùm dicit, aliquo tẽpore. & posset dici q̃ nõ esset melior tex.pro Ioan.& Bulga.illo textu.

Secũdò loco ego põdero tex.in.l.& Attilicinus.ff.de serui.rusti.prædio.in tribus suis partibus. Prima est ibi, proposuerunt q̃ aquam qua per aliquos annos vsi sunt ex fonte. Secũda pars est in versi.petierunt. Tertia in fi.ibi, ita q̃ quod ius habuerunt tunc cùm primum &c. nota verbum, cùm primum.

Tertiò bene faceret tex.in.l.j.§.si ꝓpter inundationẽ.in verbo, repetita die.ff.de itine.actu q̃ priuato. Sed ad istos tex. vltimos patet respõsio ex ipsis, quia impedimentũ durabat tempore finitæ præscriptionis. vnde, vt dixi, non est dubiũ

177 cõpetere † restitutionẽ propter id tempus quo nõ potuit de iuribus suis experiri seu possessionem interrũpere. §.si propter inundationẽ.loquitur de possessione interrupta ꝓpter impedimentũ naturale superueniẽs quo minus cõtinuetur possessio: sed tota vis consistit in.d.§.rursus. versi.de præscriptione.in authen.vt sponsa.largi.colla.ix.ad quem ego respõdeo de mẽte glo. ibi, & in authenti.q̃ si quibusdã. C.de præscrip. longi tẽpo.quas glos.approbãt Bart.& omnes, vt intelligatur quãdo absentia fuit vsq̃ ad finem præscriptionis, vt dicit glos.si in primo quinquẽnio ego præsens fui, in secũdo verò absens: tunc dabit mihi tertiũ quinqueniũ.& sic durabat impedimentũ seu causa absentiæ tẽpore finitæ præscriptionis: quare nec ille tex.facit contra Petrũ.

Et pro Petrovltra.d.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.cum.l.seq.quæ nõ possunt euitari in duabus partibus suis. Prima est in.d.§.sed quod simplr.vers.sed ita demũ.in his verbis, postq̃ redijt. Secũda est in.l.nõ enim.quæ sequit̃ in vers. id est, vt ita demũ restituat. præsertim in his verbis, sed tẽporis angustia nõ potuit litẽ cõtestari.

Ego addo duos tex.primus est in.l.j.C.de resti.mili.ibi, si Valerianus post exactos dies, quibus bonorũ possessio deferẽ, in militia defunctus est. igit̃ à cõtrario sensu si defunctus fuisset ante exactos quinquaginta dies, non potuisset hæredi competere restitutio. Et illum tex.bene notauit ibi Petrus, & post eum Cin.in.l.fin. C.de tẽpori.in integ.restitu.peten.& Paul.in dicta.l.j.

Secũdus est in.l.Pãtonius.in prin.ff.de acqui. hæred.in quo tex.ego præcisè volui fundare cõclusionẽ nostrã: & ex quo ego colligo moderamen ad conclusionẽ Petri q̃ de rigore iuris tales

178 nõ possunt restitui.dicit enim ille tex. † q̃ hæres petebat restitutionem ex persona defuncti: quia defunctus possessionẽ non agnouerat seu hæreditatẽ intra tẽpora adeũdæ hæreditatis nõ adiuerat. & dicit ibi Iuriscõsultus q̃ de stricto iuris rigore nõ poterit hæres restitui: quia intra tẽpora aditionis obiuisset Pantonius Auitus qui hæres institutus erat: tamen dicit q̃ gratia humanitatis in eo qui absens erat cã legationis cõcedit̃ in integrum restitutio. Not.dicit ille tex.humanitatis gratia cõcedendã esse restitutionẽ: cum, vt prius notauit, de stricto iuris rigore cõcedi nõ posset. Et ex illo text.reiecta declaratione Bart. varij in hoc articulo posita per eũ in.d.§.sed qđ simplr. & in.d.l.qđ tẽpore.C.de resti.mil.Azo in sũma illius tit.et Cin.in.d.l.qđ tẽpore.qui videt̃ dare mediũ inter vtrãq̃ opi. prius recitatã, an dñs rei sciat vel ignoret rẽ suã præscribi: vel remissa opi. nouissimorũ indistinctè approbãtiũ opi.Io.Bulga.& Citramõtanorũ, reiecta opi.nostrorũ in.§. rursus.Insti.de actio.dico opin.Pet.& nostrorũ doctorũ approbantiũ opin.Marti.Pla.& aliorũ esse veriorẽ, per.d.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.&.d.l.j. C.de resti.mili.&.d.l.Pãtonius

179 Auitus. ff.de acqui.hære. quæ est † q̃ de rigore iuris si absens reuersus potuit vsucapionem seu præscriptionẽ interrũpere & nõ interrupit, q̃ restitui nõ poterit ex generalitate illius clausulæ, si qua mihi iusta causa videbit̃. de qua in.l.j. in fi. ff.ex qui.cau.ma.& in.l.j.§.si ꝓpter inũdationẽ. ff.de iti.actu q̃ priua.tamẽ ex quadã æquitate restituet̃, per.d.l.Pãtonius Auitus. ff.de acqui.hære.& nõ per aliã legẽ.ad.l.alleg. per Ioã.Bulga. Bart.& alios tu habes sufficiẽtes respõsiones positas per Pet.Cin. Ioã.Fab.Iac.de Raua.Pau.& nostros in locis suprà not.nõ repeto: quia videtur magis trãscribere q̃ annotare: iuxta.§.& nos nõ latuit.in authẽ.qui.mo.natu.effi.leg.coll.vj. Et per hæc sunt cõprobatæ cõclusiões collectæ per nos de mẽte Pet.de Bel.perti. ex varijs ciuilis iuris partibus, et disputatæ per nos Papiæ die festo sancti Laurentij, X. Augusti, M. D. X.

F I N I S.

Incipit

Incipit Repetitio L. Quatenus. ff. de re-

GVL. IVR. DOMINI IOANNIS IGNEI

Aurelij doctoris in materia illa subtilißima & difficillima Interesse.

Ex quinquagesimo Digestorum libro, titu. de regu. iuris.

PAVLVS.

Quatenus cuius intersit: in facto, non iure consistit.

Summarium in sequentem Repetitionem. L. Quatenus. ff. de regulis iuris.

1 20 Iniurius synodo creditur qui per eandem decreta reuoluere & elimare nititur.
2 Definitio rei essentiam & quiditatem continere debet.
Interesse dicitur singulare rei pretium, siue cuiusque rei æstimatio.
3 Stipulationes prætoriæ non sunt vltro citroq; obligatoriæ.
Interesse, quod aliquid fieri cessetur, damnum emergēs & lucrum cessans dicitur.
4 Logica quare Legistam non deceat, nō video, nisi quod plerunque incognita damnamus.
5 Interesse est æstimatio damni contingentis eo quod non fit quod fieri debuit, vel contrà: vel non datur quod dari debuit, aut contrà.
6 Aestimatio in dote maior fit ob interesse publicū quàm aliàs fieret.
Interesse an verè dicatur æstimatio damni emergentis & lucri cessantis.
7 Interesse domini præsumitur si seruo carere cogatur.
8 Interesse an posit dici damnum cessans, vel damnum datum.
9 Interesse in genere generalißimo duplex est, æstimabile scilicet & inæstimabile.
10 Interesse definitio qua dicitur æstimatio vtilitatis nō habitæ, an sit sufficiens.
Interesse inæstimabile quid sit.
11 Mulier agens ad dotem soluto matrimonio, non certat de lucro captando, sed de damno vitando.
12 Interesse quotuplex sit, & quod vnumquodque.
13 Interesse intrinsecum quod dicatur.
14 Interesse extra rem locū non habet in contractu emptionis & venditionis.
15 Hæreditas an venire posit vt interesse intrinsecum.
Possessor conuentus rei vendicatione ad seruum restituendum, quid restituere teneatur.
16 Interesse extrinsecū dicitur id quod rem extra contingit.
17 Creditor pignoratitia conuentus actione, quid teneatur restituere.
Seruitus nec in bonis nec extra bona dicitur esse.
18 Interesse differt à rei æstimatione.
19 Interesse publicum inæstimabile quid sit.
20 Delicta quo citius detegantur multa in fauorem detegētium statuuntur.
21 Delictum quandoque in dando consistit.
Ambitus in ciuitate Romana locum nō habet, nec etiā simonia.
22 Interesse reipublicæ in ciuilibus varijs modis contingere potest.
23 Interesse reipublicæ consistit aliquando in nō faciendo, & in non dando. & nu. seq.
Interesse priuatum quādoque æstimationem recipit, & quandoque non.
25 Interesse publicum æstimabile quid sit.
26 Interesse incertum quid sit, & quid certum.
27 Interesse singulare seu affectionis id censetur esse quod aptum natum est singulariter æstimari: Commune vero quod communiter.
28 Aestimatio communis pretij latè differt ab æstimatione damni seu interesse, quod prouenit ob aliquod factum vel non factum.
Interesse commune quale & quod definiatur esse.
29 Impensa etiam necessaria diminuitur ratione affectionis.
30 Pretium seu æstimatio rei differt à damno seu interesse contingente in re.
31 Interesse non debet duplum excedere in contractibus bonæ fidei.
32 Interesse singulare quando peti posit, & quando interesse affectionis.
33 Interesse legale quod sit.
34 Damnum datum ab irrationali potest æstimari, non etiam peti.
35 Interesse qualiter in facto dicatur consistere.
36 Contractus certus dicitur quoties quod certum est debetur. & nume. 41.
Obligatio dicitur certa, in qua certum quid comprehenditur.
37 Corporale factū quauis pecuniaria datione grauius est.
38 Obligatus ad factum, quandoque præcise ad factum cōpellitur.
39 Contractus certam quantitatem cōtinere qui dicantur.
40 Contractus incerti qui sint. & nu. 43.
41 Actio ad interesse in contractu emptionis non conceditur, nisi altero contrahentiū in mora implendi existente.
42 Contractus qui dicantur continere incertum.
44 Actio nulla datur in contractibus facio vt facias, do vt des, & similibus, nisi ex altera partiū contractu impleto.
45 Certum aliquid esse potest, quod tamen ignoratur.
46 Contractus tunc demum certi sunt existimandi cùm in eis quid, quale & quantum in contractum fuerit deductum contineatur.
47 Contractus quandoque certi sunt, & tamen interesse in eis contingens est incertum.
48 Interesse in quibus contractibus nequeat duplum æstimationis rei superare.

49 Vendens rem alienam scienter, ad omne interesse tenebitur quod inde emptori continget. & nu.50.
Subrogatus naturam eius induit in cuius locum subrogatur.
51 Interesse contingens ob maleficium, prout iuratum fuerit aestimandum est.
52 Pretium conuctum in quibus obligationibus duplerur ratione interesse.
53 Aestimatio communis rei quando ratione taxandi interesse debeat attendi. & nu.55.
54 Emptor cōtra venditorem agere potest ad interesse quòd rem venditam non tradiderit.
56 Lucrum iure antiquo nō venit in interesse communi, sed damnum tantum.
57 Vsurae ex mora soluendi pretij veniunt in contractu bonae fidei.
58 Lucrum quod dicatur circa rem contingere.
59 Lucrum extra rem peti nō potest absque alterius iniuria.
60 Damnum quod cū alterius percipitur iniuria duplex est.
61 Lucrum quoddam est quod rem non sequitur quocunque vadat.
62 Fructus eo industriales dicuntur, quòd potius hominis industria, quàm natura rei proueniant.
63 Damnum & lucrum, quod prouenit ratione non culti fundi per colonum, venit in actione locati & conducti.
64 Lucrum tam iure antiquo quàm nouissimo venit in interesse.
Lucrum quoddam certum & quoddam incertum est.
65 Lucrum incertum multiplex reperitur, neque vnquam cum damno venit.
66 Aestimatio haereditatis venit cum aestimatione interesse serui ante aditionem haereditatis occisi.
67 Vendens fundum ante collectionem fructuum, tenetur nedū ad rem, sed & ad fructus quos ex fundo percepit.
68 Lucrum omne tam certum quàm incertū cessat ob delictum commissum.
69 Lucrum cessans non venit in actionibus arbitrarijs sicut nec in bonae fidei actionibus, nisi in solito mercari.
Mercator non est censendus qui vnicum exercuit mercationis actum.
70 Fructus industriales ex fundo nascituri etsi incerti sunt, tamen in interesse debent attendi.
71 Damnum datum per tutorem nedum in actione tutelae venit, sed etiam lucrum cessans.
72 Gestor negotiorum, qui se administrationi obtulit, tenetur de lucro cessante.
Procurator qui promisit dominum rem ratam habiturum, tenetur ad interesse parti, si dominus ratum non habuerit quod gestum est.
73 Interesse iudicis officio petitur, si in obligatione rem dari reperiatur.
74 Interesse censetur esse in obligatione quoties quis ad factum obligatur.
Interesse in cōtractibus nominatis petitur officio iudicis.
75 Interesse, Bartoli iudicio, non iudicis officio, sed actione tantum petitur, vbi factum in obligatione reperitur.
76 Contractus emptionis factum cōtinet, scilicet rem tradi.
77 Obligationum factorum triplex reperitur species.
78 Interesse petitur per officium iudicis in obligationibus dandi.
79 Contractus nominatus quibus verbis & quot modis ineatur.
Promittens dare in contractibus innominatis, praecise dare tenetur.
80 Interesse non venit in condemnatione nisi officio iudicis deseruiente actioni intentatae.
81 Obligationum, quae in facto consistunt, quaedam ad factum praecise obligant, & quaedam non.
82 Interesse quando veniat in condemnatione & quādo in obligatione.
83 Obligationes faciendi quo discernantur ab obligationibus dandi.
84 Promittens credere promittit dare & datum capientis facere.
85 Obligatus ad dandum in cōtractibus innominatis, praecise dare cogitur.
86 Interesse quauis actione petatur, ipsum probari debet, de eoque constare.
87 Interesse affectionis qualiter probetur.
88 Vtilitas venit in aestimatione interesse, sicut & affectio.
Aestimans seu iurans interesse qualiter se habere debeat.
89 Interesse affectionis differt ab eo quod debetur ratione delicti.
Interesse conuentū probari debet per suam conuentionē.
90 Interesse non conuentum probari debet quid & quale, & quantum sit: quo probato iudex aestimabit.
91 Interesse quanti aestimari possit.
92 Duplum, quo interesse ipsum aestimabitur, qualiter attendi debeat.
93 Aestimatio communis non attenditur in interesse conuento.
94 Interesse etiam petitur in actione empti.
95 Interesse conuentum petitur totum absque alia aestimatione.
96 Omne, haec dictio, restringitur ad duplum quandoque.
Vniuersales dictiones restrictionem nonnunquam patiuntur.
97 Interesse singulare quando duplum excedat & quando non.
Interesse singulare quo differat ab interesse affectionis.
98 Aestimatio rei tātum duplatur, etiam ad interesse duplandum agitur.


VATENVS. Lex ista amplectitur mare amplissimū, in quo pauci nauigauerunt sine periculo: propter enim subiectā materiam turbatur totus mundus, nec est qui nauiget securus in ea. Dinus disputauit eam solenniter in. l. vnica. C. de senten. quae pro eo quod inter. prof. in cuius disputatione tota synodus ciuilis philosophiae comparuit, secun
1 dùm Cin. quare † iniuriam facit synodo, secundùm eum, qui rectè elimata & disposita reuoluere contendit. l. iij. C. de summa trini. & fide catho. cui ego addo text. concord. in. §. & nos non latuit. in authen. quib. mo. naturales efficiuntur legitimi. collatio. vj. Hanc eandem disputauit Francis. Accur. filius glossatoris nostri in studio Tolosano legente Iaco. de Arena super dicta. l. vnica. C. de sent. quae pro eo quod interest proferuntur. eandem super eadem lege elegātius & subtilius disputauit Petrus de Bellaperti. in studio Bononiensi eo peregrināte & eunte Romā: post eos copiosè Cin. & Bar. & multi alij: quare repete

repetere nouiter materiam interesse, secundùm sententiam Cini, videremur potius transcribere quàm annotare: captata tamen sola causa disputandarum conclusionum nostrarum quid sentiemus in hac lege & eius materia interesse, quãdo
2 occurrit, aperiemus. Veniamus igitur † ad institutum, incipientes à diffinitione: cùm per eam ostendatur essentia & quiditas rei.l.j.ff.de iusti. & iure.& in.l.j.ff.de testamen.Quid ergo sit interesse, declarauit glos.in.d.l.vnica.C.de sentẽ. quæ pro eo quod interest profe.in verbo, possibile.vbi tradit duas diffinitiones. Prima est ꝙ interesse est singulare pretiũ rei. Bart.autẽ & alij non sequuntur hanc diffinitionem glos.cùm per eam diffiniatur tantum interesse singulare: & sic diffinitio non esset generalis. Ego addo ꝙ hæc diffinitio glo.probatur in.l.fi.ff.de præto. stipu: in his verbis, quãti ea res est, promissionẽ habẽt. Præterea in seq.respõso cõmodius est certã summam comprehendere: quoniã plerunq; difficilis est probatio quãti cuiusq; intersit &c. Et sic per hæc vides ꝙ interesse nihil aliud est quàm æstimatio rei. Sed certè ista diffinitio mihi nõ placet alia ratione: quia interesse potest excedere rem. tex.in.l.j.in prin.ff.de act.empt.ibi, hoc autẽ interdũ pretiũ egrederetur si pluris interest quàm res valeat vel empta est. Secundò alia ratione, quia in ipso interesse nedum venit æstimatio rei, sed & quãdoq; lucrũ & damnũ. Hoc patet in.d. l.vnica.in fi.C.de sen.quæ pro eo quod interest profe.in versi.& hoc nõ solùm. Nec obstabit il-
3 la.l.fi.ff.de præto. stipu. † cùm intelligatur in stipulatiõibus prætorijs quæ nõ sunt vltro citroq; obligatoriæ: secus autẽ in alijs: quare diffinitio illa non est generalis. vel aliter respõde vt infrà. Aliter ergo diffinitur per glos. in eadẽ.l. vnica. quã approbauit Bal.& Iac.Butr. quòd interesse est damnũ emergẽs & lucrũ cessans, ex eo quòd aliquid fieri cessatur. Ista diffinitio potest probari in eo.tex.in fi.in quo videre meo glos.videtur fundare hãc secũdã diffinitionẽ in ver.& hoc nõ solùm in damno, sed etiã in lucro nostra amplectitur cõstitutio: quia ex eo veteres quod interest statuerũt. Hãc diffinitionẽ approbauerũt Iac. Butr.& Bal.in.d.l.vnica.& eandẽ visus est Cin. saluare multis rationibus. Prima est ratio Iaco. Butri.dicẽtis quòd glos.intellexit diffinitionem suã hoc modo quo diffinierũt Vltramontani, Iaco.de Rauan. & Pet.videlicet, interesse est æstimatio dãni.nec aliter sensit glos.secũdùm eũ.idẽ sensit Cin.quoniã glos.cogitauit tantùm in communi modo loquẽdi: iuxta.l.Labeo.ff.de suppel lec.lega.tex.in.l.Labeo.in verbo, agentiũ.ff.de statulib.pro qua parte Bal.vltra eos ponderauit tex.in.l.si seruũ meum.§.in lege.in verbo, dãnũ. ff.ad legẽ Aquil.vbi glos.interpretatur similẽ literam in verbo, damnũ datum.id est, damni æstimationẽ.nec secundùm eundẽ Bal. aduertẽdum est ad eam phantasticã & logicalem disputationem Iaco.de Rauan.& hoc ideo dixit Bal.de illo Iac. cùm scivit eum fuisse summum Logicum
4 & Theologum. † & ratio illius reprehensionis Bald.potest esse, quia nihil habet cõmune Legista cum Logico. Pro quo habes optimam glos. in.l.j.§.huius studij.in verbo, huius.in prin.glos sæ.ff.de iusti.& iure.Sed istud dictũ Iac. de Raua.satis defenditur ab impugnatione Bal.& aliorum per eũdem Iaco.qui satis cogitauit eam differentiam cùm dixit ꝙ aliud est ipsum damnũ, & aliud est æstimatio damni.per.l.si ita fideiussorẽ. ff.de fideiuſ.&.l.si quis ab alio.§.fi.ff.de re iudi. quoniam interesse non est ipsum damnũ, sed per ipsum restauratur & reparatur dãnũ quod illatũ est: & per dationẽ interesse reponitur in eo statu quo erat ante damnũ datũ per quãdam fictionẽ: quare Iac.Butri.nititur glos.saluare aliter per.l. qui non facit.infrà eo.in vltima parte suæ diffinitionis in his verbis, ex eo quòd aliquid certũ cessatur.hoc modo inducẽdo: quia cùm is teneatur de damno propter non factũ quod tenetur facere: frustra arguitur glos. si casum vnũ tantùm cõprehẽderit in faciendo cõtra conuentionẽ: cùm eadem sit ratio eius qui nõ facit quod facere tenetur, per illũ text.Sed ad istud dicebat idem Iacob. Butri.cõmodius esse singulas causas singulariter distinguere.l.j.ff.de except.doli.l.ij.ff.de statu homi.Secũdò alia ratione dico, quæ videtur eadem cum præcedẽte: quia si diffinitio ipsa arctaretur in faciẽdo contra conuentionẽ, excluderetur datio facta contra prohibitionem: ideo dicebat Iaco.Butri.saluando glos.quòd gaudẽt breuitate Moderni.l.j.vbi per glos.ff.quod metus causa. Sed istæ sunt potius euasiones quàm solutiones: quare dico quòd diffinitio glos. non sit commodè sustentata. Proptera recedo à diffinitione glos.Iaco. de Raua. diffiniuit aliter interesse distincta vna quacunque causa interesse:
5 igitur secundùm eum † est æstimatio damni contingentis ex eo quòd aliquid fieri cessatur quod fieri debet, vel fit quod fieri non debet, vel datur illud quod dari non debet, vel non datur quod dari debet. Et hæc diffinitio ab omnibus antiquis approbata est. Dicebat tamen Petrus idem quod dixi suprà cum Iacobo Butri. quod ista sunt paria quantum ad interesse, facere vel non facere secundùm exigentiam ipsius contractus, vbi debet aliquid fieri & non fit, & econtrario.l.facere oportet.ff. de verborum signific.

Præterea Barto. impugnando diffinitionem Iaco. de Raua. dixit quòd diffinitio ista non est sufficiens. Primò in eo quod dixit interesse esse æstimationem damni: quia dixit hoc non esse indistinctè verũ: cùm aliquod sit interesse quod æstimari nõ potest: vt est in libertate & dote. Casus est in.l.j.ff.sol.mat.&.l. nõ est singulis.infrà eod. Ego autẽ dico quòd ista diffinitio potest sustineri ab impugnatiõe Bar.facta de libertate, quæ est inæstimabilis & interesse reipublicæ qđ

contingit ratione dotis non ſolutæ ſecundùm di-
ctam.l.primam.ff.ſoluto matrimo.& hoc per ca
ſum.l.fina.ff.de his qui deiec.vel effude.quòd li
cet æſtimatio cicatricum aut deformitatum nul-
la ſit,cùm corpus liberum ſit inæſtimabile: tamē
iudex æſtimat impenſas medicorum & operas
ceſſatas & ceſſaturas, quæ ſunt intereſſe. ſic idē
6 in dote: † quia propter illud intereſſe publicum
ſit maior æſtimatio in dote quàm aliàs fieret: qa
tota conſeruatur,authenti.ſed quanuis.C.de rei
vxo.actio.& vſuræ peti poſſunt.l.pater.in prin-
cip.ff.de exceptio.doli.quæ petūtur vt intereſſe,
quæ ſunt loco intereſſe.l.vnica.§.exactio.C.de
rei vxo.actione.c.ſalubriter.extra de vſuris.l.in
inſulā.§.vſuras.ff.ſolu.mat. vnde intereſſe illud
ex accidentibus ſuis æſtimatur:de quo tamen di
cto infrà dicetur latius. Secundò impugnabat
eam Bar.inquantum dicit in illa diffinitione,in-
tereſſe æſtimationem eſſe damni emergentis &
lucri ceſſantis:quod.dicit probari poſſe oppoſi-
tum vbi eſt damnum ceſſans & lucrū emergens,
vt eſt intereſſe proueniens ex cauſa hoſtis vel al-
terius inferentis mihi damnum in re mea: quo-
niam intereſt mea damnum mihi non fuiſſe da-
tum.l.ij.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.§.j.In-
ſtitu.eodem. Ego autem dico quòd leges alle
gatæ per Bart. plus ſtringunt exemplo: quia ibi
agitur de damno domini ceſſante ſeu vt ceſſet,
& lucretur dominus faciendo eū ceſſare ab iniu
ria ſeu ſæuitia in ſuos:& ſic eſt lucrum emergēs:
quod ego dico quòd reſpectu ſerui eſt damnum
emergens & lucrum ceſſans, ſi per ſæuitiam do-
mini intolerabilem mereatur ſeruus eximi à do-
mino quòd patiatur iacturam in corpus: & hoc
ex amiſsione ſerui & eius opera, per.l.vnicam.
C.de emenda.ſeruo.& in dicta.l.ij.ff.de his qui
ſunt ſui vel alie.iur. Primò ex parte domini:
7 † quia forſitan intereſſe domini eſt non carere
ſeruo:vbi cōpellitur eum manumittere ſeu ven-
dere,per illum text. & in.l.j.C.de his qui ad ſta-
tuas princip. confugiunt. Præterea ſi excedat
probabilem modū coërcendi ſic quòd mors in-
de ſequatur, puniretur eadem pœna qua punire
tur, ſi ſeruum alienum torqueret aut dilaniaret,
per illas leges & dictam.l.vnicam.C.de emēda.
ſeruo.quare emergit ſibi damnum: & propter il
lud damnum emergens in ſeruo agitur cōtra do
minum. Præterea cùm dicit de eo qui vi alium
expulit à fundo ſeu re ſua,quod dico illud inter-
eſſe expulſi non fuiſſe expulſum,per expulſionē
contingit ſeu emergit damnum. de quo patet in
l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad.l.Iul.de vi.l.j.C.ſi
per vim vel alio modo. Idem dico in hoſte iniu-
ſtè aliquem expellente: quia tenebitur id totum
reſtituere.c.nouit.extra de iudic. Et ego notaui
clarè in repeti.l.penulti.C.de dona.inter virū &
vxo.in primo fundamēto vltimæ partis quæſtio
nis diſputatæ per me. & ſi via iuris nō poteſt re-
peti, quia hoſtis vtatur vi: poterit ratione illius
violentiæ ex interuallo repetere: vbi aliter non
poteſt cum damno dato.l.iij.§.eum igitur. cum
gloſ.ff.de vi & vi arma.de quo per Bald.in.l.ij.
col.xij.C.de ſerui.& aqua. vbi aliàs non liceret.
8 & ſic propter illud damnum emergens. † quin-
imo contradicit ſibi Bart.cùm dicit intereſſe no
ſtra damnū non fuiſſe datum: ideo ſi datū emer-
git, intereſſe ergo quod petetur erit æſtimatio
damni emergentis, non autem damni ceſſantis:
quia hoſtis inferendo vim dat damnum. vnde ſi
agitur poſtea contra eum ad intereſſe, ſi poteſt
agi non agetur contra eum ad damnum ceſſatū,
quia non eſt ceſſatum, ſed ad æſtimationem da-
mni dati. Hoc quæratur à Venetis ſi damnū ſit
ceſſatum vel ceſſans:& reſpōdebunt quòd non.
Verum eſt autem quòd vbi cum hoſte contendi
mus:tunc eo animo certamus vt ceſſet damnum
ſi poteſt. ſed vbi nō poteſt reſiſti & infertur da-
mnum,nō agitur de damno ceſſato, quia fruſtra
ageretur: ſed agitur de damno dato. & hoc ve-
rius. Bart.autem ſic diffiniuit intereſſe receden-
do ab omnibus præcedētibus diffinitionibus da
ta aliqua diſtinctiōe intereſſe propter impugna-
tiones præcedentes, & diffinit omnes ſpecies:
quoniam aliud eſt intereſſe in genere generaliſ-
9 ſimo,& aliud in genere ſubalterno. † In genere
autem generaliſsimo aliquod eſt æſtimabile &
aliquod eſt inæſtimabile. de qua diuiſione habe
tur per gloſſam in dicta.l.prima.ff.ſoluto ma-
trimonio. & dicta.l.non eſt ſingulis.infrà eodē.
& dixi de his ſuprá. Aliud eſt autē intereſſe æſti-
mabile ſtrictè ſumptum & propriè:& tūc ſumus
in terminis materiæ noſtræ. & hoc modo diffini
tur ſecundùm eum:Intereſſe eſt æſtimatio alicu-
ius vtilitatis non habitæ propter alicuius factum
iniuſtum vel ceſſationem iniuſtam. Certè diffini
tio iſta non videtur mihi vera. Primò inquātum
dixit quod eſt æſtimatio alicuius vtilitatis non
habitæ.quia dico ꝙ regularius non venit vtilitas
ceſſans,ſed potius damnum datum.l.ſi ſterilis.§.
cùm per venditorem.ff.de actio.empti.licet ve-
niat quandoque lucrum,vt patet in.l.iij.§.fin.ff.
de eo quod certo loco.& in dicta.l.vnica.§.fin.
C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profe.vn
de non eſt ſufficiēs: quia per eam non diffinitur
intereſſe contingens ratione damni dati, ſed tan
tum lucri ceſſantis:quod eſt directè cōtra caſum
d.l.vnicæ.§.fina.C.de ſenten.quæ pro eo quod
intereſt profe.ibi, de hoc non ſolùm in damno
ſed in lucro. Secundo in vltima parte diffinitio-
nis deficit illa diffinitio per eadē argumēta quæ
recitata ſunt contra ſecundam diffinitionē gloſ.
ſimul cum ſaluatione Iaco.Butri. quia non com
prehenderetur damnum emergens ſeu lucrum
ceſſans quod contingeret in dando vel non dan
do vel non faciendo. licet ab hac impugnatione
poſſet defendi Bartol. prout ſuprà defendit Ia-
co.Butri. diffinitionem gloſ.argu.l.qui non fa-
cit.infrà eo.&.l.facere.ff.de verbo.ſignificatio.
Sed

Sed responde vt ad eandem respondi suprà.
10 Nec obst. quod dixit Bar. † quòd per illa ver
ba, est æstimatio vtilitatis non habitæ. cōpreben
datur damnum emergēs & lucrum cessans. quo-
niam ego dico quòd illa verba non sunt verè ha
bilia ad comprehendendū damnum, nisi ex cessa
tione lucri causatum, & nō damnū datum: quod
potissimū in contractibus bonæ fidei nō æstima
tur, vt dixi suprà, per. l. si sterilis. §. cùm per ven-
ditorem. ff. de actio. empti. quare si nō veniat lu
crum cessans, damnū cōtingens propter lucrum
cessatū non æstimaretur, per illum tex. Vitiū est
igitur in illa diffinitione: nec videtur mihi bonæ
duæ aliæ diffinitiones Bar. in interesse inæstima-
bili & æstimabili simpliciter sumpto. Primò in-
quātum dicit, Interesse inæstimabile est alicuius
iusta vtilitas inæstimabilis, per. l. j. §. sed tu. ff. de
his qui deie. vel effu. certè ista diffinitio contra-
dicit omnino illi tex. placet. in. §. hæc verba. vbi
ad damna data tantùm in corpus liberū compe-
rit illud edictum. si ad damna, deberet aliter diffi
niri: Interesse inæstimabile est damnum iniustè
emergēs inæstimabile. & ideo dico damnū emer
gens inæstimabile: quia æstimatio damni dati in
corpus liberū fieri non potest in duplo: cùm cor
pus liberum nō recipiat æstimationem. Ita dicit
tex. in dicta. l. j. §. hæc autem. versi. sed cùm liber.
iuncta. l. fi. ff. de his qui deie. vel effu. licet igitur
in duplo non fiat pro ipso damno æstimatio: ta-
men fit condemnatio in quinquaginta aureis nō
pro vtilitate, sed pro dāno. Præterea ego idē
11 dico in dote restituenda: † quia mulier quæ so-
luto matrimonio agit ad dotem restituendā solu
to matrimonio, non certat de lucro, sed de dāno
vitando, ne careat dote sua. l. iij. in princ. ff. solu.
matri. cui concor. doctri. Iaco. de Are. Bar. Bal.
& omnium in. l. maritū. & l. si maritus. ff. eo. so-
lu. matri. in ea quæstione, si maritus & vxor sint
inopes, an maritus poterit vti illo priuilegio vt
non cōueniatur, nisi inquantū facere potest de-
ducto ne egeat: iuxta. l. non solum. ff. de re iudi.
§. fin. Institu. de actio. & in. d. l. maritum. & d. l.
si maritus. Dicunt quòd nō: quia maritus certat
de lucro: mulier autem repetēs dotem, certat de
dāno vitādo: vnde est quòd marito vergente ad
inopiam constante matrimonio, vt seruetur mu-
lier indemnis permittitur mulieri repetere dotē
constante matrimonio. l. vbi autē. C. de iure do.
& l. si constante. in princi. ff. solu. matri. Damnū
est ergo emergēs inæstimabile per se, vt dicitur
suprà, sed ex accidentibus suis succedit aliud lo-
co ipsius interesse: quia agetur ad vsuras dotis
nō restitutæ soluto matrimo. l. vnica. §. exactio.
C. de rei vxo. actio. quæ, vt dixi, petuntur vt in-
teresse, non autem vt vsuræ, per. d. c. salubriter.
extra de vsuris. & dictam. l. in insulam. §. vsuras.
ff. soluto matrimo. quod satis æstimatur. Cæte
ræ diffinitiones Bartoli videntur mihi laborare
eodem morbo quo & superiores: quare non me
inuoluam diutius circa eas. vnde nō inuenio ali-
quam diffinitionem meliorem diffinitione illa
Iaco. de Raua. à qua nō puto esse recedendum.
Et per hæc erit primum membrum huius legis
plenè dispositum. Caue à diffinitionibus quan-
tum potes: quia omnis diffinitio periculosa est:
vulgata. l. vnius diffinitio. infrà eodem.
Secundò videndum est quot species sunt in-
teresse seu quotuplex sit interesse. Dic multi-
12 plex esse. † Nam aliquod est interesse intrinse-
cum: aliud extrinsecum: aliud publicum: aliud
priuatum: aliud affectionis. Item aliud certum:
aliud incertum: aliud commune: aliud singula-
re: aliud cōuentum. Item aliud æstimabile: aliud
inæstimabile. Itē aliud æstimabile petibile: aliud
non petibile: quamuis Dinus in regula, mora. de
regulis iuris in. vj. dicat vnum esse interesse: secu
ti sunt Cin. & Iacobus Butriga. in dicta. l. vni-
ca. C. de sentent. quæ pro eo quod interest pro-
fer. Petr. autem sequitur glossam, quòd triplex
sit interesse: cōuentum, commune & singulare.
& idem notat glos. in dicta. l. vnica. eadem glos.
in. l. prima. ff. de actioni. empti. Ego autem dico
prout dixi, multiplex esse interesse, seu plures
sunt species interesse, quæ resoluuntur in tres vl
timas species addita vna, scilicet affectionis. Et
propterea feci tibi speciem arboris sicut fecit Io
annes antiquus glossator arborem actionum. Et
per species declarabo tibi vnumquēque ramus-
culum arboris. Primò dixi tibi aliquod esse in-
teresse intrinsecum & aliud extrinsecum: de qui
bus ego notaui in repetitione. §. Cato. in. l. iiij. ff.
13 de verborū obligatio. † Interesse autem intrin-
secum est secundùm Petrum quod sequitur rem
quocunque seu apud quemcūque vadat. Exem-
plum, secundùm eum, in seruo hærede instituto:
hæreditas est ipsum interesse intrinsecum. l. ven-
ditor. ff. de euic. l. inde Neratius. §. j. ff. ad legem
Aquil. vbi autē non sequitur rem, tunc interesse
est extrinsecum. l. si sterilis. §. cùm per venditorē.
ff. de actio. empti. Addo quod Barto. taxat Pet.
in diffinitione interesse intrinseci: quoniā inter-
esse intrinsecum est res ipsa seu æstimatio ipsius
rei, per dictum. §. cùm per venditorem. Ego au-
tem dico diffinitionem Bart. esse falsam: quia si
esset verum quòd interesse intrinsecum esset res
ipsa seu æstimatio rei, non posset excedere æsti-
mationem ipsius rei: quod est falsum per dictam
l. primam. ff. de actioni. empti. quæ lex intelligi-
tur in interesse intrinseco, non autem extrinse-
co. ita not. glos. ea. l. in verbo, interest. ibi, itē in-
telligas hoc de interesse circa rem nō autem ex-
14 tra rem. † quoniam interesse quod est extra rem
non venit in contractu emptionis & vēditionis,
per. d. §. cùm per vēditorē. ideo necessariò est lex
illa intelligēda de interesse circa rem, secundùm
illā glos. licet aliud sentiat Fulg. per glos. huius
legis nostræ, quæ nō videtur mihi illud probare,
quicqd dicat Fulg. ideo inhæreo glos. positæ in

dicta.l.j.in princi.in verbo,interest.in fine.ff. de
actio.empti.nec placet mihi reprehensio Barto.
facta de exẽplo Pet. de interesse intrinseco. cùm
dedit exemplum de seruo hærede instituto,quia
hæreditas erit interesse intrinsecum : quia dicit
Barto.hoc esse falsum,quia hæreditas non venit
immediatè ex ipsa re, sicut venit fructus partus,
& similia:quare Bart.dat in fructu & partu exẽ-
plum. Ego dico quòd eadem est ratio in hæredi
tate quæ & in partu.per tex.allega.per Pet.in.l.
venditor.ff.de euict.vbi tex. idem decidit de hæ
reditate sicut de partu.patet in his verbis,Quare
siue partus ancillæ siue hæreditas quam seruus
iussu emptoris adierit, euicta fuerit, agi ex em-
pto.Dicitur præterea in fine eiusdem.l.ibi,ita ea
quoque,quæ per eum acquiri potuerũt, præsta-
re debet emptori vt habeat. patet ergo per illa
15 verba legis † quòd hæreditas venit vt interesse
intrinsecum,& sic vltra rem seu æstimationẽ rei:
quia si veniret vt extrinsecum,certè nõ posset pe
ti cùm in illo contractu emptionis,vt dixi suprà,
non veniat extrinsecum interesse,per dictum.§.
cùm per venditorem. Ego pondero alium text.
in.l.actione.§.diximus.ff. pro socio. Addo no-
uiter alium tex.solennem in.l.præterea.ff. de rei
vendi.de quo tex.memini in repeti.d.§. Cato.in
l.eadem.ff.de verbo.obliga. vult enim ille text.
quòd possessor conuentus rei vendicatione ad
restitutionem serui , nedum seruum ipsum tene-
bitur restituere,sed quicquid occasiõe illius ser-
ui vendicans habere potuisset : vt si hæres fuerit
institutus seruus vẽdicatus:hæreditas simul cum
seruo erit restituẽda. Idem dicit tex.in partu an-
cillæ: & sic vides eandem esse rationem hæredi-
tatis partus ancillæ & fructus: quare admisso
exemplo Barto.non video qualiter Barto. pos-
sit saluari ab impugnatione sua facta cõtra Pet.
per hoc non potest saluari glos.in dicta.l.vnica.
C.de senten.quæ pro eo quod interest proferun
16 tur. † Extrinsecum verò quod extra rem contin
git,vt est lucrum proueniens etiam quod contin
gere potest extra naturã rei, vt patet in.d.§. cùm
per venditorem.plures alleg.Dico tamen istud
verum esse de iure antiquo in contractibus bo-
næ fidei. secus autem in alijs actionibus arbitra-
rijs per casum.l.iij.§.fin.ff.de eo quod cer.loco.
quando esset talis qui solitus esset extra negotia
tiones lucrum facere:quia in eo interesse nedum
veniat damnum,sed & lucrum,per illum tex.de
iure autem nouissimo, secus , per dictam.l. vni-
cam.C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest pro-
fer. Ego etiam addo quod notaui in.d.§. Cato.
in seruitute debitã fundo quæ sequitur fundum.
l.via.§.si fundus.ff.de serui.rusti.præd.in.l. cùm
fundus.ff.communia prædio. tunc dico quòd is
qui repetit fundum,repetit & seruitutẽ aut æsti-
mationẽ seruitutis.text.in.l.creditor.ff.de pign.
17 actio. † vbi creditor conuentus pignoratitia ad
restitutionem rei pignoratæ, tenebitur non tan-
tùm rem ipsam restituere,sed & seruitutem debi
tam fundo pignorato: & sic vltra æstimationem
rei:& hoc ideo, quia seruitus immediatè proue-
nit ex re & ex natura rei cui seruitus inhæret.

Nec obst.quod dicebat idem Bar.in ea.l.vni-
ca.quòd seruitus nõ est in bonis.l.j.ff. de vsu &
vsufruc.leg.quia dico nec etiã extra bona: quin-
imo dico quòd quantum ad aliquos effectus est
in bonis. tex.in.l.in venditione.in princip.ff.de
bon.autho.iudic.pos.in.l. bonorum.§.in bonis.
ff.de verbo.significa.in.l.rem in bonis.ff. de ac-
quir.rerum domi.& idem not.Barto.in dicta.l.
j.ff.de vsufruc.lega.Plus dico quòd vbi res non
essent principaliter in bonis, sed tantùm accesso
riè:tamen veniãt in æstimatione & in petitione.
ibi est tex.in dicta.l.creditor.ff.de pigno. actio.
Ideo interesse non erit æstimatio rei tantum seu
ipsa res,si seruitus non sit in bonis ; & sic nõ erit
ipsa res:ideo omne id quod circa rem, seu quod
sequitur rem immediatè seu ex radice, erit inter-
esse intrinsecum. vnde ex ipsamet doctrina per
id exemplum comprobabitur diffinitio Petri , à
qua tu nõ recedas, nisi velis à puncto iuris & ve
ritate ipsa deuiare:& huic inhæreas tãquam car-
rotio tuo:quoniam Barto.volebat illud dici in-
teresse intrinsecum rem ipsam seu æstimationẽ
ipsius rei: seruitus autem per dicta sua non est in
re.si ergo non est in re,& æstimatur interesse in-
trinsecum,non erit sumpta ipsa res seu æstimatio
18 rei. † Præterea,vt dicam infrà aliud est interesse
& aliud est æstimatio rei.l. Titius. in fine.ff. de
actio.empti.iuncta.l.j.eod.titu. Sed aliquid ve-
niet vltra rem,scilicet seruitus,quæ non est in re,
sed circa rem:& sic verum dixit Pet.sic diffinien
do interesse intrinsecũ seu intra rem: quia sequi-
tur rem penes quemcunque vadat. sed dicebat
Bar.illud esse interesse quod venit ex re.sed hoc
nihil est per ea quæ ego declaraui tibi suprà.cæ-
tera quantum ad hoc ex dicendis supplebuntur.

Secunda species est, quoniam aliquod est in-
teresse publicũ, & aliud priuatũ. quòd aliquod
sit publicum,habes infinita iura.primò tex.in.l.
nam & reipublicæ interest. &.l. de pupillo.§. si
quis riuos.ff.de no.ope.nuntia.in.l.j.ff.solu.ma
trimo.l.fin.ff. de nundi.l.ij.ff.de his qui sunt sui
vel alie.iur.in.§.sed maior asperitas. Institu. eo.
cum infinitis alijs legibus, de quibus dicetur in-
frà. Aliquod autem est interesse publicũ inæsti-
19 mabile , aliquod æstimabile. † Inæstimabile est
reparatio publici status læsi propter aliquod in-
iustè factum vel non factum, datum vel non da-
tum:quæ læsio æstimari commodè nõ potest. &
hoc contingit tam in criminalibus quàm ciuili-
bus. Primo in criminalibus in faciendo,si cõ-
mittatur aliquod delictum quod expedit mani-
festari, vt coërceatur.l. licitatio.§. quod illicitè.
ff.de publi.& vectiga. in.l.per omnes.C. de de-
fenso.ciuita.in.l.ita vulneratus.ff. ad legẽ Aqui
liam. & id interesse est inæstimabile, quoniam
non

non poteſt æſtimari quantum interſit, liberã eſſe
prouinciam à malis hominibus, iuxta.l.cõgruit.
ff.de offi.præſi.liberatur autem ciuitas ab eo in-
tereſſe, ſi ſecundùm exigẽtiam delicti pœna de-
linquẽtibus fuerit impoſita.l.j.C. ad legem Iul.
repetun.in.l.aut facta.§.ſi.ff. de pœnis. & in.l.j.
ff.de iuſti.& iure.in qua imponenda debent ſtu-
dioſè verſari iudices, vbi notum eſt delictũ. Ita
dicit Bal.in.d.l.ita vulneratus.per.d.§. quod il-
licitè. Cui ego addo tex.meliorem in.l.cùm reis.
C.de pœnis.l.ij.C.de cõmer.& merca.nec aliter
æſtimari poteſt.vbi autem fuerint deſides in illis
coërcendis dato quòd pœna inueniatur limitata
à lege, iudices ſunt coërcẽdi ſimilitudine ſuppli-
cij.l.ſi.C.ne ſanctũ baptiſ.reitere.l. ſeruos.C.ad
legẽ Iul.de vi publi. Præterea multa ſtatuuntur
fauorabilia ſecundùm exigentiã delictorũ vt pu
20 blicẽtur delicta. † Primò enim delatoribus par-
ticularibus delicti fit remiſsio pœnæ. l.j.C. de
fal.mone. in.l. quiſquis.C. ad legẽ Iul. maieſta.
Secundò datur præmium accuſatori ſeu delato-
ri.l.lege Cornelia.ff.ad ſenatuſconſul.Silla. Ter
tiò proceditur quandoq; in crimine ſine accuſa-
tore.l.ij.§.ſi publico.ff.ad legẽ Iul.de adult. vbi
regulariter non procederetur.l.reſcripto.§.ſi qs
accuſatorẽ.ff.de mune.& hono.& in.l.iij.C.qui
accuſa.nõ poſ.Quartò vbi regulariter teſtes de-
bent eſſe bonæ opinionis.§.ſi verò abſunt.in au
thentico de hæredi.& falcid.colla.j.& in.l.iij.&
& melius in.l.ob carmen.ff.de teſti. tamẽ in cau
ſa criminali, vbi ex natura actus non poſſunt ha-
beri teſtes idonei, admittũtur infames & inhabi-
les.tex.in.l.conſenſu.§.ſuper plagis.C. de repu.
l.ſi.§.licentia.C.de iure delibe. Quintò qui aliás
accuſare non poſſunt, de quibus in.l.hi qui.&.l.
hos accuſare.ff.de accu.tamẽ propter vtilitatem
publicam admittuntur.l.ſi.C.de dela.lib.x.l.pe.
& ſi.C.ad legẽ Iul.maie.& iſta ſunt per quæ pu-
blicũ intereſſe poteſt purgari, & nõ aliás. Quan-
doque tamẽ admittitur publicatio bonorũ.text.
in.l.fin.cum ſua authen.vbi plenè notatur.C. de
21 bonis proſcrip.ſeu damnato. † Præterea in dan
do delinquitur, per quod intereſt reipublicæ ali
quid nõ fuiſſe datum, vt eſt in eo qui per ambitũ
cõciliat ſibi animum principis pretio aliquo da-
to: vnde incidit talis ambiẽs in crimen ambitus.
l.vnica.ff.ad legẽ Iul.de ambi. Quod autẽ inter-
ſit reipublicæ propter illud datum quod datum
non ſit, eſt tex.in.§.j.in authen. vt iudi.ſine quo-
quo ſuffra.colla.ij.§.vnico.in authenti.ſcriptum
eſt exemplar.colla.ij.in.c.nullus.j.q.j.quãuis id
peccatum ambitus non habeat locum in ciuitate
Romana, per.d.l.vnicam.ff.ad legẽ Iuli. de am-
bi. nec ſimonia. Ita dicit gloſ. arguendo à ſimili
per dictam.l.vnicam.in.c.ſi.in verbo, vel impor
tunam.j.q.vj. Præterea in non faciendo, vt eſt in
ſeruo, qui domino inſultato non ſubuenit, quia
incidit in Sillanianum ſenatuſcõſultum: quia nõ
facit quod debet, vt patet in.l.j.& per totum titu
lum.ff.ad ſenatuſconſul.Silla. Idem in non dan-
do, vt eſt in exactore tributorũ, vt patet in lege
Iul.peculatus.l.ij.ff.ad legem Iul.peculatus.cõ-
tra enim tales proceditur ſecundùm exigentiam
delictorum ad impoſitionẽ pœnæ, per illa iura:
nec aliud eſt intereſſe quod poſsit aliter æſtima-
ri: & propterea dixi in diffinitione reparatio pu-
blici ſtatus inæſtimabilis: quia ſatis per hoc ſta-
tus publicus ſeu publica diſciplina offenditur in
faciendo & non faciendo: dando & non dando:
quæ læſio ſeu offenſa nõ poteſt aliter commodè
æſtimari: quare ſatis probata eſt hæc diffinitio.
22 Præterea in ciuilibus. † Primò in faciendo ſi
fiat aliquod nouum opus in publico, in quo nõ
intereſt forſitã reipublicæ, niſi quia deformatur
aſpectus publicus: vt patet in.l.nã reipublicæ, ff,
de no.oper.nuntia. & in omnibus alijs titulis, ne
quid in loco publi.fiat. & alijs ſimilibus interdi-
ctis, ne quid in flu.publ.fiat, de via publi.refici.
& ſimili. Item qui fabricauit domũ in æmulatio-
nem alicuius ciuitatis.arg.l.ſi.C. de fundis limi-
troph.lib.xj.l.opus.ff.de operibus public.gloſ.
in.l. per prouincias.C. de ædificijs priua.l. præ-
ſcriptio.C.de operi.publi. Item ſi fiat circa ædes
ſacras, patet in toto titulo.ff. ne quid in loco ſa-
cro fiat.idem in.l.ſi cui loci.C.de ædifi.priua. Itẽ
etiã probatur in eo qui excedit metas ratiõis ali-
quid faciendo in re vel abutẽdo re: vt eſt caſus in
l.ij.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur. de qua dixi
ſuprá.& patet in.§. ſed maior. Inſtitu.de his qui
ſunt ſui vel alie.iur. quoniã expedit reipublicæ
ne quis re ſua malè vtatur. Hoc autẽ vltimũ in-
tereſſe principaliter eſt priuatũ, ſed ſecũdariò eſt
publicũ. Sic in ſimili eſt in.l.ſeruum.§. publicè,
ff.de procur.&.l.nõ tantum.ff.de appel. idẽ no.
gloſ.in.l.j.§.huius ſtudij.in verbo, ſingulorũ.ff.
de iuſti.& iure.& gloſ.in.§. huius ſtudij. in ver-
23 bo, pertinet.Inſtit.de iuſti.& iur. † Itẽ in non fa
ciendo, quia nõ fuerit factũ quod fieri debebat,
& expediebat fieri cauſa vtilitatis publicæ: vt qa
non fuerunt purgatæ cloacæ, quas expedit cauſa
publicæ ſalutis reparari.l.j.in prin.ff.de cloacis.
Idem text.in.d.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff. de
noui ope.nuntia. ſi via publica reparata non fue
rit, quæ authoritate ædilium curuliũ debet repa
rari: iuxta.l.ædiles curules.ff.de via publi.& iti-
nere publi.reficien. Itẽ illa iuris diſciplina: nõ fa
cias alijs quod tibi nõ vis fieri: de qua in.§. iuris
præcepta.Inſtit.de iuſti.& iure.in.l.j.§.huius ſtu
dij.ff.de iuſti.& iur.in.c.j.j.diſtinc.expedit enim
reipublicæ ne quid fiat in contumeliã alicuius.l.
vt vim.ff.de iuſti.& iur. Vnde iudices debẽt ſtu
dioſè cauere ne cõtumeliæ aut rixæ fiãt.l.æquiſ-
ſimum.ff.de vſufru.in.l. quidã æſtimauerunt.ff.
de rebus credi. quocunque modo fiant ſeu in fa-
24 ciendo ſeu in non faciendo. † Item in nõ dan-
do, vt eſt in his qui nequeunt ſoluere tributa: &
ſic dare quod debent principi.§.iubemus.in au-
then.de collato.colla.ix.§.publicorũ.in authen.

de manda, princip. collatio.iij.§. illud. versicu.
oportet.in authenti. vt iudices sine quoquo suf-
frag.collatio.ij.in.l.ij.& finali.C.de exac. tribu.
libro.x.Idem ex præcepto iuris tribuere vnicui-
que quod suũ est. vbi enim negat quis dare vni-
cuique quod suum est,peccat contra legum præ
cepta.dicto.§.huius studij.in.l.prima.ff.de iusti.
& iure.&.§.iuris præcepta.Primum enim inter-
esse est principaliter publicũ: sed secundariò est
priuatũ.Secundũ verò est priuatũ principaliter;
quod quãdoq; potest æstimari,quãdoq; nõ po-
test æstimari. Aliquando est publicũ,sed secun-
dariò:quod interesse est inæstimabile: quia non
potest æstimari quantũ intersit legũ præcepta cu
stodiri: quare dixi esse inæstimabile. Aliud est
25 interesse æstimabile: † & ita diffinitur: Interesse
æstimabile est æstimatio læsionis publici status
cõtingẽtis propter aliquod interesse factum vel
nõ factũ,datum vel nõ datum. Et ista species po
test probari ex suo cõtrario,per regulã vulgatã,
Cognito vno de contrarijs cognoscitur & reli-
quum.l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.in.§.j.
Instit. eo. de his qui sunt sui vel alie.iur. vt si res
aliqua publica fuerit alienata cõtra prohibitio-
nem legis:quoniã alienãs tenebitur ad interesse
reipublicæ quod æstimabitur.l. qui solidum.§.
etiã respublica.ff.de lega.j.Idẽ in re ecclesiæ.§.si
verò damnosas.in authen.de nõ alienã. colla.ij.
Idem in re pupilli,per.d.§.etiã.cum concor. no.
per glos.cui cõcor.tex.in.l.fi.C.de magistra.cõ-
ueniẽ. Idem in alijs rebus officialium publicorũ
obligatorũ reipublicæ.l.j.C.de prædi.decur. si-
ne decre.non alie.lib.x. Idẽ dico si contra prohi
bitionem legis opus aliquod fabricatũ fuerit in
loco publico,nemine tamen prohibẽte: quia ad
interesse reipublicæ agetur , quod æstimabitur
imposito aliquo salario à solo dicto.l.ij.§.si quis
nemine.ff.ne quid in loco publi.fiat.idẽ de alijs.
& per hæc poteris cognoscere quid sit priuatũ
interesse per distinctionẽ factam de publico in-
teresse ad priuatũ,cum eius sit contrariũ,sicut di
xi suprà de interesse inæstimabili & æstimabili.
Tertia species interesse est, quoniam aliquod
est iudiciale,aliquod est legale.vel clarius, aliud
26 incertũ aliud certum. † Incertum est quod per
se non est liquidum quod quale quantumve sit,
iuxta.l.vbi autem,ff.de verb.oblig. Econtrario.
certum id quod apparet quale & quantum sit.l.
certum.ff.de rebus credi,Id autem quod incertũ
est potest fieri certum quãdoque per officium iu
dicis declarantis quantitatem interesse.l. vnica.
§. in alijs.C. de sentẽtijs quæ pro eo quod inter-
est proferuntur.facit idem text.in.l.prima. ad fi-
nẽ.C.si per vim vel alio modo.per.l. videamus.
§.fina.ff.de in litem iuran, iudex enim ex officio
taxat æstimationem damni dati. An autem in ea
æstimatione debeat venire damnũ vel lucrũ , di-
cam infrà. Aliquando autem per iuramentũ par
tis.l.ij.§.j.C.de iureiu.propter calumniã dando,
l.si quando.C.vnde vi.& alijs modis,de quibus
per glos.in dicta.l.vnica.in verbo, subtilitatem.
C.de sententijs quæ pro eo quod interest profe-
runtur.& plenius dicetur infrà. Certũ autem est
quod per se satis apparet quod,quale & quantũ
sit.Tolle exemplũ in.l.si.ff.de præto.stipu.si sti-
pulatũ fuerit aliquid dari pro interesse,si domus
fabricata non fuerit,vel si non iueris pro me Ro
mam : tũc ad prouisionẽ obligatus eris pro meo
interesse quod per stipulationẽ declaratum est.
Aliud exemplũ,si promiserã dare centũ Meuio,
vel facere domũ intra certum tẽpus:quod si non
fecero vel si centum nõ dedero , tenebor ei dare
ducẽta nomine pœnæ:ego stipulatus sum à Sem
pronio cẽtum dari Meuio intra illud tẽpus quo
eidem promiserã vel domum sibi fabricari:certè
tenebitur propter illa centũ non data ad interes-
se meum, quod erit ex ducẽtis quæ promiseram
nomine pœnæ illi Meuio casu quo non implere
tur quod promissum erat.l. liber homo.§.fin.ff.
de verb.oblig.Sed posset dici per illũ tex.quòd
non esset certum interesse,sed incertũ:quia dico
verum in eo casu quo non esset promissa pœna.
Tu adde text.meliorẽ in.l.nummis. in fi.ff.de in
litem iuran,istud dicetur interesse.l.fin.§. Cato.
ff.de verbo.obliga. Quarta species,quoniam
aliud est commune,aliud affectionis.de vtroque
habes text.in.l.pretia rerum.in prin.ff.ad legem
Falci.melior text,in.l.j.§.sed si rem.ff. si quid in
27 frau. patro.alie.fue. † Id autem dicitur singula-
re interesse secundùm Bart. in dicta.l.vnica. ix.
col.versic. nunc ad propositum.C. de sententijs
quæ pro eo quod interest profer.quod singula-
riter æstimari potest. exemplum secundùm eum
in dicta.l.prima.in princip.ff.de actioni. empti.
si res vendita nõ tradatur , agi potest ad id quod
interest singulariter rem non fuisse traditam :
quod excedit quandoque pretium commune
quanti res valet vel quanti res est.Interesse verò
commune est,quod communiter æstimatur.Sed
per hoc nihil declaratur quid veniat in æstima-
tione:quinimo Bar.per verba sua videtur admit
tere vt interesse commune sit communis æstima
tio rei quæ communiter à quolibet æstimaretur.
quod non puto verum , prout suprà in alijs ter-
minis declaraui in diffinitione Iacobi de Raua.
de ipso interesse: quoniam aliud est ipsa æstima-
tio rei seu res ipsa , & aliud interesse proueniens
occasione rei, per.l. primam. in principio. &.l.
Titius.in fine.ff.de actionibus empti & venditi.
Vnde dico quòd per illa verba Bartoli non dif-
finitur nisi pretium commune rei quod commu
niter à quolibet æstimaretur.hinc est quòd in il-
la æstimatione non veniret nisi sola æstimatio
rei: non autem æstimaretur ipsum interesse:quæ
longè differunt inter se. textus est in dicta.l.pre-
tia.ff.ad legem Falcidiam.melior text. in.l.si ser
uum meum occidisti.ff.ad legem Aqui.ibi, pre-
tia rerũ non ex affectione,Notanter dixit,pretia
rerum

rerum.vt demõstretur quid sit cõmune pretium
rei, non quòd sit cõmune interesse. probatur ex
alio versi.eiusdẽ legis.ibi,in lege Aquilia.& ver
si.in dãnis &c.quia per illũ text.æstimatur dãnũ
cõtingens ex morte serui occisi,quod per actio-
nem legis Aquiliæ petitur:& quod nõ potest pe
ti per actionẽ legis Aquiliæ,petetur per actionẽ
28 in factũ. † Vnde per hæc apparet latũ esse discri
men inter ipsam æstimationẽ cõmunem pretij &
dãni seu interesse prouenientis propter aliquod
factũ vel non factũ,datum vel non datũ,per.d.l.
j.&.l.Titius. Vnde ego aliter dico: Interesse cõ
mune est æstimatio,quæ cõmuniter ab vnoquo-
que bono viro fieri potest de damno emergente
vel lucro cessante propter aliquod factũ vel nõ
factum,datum vel non datum.Per hæc enim ver
ba,quæ cõmuniter ab vnoquoq; bono viro fie-
ri potest. datur differẽtia inter interesse cõmune
& affectionis,quòd ab vnoquoq; affectato plus
posset æstimari quod aliàs cõmuniter nõ æstima
retur à non affectato , vtpote ratione vicinitatis
vel zeli vel opportunitatis , vel quia res maiorũ
fuerit , vel quia in ea re quis fuerit educatus vel
parẽtes sepulti. dicit text.ita diffiniens in.d.l.j.§.
sed si rem. versic. & aliàs videamus.ff.si quid in
frau.patro.alie.fuer.in.l. lex quæ tutores.§.j.C.
de admini.tuto.in.l.si in emptionẽ.ff. de minor.
Ego autẽ do tibi casum vltra casum illius.l. si in
emptionẽ.in quo habetur ratio illius interesse af
fectionis in vendicãte rem suã possessam ab alio
bonæ fidei possessore , à quo dominus vendicat
rem suã non habita ratione impensarũ factarũ in
re sua quantũcunq; vtiliũ:ne si cõtingeret tãtùm
cõpelli ad solutionẽ illarum impensarũ quas in-
terest possessoris repetere , cùm necessitaretur
29 auus carere laribus suis sepulchrisq; auitis: † &
sic ex ipsa affectione fit diminutio impẽsæ etiam
necessariæ & propter eã rationẽ affectionis. Ita
est in.l.in fundo.ff.de rei vẽdi.Facit quod nota.
in.l.si seruos.ff.de pigno.action. Vnde illud in-
teresse æstimabit quilibet bonus vir semota omĩ
causa affectionis.quod no.ad decisionẽ alicuius
quæstionis disputatæ per Bald.in.l.ij.in fi.C. de
rescin.vendi.de qua ego memini sub alijs termi-
nis in repeti.l.dudũ.C.de contrahen.empt. Nec
est verũ,vt dixi suprà,quòd interesse cõmune sit
cõmune pretiũ rei,prout diffiniebat Barto.quia
damnũ nihil habet cõmune cũ pretio seu æstima
tione rei,per.d.l.si seruũ.§. in lege Aquilia.iun-
cto princi.l.ff.ad legẽ Aquil.&.d.l.Titius.quia
in illa æstimatiõe nihil venit vltra rem ipsam.in-
teresse autẽ excedit rem: quia vltra æstimationẽ
rei petetur,quantũ interest damnũ non fuisse da
tum æstimabitur arbitrio iudicis,per.d.l. vnicã.
C.de sent.quæ pro eo quod interest profer.Nec
vltra duplũ æstimatiõis rei poterit æstimari , per
illũ tex.& dicã latius infrà. & in eo duplo conti-
neatur æstimatio rei,quod est ipsum simplũ.tex.
in.§.tripli.Insti.de actio.ibi,vt in hoc triplo.etiã
simplum in quo damnũ passus est cõnumeretur.
30 Ex quo tex. † colliges differentiã apertam inter
ipsum pretiũ seu æstimationẽ rei, & damnũ seu
interesse quin ipsum damnũ seu interesse sit vl-
tra pretiũ seu verã æstimationẽ rei. Primò patet
in prin.§. in verbo, veræ æstimationis quantita-
tem.& in versi. tunc enim id propter quod eorũ
causa damnũ passus fuerit reus.& in versi. prius
põderato. Cui ego addo tex.cõcor.in.l. hoc edi
cto.§.fi.ff.de publica.& vectig.ibi,& magis pla
cuit vt res in duplo sit. Sic vides quòd aliud est
res ipsa seu æstimatio ipsius rei, & aliud damnũ
seu interesse siue publicũ siue priuatũ sit. Idẽ in
l.fi.§.quadrupli.C.de spõsa.per glos.in.l.in hæ-
redem.§.fi.ff. de calũ. per Nico.Spi.in.l. ab his.
C. de nauicula.li.xj. Simile ego addo in interes-
se affectionis,text.optimè distinguentẽ interesse
ab æstimatione rei,in.d.l.j.§.sed si rem.ff.si quid
in frau. præto.alie.fuer.ibi , & aliàs videamus si
dicat patronus rem quidem iusto pretio venisse,
verũtamen hic interesse sua non esse venundatã,
inq; hoc esse fraudẽ quòd venierit possessio , in
quam habet patronus affectionem &c. Vnde vi
des quòd interesse est aliquid vltra rem:& sic nõ
erit simpliciter cõmune pretium rei seu pretium
31 rei. † Præterea si in contractibus bonæ fidei in-
teresse non possit duplum excedere, in quo du-
plo comprehẽditur, vt dixi suprà, æstimatio rei:
igitur id interesse aliquid est vltra æstimationem
rei. Ex his patet non esse vera dicta Bart.in diffi
nitione interesse cõmunis & singularis, inquan-
tum diffinit interesse cõmune esse pretiũ rei , &
interesse singulare esse singulare pretiũ rei: quia
dico commune interesse aliquid esse vltra cõmu
ne seu singulare pretium rei, vt declaraui suprà.
Præterea ego dico differentiã esse inter interesse
affectionis & interesse singulare: quia singulare
potest æstimari præter affectionẽ. patet in.l.j.in
princip.ff.de actio.empti.quod aliter dixi suprà
intrinsecè venire in petitionẽ,non autem extrin-
secè: secus autem in interesse affectionis , in quo
consyderantur omnia prius posita: de quibus in
l.lex quæ tutores.§.j.C.de admini.tuto. & dicta
l.j.§.sed si rem.versic.& alias.ff.si quid in fraud.
prætoris alie.fue.ratio vicinitatis vel zeli vel op
portunitatis , vel quia sui maiores vel parẽtes in
eo sepulti sunt, & sic de similibus illic expressis.
32 † Præterea singulare interesse peti potest,per di
ctam.l.j.ff.de actio.empti.vbi interesse affectio-
nis non petitur , nisi in casibus ibi expressis per
me,scilicet ratione minoris ætatis:per.l.si in em-
ptionem.ff.de mino.de quo tex.ego feci singu-
lare festum in repeti.l. dudum.C. de contrahen.
emptio.in ea quæstione , an minor nõ retrahens
rem alienatam per consanguineum intra annum
& diem iuxta consuetudinem regni Franciæ, de
qua tangitur in.c. constitutus. extra de in integ.
restitu.possit restitui, vt retrahat post annũ pro-
pter illud suũ interesse affectionis. vbi ego tenui

per illum textum quod sic. Et no. illum textum: non est melior illo in toto mūdo. Alius casus est in vendicante rem suam à possessore grauatam multis expensis quas si possessori compelleretur restituere, compelleretur carere laribus sepulchrisq; auitis, per. l. in fundo. ff. de rei vendic. & istud ego declaraui suprà: & quando ratione delicti & alijs de quibus infrà.
33 † Interesse verò legale illud est quod æstimatur à lege ad duplū vel triplum vel quadruplū: sicut notatur in. d. l. vnica. in princip. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. Ratio autem ipsius dupli pendet ex arbitrio iudicis qui æstimare debet rem, per illum text. qua æstimata duplum ipsum est æstimatum: quia, vt dixi suprà, tantundem cùm æstimatione rei dabitur: ideo dixi ex arbitrio iudicis dependere, cùm in facto consistat quantum valeat res in qua damnum cōtingit seu pro qua datur actio ad interesse. facit in simili tex. in. l. idem erit. in fine. ff. de statu homi. Ita est tex. hic. quatenus enim cuiusque intersit, in facto, non in iure consistit. Idem in. l. fina. ff. de præto. stipula. Adde casum in. l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. in eo qui puteum fecit in fundo suo, vt fundum redderet pretiosiorem, & fodiēdo, fontem alicuius diuertit: licet intersit vicini propter fontem exhaustū: non agit tamen ad interesse: quod tamen potest æstimari, licet peti nō possit. idem tex. in. l. Proculus. ff. de damno infecto. Interesse autem æstimabile petibile satis demonstratum est per species præcedētes:
34 † sed de eo quod peti non potest si damnum datum fuerit ab animali irrationali peccāte, secundùm naturam potest æstimari, & tamen peti nō potest. l. prima. ff. si quadru. pauper. fecisse dicatur. Idē dico si quis colluctādo hominem vulnerauerit, licet damnū possit æstimari, tamē peti nō potest. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legem Aquil. ibi, dum inter se exercentur, alius alium occiderit: si quidem in publico certamine alius alium occiderit, cessat Aquilia: Idem in ludente pila in loco permisso, si oculus serui aspicientis fuerit offensus, nō tenetur ludens, nisi data opera hoc fecerit, licet damnum æstimari possit. l. si ex plagis. §. finali. iuncta. l. item Mela. in principio. ff. ad legem Aquiliam. Item si à furioso fuerit homo vulneratus aut occisus: licet damnum datum æstimari possit, & intersit factum vel alicuius datum non esse: tamen peti nō poterit, nec aliquid imputare poterit. l. diuus. ff. de officio præsid. l. tam dementis. C. de episcopali audien. nisi esset talis furiosus qui haberet dilucida interualla qui potuit adhibere custodiā ne tempore furoris sui damnum daret: quia tunc non excusaretur à toto: argumen. eius qui amputat ramū arboris, per l. iij. ff. ad legem Corneliam, de sica. l. si putator. ff. ad legem Aquiliam. ita dicit Bartol. in. l. pœna parricidij. ad legem Pompeiā de parricidijs. & idem de alijs similibus. Item aliud est interesse inæstimabile petibile, quale est in damno dato in corpus liberum quod per se æstimari non possit: accidentia tamen propter id petuntur & æstimantur, quæ sunt interesse. Ita est text. in. l. prima. §. hæc in factum. versicu. sed cùm liber homo. iuncta. l. finali. ff. de his qui deiece. vel effud. de quo textu ego tetigi in diffinitione Iacobi de Raua. Addo textum in. l. ex hac. ff. si quadrupes pau. fecisse dicatur. & dixi latius in. l. non est singulis. post glos. infrà eodem. Ex his habes diuisionem per me satis comprobatam. dico tamen quòd omnes istæ species sunt reducibiles sub tribus prius notatis per glossam & Pet. alia per me addita quicquid dicat Dinus in regula, mora. de regulis iuris. in. vj. cum quo ego transeo: additis tamen scriptis suis quæ suprà declaraui.

Tertiò principaliter in hac materia versatur vna difficultas, in qua pendent leges & prophetæ in materia interesse:
35 † quoniam, vt dixi suprà, interesse consistit in facto, per hunc textum non autem in iure: quia tamen aliquando factum de se est certum per relationē facti ad aliud, vtpote ad conuentionem certam: quia æstimatio rei declarata est, propter quam rem datur actio ad interesse: quia redditur certum ratione æstimationis rei declaratæ. tolle exemplum per casum dictæ. l. vnicæ. §. sancimus. C. de sentētijs quæ pro eo quod interest proferuntur. in contractu emptionis. quoniam si vendidi tibi rem pro cētum: si fuero in mora tradēdæ rei, post moram teneor ad interesse. l. prima. ff. de actionibus empti & vēditi. quod erit in duplo rei, per dictam. l. vnicam. §. sancimus. id interesse est certum facta relatione ad æstimationē rei: quia res valet cētum, condemnabor pro ipsa re seu æstimatione rei simul & interesse ad ducenta tantum: & sic interesse est certum ex eo quòd æstimatio rei est certa. In alijs autem contractibus non continentibus certam quantitatem interesse est incertum: quare æstimari debet per iudicem, vt dixi suprà. Sed quando dicatur contractus continere certam quantitatem seu naturam certam, & quando incertam: circa dubium istud variæ sunt sententiæ: quoniam glossa tenuit vnam sententiam, quam postea approbauit Franciscus Accursij filius glossatoris disputando in studio Tolosano eodem existente aduocato pro legato sedis apostolicæ, contra quem surrexit Iacob. de Are. in forma discipuli secundùm quòd referunt Cinus & Bartolus in dicta. l. vnica. in principio sui commenti. C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferun. & postea recessit idem Iaco. de Are. ab opinio. glossæ, cùm non potuisset Francisc. Accur. illi respondere: cuius sententiā postea impugnauit Pet. repetendo Bononiæ dictam l. vnicam. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. recedēdo à declaratione Iaco. de Are. dando aliam declarationem, quam postea modificauit Bartolus. videamus nūc de his omnibus.

In pri

36 In primis dixit glos. † cõtractum certum esse,
quoties quod debetur certum est quantitate vel
specie,per.l.certum.ff.de rebus credi.licet quan
titas comprehẽdat in se speciem, per.l.quisquis.
ff.de leg.iij. Dicitur autem continere certam na-
turam,quãdo aliquid debetur in genere:de quo
per glos.in.l. certi condictio.ff. de rebus credit.
in.l.vbi autem.§.qui verò.ff.de verbo.oblig. vt
homo,fundus:si debes mihi hominem in genere
vel fundum in genere habentem certos limites:
quia ista sunt certa à natura : propterea obliga-
tio dicitur certa,quia in ea comprehenditur ali-
quid certum.Id autem dicitur incertum seu obli
gatio dicitur incerta , quando in ea continetur
quod est in faciendo & non in faciendo,per.d.l.
vbi autem.§. qui id quod in faciendo.ff. de ver-
bo.obligatio. Secus autem vbi consistit in dan-
do.ratio autem est duplex. Prima, quia obliga-
tus ad factum nõ tenetur præcisè ad factum , sed
liberatur soluẽdo interesse.quod secus est in sti-
pulatione dandi,per.l.si quis ab alio.§.fin.ff. de
re iudic.Idem text.in.d.l.vbi autem.§.fina.ff.de
verbo.obliga. Secunda ratio est, quoniam faci-
lius aliquid fit quàm detur. pro qua ego addo
tex.vltra omnes in.l.hæ operæ.in fi.ff.de operis
liber.Sed ista differentia reprobata est per Iaco.
de Raua.multiplici ratione.Prima,quoniã con-
tractus emptionis est facti : quia in eo venit rem
tradi.l.ex empto.in prin.ff.de actio.empt.quod
consistit in faciendo.text.in.l. stipulationes non
diuiduntur.in princi.ff. de verbo.obliga. Et ta-
men certum est quòd contractus est certus, & in
eo interesse est certum.patet in.l. vnica.§. sanci-
mus.C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest pro-
ferum.quare ea quæ consistunt in faciẽdo vel nõ
faciendo non sunt semper incerta.Præterea non
37 est bona secũda ratio, secũdùm eum, † quia vnũ
factum corporale grauius est quauis alia datio-
ne pecuniaria.l.in seruorum.ff.de pœnis. Nec
obstat lex illa,scilicet,hæ operæ.in fi.ff.de oper.
liber.per me allegata:quia dico vltra eum inspi-
ciendam esse qualitatem personæ debitoris si vi
lis est:grauius est in pecunia soluere quàm in cor
pore: vel aliâs Aruernus, qui mallet perdere o-
culum quàm florenũ.sicut dat exemplum Cinus
de quodam amico suo & vicino. & idem not. in
simili Ioan.Fab.in.§.sed & lex.Institu. de iniur.
ita est tex.in.l.j.§.fina.in versi.vt eis qui pœnam
pecuniariam egentes deludunt.ff.de pœnis. per
quem text.ita respondet Bartol.ad dictam.l. hæ
operæ.in fine. quam induxi pro ratione glossæ.
Ego nouiter addo text. contra doctrinam glos.
vbi obligatio quæ consistit in dando nõ semper
est certa:sed quãdoque est incerta,in.l.liber ho-
mo.§.fina.ff.de verbo.obligationi. in eo qui est
obligatus mihi aut Titio dare decem,inquãtum
tenetur mihi dare est certa:inquantum Titio,est
incerta:& tamen consistit in dando: & nihilomi
nus incerta est per illum textum. Præterea ratio
38 glos.non concludit generaliter: † quia in obliga
tione facti aliquando obligatus ad factum præ-
cisè compellitur ad factum:vt est in eo qui obli-
gatus est ad tradendum , si potestatem habet rei
tradendæ tenetur præcisè ad tradendum, per di-
ctam.l.ex empto.in principio.ff.de actio.empti.
idem in eo qui tenetur ad restituendum : quia si
potestatem habet rei restituendæ tenetur præci-
sè ad restituendum, nec liberatur soluẽdo inter-
esse.l.iij.§.hæres.ff. commoda. dixi in repetitio.
§.Cato. in.l. eadem.ff. de verborum obligatio.
Aliter autẽ & duabus alijs rationibus reprehen
ditur glos.per Iaco. Butriga. in dicta.l.vnica.in
versi.quæro ad declarationem tex.C.de senten.
quæ pro eo quod interest.Sed dixit Petr.postea
repetendo illam.l. vnicam, quòd dicta Iaco. de
Rauan.non sufficiunt ad impugnationem glos.
quãuis dicta glos. non sit vera. & idem sentiunt
Cin.& Barto.in eadem.l.vnica.Quare idem Pe
trus recedendo ab impugnatione Iac. de Raua.
39 & declaratione sua dixit aliter, † quòd hi dican-
tur contractus continere certam quãtitatem, vel
habere certam naturam, qui sunt vltro citróque
obligatorij : quales sunt cõtractus emptionis &
venditionis,locationis & cõductionis.Secus au
tem in alijs contractibus non obligatorijs vltro
citroq́. Et per hæc confundetur saluatio Iac. de
Raua.de doctrina glos.quia dicebat esse specia-
le in contractu emptionis, quæ causa specialita-
tis tollitur per dicta Pet. cùm eadem sit ratio in
alijs contractibus vltro citroq́ obligatorijs,per
dictam.l.vnicam.§.sancimus.C.de sentẽtijs quæ
pro eo quod interest profer.vnde Iaco. Butrig.
approbabat opinio.Pet. quam postea impugna
uit Barto.quoniam in eo contractu innominato
facio vt facias,obligatio est reciproca & mutua.
text.in.l. naturalis.§. at cùm do.ff. de præscript.
verbis.idem in.l.prima.ff.de rerum permutatio.
& tamen obligatio est incerta,quoniam ex vtra-
que parte continet incertum:quia dato quòd ex
altera parte impleatur , altera non implente non
constat quid intersit factum nõ fuisse impletum:
Sed certè ista opinio Pet. potest defendi ab im-
pugnatione Barto.quia certum est quòd si pro-
misi pro te ire Romã,& reciprocè promisisti ire
Andegauũ : factũ ipsum est certũ, quia satis pro
se designatum est,quoniam vno impleto imme-
diatè acquiritur actio contra non implentem ad
id quod promissum est implendum , aut saltem
quòd in illo facto implendo impendi refundes
quod est certum. Ita est textus respondens ad id
obiectum Bartoli in.l.naturalis.§.sed si facio.ff.
de præscriptis verbis.quoniam si promisisti exi-
gere pecunias à debitoribus meis quos habeo
Romæ : ego autem promisi exigere à debitori-
bus tuis quos habes Andegauis : tacitè videtur
conuentum vt si non exigas à debitoribus meis
quos habeo Romæ dato quòd exegerim à debi
toribus tuis quos habes Andegauis : q omnes

pecunias quas exposui in exigendis pecunijs à debitoribus tuis, teneberis refundere: quia verisimiliter cogitaui tacitè conuenire tecum quòd tantundem esses expositurus in exigendis debitis meis à debitoribus meis, per illum tex. in simili facit quod no. textus in. l. si tibi soluenda. in fine. ff. de præscriptis verbis. iuncta doctrina Baldi in. l. contractus. C. de fide instru. Adde tex. in l. nec venditio. §. huiusmodi. ff. de cōtrahen. emptio. Propterea ipse idem Barto. admisit sententiam Pet. cum aliqua declaratione de qua ego dico infrà. Subdit tamen quòd Nicol. de Mat. ali-
40 ter † dixit eos esse contractus incertos seu habētes naturā incertam, in quibus non venit in obligatione interesse, sed ex postfacto, vtpote ratione moræ, dicta. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. Secus autem vbi ab initio debetur vel tenetur quis ad interesse. Sed ista opinio non placuit Barto. quoniam non est dare duplum, vbi non inuenitur simplum: argumen. l. in testamento. in fi. ff. de conditio. & demonstratio. & in. l. quidam. ff. de legatis. §. sed vbi in obligatione debetur factum, non est illud simplex certum duplum: igitur non potest esse certum. Not. illa verba Barto. non est illud simplex certum. qualiter facta non sunt omnino incerta, vt notaui in præcedenti opinione Pet. Sed certè istud obiectum Barto. nihil facit contra Nicol. Mat. quoniam non est dubium, secundùm eundem Nicol. quòd tales contractus sunt incerti. nec negat quòd vbi simpliciter non inuenitur certum per se nec per relationem ad aliud, quòd contractus sit incertus, sicut in exemplo Bart. & concord. in hoc cum opinio. glos. quam postea approbauit idem Barto. vt dicam infrà. Ego autem aliter dico dictum Nico. Mat. cum suo exem-
41 plo non procedere: † quoniam in cōtractu emptionis nō potest agi ad interesse, nisi fuerit alter contrahentiū in mora implendi cōtractum: vtpote venditor in mora tradendæ rei, & emptor in mora tradendi æstimationē rei: iuxta ea quæ no. in dicta. l. j. ff. de actio. empti. & plenius notaui in regula præcedente, cōtractus. vel nisi propter aliud: vt quia fuerit facta promissio dupli in casu euictionis: iuxta totum titu. ff. de euictio. & tamen contractus est certus, & habet naturam certam: vt patet in dicta. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. in versic. sancimus. quare apertè constat dictum Nico. Matha. non esse verum, dicentis, quòd vbi interesse non venit ab initio, sed ex postfacto, vtpote ratione moræ vel propter aliud: quòd cōtractus dicitur incertus: quia, vt dixi, in contractu emptionis non venit ab initio, sed ratione moræ aut propter aliud quod declaraui suprà: & tamen non est incertus. Vnde dico quòd non est vera sententia Nico. Matha. non per dicta Bart. quæ nihil concludunt, vt dixi suprà: sed per hoc vltimum per me relatum. Præterea non est verum aliud dictum Cini in dicta. l. vnica. in. iij. quæstione. iij. quæstionis principalis in fine. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profer. cùm dicit veriorē esse opin. glos. & si esset iudex inter has diuersitates
42 sequeretur eam. dicit enim † quòd hi contractus dicuntur continere incertum, in quibus deducitur merum factum, id est quod habet effectū successiuum: sed in contractu venditionis licet sit factum, tamen vnico actu & momento potest impleri per dationem vel rei solutionē. sed hoc est falsum: quid enim si pro parte pretij apposui pactum vt ires pro me Romam? valet cōtractus. l. fundi partem. ff. de cōtrahen. emptio. & emptor tenebitur implere: & tamen est merum factum, nihilominus accedit cōtractui emptionis, qui habet certam naturam, per dictam. l. vnicam. §. sancimus. vnde nec istud esset iudicium Paridis, qui rectè de Venere iudicauit in dubio. hic autem non rectè iudicauit, parcat mihi sua reuerentia. Posset etiā induci lex, si iactum retis. ff. de actioni. empti. quàuis aliqui possent calumniari illam legem, quòd non erit propriè cōtractus emptionis propter legem primam. ff. de præscrip. verb. quia non dicunt verum, cùm & pretium & alia substantialia contractus ibi interuenerīt, de quibus in. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actioni. empti. l. j. ff. de contrahen. emptio. Sed non potest euitari illa lex, fundi partem. iuncta. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emptio. quia & factum promissum pro parte pretij per actionē ex illo contractu erit implendum: aliâs per aliam actionem compelletur ad illud implendū. quibus concordat lex, Labeo scribit, si mihi. ff. de contrahenda emptio. facit materia legis iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis. & l. lecta. ff. si certum petatur.

Quare Barto. recedendo ab omnibus præcedentibus opinionibus admittit solam sentētiam glossæ: sed iuncta opinione Petri. dicit enim
43 † quòd hi dicuntur contractus certi qui habent naturam seu quātitatem certam respectu sui vel adiuncti: vt in exemplo Petri dato de contractibus respectiuis emptionis & venditionis, locationis & conductionis: licet enim factum deductum in his contractibus sit incertum, per. l. vbi autem nō apparet. §. primo. ff. de verborum obligationibus. tamen pretium seu merces est certa ad quod fit relatio. & ita satis verificata est sententia glossæ per doctrinam Petri secundùm eum. Sed incerti dicuntur qui non habent naturam seu quantitatem certam respectu sui vel adiuncti: vt est quando deducitur in contractu factum tātum, scilicet quòd ibis pro me Romam: vel reciproca facta promittuntur: vt quia promittis pro me ire Romam, & ibo pro te Andegauum: quia talia facta non habent ad quid se referant vt certa sint: & propterea tales contractus dicuntur incerti & non habere certam naturam vel quantitatem.

Ego autem, vt dixi prius contra Bart. non admitto

mitto dicta sua in istis factis reciprocis: declaro
44 tibi clarius quàm adhuc dixerim: † quia in istis contractibus facio vt facias, do vt des, & similibus, neutri contrahentium acquiritur actio priusquam contractus fuerit impletus ex altera partium. l. j. ff. de rerum permu. ibi, ex re tradita initium obligationi præbet. idem in. l. naturalis. §. j. ff. de præscriptis verbis. sed vbi ego promisi tibi facere domum vel scribere librum, & tu promittis econtrario facere insulam vel fossam fodere: antequam enim ego scripserim tibi librũ vel domum fabricauerim nulla est mihi actio quæsita, sed facto demum impleto ex parte mea statim competit mihi actio, non ad repetendum quod factum est: quia repeti non potest: sed ago ad interesse. d. l. naturalis. §. at cùm do. ff. de præscrip. verbis. Sed an id interesse erit incertum, & qualiter petitur: dic φ non est incertum sed certum: quia petã quod in eo facto promisso per me impleto impendi sic, φ causa tua est reddita melior in eo quod exposui. Ita est text. in. d. l. naturalis. §. sed si facio. Et si dicatur contra: imò adhuc remanet incertum: quia non constat liquidè quid sit expensum: quare interesse dicetur incertum. Ego dico quòd imò id quod expensum est per me in implẽdo facto est certum, licet ignoretur. Ita respondet text. in simili in. l. nec venditio. §. huiusmodi. ff. de contrahenda emptio. ibi, magis enim ignoratur quãti emptus sit, quàm in rei ve-
45 ritate incertum est. † Vnde latum est discrimen an aliquid incertum dicatur, an propter ignorantiam aliquam non constat certũ esse: quia nihilo minus certum est, licet ignoretur. Ita est text. in l. cùm quidam. §. suum. cum duobus. §§. seq. ff. de acquiren. hæredi. vbi ego plene notaui. Præterea certum est quid debent ex conuẽtione partes facere: sed non sic est verum omnino vbi simpliciter promitto tibi facere fossam: quia etiam facto non impleto vel impleto forsitan nihil interest id fieri. Ita est quod dicit tex. in. d. l. vbi autem non apparet. ff. de verbo. oblig. vnde debet tunc liquidè constare de suo interesse antequam agat ad interesse: quod tunc non potest liquidari, nisi per officium iudicis. d. l. vnica. §. in aliis. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. et immediate post promissionem absque alia causa nascitur actio contra promittentem. sed vbi in obligatione deducuntur facta reciproca, vt dixi suprà, non nascitur actio antequam factum per alterutrum contrahentem fuerit impletum: quo facto seu impleto incipit in natiuitate actionis interesse certum esse: quare dico nõ esse vera dicta
46 Bart. in dictis exemplis. † Ego autem dico generalius φ contractus dicantur certi & continere certum quando in eis continetur quid, quale, & quantum fuerit deductum in contractum. Ita est text. in. l. certum. in princ. ff. de reb. cred. idem in l. vbi autẽ non apparet. ff. de verb. oblig. siue per se siue ratione adiuncti: vt in. l. si. ff. de præto. stipul. Et hoc maxime in cõtractibus reciprocis, in quibus satis declaratur quid, quale, & quantum deducitur seu conuenit: vt satis declaraui suprà. Ita procedit text. in. d. l. vnica. §. sancimus. C. de sent. quæ pro eo quod interest profe. Ecõtrario ergo hi dicuntur incerti, in quibus non apparet quid, quale, & quantum conuentum est, nec per se, nec per aliud: per illas leges. quod maxime procedit in eo qui stipulando aliquid promisit facere, vt fossam facere, per. d. l. vbi autẽ non apparet. §. qui id quod. ff. de verb. oblig. vel vbi aliquid promittitur in genere, per eandẽ. l. in princi. & §. præterea si quis. Institu. de actionibus.

Tamen circa prædicta formo tibi vnam cõclu-
47 sionem † φ quãuis contractus dicantur certi qui sunt reciproci, de quibus suprà, tamẽ videtur interesse quod contingit in illis aut ratione aliorũ contractuum non esse certum. text. est hic: quia quatenus intersit, in facto consistit: quare opus est φ probetur quantum intersit. Ita est tex. similis, ex quo puto hanc regulam sumptam in. l. fin. ff. de præto. stipula. nisi pœna fuerit apposita ex conuentione partium: quia tunc pœna declarat interesse, per illum tex. & in. l. si pœnã. ff. de verbo. obliga. Vnde in contractu emptionis ad hoc vt agatur ad interesse, oportet vt cõstet seu appareat, per. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt. aliàs autem vbi non appareret: certe non posset agi ad interesse. In his autem contractibus certis, in quibus agitur ad interesse, non potest interesse vltra duplum æstimari, per. d. l. vnicam. Secus autem in aliis: quia quantum videbitur iudici taxabitur, dũtamen aliàs non excedat quadruplum, vt dicam infrà. Dico igitur videri φ solum interesse conuentionale erit certũ: vnde dixi φ omnes species interesse per me datæ reducũtur secundùm doctrinam Petri ad tres species, de quibus suprà, vel resolue vt prius.
48 Inquantũ verò dixi suprà † φ in contractibus habẽtibus certã naturã & quãtitatẽ, interesse nõ potest excedere duplũ. vel aliter, vt non recedamus à primis terminis Petri, φ interesse in cõtractu emptionis & vẽditionis, locationis & cõductionis, & similibus contractibus vltro citroφ obligatoriis, quorũ natura est certa & quãtitas, vt dixi suprà, non potest excedere duplũ æstimationis rei, per. l. Titius. §. fin. cũ. l. seq. ff. de actio. emp. iuncta. d. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo qđ interest profer. quod interesse satis declaraẽ per æstimationẽ rei, vt dixi suprà. Hoc tamẽ reperio limitatũ seu declaratũ procedere dupliciter. Primò, vbi agitur cõtra ignorantẽ: tũc ad duplũ tantum agetur. secus autẽ vbi agiẽ cõtra sciẽtẽ: quia tũc ad om̃e interesse. tex. in. l. Iulianus. in prin. iũcta. l. ideφ. §. illud. ff. de act. emp. Tolle exemplũ in casu illarũ legũ, si sciẽter vẽdidero rẽ alienam ignoranti eam esse alienam: quia tunc tenebitur ad totale interesse, per dictum. §. illud. in verbo, omni modo. & ita dicebat Fulgos. in eodem. §.

Ego autem dico boc non esse verum : sed aliter
declarãdum est per.d.l.Iulianus.in princ.& hoc
modo resoluetur arg.quod feci suprà de.l.datio
possessionis.§.fina.ff.de actio.empti. vbi agitur
quanti plurimi vel quanti minoris : iuxta. l. qui
49 cum vno.in princi.ff.de in diem adiectio. † quia
si quis sciens rem esse alienam vẽdiderit,tenebi-
tur ad omne,interesse quod patitur emptor,etiã
si excedat æstimationem rei.Ita est tex.in.d.l.Iu-
lianus.in princ.cui concordat.l.j.in princ. ff.eo.
de actio.empt. Secus autem si ignorans alienam
aut vitium rei:quia agetur quãti minoris emptu-
rus esset si vitium rei emptor sciuisset, vel rem a-
lienam esse . Ego autem dico quòd illud omne
interesse quod petetur,non debebit vltra duplũ
æstimari.patet in.d.l.Titius.in fin.cum.l.seq. ff.
de actio.empti.vbi texr.satis declarat illa verba,
omne interesse emptoris venire in actione em-
pti,sicut dixi suprà, tunc venit duplũ quod æsti-
mabit iudex,& non vltra. Aliter & secundò re
perio declaratum per Fulgo.in.d.l.Iulianus.vl-
ti.col.principij.quia quãdo id quod interest suc
cedit in locum alterius rei principaliter in obli-
gationem deductæ : tunc non excedit duplum.
Ita loquitur.d.l.vnica. §.sancimus. C.de senten.
quæ pro eo quod interest profe. Quandoq; au-
tem interesse deducitur propter se,sicut est quan
do agitur ratione delicti,vel quia male tradidit:
& tũc venit omne interesse quod relinquitur ar-
bitrio iudicis æstimandum , per.d.l.Iulianus . in
princ.ff.de actio.empti. Certè ego dico quòd
50 primum membrum non est verum : † quia vbi
ipsum interesse succederet in locum alterius rei
principaliter in obligationem deductæ : & tunc
nihil aliud saperet nisi naturam illius obligatio-
nis in cuius locum succedit : & ideo nõ ageretur
nisi ad æstimationẽ rei, per.l.pretia rerum. ff.ad
legem Falcid. per regulam illam,subrogatus as-
sumit naturam eius in cuius locũ subrogatur.l.si
eum.§.qui iniuriarum. ff.si quis cautio.vnde nõ
dicitur actio ad interesse succedere , sed accede-
re:quia id duplum comprehendit æstimationem
rei,vt ego dixi suprà , quia accedit ratione con-
uentionis. Præterea,& melius,si hoc esset verũ,
eadem esset ratio in contractibus non habẽtibus
certam quantitatẽ,in quibus agitur ad interesse:
quæ actio succedit seu accedit , sicut dictũ est in
alijs habentibus certam naturam:& tamen venit
om̃e interesse,iuxta.l.iij.§.fin.ff.de eo quod cer-
to loco.& in.d.l.vnica. §.in alijs. C.de sent.quæ
pro eo quod interest profe. Aliud autẽ secun-
dum mẽbrum in prima parte est verum,sed non
in eo quod dixi , quia male tradidit : quia debet
adhiberi distinctio prius posita de scientia vel
ignorantia.Ita loquitur ille text.in.d.l.Iulianus.
51 in princ.ff.de actio.empti.&c. † Vel dico quan-
do interesse venit ratione maleficij:interesse ali-
quando æstimatur secundùm quòd iuratum fue
rit.l.si quando.C.vnde vi.& quod notatur in.l.
videamus.§.deferre. ff.de in litem iurãdo. Idem
in alijs contractibus non habentibus certã quan
titatem : tunc omne interesse præstandum est.d.
l.vnica. §.in alijs. etiam per iuramẽtum in litem.
l.in actionibus.ff.de in litem iuran.Qualiter au-
tem possit æstimari duplum interesse in hoc du-
bio:est latum discrimen inter glossatores iuris ci
uilis. Primò enim dixit Placen. quòd duplũ erit
interesse conuenti : sed hoc non placuit glos. &
alijs: quia multi sunt casus in quibus pretium nõ
est conuentum, quare non potest duplari: argu.
l.nam & si sub cõditione. §.post defectum. ff.de
iniusto,rupto,& irrito testamen. Vnde glos.dat
aliam sententiam,quòd id quod maius est debet
duplari:vt si commune maius est,dupletur:aliàs
conuentum.& hanc sententiam glo.approbauit
Bald. absolute recedẽdo ab opinione omnium.
Bart. autem aliter declarauit in.d.l.vnica.in.iij.
col.versic.vlterius quæro. motus præsertim per
d.l.j.in princ.ff.de actio.empti.Ego autem dico
hoc esse falsum: quia est directe contra casum di
ctæ.l.Titius.§.fin.cum.l.sequen.ff.de actio.em-
pti. vt non ad id plus posset æstimari : sed debet
iudex id moderari,cùm forsan venditor nunquã
ita cogitauerit.patet in illa.l.ver.plane.in fin.le-
gis . Non obstat.l.j.eo.titu.prout satis dicam.
Aliter autem dicebat Iac.de Raua.quòd dupla-
bitur pretium communis æstimationis . pro qua
parte ponderat tex.in.d.l.vnica.§.sancimus.ibi,
dupli quantitatem minime excedere,sed ille tex.
mihi probat oppositũ,vt statim dicam,quinimo
per illa eadem verba improbo præcedentẽ opi-
nio.glos.vt id quod interest non excedat duplũ:
ergo lex potius admittit arctationem æstimatio-
nis interesse in id quod minus est,quàm in id qđ
maius est : in eo quod minus erir duplo , potest
peti seu condemnari:sed nõ in eo quod plus est.
patet in verbo,excedere. Vnde cùm dicit,nõ po
test excedere.non rollit quin possit diminui, sed
quòd augeri non possit: & sic in id quod minus
est,non quod plus est. Quare Petrus tenendo
eam partem quam tenuit in præcedenti declara-
tione admisit quandam sententiam Placentini,
52 † vt in his obligationibus habentibus eertam na
turam vel quantitatem vel respectiuis seu vltro
citroq; obligatorijs duplabitur tantum pretium
conuentum. Et q sit verum,dico q Petrus fecit
fundamentũ suæ opi.in.d.l.vnica.§.sancimus.&
quæ apertius verificatur in.d.l.Titius. in fi.cum
l.seq.ff.de actio.empti. Inquantum dicit texr.vt
non sit cogitatũ à venditore de tanta summa iun
ctis verbis præcedentibus:plane si ipsum pretiũ
excessisse proponas.& sequũtur verba prius po
sita. Præterea cùm dicitur in.d.l.vnica.in.§.san-
cimus.in verbo,certam quãtitatem.nec aliter eo
ipso dicitur in his contractibus certa, nisi per cõ
uentionem certam. text.in.l.ij. ff.de contrahen.
emp.ibi,sed conuentio perficit.& in.l.fin. in ver
bo,pretium diffinierit. & in versicu.sunt autem.

ibi,quasi pro nullo pretio statuto. Idem in.§.pretium. Institu.de emp.& vendi.ibi,sed & certum esse pretium debet, scilicet per conuentionē.patet expressius in verbo,constitui. posito in.d.§. pretium. Quare dico quòd in istis contractibus non est recurrendum ad æstimationem communem,vbi æstimatio per partes facta est: quoniam per eam satis imposita est lex contrahētibus,per
53 l.primam.§.si cōueniatur. ff.depositi. † dico tūc habendam esse rationem communis æstimationis, vbi res non inueniretur æstimata : tunc non ex affectione, sed communi æstimatione taxari debet.l.pretia rerum.ff.ad legem Falcid.

Nec obstat quod prius dictum est contra Placen.quòd multi sunt casus in quibus non inuenitur pretium conuentum: quia tunc dico dupliciter. Primò,quia tunc procedit opin.Iaco.de Raua. vt dupletur pretium cōmunis æstimationis: quia non pretium conuētum. vel melius dico ꝙ cùm in contractibus vltro citroq; obligatorijs quales sunt contractus emptionis ꝙ pretium debet esse certum & conuentū,vt dixi suprà,quare puto in hoc veriorem sententiam Petri,vt ad pretium conuentum referatur, nō aliter ad pretium cōmune. Nec obstat. l.j.in princi.ff.de actio. empti.per quam Bal.sumpsit fundamētum glos. in.d.l.vnica. C.de senten. quæ pro eo quod interest profer.primò secundùm ꝙ aliqui voluere dicere, prout in simili & in alijs terminis refert Fulgo.in.d.l.Titius.in fine.ff.de actio.empti.ꝙ per illam.l.Titius. &.d.l.vnicam,sit correcta illa lex.j. sed transeat scena sine correctione si possibile est : vt dicit glos. in.l.damni infecti. §.si is qui vnas.in verbo,aliquas.ff.de damno infecto.

Quare ego dico ꝙ illa lex.j.non obstat.primò enim ꝙ non probat quòd interesse debeat excedere duplum pretij conuenti nec cōmunis : quia
54 vult litera † ꝙ si venditor non tradat rem venditam,poterit per emptorem agi contra venditorē ad interesse, quod potest excedere pretium rei: vt si pluris interest,quàm res valeat. Inquantum dicitur,si pluris interest quàm res valeat vel empta est : non sequitur ꝙ interesse æstimetur vltra duplum pretij conuenti:sed dicit ꝙ interesse potest excedere rem seu æstimationem rei: siue habeatur ratio pretij conuenti : vt patet ex verbo, emptor.siue res communiter plus vel minus æstimaretur quàm empta esset vel quanta esset : sed dicit quia agitur ad interesse quod potest excedere rem quocūq; modo æstimetur siue cōmuni æstimatione siue ex conuētione partium: sed nō dicit ꝙ vltra duplum æstimationis cōmunis vel conuenti petatur. Quare dico ꝙ lex illa debet intelligi secundùm illam.l.Titius.in fi. &.l.vnicam.vt quantum ad æstimationem interesse non licet duplum pretij conuenti excedere : cum, vt dixi,in illis contractibus pretium debet esse certum & conuētum per illa iura: nec sufficit recurrere ad æstimationē communē: quare nō potest haberi ratio cōmunis æstimationis rei,per suprà dicta. Ego autē perfectius declaraui hūc passum in fine huius lecturæ, & omia prædicta resolues secundùm ea quæ infrà dixi: ideo hic plenius nō
55 attingo. Illud autē quod ego dixi suprà, † ꝙ in his contractibus non debeat haberi ratio cōmunis æstimationis rei: quia ego dico hoc verū esse, nisi contractus emptionis & similes re ipsa dolū admitterēt: quia deceptus esset alter contrahentium vltra dimidiā iusti pretij, ratione cuius deceptionis veniret cōtractus rescindēdus: iuxta.l. ij.C.de rescin.vend. quia tūc in eo casu vbi deceptus vellet probare se deceptū,deberet probare quantū valet res vēdita cōmuni æstimatione: iuxta.l.primā.ff.si quid in frau.patro.alie.fu.quicquid dicat Bal.in.d.l.ij.in fi.C.de rescin.vēdi.& dixi suprà in.l.contractus.& in.l.imaginaria.suprà eo.Non autē æstimatione singulari nec conuenta: quia deceptus ex ea. Et ita ꝓcedat illa lex, pretia rerū.ff.ad legē Fal. Et ita per hæc dici posset indistincte cū Pet. ꝙ ꝓpter interesse agitur ad duplū æstimationis conuētæ seu pretij conuēti.

Ego autē non dico ꝙ interesse conuētum dupletur: quia hoc esset falsum : quia non potest id duplari: sed statur conuentioni,vt dixi suprà,sed ꝙ pretiū conuentū potest duplari si tantō appareat interesse. vbi autē appareret etiā vltro interesse: adhuc tamē nō posset vltra duplū æstimari, per.d.l.vnicā, in verbo, excedere. &.l.cū forte. ff.de act.emp.ibi, & non vltra duplū periculum eum subire oportet. Quid autē veniat in interesse,an lucrū vel damnū tantùm. Circa quod di-
56 xit glos.in.d.l.vnica. in verbo, dupli. † ꝙ in interesse cōmuni de iure antiquo non venit lucrū, sed damnum tm̄,per.l.si sterilis.§.cùm per vēditorē.ff.de act.emp.l.Proculus.ff.de dā.infec.hodie vero in cōmuni interesse venit lucrū cum dāno: cùm in singulari etiā veniat: per illā.l.vnicā, in fi. Hæc sententia non placuit Iaco.de Raua.voluit enī ꝙ nihil sit immutatū de iure nouissimo: cùm etiā de iure antiquo habebatur etiā ratio lucri.patet in.d.l.vnica,in fi.ibi,quia ex eo veteres quod interest statuerūt. Sed ad istud respōdebat glos.ꝙ regulariter de iure antiquo nō veniebat lucrū,per.l.si sterilis.§.cùm per vēditorē. ff. de act.emp.&.l.Proculus. ff.de dā.infec.licet in aliquibus casibus bene haberet: vt patet in.l.iij. §.fi.cū.l.seq.ff.de eo qđ cer.lo.Sed ad istud dicebat Pet.ꝙ de iure antiquo etiā regulr̄ non tm̄ dāni ratio haberet,sed & lucri,per.d.l.vnicā,in fi. Et per hoc respōdebat ad.d.§.cùm per vēditorē.ꝙ ille text.ꝓcedat vbi lucrū est fortuitū: quia ꝙ quis lucretur ex vino & frumēto & alia negotiatione fortuitū est: & licet nihil vltro alleget ꝓ ista parte: ego addo,qm̄ æstimatio vini,frumenti & olei variat,& ꝓpterea incerta est: quare in eis admittitur quod aliàs nō admitteretur.tex.in.l.frumēti. &.l.oleo. C.de vsuris. &.l.iiij. ff. de eo quod certo lo.ibi,incerta est æstimatio: ergo fortuita.

Idem dicit respondēdum ad.l.si is cui.ff.de furt. ibi,quòd eum alterius iactura non debet admitti petitio lucri. Et hanc solutionem ad illum tex. ponit glos.in.l.si quis vxori.§.si.in verbo,idem. ff.de furtis. Et eodem modo respondet ibi glos. ad.l.Proculus.ff.de damno infect. Vel aliter ad illas leges.respōde quòd procedunt in lucro nō probabili. Et hanc partem tenent Cin.Barto.& ferè omnes in.d.l.vnica.reprobata glos.illic posita. Addo quòd eādem partem firmat Raphael Fulgos.in.d.l.si sterilis.§.cùm per venditorem. ff.de actio.empti.per eundem in.l.iij.§.fin. ff.de eo quod cer.loc.Sed hæc sententia Pet.& suorū sequacium non placuit Paul. de Castro in dicta l.iij.§.fina.ff.de eo quod cer.loco. Motus ideo, quia sufficienter per eos non sit respōsum ad.d. §.cùm per venditorem.nec ad.l.fin.ff.de pericu. & commo.rei vendi. Sed ad illam.l.fin.respondet Petrus, & sequuntur omnes tenentes opini. Petri,quòd ibi lucrū erat incertum, per.d.l.iiij. ff.de eo quod certo loco. Et hanc opi.sequutus est Alber.in.d.l.fina.ff.de pericu.& commo.rei vend. Ego autem inuenio duas alias solutiones. Prima est Ray.de For. quòd ibi lucrum est extra rem,& quòd non est verisimile: & istud non venit.Ita procedat.l.fin.cum suis concor. Secus si sit circa rem à verisimili: quia tunc venit regulariter etiam de iure antiquo. Aliam solutionem tradit Fulgos.in.d.l.iij.in fi. ff.de eo quod certo loco.quæ videtur satis placere illi.l.fin. quòd in

57 illo text. † loquatur de contractu bonæ fidei, in quo veniunt vsuræ ex mora soluendi pretij quare sufficit rationem vsurarum haberi. Sed prima solutio melior est omnibus:& hāc etiam approbant Moder. per.l.quemadmodum. §.item Labeo. ff.ad legem Aquil. ibi, sed vbi damni iniuria agitur ob retia : non piscium, qui ideo capti non sunt,fieri æstimationem:cùm incertum fuerit an caperentur. quoniam vbi lucrum est incertum, non potest haberi ratio illius lucri incerti. Secus vbi est certum:quia nedum de iure nouissimo, sed & de iure antiquo habenda erit ratio lucri & damni.

Vnde Barto.tenendo doctrinam Petri,Guli. de Cuneo, & nostrorum Vltramontanorum in d.l.vnica.in.ix.col.versic.venio ad vltimam partem. refert vnam magistralē distinctionē quam apertius declarabo : & nihil aliud continetur in ea distinctione,nisi sola doctrina Pet.quam tradit soluendo argumenta. Barto.autem in forma

58 distinctionis posuit. † Quoddam enim est lucrum quod contingit circa rem:vt si corbes frumenti hodie quinq; valeat : die sequenti valebit decem vel intra duos aut quinq; menses:& id venit nedum de iure nouissimo,sed & de iure antiquo,per.l.datio.§.fin. ff.de actio.emp.l.vinum. ff.de reb.cred. Istud primum membrum non est verum, & directe contrariatur. d.l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff.de actio.empti. quia id quod plus est non venit vt lucrum, nec lucrum est,sed damnum tantùm. patet in duabus partibus illius.§.ibi,quæ modo circa rem consistit. & subdit,neque enim si potuit ex vino puta negotiari,& lucrum facere,id æstimandum est.

Præterea in alia parte eiusdem.§.ibi,nec enim maior fit obligatio,quòd tardius agitur: quāuis æstimatio crescat,si vinum hodie pluris sit. Ex his omībus improbatur primum membrum huius distinctionis in duobus. Primò,quia dixit q; illud pluris sit lucrum cōtingens circa rem: quia hoc est falsum:non enim est lucrum,sed augmētum æstimationis quæ non venit vt lucrum:cùm lata sit differentia inter æstimationem rei etiam auctam & lucrum:vt patet ex illo text. Præterea in alio,quia per illum tex.lucrum quod est circa rem non venit de iure antiquo, vt patet in illo text.cùm dicit,omnis vtilitas emptoris in æstimationem venit, quæ modo circa rem consistit. Si igitur illud pluris sit lucrum proueniens circa rem:ergo non venit,per illum text. Et tamen est falsum:quia illud pluris petitur in actiōe empti, per illum text.&.d.l.datio. §.fina.eod.titu.quare hoc primum membrum Bart. non est verum.

59 Deinde dixit † quoddam esse lucrum extra rem, quod si petatur, cùm alterius iniuria petetur : vt dicta.l.si is cui.§.fin.ff. de furtis.iuncta.l. si quis vxori.§.pen.ff.eo.de furt.&.l.sciendum. ff.ex quib.cau.maio. Et istud nullo iure petitur: & istud quod declaraui suprà in resolutione argumenti.d.l.si is cui.§.fin.ff.de furtis. Et hoc secundum membrum mihi non placet: cùm interesse extrinsecum,quod aliàs dicitur extra rem,vt declaraui suprà, in contractibus bonæ fidei non petatur,nec peti possit,præsertim de iure Digestorum, per.d.l.si sterilis. §.cùm per venditorē. & in materia interesse intrinseci & extrinseci notaui suprà post glos. in.l.j.in princip.ff.de actio. empti. quare facere differentiam in interesse extrinseco, vt debeat haberi distinctio an petatur cum iniuria alterius vel citra iniuriam alterius, nihil ad rhombum:cùm raro citra iniuriam alterius petatur,vt dixi suprà:quinimo per.d.§.cùm per venditorem.vbi cedit in iniuriam ipsius certantis de damno vitando,adhuc tamen non petitur : quia serui mei, qui fame perierunt propter moram factam à venditore in non tradendo frumento non petantur : vbi si traditum fuisset frumentum serui non perijssent : vnde multum interest mea propter seruos mortuos : & sic in damnum emptoris hoc cedit: & tamē non petitur,

60 vbi deberet peti. † Quoddam autem est lucrum quod percipitur cū alterius iniuria: & hoc duplex est:quia aliquod est quod concomitatur rem ad quemcunq; vadat:exemplum secundùm eum in.l.inde Neratius. in princip. ff. ad legem Aquil. In seruo hærede instituto ad quē transierit seruus, transiet cum causa sua,scilicet hæreditatis : & eidē acquiretur hæreditas delata seruo, cui &

cui & seruus erat: & tunc si seruus fuerit occisus ante aditam hæreditatem: dominus serui in æstimatione damni nõ tantum petere poterit æstimationẽ serui, sed & hæreditatẽ. concor. d.l. si quis vxori. §. pen. ff. de fur. Idem tex. in. l. iij. ff. de con di. furt. & sic non tantùm dãni habetur ratio, sed etiam lucri. Sed ad istud ego dico ꝙ ideo habetur ratio illius lucri propter delictum cõmissum. in maleficijs enim non tantũ venit dãnum intrinsecum, sed etiã extrinsecũ, siue cõmissum sit delictum in cõtractu bonæ fidei, siue stricti iuris: sed etiam omne lucrũ & omnis vtilitas cessans. l. Iulianus. in princ. ff. de actio. empti. l. inficiãdo. §. j. ff. de furtis. Nec obstat. l. fina. C. de his quibus vt indig. aufer. hæred. ꝙ illud operatur dilatio data à lege ad vindicandum necem defuncti: vt satis patet ex illa. l. in fine. vnde non mirum si in iniuriam dantem damnum petatur lucrum, vt dixi.

61 † Quoddam est lucrum quod non sequitur rẽ ad quęcunꝗ vadat: vt est lucrum quod percipitur ex negotiatione seu ex industria hominis: & id multiplex est. Nam aliquod est quod procedit magis ex natura rei quàm hominis industria: vt fructus percepti ex cultura fundi, qui si nõ colatur, non percipientur, per. l. fundum. §. fina. ff. loca. & conducti. et tunc habetur ratio huius lucri secundum eum. Sed videtur quòd istud membrum non possit procedere dupliciter. Primò, quia fructus magis ex industria ꝓueniunt quàm aliàs, per. l. si merces. §. conductor. ff. loca. & conduc. ibi, & ante omnia colonus curare debet vt opera rustica suo quoꝗ tempore faciat: ne intẽpestiua cultura deteriorẽ fundum faceret. Si igitur per hominem fundus deterior fiat per iniu-

62 riam hominis: † fructus igitur magis ex hominis industria ꝓueniunt quàm ex natura rei. Hinc est quòd fructus industriales à lege appellãtur: non autẽ naturales qui ex facto hominis ita proueniunt. l. fructus. ff. de vsuris. l. bonæ fidei. ff. de acquirẽ. rerum domi. in. §. si quis à non domino. Institu. de rerum diuis. magis ergo ex industria hominis quàm ex natura rei percipiuntur. Secũdò alia ratione in alio deficit cùm dicit in exemplo de lucro quod percipitur ex mercantia: quia aliàs sequeretur idem debere procedere in dicta. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. quod tamen negat ille tex. in versicu. neque enim. si potuit ex vino puta negotiari, et lucrum facere, id æstimãdum est. Ego autem non nego quin fructus, qui percipiuntur ex fundo, siue industriales sint siue naturales, quòd dicantur cedere in causam lucri. text. est in dicta. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. & conduc. ibi, cui immodicum lucrum non auferetur. & in versicu. fina. ibi, & damnum & lucrum cum domino fundi partiatur. Præterea textus in. l. si fundus. versicu. nam & si colonus. ff. loca. & conduc. quem text. in his terminis notauit glos. in dicta. l. iij. §. fina. ff. de eo quod certo

63 loco. † firmat in actione locati & conducti venire nõ tantum damnum, sed etiam lucrum proueniens occasione non culti fundi per colonum, si dominus impediuerit colonum quo minus coleret fundum. Sed ad illum textum respondebat glos. speciale esse in illo text. sed hoc nihil est dicere, vt dicam statim clarius. Quod autem qualiter procedat hic articulus, dicam latius post declaratam distinctionem Barto. Ego autem dicerem interea quòd id lucrum non tantum ex hominis industria prouenit quantum ex natura rei scilicet fundi: licet per industriam hominis aut plus vel minus vel meliores aut deteriores secũdùm qualitatem & industriam hominis percipi possunt: vt patet ex illis legibus suprà notatis, & per hoc posset hoc membrum sustineri.

Quoddam est lucrum in quo magis consideratur industria hominis quàm natura rei: & tunc distingue inter homines: quia aliqui sunt soliti ex negotiatione sua lucrari, alij non. Et primo casu loquitur. l. tertia. §. fina. ff. de eo quod certo loco. Secundo casu procedit. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empti. sed licet satis distinctio procedat quantum ad illam. l. iij. tamẽ non concludit quantum ad dictum. §. cùm per venditorem. nisi cum quadam suppletione.

Ex his vides quòd distinctio Bart. non sit multum tuta: & non immeritò Pau. de Castro in dicta. l. tertia. §. finali. ff. de eo quod certo loco. dixit sufficienter non esse responsum per Bart. ad dictum. §. cùm per venditorem. Tamen ego dico veram esse sententiam Petri, & nostrorum Vltramontanorum, quos sequutus est Cin. Bartol. Fulgos. & ferè omnes, vt memini suprà, sed non per verba supradicta Barto. posita in sua distinctione. Quare coniunctis omnibus præcedentibus & doctrina Petri facio vnam nouam

64 declarationem: quòd † verum est lucrum venire tam de iure antiquo quàm de iure nouissimo in interesse, per dictam. l. si fundus. ff. locati et conducti. & dictam. l. vnicam. in fine. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferũ. Vnde vt tollamus omnes specialitates, ego do nouam distinctionem, quæ adhuc non est collecta per aliquẽ: quia aliquod est lucrum certum, aliquod est incertum. Si lucrum est certum: & tunc dico quòd de iure antiquo & nouissimo venit in interesse: vt est in pensione æstimata quod lucrum non est modicum, sed magnum: vt dicit text. in. l. si merces. §. vis maior. eod. titu. ff. loca. & conducti. vel operæ certa mercede locatæ erant: tunc id lucrum certum est. l. prima. §. diuus. ff. de extraordina. cognitio. in. l. vnica. C. de colo. Illyri. libro xj. dixi æstimatum, iuxta. l. æstimatæ. ff. soluto matrimonio. & in. l. cùm post. §. gener. ff. soluto matrimonio. Pro hac parte facit text. in. l. secunda. §. merito ait prætor. ff. ne quid in loco publico fiat. ibi, damnum autem pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur qualequale sit. siue magnum siue

modicum sit lucrum seu commodum venit in interesse qui stipendia certa habebat à publico.

65 † Quoddam verò est incertum, & id multiplex est: quia aliquod est quod magis ex fortuna procedit quàm ex alia causa: quale est id quod prouenit ex negotiatione hominis non cõsueti mercari & lucrari ex mercantia sua: quia id magis est incertum quàm id quod prouenit ex homine solito mercari: & tunc primo casu nullo iure venit: secundo casu sic. Ita est text. in.d.l.iij.§.fin.ff.de eo quod certo loc. Et ita ego possem cum Petro & Barto. intelligere text. illius.§.cùm per venditorem. & ita tenendo cum eis ego pondero text. illum in his verbis, neque si potuit ex vino puta negotiari, & lucrum facere. notanter dixit, potuit. quasi potius ex fortuita negotiatione lucrũ id veniat, quàm ex aliqua certitudine siue naturæ siue hominis: & sic est incertum & apud naturam & re ipsa. Secus autem in homine ita solito mercari, sic in opera hominis quæ potest dici certa, si solitus est operari, cuius habetur ratio.l.hæ operæ.ff.de oper.liber.l.inter artifices. ff.de solutio.l.vnica.§.ne autem. C.de cadu.tollen.l.ad bestias. ff.de pœnis. Incertum autem lucrum, vt dixi suprà, non venit cum damno: hoc tamen intelligo verum, nisi ratione delicti commissi circa rem: vt in casu.l.si mulier.§.rerum amotarum.ff. de act.rerum amotarum.l.inde Neratius.in princi.ff.ad legem Aquil.l.iij.ff.de condict.furti.l.si quis vxori.§.fin.iuncta.l.si is cui.in fin.ff.de fur. prout declaraui suprà. ratione cuius non tantùm venit lucrum contingens occasione rei citra naturam rei,

66 † vtpote in hæreditate delata seruo occiso ante aditam hæreditatem; quia in æstimatione interesse fiet æstimatio hæreditatis: licet posset calumniando dici quòd hæreditas nõ est lucrosa.l.minor.xxv.annis. ff.de minori. §.neque insistit.de authori.tuto.l.obligari. §.pupillus.ff. de autho.tuto. sed inspicitur frequens causa hæreditatis, quæ magis à lege lucrosa appellatur quàm onerosa. l.apud Celsum. §.authoris. ff. de excep.tio.doli. §.vnico. Institut.de legit.patrono.tutel. non mirum si dicamus hæreditatẽ vt lucrum venire in petitione, non vt damnum, sed etiam venit omne lucrum cessans, per illa iura.

Quoddam est incertum quod non tam ex fortuna prouenit quàm ex industria & ex re ipsa, vt in fructibus industrialibus: & hi fructus lucrum sunt: vt dixi suprà per.d.l.si merces.§.vis maior. ff.loca.& conduc. sed id lucrum non est certum: quia non est certum quanti erunt fructus: nihilo minus veniunt in his contractibus bonæ fidei sicut in alijs: non tamen de iure nouissimo, sed de

67 iure antiquo. probatur sic: † quia si vendideris mihi fundum nondum collectis fructibus, & distuleris tradere fundum nisi post collectos fructus: certe agendo ad interesse teneberis nõ tantùm ad rem, sed & ad fructus perceptos ex fundo: iuxta.l.ij.C.de pericu.& commod.rei vendi. Similiter in contractu locationis & conductionis, per.l.si in lege.§.colonus.ff.loca.& conduc. & sic habetur ratio illius lucri etiam incerti, per dictam.l.si fundus.ff.locati.

Vel clarius ego faciam regulam cum limitationibus. Primò quòd de iure antiquo & nouissimo venit lucrum cum damno in interesse: duntamen aliàs lucrum sit certum, vt notaui suprà: secus autem vbi fuerit incertũ, per dictam.l.si fundus.&.l.si in lege.§.colonus. ff.loca.& conduc. l.secunda.§.merito. ff.ne quid in loco publ.fiat. non facta differẽtia inter actiones bonæ fidei & arbitrarias: licet aliqui faciant, vt dicam infrà.

68 Limito primò, † nisi ratione delicti commissi lucrum cesset: quia non tantùm certum, sed & omne lucrum veniret. ita est text. in.l.iij.ff.de cõdict.furti.in.l.inde Neratius. in princip. ff.ad legem Aquiliam. cum concordã. suprà nota. & in dictis legibus, & in.l.vnica, versicu. tam in redhibitione operarum & damni. C.de colo.Illyri.libro.xj.&.l.fina.ff.de his qui deie.vel effu.

Secundò limitatur secũdùm aliquos in actionibus arbitrarijs, per.d.l.iij.§.fin.ff.de rebus credi.& in ca.vnico.extra de plus peti. quod iudex poterit taxare suo arbitrio, licet non fuerit probatum, per.l.vnicam. C.de colo.Illyri. libro.xj. Ego autem addo alium text. cum glos.fina.in.l. fina.ff.de præto.stipul. quod videtur satis innuere litera.l.vnicæ.§.in alijs. C.de sent.quæ pro eo quod interest profer. quod vltimũ qualiter procedat dicam infrà. Sed hæc limitatio non videtur mihi vera, post Pet.& Barto. quia illa.l.iij.§.fin. ff.de eo quod certo loc. non tantum procedit in actionibus arbitrarijs, vt declaraui suprà per.d. l.si sterilis.§.cùm per vẽditorem.ff.de actio.empti.declarando verba illius.§.in versic. neque si potuit ex vino puta negotiari. vt procedat illa.l. iij.§.fin.in eo qui solitus est mercari, vt dicam statim: vt in omnibus contractibus id lucrũ debeat considerari. secus autem vbi non esset solitus. Hinc ergo pondero illum text.l.iij.§.fin.in ver-

69 bo, solebat comparare. † quare istud est regulare etiam in actionibus arbitrarijs sicut in actionibus bonæ fidei, quòd nõ veniet lucrum cessans, nisi in eo qui solitus est mercari: in his ergo non solitis mercari non venit. magis enim tales dicuntur casu & fortuna acquirere lucrum: argu.l.omnes.C.de præscrip.triginta anno. facit in simili glos.in.l.j.in verbo, omnes.ff.de tribut.actio. qui vnum actum mercandi exercuit, non dicitur propterea mercator. Idem not. Bald. per illum text.in.c.si rusticus.de pace tenenda & eius viola.colla.x. Nec obst. text.in ca.vnico, de plus peti. quod in actionibus arbitrarijs habeatur ratio lucri: quia dico idem in actionibus bonæ fidei: vt si vendidi tibi equum tradendum certo loco, & tu petas à me in alio: certe præmaturẽ agis: cùm velis me cogere alibi dare quàm promiserim. Et econtrario, quia habetur ratio loci

vbi res

vbi res vendita tradi debet. Ita etiam text.in di-
cta.l.datio.§.fina.versic.item non oportet. ff.de
actio.emp.idem de tempore,per illum tex.qua-
re dico non esse speciale in actionibus arbitra-
rijs:sed erit regulare in omibus,per dictam.l.iij.
§.fin.in verbo,solebat comparare.vt suprà dixi.

Tertiò limitatur in lucro incerto prouenien-
te non tantùm ex negotiatione, sed etiam ex cau
70 sa rei: † vt patet in fructibus industrialibus nasci
turis ex fundo: quia de his habetur ratio quãuis
lucrum sint,vt notaui suprà,& incertum sit quã-
ti nascituri sint.tex.in.d.l.si in lege.§.colonus.et
l.si fundus.ff.loca.& conduc.Idem in venditore
existente in mora tradendi rem: tenebitur rem
cum fructibus aut æstimationem fructuum resti
tuere.Idem in emptore existente in mora traden
di pretij re tradita à venditore:quia tenebitur ad
vsuras pretij.l.Iulianus.§.si fructibus iam matu-
ris.§.ex vendito. ff.de actio.empti. & tamen, vt
dixi suprà,id lucrum incertum est:quia quãdoq;
secundùm industriam & diligentiam hominis &
bonitatem loci maiores fructus,quãdoq; mino-
res nascuntur.tex.in.d.l.si merces.§.conductor.
ff.loc.& conduc.quia interest emptoris rem tra-
ditam fuisse tẽpore promisso:quia si tradita fuis-
set res,fructus pendentes collegisset:quare tales
fructus veniunt in petitione & sic in interesse.ad
idem quòd etiam ratione fundi aliquando maio
res fructus colliguntur quia inter fundos est ac-
ceptio:cùm aliqui sint longe fertiliores alijs.§.si-
cut autem damnosas.in authenti.de non alie.aut
permutan.rebus eccle.colla.ij.&.l.si prædia.C.
de ædi.actio. Et quãuis incertum sit lucrum:ha-
bebitur tamen in æstimatione fructuum ratio ex
cõmuniter accidentibus in illo fundo, & ita æsti
mabitur.tu habes tex.in.l.si quis intra.C.de bo.
proscrip.seu dãnato.& in.l.si sine hærede.§.Mo
destinus.ij.vbi idem not.Bart.ff.de admi.tuto:

71 Quartò limitatur † in actione tutelæ, in qua
non tantum venit damnum datum per tutorem,
iuxta.l.si tutoris.C.de administra.tuto.& dixi in
l.præcedente,sed etiam lucrum cessans,per.l.pu
pillorum. C. de administra.tuto. in.l.quicquid.
C.de arbit.tutelæ. Hinc inferebant illic glos. ad
quæstionem, si cùm testator vellet aliquid lega-
re pupillo,suasit tutor testatori vt sibi non pupil
lo relinqueret: an teneatur pupillo de lucro ces-
sante cum impedierit quo minus legatum fieret
pupilli. In qua quæstione licet glos.videatur du
bis remanere:tamen videtur quòd teneatur,pri-
mò per casum.l.qui mihi donatum.in fine. ff.de
donatio. in.l.is qui suis nummis. §.si ab ignoto.
versicu.vnde quæri poterit. ff.de manumiss. de
quo dixi in.l.imaginaria. suprà eod.titu.de quo
per Modern.in.§.sequens. Institu.de actio. per
Barto.in.l.qui in aliena.§.si is qui.ff.de acquirẽ.
hæredi. contrarium tenuit Petr. in dicta.l.quic-
quid.& in dicta.l.pupillorũ.pro qua parte præ-
sertim ponderauit text.in.l.Titio qui Romæ.ff.
ad municip.Ego autem vltra omnes in hac quæ-
stione põdero pro Petro text.in forma in.l.qui-
dam cùm filium.ff.de hæredi.institu.Ad.l.quic-
quid.responde, & intelligas quando ex re pupil
li lucrum prouenit, vel occasione pupilli hoc da
tur: quia tunc si impediatur lucrum per tutores,
tenebuntur ad interesse pupillorum actione tu-
telæ, vel actione iniuriarum: vt patet in dicta.l.
pupillorum. & dicta.l. quicquid. secus si extra
illas causas.

72 Quinto in † negotiorum gestore, qui nego-
tiorum gestor tenebitur de lucro cessante si se
obtulerit administrationi,cùm alius esset melius
gesturus:in.l.si pupilli.§.videamus. ff.de negot.
gest.& in dicta.l.quicquid.C.arbit.tutel.ibi,seu
negotiorum gestorum vtile iudicium venire.
quamuis loquatur in tutore. Ad idem in.§.j. In-
stitu.de obligationi.quæ ex quasi contractu na-
scuntur.& dixi in.l.præcedente.

Sextò in.l.si commissa. & in.l. si procurator.
ff.rem ratam habe. in procuratore,qui promisit
dominum rem ratam habiturum: qui si non ha-
buit ratum quod gestum est,tenebitur procura-
tor ad interesse partis litigantis, in quo petetur
quod abest: etiam lucrum petetur,quod potuis-
set facere litigans tempore litigij,quod est amis-
sum ratione litis.

Qualiter autem deducatur in iudicium:an per
officium iudicis, an verò per viam actionis? In
quo articulo glo.iuris ciuilis reperiuntur variæ:
vt patet in.l.si quis ab alio.§.fina.ff.de re iudica.
& in.l.j.in verbo, agitur. ff.de actio.empti.alia
glos. in dicta. l.vnica. C. de senten. quæ pro eo
quod interest proferum. quare Din. in regula,
73 mora.in princip.de regul.iur.in.vj.dicit † quòd
quando est in obligatione rem dari: tunc venit
officio iudicis. Ita procedant primæ glos. secus
si in obligatione sit factum, per.d.l. stipulatio-
nea non diuiduntur. §. Celsus. ff.de verb.oblig.
Et ratio huius dicti est: licet non assignet,quòd
in obligationibus dandi præcise cõpellitur quia
ad dandum.l.vbi autem.§.fin. ff.de verb.oblig.
nec liberatur volens soluere interesse: quod se-
cus est in obligatione factorum, vbi factum præ
cise non est in obligatione:sed liberatur non fa-
ciens soluendo interesse, per. d.l. stipulationes
non diuiduntur.ff.de verbo.obligatio.sed vbi is
qui promisit dare,non potest dare:tunc non ve-
nit interesse in petitione, sed tantummodo per
officium iudicis mercenarium deseruiens actio-
ni intentatæ. Ita procedunt primæ gloss. secun-
dùm prædicta, per.l.si seruum.§.finali.iuncta.l.
eum qui ita. §.fina. ff.de verborum obligationi.
Vnde Paul.de Cast.in dicta.l.si quis ab alio.in-
ferebat quòd vbi in obligatione est factũ, quod
habet quis necesse facere: tunc eadem esset ra-
tio in obligationibus facti, quæ & in obligatio-
nibus dandi. & ita intelligit dicta. l. si quis ab
alio.§.finali.in fine.ff.de re iudicata.

Cin. verò in dicta. l. vnica, in. xj. colum. versi,
quarta quæstio. C. de senten. quæ pro eo quod
interest proferri. facit longiorem distinctionem:
quia aut in obligatione seu in petitione agitur,
quia factum est quod fieri non debuit: vel quia
non est factum quod fieri debuit: vel quia est da
tum quod dari non debuit: vel quia non est da-
tum quod dari debuit. sed hæc distinctio placuit
Iaco. Butr. in ea. l. De omnibus dictis eorum vi-
debis in locis allega. vt per eos: & eris pro nunc
contentus sola remissione: quia post eorum di-
cta referam quod videbitur mihi verius. Vnde
Barto. in dicta. l. vnica, in prima col. versicu. ve-
nio ad quartam quæstionem principalem. & in
l. stipulationes non diuiduntur. in prima oppo-
sitione. ff. de verbo. obliga. per eundem in. l. j. ff.
de actio. empti. tenendo doctrinam Dini & re-
probata in multis opin. Petri & Cini aliter dixit
aliquid addendo ad dicta Dini in dicta regula,
74 mora. † Primò, quia si loquatur in obligatione
factorum indistincte interesse est in obligatio-
ne: propterea dari debet libellus, per. l. fina. ff. si
quis in ius vocatus non ierit. in. l. si pœnam. &. l.
quoties quis. in princ. ff. de verbo. oblig. per. l. j.
in princ. in verbo, agitur. ff. de actio. empti. Si au
tem loquamur in obligationibus dandi: & tunc
facit differentiam inter contractus nominatos &
innominatos: licet Pet. non faciat differentiam,
in. l. cum precibus. C. de rerum permuta. & in. l.
eadem. §. Cato. ff. de verbo. obliga. & in dicta. l.
vnica. C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest pro-
ferun. quia in contractibus nominatis interesse
venit officio iudicis, per. l. promissor. ff. de con-
stitu. pecu. l. vnius. ff. de rebus credi. &. l. si ser-
uus. in fin. ff. de verbo. oblig. Si verò loquamur
in contractibus innominatis: & tunc per viam
actionis, per. l. naturalis. ff. de præscrip. verb. Ra
tio autẽ secundùm eum est, quia sicut in illis con
tractibus innominatis de facili non contrahitur
obligatio: ita difficilius sustinetur, per dictam. l.
naturalis. §. j. ff. de præscriptis verbis.

Sed ista doctrina Barto. non videtur mihi ve-
ra in multis. Primò, cùm facit differentiam inter
contractus nominatos et innominatos: quia si in
contractibus nominatis veniat per officium iudi
cis tantum: sequitur quòd vera est sententia glo.
in dicta. l. j. in verbo, agitur. ff. de actio. empti.
quod verbum, agitur. intelligetur per officium
iudicis, non autem per viam actionis: quod ta-
men negat Bartol. in præcedente distinctione,
75 vult enim † quòd vbi in obligatione est factum:
interesse nõ petetur per officium iudicis, sed per
viam actionis tantum, per dictam. l. primam. ff.
de actio. empti. quare illud membrum quantum
ad hoc est falsum omnino. Præterea, in alio non
est vera: quia si in obligatione factorum, inter-
esse per viam actionis deduci debeat: primò cùm
in cõtractu emptionis & venditionis sit factum:
quia continet rem tradi, per. l. ex empto. ff. de
actioni. empti. quod est facti, per. l. stipulationes
non diuiduntur. in princi. ff. de verb. oblig. ideo
in his obligationibus facti, interesse per officium
iudicis non deducetur: quod tamen negat Bart.
cùm dicit quòd in contractibus nominatis inter
esse petetur per officium iudicis: quia certum est
quòd contractus emptionis est cõtractus nomi-
natus: vt patet in. l. iurisgentium. in princi. ff. de
pact. vnde oportet confiteri quòd in contracti-
bus nominatis petatur per viam actionis, non au
tem per officium iudicis, ex eo quod in illo con-
tractu deducatur factum, vt dixi: vnde saltem in
illo melius locutus est Petrus Bartolo.

Necesse enim est quòd Barto. confiteatur al-
terutrum: aut quòd in obligatione factorum pe-
tatur per officium iudicis: si vult admittere quòd
in contractibus bonæ fidei petitur per officium
iudicis, propter. d. l. j. in princ. ff. de actio. empti.
aut quòd in contractibus nominatis petatur per
viam actionis, sicut in obligationibus factorum,
diximus post eum per. d. l. stipulationes non di-
76 uiduntur. in versicu. Celsus. † cùm in contractu
emptionis, qui est nominatus, vt dixi suprà, ve-
niat factũ, scilicet rem tradi, vt declaraui suprà,
vt in illa obligatione quæ est rem tradi, si res nõ
tradatur per venditorẽ, per viam actionis ex illo
cõtractu petatur interesse quod patitur emptor
propter rẽ non traditam à venditore. vnde cùm
neget vtrũque, negabimus distinctionem Bart. in
omnibus: quia si vellemus eam admittere, neces-
sariò oporteret redire ad distinctionem Cini po-
sitam in dicta. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo
quod interest profe. in quarta quæst. principali.

Præterea distinctio Dini & Bart. non videtur
vera, propter. d. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iu-
dic. ad quẽ tex. non respõdent ibi, sicut euenit in
omnibus faciẽdi obligationibus, per illũ tex. ve-
nit per officiũ iudicis, non autẽ per viã actionis,
etiã in obligationibus factorũ: vnde in tãta varie
tate difficile est aliquid stabilire. Dicamus quid
sentimus. Dico primò aliquã esse differentiã in-
77 ter obligationes factorũ. † Et facio tres species:
quia aliquæ sunt obligationes factorũ, & regula
rius quæ nõ obligant ad factũ præcise, qualis est
stipulatio, fossam fodi, insulam fabricari: de qui-
bus dicitur in. d. l. stipulationes nõ diuidũtur. in
prin. ff. de verb. obli. Aliæ sunt obligationes fa-
ctorũ, quæ obligant præcise ad factũ: vt est in eo
qui propter industriã est electus ad aliquid facien
dũ: quia personæ industria in eo facto est electa,
iuxta. l. vnicã. §. ne autẽ. C. de cadu. tol. in. l. inter
artifices. ff. de solutio. et illæ obligatiões præcise
obligãt ad factũ, per illos tex. cõcord. l. si ita fue
rit. ff. de manumis. testa. Aliæ sunt obligationes
factorũ, quæ mixtã habent conditionẽ: quia quã
doque obligãt ad factum præcise, & in quibus nõ
audiretur volẽs soluere interesse: & quandoque li
beratur soluendo interesse: vt est in obligatione
rẽ tradi, & rẽ restitui, de quibus dixi plenè in. §.
Cato.

Cato.l.eadem. ff.de verb.oblig.quia in obligatione rem tradi,facultatem babet rei tradendæ is qui obligatur ad tradendum,præcise tenetur tradere: & in hoc æquiparatur obligationibus dandi. text.cum glos. in.§.pretium. in verbo,tradatur. Institu.de emptio.& vend.& ita tenuit Pet. opin. Martini, reprobata opin. Ioan.& Bulga. quam sequutus est per multa Ioan.Fab. in.d.§. pretium.tenuit Bart.in.l.j.in.iij.col.in fine.ff.de actio.empti.Idem dico in obligatione rem restitui,per.l.iij.§.hæres. ff.cõmoda.in.l.qui restituere.ff.de rei vendic.quia commodatarius, depositarius & similes,qui tenẽtur ex natura cõtractus ad restitutionẽ rei præcise tenentur restituere,& compellẽtur per officium iudicis manu militari restituere,per.d.l.qui restituere.ff.de rei vendi.

78 Vnde his præsuppositis dico † ꝙ in obligationibus dandi venit per officiũ iudicis. & hoc mẽbrum est absolutum, vt dixi suprà non facta differentia inter cõtractus nominatos & innominatos:quicquid dicant Bart.Pet.& alij,per ea quæ suprà dixi. Non obstat. l. naturalis. §.j. ff. de præscrip.verb. Primò secundùm Pet.ꝙ nõ dicatur in illa.l.ꝙ veniat in obligatiõe:sed venit quãti res ea est. Aliter autẽ respõdet Iason in.d.l.naturalis.§.j.ꝙ ille text.nõ loquit̃ de datione:quia dicit ꝙ quis dederat rem vt rẽ acciperet,nõ autẽ daret:quare secundùm eũ necessariò hoc nõ concludit ꝙ in cõtractibus innominatis interesse sit in obligatione, vbi est verbum,dare.cùm sit verbum,accipere.non autẽ verbum,dare. Sed dico ꝙ quãuis ista solutio sit palliata,nõ est vera:quia quãuis tex.inseruerit verbũ,accipere. tamẽ non intelligitur nisi de datione : quia in capite legis

79 dicit † ꝙ cõtractus innominatus cõtrahitur altero ex his modis,do vt des , do vt facias , facio vt des,facio vt facias. De primo tractat in.§.& si quidẽ. qui est.§.primus illius.l.in quo voluit de contractu primo tantùm discutere,scilicet do vt des.patet in fin.illius.§.ibi,explicatus est articulus ille,do vt des:vnde nõ potest dici ꝙ loquat̃ de alio cõtractu quàm do vt des.debẽt enim capita legum ad finem referri.l.Titia.§.idẽ respondet.ff.de verb.obliga.Præterea si do tibi rem vt ã te rẽ accipiã : nihil aliud est, nisi ꝙ des aut alius det nomine tuo, quæ paria sunt.l.j.§.si iusserim. ff.de acquir.posses.propterea dico ꝙ per hãc solutionẽ cauillatur & calumniatur multũ illa litera,quod nõ licet,per.d.l.pe. ff.ad exhibendũ.& in contractibus innominatis is qui promisit dare,tenet̃ præcise dare,& accipientis facere quod datum est,per dictam.l.fina.versicu.fuisse enim. ff.de condi.causa da.non sequuta.

Præterea dico ꝙ solutio Pet.non est satis ampla.sed id quod dicit est verũ: & miror ꝙ nullus est qui aduerterit,sicut alibi dicit text.in.l.quod si vno.ff.de in diem adiec. ibi,mirari se à nemine animaduersum.Nam tex.in.d.l.naturalis.§.& si quidem . ff. de præscriptis verbis. dicit quòd in illis contractibus interesse non venit in obligatione,sed in condemnatione. patet in.d.§.sed vt damneris mihi quatenus interest mea , illud de quo conuenit accipere. vnde dico post gloss.in

80 l.si quis ab alio.§.fina.ff.de re iudi.quòd † quando interesse venit in condemnatione solum,venit tantum per officium iudicis deseruiẽs actioni intentatæ,per dictam.l.qui restituere.ff.de rei vendicatio.hoc idem notauit Pet.& omnes post eum in.l.prima.ff.de iurisdi.om.iudi. vnde cùm dicat text.in dicta.l.naturalis. §.& si quidem. ff. de præscriptis verbis. quòd in illa actione non id venit quod acceperis : sed vt damneris mihi quanti interest mea illud de quo conuenit accipere.interesse ergo in illa actione do vt des:non venit in obligatione: patet quia non es obligatus nisi dare vt dem : non autem es obligatus ad interesse: quia in his obligationibus nõ veniunt nisi ea de quibus dixi suprà, & præsertim in casu nostro , nisi do vt des : quare si ego dedero tibi rem promissam, & non dederis mihi promissam rem:agam actione in factum, vt propter rem nõ datam damneris ad interesse meum quanti interest mea rem non fuisse datam : & sic non in obligatione,sed tantum in condemnatione.& si iudex hoc videat æquum:quia forsan is qui promisit dare fuit in culpa, quare rem promissam non dederit,damnabit iudex ad interesse.vbi autem non fuit in culpa, nec fecit quo minus daretur:tunc non condemnabit eum ad interesse,sed vt rem datam restituat tantum. textus in.l.si tibi decem. ff.de præscriptis verbis. sic per officium iudicis deseruiens illi actioni petetur : non autem est in obligatione.et per hæc sufficienter responsum est ad dictam . l. naturalis . per quam mouebantur Barto.& alij.

81 Si vero loquamur in obligatione factorum : † et tunc dico differentiam esse,vt prius dixi,inter facta:quia aliqua sunt quæ mere obligant ad factũ: & ista æquiparantur obligationibus dandi:quia tenetur quis præcise facere.l.inter artifices. ff.de solutionibus. quando quis per se promisit nauem construere vel fossam fodere vel insulam fabricare . per hoc enim demonstrabitur electio personæ propter dictionem , si . positam in illa.l.per.l.iubemus per banc. in princi.C.de erogatio.milita.anno.libro.xij.in ça.ij.de hæreti.libro.vj. Pro hoc primo membro facit text.in l.vnica.§.ne autem. C.de cadu.tollen. & non liberatur soluendo interesse. Et hoc primum membrum declara apertius,vt per Ange.in.l.fina. ff. si quis in ius voca.non ierit . non facta differentia inter contractus bonæ fidei & stricti iuris: & statim declarabo in alio membro . Et in hoc casu vbi non potest postea implere superueniente casu post moram commissam in non faciendo : & tunc interesse per officium iudicis deducetur tantum,sicut prius dictum est de obligationibus dandi, per.l.si seruum . in fine. ff. de verborum

obligationibus. Et ita intelligo.l.si quis ab alio.
§.finali.ff.de re iudicata. quia promissum erat in
illa.l. quòd quis faceret per se ne damnum alter
pateretur : ideo si non impediat quo minus da-
mnum detur, debet condemnari ad interesse da-
mni dati. Idem dicit textus in omnibus faciendi
obligationibus, in quibus deducitur factum
præcisum, sicut dixi suprà, propter illa verba, si
quis promiserit prohibere. quæ regulant sequē-
tia, vt dixi suprà.l.non est nouum.ff.de legibus.
82 † & sic interesse venit in condemnatione per of-
ficium iudicis: non autem in obligatione. Si ve-
rò talia sint facta quæ non obligant præcise ad
factum: & tunc dico veram esse sententiam Bar-
to. quam prius admisit Petr. & sequaces sui per
dictam. l: stipulationes non diuiduntur. §. Cel-
sus.ff.de verborum obligationibus. in dicta.l.fi
nali.ff.si quis in ius voca.non ierit. cum simili-
bus. vbi autem sint facta quæ mixtam habent cō
siderationem, qualia sunt, rem tradi, & rem re-
stitui: & tunc dico ꝙ si tales obligati ad traden-
dum seu restituendum habent facultatem tra-
dendi seu restituendi: & præcise obligantur ad
tradendum & restituendum, vt dixi suprà per.l.
qui restituere.ff.de rei vendi.in.§.pretium. vbi
per glo. & omnes institu. de emptio. & vendi. in
verbo, tradatur. quam sententiam, vt dixi suprà,
approbauit Bartol.in.d.l.j.ff.de actioni. empti.
in fin.iij.col. principij. & in his casibus, vt dixi,
per officium iudicis petetur interesse. secus autē
vbi non haberent potestatem rei restituēdæ vel
tradendæ: tunc liberabuntur soluendo interesse
per viam actionis. Ita posset intelligi dicta.l.j.in
prin.in verbo, agitur. seundū intellectum Bart.
Dini, & suorum sequacium.ff.de actioni. empti.
Et ita ego puto dicendum pro vtraque opinio-
ne. Quæ autem sit ratio differentiæ inter obliga
tiones factorum & obligationes dandi, quare
potius in obligationibus factorum veniat inter-
esse in petitione quàm in cōdemnatione. In quo
articulo multi variauerunt, prout refert Barto-
lus in. d.l. stipulationes non diuiduntur. in.x.
oppositione.ff.de verbo. obliga. per eundem &
omnes in.d.l.vnica.C.de sententijs quæ pro eo
quod interest profe. & in.d.l.j.ff.de actio. empt.
Pet. ibi in.l. eadem.§.Cato.ff. de verbo. obliga.
83 † dixit hanc esse rationē: quia in obligationibus
dandi semper interest nostra vt quod promis-
sum est detur: meritò in his venit, vt promissum
dari præcise detur, per tex.in.l.vbi autem.§. fin.
ff.de verbo. obliga. sed in obligationibus facto
rum non semper interest nostra vt id quod pro-
missum est fieri fiat, vel tradi, nobis tradatur.
quid enim si mihi malæ fidei res tradatur? tene-
bor ad restitutionem fructuum perceptorum
& percipiēdorum, per.l. bonæ fidei.ff.de acqui.
rerum domi.in.l. fructus.ff. de vsuris.l. si quis
autem à non domino. Insti. de rerum diuisio. vn
de melius est non accipere quàm acceptum re-
stituere.l.iij.ff.de compensa. Et hæc ratio Petri
est generalis, quam Barto. approbauit, licet post
ea aliam dederit in.d.l.stipulationes non diui-
duntur. in prima oppositione.ff.de verb. oblig.
quam tamen ante eum tradidit glo.in.l.certi cō
dictio.in prin.in verbo, ex certo.ff.de rebus cre
di. quæ non videtur mihi aliquid concludere.
Quoniam dicit quod ipse actus faciendi non est
certus, nec est in rerum natura, per.d.l.vbi autē.
sed secus in dandis: quia ab initio est certū. Sed
ego dico quòd sicut ipse actus faciendi est incer
tus: sic & ipse actus dandi, donec detur: quia
quoad fuerit datum non est certum an dabitur:
vel si ego promisi dare, vestem quam dico me ha
bere, potest esse quòd non sit in rerum natura,
vel quicquid iuris habeo, quia incertum est.l.iij.
ff.ad.l.falci.in.l. qui absenti.§.j.vbi per Roma.
ff.de acquiren. posses. Quid enim si id quod pro
missum est dari, non sit in potestate dantis, quia
pauper est qui promisit dare? certe non est certū
an dabitur.l.itaꝗ.ff.de furtis.l.nam is.ff.de do-
lo. quare hæc ratio Barto. non concludit genera
liter. Præterea fortiter obstat.l. si pœnam.ff. de
verbo. obliga. quod patet, quanuis videantur
aliqui calumniari illum text. vt assumant in illo
textu vim factorum, quinimo credere sit facti:
84 quod est falsum. continet enim dationē: † quia
is qui promisit credere, promisit dare, & datum
facere capientis. patet in diffinitione mutui in.l.
ij.§.appellata.ff.de rebus credi.§.j.Insti. quibus
modis re contrahitur obliga. & tamen incertum
est vtrum credet vel non: quia forsan continget
vt is qui promisit credere, nō credet: vt patet ex
illo text. quare ratio Barto. non videtur proce-
dere. Inquantum autem ad ipsam dationem ip-
sius interesse circa ipsa veniet quod dicit illa.l.si
pœnam. quòd interesse venit in stipulationem.
responde vt per Angel.in.d.l. fina.ff. si quis in
ius voca.non ierit. clarius per Paul. de Castro in
d.l.si pœnā. cuius declaratio videť mihi bona.

Addo quòd aliam rationem addidit glo.in.l.
hæ operæ.in glos.fina.ff.de oper. liberto. quæ
idem videtur in effectu concludere cum opin.
Petri, quòd magis interest in datione quòd ali-
quid fiat, ex eo quòd facilius aliquid fit quàm
pecunia detur: vnde semper interest aliquid no-
bis dari: sed non ita apertè, prout declaratum est
per Petr. & per me suprà. & ego aliquando in
dicta.l. stipulationes non diuiduntur. legendo
coniunxi doctrinā illius glos. cū ratione Pet. su-
85 prà relata & approbata per Bar. † Idē in cōtra-
ctibus nominatis, quādo agitur ad dandū: quia
tenebiť præcise quis dare: patet in emptore qui
teneť pretiū dare, per.d.l.ex empto.ff.de actio.
empt. derisoriū em̄ esset ꝙ diceret se liberari sol
uendo interesse, cùm in ipso interesse pretium
veniret, vt dixi suprà per.§. quadrupli. & .§. tri-
pli. Insti. de actio. & in.l. Titius.§.fina. cum.l.se-
quenti.ff.de actioni. empti. & in dicta.l. vnica.§.
sancimus

sancimus.C.de senten. quæ pro eo quod interest proferũ. interesse enim in hoc nihil differt à pretio, nisi quòd pretium ipsum non est interesse: licet contrarium voluerint aliqui dicere, vt notaui suprà, sed in interesse venit pretium: quia ad positionem pretij, non sequitur: ergo interesse venit: quia est falsum, sed bene conuertitur: quia posito interesse ponitur & pretium rei, quod cõprehẽditur sub interesse. Et hanc declarationem tradit in his terminis Angel. in dicta.l.finali.ff.si quis in ius voca. non ierit. Specu. in titu. de fructi. & interesse. §. interesse est. clarius declaraui suprà.

86 His ego addo † quòd quando petitur interesse siue per viam actionis siue per officium iudicis, debet probari per petentem & de eo cõstare. patet in.l.si pœnam.functa gloss.fina.ff.de verborum obligatio. & in dicta.l.vnica. versic. in alijs. ibi, per suam subtilitatem requirere. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferun. Et ratio huius assumpti probatur per hanc regulam: quia quatenus cuiusque intersit, in facto, non in iure consistit: vnde in his difficilis est probatio.l.fina. ff. de præto. stipulatio. quæ nihilominus liquere debet iudici: cùm in his quæ sunt facti iudices regulariter non suppleant: vt patet in.l.vnica, cum sua materia.C.vt quæ desunt aduoca. iudex suppleat. & in.l.age cum Geminiano.C.de transactionibus. vnde nisi intersit, frustra agetur ad interesse. Probatur autem multipliciter, vt per gloss. in dicta.l.vnica, in verbo, subtilitatem. per Specul. in titu. de fructibus & interesse. §. viso. versicu. illud autem sciendum est. Ego autem per partes dicam de omni interesse.

87 † Primò de interesse affectionis, quòd concurrentibus aliquibus qualitatibus admittitur probatio interesse per iuramentum, id est dummodo causa affectionis declaretur: quæ causæ affectionis ponuntur in.l. lex quæ tutores. §. nec vero. C. de administratio. tuto. expresatiua in.l.j. §. sed si rem. versic. & aliaa. ff. si quid in fraudem patro. alie. fuer. in.l.si in emptionem.ff. de minoribus. in.l. in fundo. in versicu. finge enim. ff. de rei vendica. idem text. in.l.si quis intra. C. de bonis proscrip. ibi, quæ etiam gratia & quæ amœnitas sit locorum &c. adiecta causa affectionis satis admittitur illa probatio mediante iuramento: quod & admittit Cin. cùm dat exemplum de eo qui librum amisit notatum, signatum, & sic de similibus: vt propter eam causam affectionis interueniente iuramento satis probatur ipsum interesse. Hoc idem sequuntur ferè omnes. potest autem hoc interesse affectionis probari per testes hoc modo, si caruissem libro vel re, duntamen essem eiusdem peritiæ seu industriæ, dato quòd res mea fuisset, maluissem perdere centum quàm carere libro vel re: tunc probatio bene cõcludit.l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligationibus. & argumen. l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis. et tunc computabitur intentio testis cum intentione actoris: vt talis sit actoris affectio, qualis est testis deponentis. Vnũ tamen dicunt Iaco. Pet. Cin. & Bart. quòd illud interesse affectionis debet concludere vt contineat vtilitatem, non tantum affectionem: quicquid dicat glos. in dicta.l. vnica, in prima glos. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferũ. Et pro ista parte & in terminis Iaco. Pet. & Barto. adduco text. vltra eos in.l. penulti. ff. ad exhibend. ibi, nam illa ratione etiam studiosum alicuius doctrinæ posse dicere, sua interesse illos aut illos libros sibi exhiberi: quia si essent exhibiti, cùm eos legisset, doctior & melior futurus esset. quem text. debent summopere notare boni scholastici vt illud solum interesse, quia libros bene visitauerunt aut visitassent, veniat in consideratione.

88 Vnde dicebat Petr. † quòd in ea æstimatione non tantùm venit quod est affectionis, sed & vtilitatis. Adde quod not. in.l. pretia rerum. ff. ad legem Falcidiam. & in.l.si seruua. ff. ad legem Aquiliam. & quæ suprà notaui in interesse singulari. Addo tamen circa prædicta quòd iurans & æstimans interesse, debet caute attendere qualiter æstimabit seu iurabit: quoniam debet nõ acerbe nec contumeliosæ æstimare, sed moderate & benigne: argumen.l.si bene. ff. de vsuris. & in.§.fina. in authentico de fideiussori. collatio.§. De modo autem dic vt in dicta.l. continuus.§. cùm ita. Petr. Cin. & omnes in dicta.l. si non conuicij. C. de iniur. in.l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniur. per Ioan. Fab. in.§. sed & lex. Institu. de iniurijs. per eosdem in dicta.l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferũ. Specul. in dicto titu. de expensis & interesse. in §. viso. versicu. illud autem sciendum est. Sed facio differentiã

89 † inter interesse affectionis, & id quod debetur ratione delicti. quod quàuis mediο iuramento probetur: tamen iudex in causa delicti debet taxare ipsum interesse, vt iurans nõ excedat modum, per.l.si quando. C. vnde vi. in l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iuran. Idem in cõtractibus bonæ fidei, in quibus ratione doli vel moræ commissæ petitur interesse per iuramentum in litem, per.l. in actionibus. ff. de in litem iurando.

Si autem loquamur in interesse conuento: & dico quòd illud conuentum probatur per suam conuentionem. text. in dicta.l. fina. ff. de præto. stipulatio. in versicu. commodius. & ex illa.l. colligitur maxima cautela in materia interesse, vt para æstimet ab initio contractus suum interesse, vel pœnam loco interesse, quæ pœna sentiet naturam interesse, per illum textum. & ita ego notaui per illum textum in repetitio. §. Cato. in l. quarta. ff. de verborum obligationibus.

90 Si verò loquamur de alio interesse: & † dico quòd debet probari, scilicet, quid, qualiter & quantum: & facta probatione iudex æstimabit. textus est in dicta.l. vnica. §. in alijs. C. de senten.

quæ pro eo quod interest proferũ. ibi, per suam subtilitatem requirere. & in vers. & non ex quibusdam. & idem no. Azo in summa. C. si cer. pe. Aliqui autem dicũt aliquod esse interesse, quod imponitur ratione moræ seu contumaciæ vel delicti commissi in non faciendo vel faciendo, dando vel non dando: probata contumacia vel mora vel delicto dicitur ex authoritate legis probatum interesse iam à lege æstimatum, per tex. in. c. vnico, extra de plus petitio. l. vnica. C. de plus petitio. nam interest nostra nõ vexari. l. j. ff. de bo. eorum qui ante sententiam mortẽ sibi consciue. §. omnem. in authen. de litigio. colla. viij. & propter illud interesse vbi cõperiet iudex vltra debitum aliquem vexari, vltra pœnam falso agentis dabit parti prosecutionem sui interesse, quod æstimatur à lege in odium, plus petentis ad totum debitum & solutionem expensarum, dicto capitu. primo. de plus petitioni. authenti. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Sed posset dici magis istud accedere pœnæ quàm interesse: & ideo circa istud ego non insistam: sed reliqua supple ex dictis Petri in dicta. l, vnica: cuius dicta refert & transcribit Cinus ibi in quinta quæstione, & ex dictis per me suprà: cui non puto quicquàm addendum nec detrahẽdum, sed suis dictis inhærendum.

Sed non est omittendum quod ego incœpi di
91 scutere suprà, sed non satis perfecte † vsque ad quam quantitatem potest interesse æstimari. Et quia hunc articulum ego habeo satis expeditum per ea quæ dixi suprà, quia ad duplum vsque inclusiue potest æstimari, & non vltra, per dictam l. vnicam. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferun. versicu. sancimus. & in. l. cùm forte. ff. de actioni. empti. Ideo non inuoluam me circa ipsum: licet aliqui dubitent propter. l. fina. C. de sponsalibus. §. actiones, Institu. de actio. de quo in. l. qui bona. §. de illo. vbi per Roma. ff. de damno infecto. in. l. sed si quis. §. fina. ff. si quis cautionibus. in. l. si dictum. ff. de euictionibus. in. l. cùm allegas. per Baldum. C. de vsuris. & in alijs locis notissimis. tamen hoc nihil me mouet: quia loquuntur in pœnalibus, non autem in interesse. Vnum tamen ego dico quòd si interesse est conuentum, quòd quantumcunque sit, etiam si vltra quadruplum fuerit conuentum: adhuc tamen peti poterit, per. l. fina. ff. de prætor. stipula. text. melior in dicta. l. fin. C. de sponsalibus, ibi, nisi specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes de ea quadrupli ratione placuerit. Hoc tamen intelligas verum, nisi in fraudem vsurarum talis stipulatio seu conuentio interesse apposita fuerit, per dictam. l. cùm allegas. C. de vsuris. capitu. conquestus. iuncta glos. extra de vsuris. Et hoc iudex debet æstimare ex qualitate rei deductæ in contractum, & ex consuetudine & qualitate contrahentium: iuxta ea quæ not. in. l. ideo. ff. de eo quod certo loco. iuncta. l. fina. eodem titulo. In alijs tene quod dictum est suprà, quòd non venit nisi duplum, per dictam. l. vnicam. & dictam. l. cùm forte.

Sed ex isto articulo oritur maior difficultas,
92 † scilicet quid duplabitur, seu quomodo æstimabitur illud duplum. variæ sunt glos. & variæ sunt antiquorum sententiæ & recentiorum post eos. Quandoque enim glos. dicunt quòd æstimatur illud duplum pretij communis rei: vt si communis res centum valeat communi æstimatione, quòd erit duplum ducẽtum. Ita dicit glos. in dicta. l. cùm forte. Et ista fuit intentio Bulga. et plures ex nostris sequuti sunt in dicta. l. vnica. Alia fuit opin. Placenti. quòd pretium conuentum duplabitur: quæ à nemine approbatur. Alia fuit opinio glos. & tertia in dicta. l. vnica, quòd nec vnum nec aliud, sed quod maius erit æstimabitur: quæ non est vera. Quarta fuit opin. Petri, quæ fuit etiam Placentini in effectu, quòd illud, quod compensatiuè correspondet, duplabitur; id est pretium conuentum.

Sed videtur quòd neutra istarum opin. sit vera: & primò opin. Bulga. quæ fuit etiam glos. in hoc sibi cõtrariæ, scilicet respectu interesse communis: vt quod communiter æstimabitur res, illud commune pretium æstimabitur: quia non haberet locum vbi interesse esset conuentum: cùm,
93 vt dixi suprà, † si est conuentum inter partes, debet seruari conuentio, per supradicta: nec in hoc habebitur ratio communis æstimationis rei. Secundò, vbi esset interesse affectionis, in quo textus non considerat æstimationem rei, sed solam affectionem, de qua in. l, in actionibus. & l. videamus. ff. de in litem iurando. & in. l. fina. C. de iure emphyteu. iuncta doctrina Baldi in. l. secunda. in fine. C. de rescindenda venditione.

Secundò non est vera opin. Placenti. in pretio conuento, duplici ratione. Prima est glos. in locis suprà notatis: quia si non esset conuentum, sed communi æstimatione veniret æstimanda res: cessaret ratio pretij conuenti: quia quod non est &c.

Secunda & fortior ratio est: quia obstat. l. pri
94 ma. in princip. ff. de actio. empti. † quia etiam in actione empti agitur ad interesse, etiam si interesse excedat rem: & tenebitur, per illum textum, venditor ad illud interesse: & sic vltra pretium rei, nec quanti res est considerandum est.

Tertiò, minus videtur esse vera opinio glos. quia vbi esset conuentum, non posset recedi: & vbi non esset conuentum tunc obstaret dicta. l. cùm forte. quæ considerat communem æstimationem seu æstimationem communis pretij: vt per eum ibi.

Quartò, non videtur sufficiens doctrina Pet. quia nõ est generalis: amplectitur tantùm casus vltro citroq; obligatorios; & tamen interesse petitur ex cõtractu nõ obligatorio vltro citroq;: vt quia in cõtractu merũ factum sit deductũ & non

implet

impletū,tunc venit interesse.l.stipulationes non diuiduntur.§.Celsus.ff.de verb.obligatio.& illud non potest compensatiuè correspondere. & sic vides quòd in suis terminis dicit verum Pet. sed generaliter nō concludit:ideo,vt vides,nulla istarum opinionū erit sufficiens.vnde Bart.di
95 stinxit interesse sicut distinctum est suprà: † quia si est conuentū: & tunc totum illud debetur,per dictam.l.fina.ff.de præto.stipula.quam sæpe ad id induxit. addit.l. stipulatio ista.§. alteri. ff. de verbo.obliga. quæ lex non probat in interesse, sed de pœna.hoc probat ille tex.in versicu. pœnam enim cùm stipulatur quis, non illud inspicitur quod intersit.Cui concor.§.alteri.Institu.de inuti.stipulatio.sed bene hoc probat dicta.l.fin. Sinautem sit commune: & tunc totum interesse venit,per.l.j.in princi.ff.de actio.empti. allegat l.Iulianus. in princip. quæ non mihi ita probat: quia distinguit inter scienter & ignoranter vendentem rem vitiosam aut redhibitoriam: quia si scienter, ad omne interesse: secus si ignoranter: quia agitur quanti minoris.Sed illa.l.j.loquitur proprie in terminis quòd datur actio ad interesse si res non tradatur, etiā si ipsum interesse excedat rem: & sic quòd totum interesse debeatur. Hoc limitabat ipse in casu.l. Titius. in fi.cum.l. seq.ff.de actio.empti. Ego dico hoc non esse verum:sed illa lex declaratiua est legis.j.ff.de actionibus empti.& seipsam declarat.Hoc probat illa lex,Titius.in fine.ibi,sed omne quod interest emptoris seruum non euinci.& in versic. plane. qui immediatè sequitur. & in.l. cùm forte. quæ
96 sequitur. † vbi illa dictio vniuersalis, omne, restringitur ad duplum,& quæ dictio, omne, non deberet limitari,sed vniuersaliter cōcludere,per.l.Iulianus.ff. de lega.iij. tamen lex restringit ad duplum ex quadam æquitate. Et sic nota ex illo tex.qualiter dictio,omnis.& similes vniuersales dictiones patiuntur restrictionem : vt est glossa in.l.ob æs.C. de prædijs mino. & dixi tibi suprà in pluribus locis.Præterea tex.in dicta.l. vnica, C.de senten.quæ pro eo quod interest proferuntur.in versic.sancimus.etiam limitauit in istis, vt omne interesse non excedat duplum:& maximè in contractibus bonæ fidei, & alijs reciprocis. quāuis ego idem dicam in alijs cum declaratio-
97 ne de qua infrà. Si † verò quærimus de interesse singulari:& distinguit, aut illud quod debetur habet naturam certam ratione sui,vel adiunctū,aut habet incertam. Primò casu non excedit duplum vel communis vel conuenti respectiuè loquēdo. Et in hoc aduerte quòd approbat opi. glos.in dicta.l.vnica,in verbo, duplum. Secundo casu,quod & quātum sit petetur, per dictam l.vnicā.§.sancimus. Vnde notabis ex dictis suis quòd est differentia inter interesse singulare & affectionis: quia potest singulariter mea interesse,& tamen nō erit affectio:vt habes textum bene distinguentem in.l.j.§.si quis in fraudem.ff.si quid in frau.patro.alie.fuerit. Sed ista distinctio Barto.non videtur mihi vera in totum: quanuis magis accedat veritati aliâs cùm distinguit interesse : quia respectu conuenti ego illi adhæreo, & verum dicit:vt quod, quantùmve sit peti pos-
98 sit,per.l.finalem.ff.de præto.stipul. † Respectu cōmunis ego dico quòd æstimatio rei siue facta fuerit communiter siue inter ipsas partes, si agatur ad interesse duplandum, duplabitur illa æstimatio rei tātum:vt si à iudice sit res æstimata cōmuni æstimatione, duplabitur illa æstimatio. si partes æstimauerint:tunc illa æstimatio duplabitur.Et ego pondero tex.ineuitabilem in dicta.l. vnica,§. sancimus. in verbo, dupli quantitatem. & sic cùm resoluat se per quantitatē dupli,quod duplum amplectitur simplum, & illud simplum sit ipsa æstimatio rei.§.tripli.Instit. de actio.melior tex.in.l.hoc edicto.§.fin.ff.de publica.& vectiga.ibi, & magis placuit vt res in duplo sit. de quibus textibus memini suprà: quare dubiū nō est quòd duplatur rei æstimatio. Idem tex. in dicta.l.Titius.in fi.ff.de actio. empti.ibi, eum qui minimo venit pretio.& sequitur,iniquum videtur in tam magnam quantitatem obligari venditorem.& sic illa quantitas interesse regulatur secundùm pretium,cùm dicit,eum qui minimo venit pretio. Nec facio vim de his quæ dixit Barr. cùm loquatur de interesse quod respectu sui vel adiunctū habet certam naturā vel incertam: quia illud dico procedere secundùm doctrinam Pet. suprà recitatam, quòd in respectiuis illud quod compensatiue respondet debeat duplari, per.l. emptori.ff.de euictio.& cum declaratione prius per me data, quam suis dictis addas, & poteris repetere pro declaratione ipsorum. Et per hæc sit finis conclusionibus prius propositis & disputatis per me.

FINIS.

quæ pro eo quod intereſt proferũ. ibi, per ſuam
ſubtilitatem requirere. & in verſ. & non ex qui-
buſdam. & idem no. Azo in ſumma. C. ſi cer. pe.
Aliqui autem dicũt aliquod eſſe intereſſe, quod
imponitur ratione moræ ſeu contumaciæ vel de
licti commiſſi in non faciendo vel faciendo, dan
do vel non dando: probata contumacia vel mo-
ra vel delicto dicitur ex authoritate legis proba
tum intereſſe iam à lege æſtimatum, per tex. in. c.
vnico, extra de plus petitio. l. vnica. C. de plus pe
titio. nam intereſt noſtra nõ vexari. l. j. ff. de bo.
eorum qui ante ſententiam mortẽ ſibi conſciue.
§. omnem. in authen. de litigio. colla. viij. & pro-
pter illud intereſſe vbi cõperiet iudex vltra de-
bitum aliquem vexari, vltra pœnam falſo agen-
tis dabit parti proſecutionem ſui intereſſe, quod
æſtimatur à lege in odium, plus petentis ad to-
tum debitum & ſolutionem expenſarum, dicto
capitu. primo. de plus petitioni. authenti. qui ſe-
mel. C. quomodo & quando iudex. Sed poſſet
dici magis iſtud accedere pœnæ quàm intereſſe:
& ideo circa iſtud ego non inſiſtam: ſed reliqua
ſupple ex dictis Petri in dicta. l. vnica: cuius di-
cta refert & tranſcribit Cinus ibi in quinta quæ-
ſtione, & ex dictis per me ſuprà: cui non puto
quicquàm addendum nec detrahẽdum, ſed ſuis
dictis inhærendum.

Sed non eſt omittendum quod ego incœpi di
91 ſcutere ſuprà, ſed non ſatis perfecte † vſque ad
quam quantitatem poteſt intereſſe æſtimari. Et
quia hunc articulum ego habeo ſatis expeditum
per ea quæ dixi ſuprà, quia ad duplum vſque in-
cluſiue poteſt æſtimari, & non vltra, per dictam
l. vnicam. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt
proferun. verſicu. ſancimus. & in. l. cùm forte. ff.
de actioni. empti. Ideo non inuoluam me circa
ipſum: licet aliqui dubitent propter. l. fina. C. de
ſponſalibus. §. actiones. Inſtitu. de actio. de quo
in. l. qui bona. §. de illo. vbi per Roma. ff. de da-
mno infecto. in. l. ſed ſi quis. §. fina. ff. ſi quis cau
tionibus. in. l. ſi dictum. ff. de euictionibus. in. l.
cùm allegas. per Baldum. C. de vſuris. & in alijs
locis notiſsimis. tamen hoc nihil me mouet: quia
loquuntur in pœnalibus, non autem in intereſ-
ſe. Vnum tamen ego dico quòd ſi intereſſe eſt
conuentum, quòd quantumcunque ſit, etiam ſi
vltra quadruplum fuerit conuentum: adhuc ta-
men peti poterit, per. l. fina. ff. de prætor. ſtipula.
text. melior in dicta. l. fin. C. de ſponſalibus, ibi,
niſi ſpecialiter aliud ex communi conſenſu inter
contrahentes de ea quadrupli ratione placuerit.
Hoc tamen intelligas verum, niſi in fraudem vſu
rarum talis ſtipulatio ſeu conuentio intereſſe ap
poſita fuerit, per dictam. l. cùm allegas. C. de vſu
ris. capitu. conqueſtus. iuncta gloſ. extra de vſu-
ris. Et hoc iudex debet æſtimare ex qualitate rei
deductæ in contractum, & ex conſuetudine &
qualitate contrahentium: iuxta ea quæ not. in. l.
ideo. ff. de eo quod certo loco. iuncta. l. fina. eo-
dem titulo. In alijs tene quod dictum eſt ſuprà,
quòd non venit niſi duplum, per dictam. l. vni-
cam. & dictam. l. cùm forte.

Sed ex iſto articulo oritur maior difficultas,
92 † ſcilicet quid duplabitur, ſeu quomodo æſti-
mabitur illud duplum. variæ ſunt gloſ. & variæ
ſunt antiquorum ſententiæ & recentiorum poſt
eos. Quandoque enim gloſ. dicunt quòd æſti-
matur illud duplum pretij communis rei: vt ſi
communis res centum valeat communi æſtima-
tione, quòd erit duplum ducẽtum. Ita dicit gloſ.
in dicta. l. cùm forte. Et iſta fuit intentio Bulga.
et plures ex noſtris ſequuti ſunt in dicta. l. vnica.
Alia fuit opin. Placenti. quòd pretium conuen-
tum duplabitur: quæ à nemine approbatur. Alia
fuit opinio gloſ. & tertia in dicta. l. vnica, quòd
nec vnum nec aliud, ſed quod maius erit æſtima
bitur: quæ non eſt vera. Quarta fuit opin. Petri,
quæ fuit etiam Placentini in effectu, quòd illud,
quod compenſatiuè correſpondet, duplabitur;
id eſt pretium conuentum.

Sed videtur quòd neutra iſtarum opin. ſit ve-
ra: & primò opin. Bulga. quæ fuit etiam gloſ. in
hoc ſibi cõtrariæ, ſcilicet reſpectu intereſſe com-
munis: vt quod communiter æſtimabitur res, il-
lud commune pretium æſtimabitur: quia non ha
beret locum vbi intereſſe eſſet conuentum: cùm,
93 vt dixi ſuprà, † ſi eſt conuentum inter partes,
debet ſeruari conuentio, per ſupradicta: nec in
hoc habebitur ratio communis æſtimationis rei.
Secundò, vbi eſſet intereſſe affectionis, in quo
textus non conſiderat æſtimationem rei, ſed ſo-
lam affectionem, de qua in. l. in actionibus. & l.
videamus. ff. de in litem iurando. & in. l. fina. C.
de iure emphyteu. iuncta doctrina Baldi in. l. ſe-
cunda. in fine. C. de reſcindenda venditione.

Secundò non eſt vera opin. Placenti. in pre-
tio conuento, duplici ratione. Prima eſt gloſ. in
locis ſuprà notatis: quia ſi non eſſet conuen-
tum, ſed communi æſtimatione veniret æſtiman
da res: ceſſaret ratio pretij conuenti: quia quod
non eſt &c.

Secunda & fortior ratio eſt: quia obſtat. l. pri
94 ma. in princip. ff. de actio. empti. † quia etiam in
actione empti agitur ad intereſſe, etiam ſi inter-
eſſe excedat rem: & tenebitur, per illum textum,
venditor ad illud intereſſe: & ſic vltra pretium
rei, nec quanti res eſt conſiderandum eſt.

Tertiò, minus videtur eſſe vera opinio gloſ.
quia vbi eſſet conuentum, non poſſet recedi: &
vbi non eſſet conuentum tunc obſtaret dicta. l.
cùm forte. quæ conſiderat communem æſtima-
tionem ſeu æſtimationem communis pretij: vt
per eum ibi.

Quartò, non videtur ſufficiens doctrina Pet.
quia nõ eſt generalis: amplectitur tantùm caſus
vltro citroq; obligatorios: & tamen intereſſe pe
titur ex cõtractu nõ obligatorio vltro citroq;: vt
quia in cõtractu merũ factum ſit deductũ & non
implet

impletũ,tunc venit intereſſe.l.ſtipulationes non
diuiduntur.§.Celſus.ff.de verb.obligatio.& il-
lud non poteſt compenſatiuè correſpondere. &
ſic vides quòd in ſuis terminis dicit verum Pet.
ſed generaliter nõ concludit:ideo,vt vides,nul-
la iſtarum opinionũ erit ſufficiens.vnde Bart.di
95 ſtinxit intereſſe ſicut diſtinctum eſt ſuprà: † quia
ſi eſt conuentũ: & tunc totum illud debetur,pee
dictam.l.fina.ff.de præto.ſtipula.quam ſæpe ad
id induxit. addit.l. ſtipulatio iſta.§. alteri. ff. de
verbo.obliga. quæ lex non probat in intereſſe,
ſed de pœna.hoc probat ille tex.in verſicu. pœ-
nam enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpici
tur quod interſit. Cui concor.§.alteri.Inſtitu.de
inuti.ſtipulatio.ſed bene hoc probat dicta.l.fin.
Sin autem ſit commune: & tunc totum intereſſe
venit,per.l.j.in princi.ff.de actio.empti. allegat
l.Iulianus. in princip. quæ non mihi ita probat:
quia diſtinguit inter ſcienter & ignoranter ven-
dentem rem vitioſam aut redhibitoriam: quia ſi
ſcienter, ad omne intereſſe : ſecus ſi ignoranter:
quia agitur quanti minoris.Sed illa.l.j.loquitur
propriè in terminis quòd datur actio ad intereſ-
ſe ſi res non tradatur, etiã ſi ipſum intereſſe exce
dat rem : & ſic quòd totum intereſſe debeatur.
Hoc limitabat ipſe in caſu.l. Titius. in fi.cum.l.
ſeq.ff.de actio.empti. Ego dico hoc non eſſe ve
rum:ſed illa lex declaratiua eſt legis.j.ff.de actio
nibus empti.& ſeipſam declarat.Hoc probat il-
la lex,Titius.in fine.ibi, ſed omne quod intereſt
emptoris ſeruum non euinci.& in verſic. planè.
qui immediatè ſequitur. & in.l. cùm forte. quæ
96 ſequitur. † vbi illa dictio vniuerſalis, omne. re-
ſtringitur ad duplum,& quæ dictio, omne. non
deberet limitari,ſed vniuerſaliter cõcludere,per
l.Iulianus.ff. de lega.iij. tamen lex reſtringit ad
duplum ex quadam æquitate. Et ſic nota ex illo
tex.qualiter dictio,omnis.& ſimiles vniuerſales
dictiones patiuntur reſtrictionem : vt eſt gloſſa
in.l.ob æs.C. de prædijs mino. & dixi tibi ſuprà
in pluribus locis.Præterea tex.in dicta.l. vnica.
C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt proferun
tur.in verſic.ſancimus.etiam limitauit in iſtis, vt
omne intereſſe non excedat duplum:& maximè
in contractibus bonæ fidei, & alijs reciprocis.
quãuis ego idem dicam in alijs cum declaratio-
97 ne de qua infrà. Si † verò quærimus de inter-
eſſe ſingulari:& diſtinguit, aut illud quod debe
tur habet naturam certam ratione ſui,vel adiun-
cti,aut habet incertam. Primò caſu non excedit
duplum vel communis vel conuenti reſpectiuè
loquẽdo. Et in hoc aduerte quòd approbat opi.
gloſ.in dicta.l.vnica,in verbo, duplum. Secun-
do caſu,quod & quãtum ſit petetur, per dictam
l.vnicã.§.ſancimus. Vnde notabis ex dictis ſuis
quòd eſt differentia inter intereſſe ſingulare &
affectionis: quia poteſt ſingulariter mea intereſ-
ſe,& tamen nõ erit affectio:vt habes textum be-
ne diſtinguentem in.l.j.§.ſi quis in fraudem.ff.ſi
quid in frau.patro.alie.fuerit. Sed iſta diſtinctio
Barto.non videtur mihi vera in totum: quanuis
magis accedat veritati aliàs cùm diſtinguit inter-
eſſe : quia reſpectu conuenti ego illi adhæreo,
& verum dicit:vt quod,quantúmve ſit peti poſ-
98 ſit,per.l.finalem.ff.de præto.ſtipul. † Reſpectu
cõmunis ego dico quòd æſtimatio rei ſiue facta
fuerit communiter ſiue inter ipſas partes, ſi aga-
tur ad intereſſe duplandum,duplabitur illa æſti-
matio rei tãtum:vt ſi à iudice ſit res æſtimata cõ-
muni æſtimatione, duplabitur illa æſtimatio. ſi
partes æſtimauerint:tunc illa æſtimatio duplabi
tur.Et ego pondero tex.ineuitabilem in dicta.l.
vnica,§. ſancimus. in verbo,dupli quantitatem.
& ſic cùm reſoluat ſe per quantitatẽ dupli, quod
duplum amplectitur ſimplum, & illud ſimplum
ſit ipſa æſtimatio rei.§.tripli.Inſtit. de actio.me-
lior tex. in.l.hoc edicto.§.fin.ff.de publica.& ve
ctiga.ibi, & magis placuit vt res in duplo ſit. de
quibus textibus memini ſuprà: quare dubiũ nõ
eſt quòd duplatur rei æſtimatio. Idem tex. in di-
cta.l.Titius.in fi.ff.de actio. empti.ibi, eum qui
minimo venit pretio.& ſequitur,iniquum vide-
tur in tam magnam quantitatem obligari vendi
torem.& ſic illa quantitas intereſſe regulatur ſe-
cundùm pretium,cùm dicit,eum qui minimo ve
nit pretio. Nec facio vim de his quæ dixit Bart.
cùm loquatur de intereſſe quod reſpectu ſui vel
adiuncti habet certam naturã vel incertam: quia
illud dico procedere ſecundùm doctrinam Pet.
ſuprà recitatam, quòd in reſpectiuis illud quod
compenſatiue reſpondet debeat duplari, per.l.
emptori.ff.de euictio.& cum declaratione prius
per me data, quam ſuis dictis addas, & poteris
repetere pro declaratione ipſorum. Et per hæc
ſit finis concluſionibus prius propoſitis & diſpu
tatis per me.

FINIS.

Incipit solennis Repetitio L. Donatio-

NES QVAS DIVVS IMPERATOR.

C. de donationibus inter uirum & uxorem. dom. Ioannis Ignei doctoris Aurelij & Regij Mediolani Senatoris.

Imperator Iustinianus A. Mennæ Præfecto prætorio.

Donationes quas diuus imperator in piissimam reginam suam coniugē, vel illa in serenissimum maritum contulerit, ilico valere sancimus, & plenissimam habere firmitatem: vtpote imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus, minimeq́ opitulatione quadam extrinsecus egentibus. D. viij. idus Aprilis, Decio V. C. consule.

Summarium sequentis Repetitionis prædictæ Legis, Donationes quas diuus imperator. C. de donationibus inter uirum & uxorem.

1 Donatio propter nuptias non potest interuenire in rege & regina.
2 Donatio simplex & propriè sumpta cadere potest inter regem & reginam, non obstante quauis contraria lege.
Leges interpretationē recipiunt secundùm titulos in quibus locatæ sunt.
3 Donatio à rege facta reginæ vim capit ab animata lege.
4 Princeps etsi legibus solutus est, non tamen lege conuentionis.
Princeps qui se submisit iudicio inferioris, tenetur obedire.
5 Princeps quo casu successorem obligare possit.
Infantes tametsi ex promissione non obligentur, nec matrimonium contrahant: pro bono tamen pacis contractum per eos validum est matrimonium.
6 Minor non restituitur ratione conuentionis pacis.
Rex Francorum causa fœderis promittens aliquid regi Anglorum, an obliget successores. & nume. 25. & 27.
7 Successor in imperio aut papatu non ligatur contractu prædecessoris.
8 Princeps multa potest occasione pacis, quæ alioqui non essent in sua potestate.
9 Reges & principes contrahere possunt, ne sint deterioris conditionis quam subditi. & nume. 11.
10 Successor non debet reuocare quod per præcessorem legitime constitutum est.
12 Princeps ratione pacti non obseruati existens in causa discordiæ, potest communione priuari per summū pontificem.
Princeps per summū pontificem compelli potest ad pacta & transactiones seruandas.
13 Princeps iurisperitorum & procerum stipatus caterua, non præsumitur inconsultè sua expedire negotia.
14 Princeps in negotijs gerēdis præ omnibus solicitus, quid acturus sit præcogitare debet.
Iudex sine peccato potest quem morti tradere sine causæ cognitione, si hoc ei princeps præceperit.
15 Iudex principis irati mādatum differre debet in diem trigesimum, aut secundam expectare iussionem.
16 Pax cum rege Anglo per regem Gallorum inita præsumitur perpetua, ideoq́ à successoribus conseruanda.
17 Legis vice tenendum est quod principi placuit.
18 Princeps priuilegium habet vt possit etiam contra ius contrahere.
19 Princeps bellum indicēs præsumitur iusta causa motus.
Factum principis quanuis erroneum facit ius.
20 Pax cum ciuitatibus inita in omnibus capitulis suis est obseruanda.
21 Donatio Constantini facta ecclesiæ non fuit nulla, quæ facta non fuit, si Papæ Pio secundo creditur.
22 Donatio illa ecclesiæ facta quæ falsò attribuitur Constantino, facta fuit à Pipino & Carolo magno Francorum regibus.
Homo liber cunctis rebus præponi debet.
23 Homo liber pacis ineundæ gratia obses dari potest.
24 Feudum Francum pacis causa domino inscio alienari potest.
25 Lex transiens in priuilegium æqualis vel non subditi, in eiusdem detrimentum non debet reuocari.
26 Reges Francorum dum coronantur, de conseruandis regni iuribus & honoribus iuramento adstringuntur.
Prælatus rem ecclesiæ quam alienauit reuocare potest.
28 Rex Francorum superiorem nullum habet.
29 Rex Franciæ ciuibus inuitis non potest aliquam ciuitatē regni alienare.
Argumentum ab etymologia vocabuli quando valeat.
30 Rex Francorum nō tenetur soluere pensionem annuam Anglo, ne videatur ipsum directum regni dominum recognoscere.
31 Princeps liber libertatem à se abdicare nequit populo reclamante.
Rex Franciæ quantum ad alienationem administrator tantùm est, neque alienare potest.
32 Princeps quo casu & qua forma contrahere possit.
33 Hostem depellere via quauis, dolo scilicet & calliditate, est laudabile.
34 Vis illata, etiam ex interuallo & à priuato propulsari licitè potest contraria violentia.
35 Furtum quando licitum sit, & quando proditio.
36 Dominus quod in vasallum ius habet abdicare haudquaquam potest vasallo ipso dissentiente.
37 Regnum Franciæ cum sua libertate transit ad successorem, nec potest ipsum præcessor ea spoliare.
Connexa siqua producantur, nō nisi cōnexa tolluntur.
38 Præbenda si cui cum canonicatu conferatur, ea adempta canonicatui non præiudicatur.

Princeps

39 Princeps non pauca potest iure speciali, quæ non potest priuatus.
Priuati ampliorem quàm principes in rebus hæreditarijs habent potestatem.
40 Patrimonialia bona regni à fiscalibus & mixtis latum habent discrimen.
41 Princeps quot casibus res patrimoniales alienare possit. & nume. 43.
42 Infeudatio rei limitrophæ etiam in feudum dari solitæ reuocari potest, si æmulationis suspicio timeatur.
44 Regnum nõ potest pignori obligari, neque super eo pensio constitui.
45 Causa in contractu principis non anxiè inuestiganda.
Bona principis patrimonialia emphyteutica, indiscriminatim possunt in emphyteusim tum perpetuam tum temporalem concedi.
46 Bona feudalia principis licite possunt in feudum dari.
47 Fiscalia bona patrimonio principis incorporata alienari nequeunt.
48 Mixta bona principis, qualia sunt tributa, pedagia & similia, sunt prorsus inalienabilia.
Decimæ tributo cedunt.
49 Princeps non potest res aut loca limitropha alienare, de quibus oriri potest suspicio æmulationis.
50 Ciuitas aut oppidum non potest alienari inuitis ciuibus aut oppidanis.
51 Imperator per rescriptum aliquem reditum annuum ex rebus alicuius ciuitatis vel ecclesiæ nemini potest concedere.
52 Rex potest de rebus patrimonij modicæ æstimationis & omni carentibus suspicione pro voto disponere.
53 Quantitas in re donata qualiter attendi debeat.
Donum æstimatur pro modo & conditione donantis.



DONATIONES quas diuus imperator. Istis putaui addere quæstionem singularẽ quam aliquãdo Aureliæ in anno ætatis nostræ vigesimo publicè disputauimus, & in modum repetitionis assignauimus
super.l.donationes.C.de donationi.inter virum
& vxorem. aliter secũdùm Baldum & antiquos
posita sub titu. de donatio. regis in reginam: data prius aliqua textuali declaratione ad illam.l.
quam primò diuisi in tres partes. Prima dat limitationem ad totum titulum de donatio. inter virum & vxorem. Secunda assignat rationem limitationis. Tertia extendit præcedentem limitationem. Secunda pars est in versic. vtpote imperialibus contractibus. Tertia in versicu. minime. & hoc dicit: Contractus principis vim legis obtinent, quomodocunque facti sint.
Lex ista est dubia secundùm aliquos propter
verbum, donationes. de qua debeat intelligi. Oldra. in consil. xciiij. incip. eleganter scriptum est.
versic. sed quid in casu præsenti. dixit intelligendum esse de donatione propter nuptias. cuius dictum sequutus est Corsetus in tracta. suo de potesta. & excellen. regis. in. q. iiij. & vj. Quorum
1 intellectus non videtur mihi verus: † cùm inter
regem & reginam non possit donatio propter
nuptias cõsistere: nec debet princeps contrahendo, nec post contractum matrimonium aliquid donare propter nuptias. text. in. §. illud. versicu. hæc ergo casta lege. in authen. quibus mo. natu. effic. legitimi. colla. vj. sumpto termino, vsque, posito in illo textu exclusiuè, & non inclusiuè, prout notat in his terminis glos. in. §. quia verò legem. Primò in verbo, vsque. in authenti. vt liceat matri & auiæ. colla. viij. Secundò & melius, quia lex ista non conueniret titulo: cùm in ea nõ esset dubiũ quin valeret donatio facta propter nuptias à quocũque priuato. l. cum multa. §. sancimus. C. de donatio. ante nuptias: §. est & aliud. Instit. de donatio. Igitur vt faciat ad titulum, pu-
2 to † intelligẽdum de donatione simplici & propriè sumpta, de qua loquitur. l. j. ff. de donatio. & facta inter virum & vxorem, scilicet regem & reginam constante matrimonio, quæ valet iure speciali, non obstante ratione legis primæ: ff. de donatio. inter virum & vxorem. prohibente donationem inter virum & vxorẽ, ne mutuo amore coniuges se inuicem spolient: quia hæc ratio cessat in principe, per istum tex. Cui accedit similis in. l. cum multa. C. de bonis quæ liber. l. sancimus. C. de donatio. Ratio est, quia leges debent interpretari & intelligi secũdùm titulos in quibus positæ sunt. l. imperator. ff. de in diem adiec. quem tex. notat Barto. in. l. ventre. secunda col. ff. de acquiren. hæredita. Similis text. cum glos. in. l. fin. in princi. ff. de condi. indebi. Cùm ergo lex ista posita sit sub titulo de donatio. inter virũ & vxorẽ. debet igitur intelligi de donatione simplici facta à principe reginæ, quæ valeat constante matrimonio facta contra regulas iuris communis. Propterea dixi suprà quòd hæc lex venit li-
3 mitatiuè ad omnes leges huius tituli: † & donatio ipsa facta à rege in reginam recipit incrementum à lege animata, scilicet à principe, qui est lex animata. §. fi. in authen. de consu. colla. iiij. glos. in. l. quia tale. ff. soluto matrimo. sicut aliàs notatur in dicta. l. cum multa. & dicta. l. sancimus. cũ ibi notatis per Bald. sicut etiam dicitur de donatione quæ recipit fomentum à lege inanimata. l. si quis argentum. §. fin. in prin. C. de dona. l. j. in princ. ff. de consti. pecu. idem in donatione facta à principe, per supradicta. & idem firmauit Bertran. Capriolus in. l. principes. ff. de legi. per casum dictæ. l. sancimus. in fine. C. de donatio: facit quod not. Bal. in. l. ciuitas. ff. de rebus credi. ponderò tex. nostrum in versi. minimeq; opitulatione quadam extrinsecus egentibus. per quæ dico ex forma seu solennitate legis scriptæ cõtractus principis non recipiunt maiorẽ vim, quàm si forma seruata non fuerit: cùm princeps sit ipsa forma. l. omnium. C. de testamẽ. Idem posset dici de alijs, qui potestatem habent legis condendæ. l. Antiochensium. ff. de priuilegijs credito. l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. facien. & idem sentire videntur Cinus hic, Bartolus & Baldus.

Nota vnum ex secunda parte huius legis ibi,
4 vtpote imperialibus contractibus. quòd † licet
princeps sit legibus solutus. l. princeps. ff. de le-
gi. §. fin. Institu. quibus mod. testa. infirman. iun
cta. l. digna vox. C. de legi. nõ tamen solutus est
lege conuentionis. Cõcordat tex. in. l. Cæsar. ff.
de publica. & vectiga. idem notatur in. l. ciuitas.
vbi per Barto. & omnes. ff. de rebus credi. idem
notant Bald. & Moder. per hunc tex. in. l. j. ff. de
constit. princip. Quibus addo vnum, quòd licet
princeps nõ subdatur potestati inferioris ab eo:
vbi tamen liberè se submittit iudicio inferioris,
tenetur obedire. text. in. l. est receptum. ff. de iu-
risdi. omnium iudi. quem textũ notat ad hoc Bal.
in. l. rescripta. C. de preci. impera. offe. idem tex.
in. c. nos si incompetenter. ij. q. vij. per quem te-
xtum dicit Bal. in dicta. l. est receptum. post In-
nocen. & Anto. de Butri. in. c. omnis vtriusque
sexus. extra de pœniten. & remiss. quòd si papa
submittat se iudicio sui pœnitentiarij aut confes
soris: pœnitentiam sibi iniunctam tenebitur im-
plere. glos. est in. c. nemo. ix. quæstio. iij. glos. in
c. sanè quia. extra de offi. iudi. deleg. Idẽ in prin-
cipe. d. l. est receptũ. idem tex. in. l. apud filiumfa
milias. vbi per Benedic. de Plumbi. ff. de manu-
mis. vindic. de quo per Felin. & Canon. in. c. ec-
clesia sanctæ Mariæ. extra de constitu. Item not.
Bal. in dicta. l. princeps. ff. de legi. Cin. Bal. Pau.
de ca. in dicta. l. digna vox. quod obseruauit im-
perator Friderichus tunc cùm facta est pax Con
stantiæ, prout referunt Odofre. & Bald. in dicta
l. est receptum. per eosdem in titu. de pace Con-
stan. in princip. colla. x. Barto. in tractatu suo de
Guelfis & Gibelinis. vbi addunt glos. in. §. nul-
la. in authen. de defenso. ciuita. colla. iij. in verb.
5 iurisdictione. in fine. vnde est † quòd licet prin-
ceps non possit regulariter successoribus ratio-
ne contractus legem imponere: vt dicit tex. in ar
gumentum in. l. prouidendum. C. de decurio. li-
bro. x. text. cum glos. in verbo, participans. in. §.
ad hoc. in authen. de non alienan. aut permutan.
rebus eccle. colla. ij. l. vnica. C. vt nullus ex vica.
pro alio. vica. debi. tenean. lib. xj. tamen vbi ra-
tione pacis aliquid promittit princeps, obligan-
tur successores: cùm acquiratur vniuerso popu-
lo bonum generale ratione pacis & fœderis. c. j.
de pace Constan. colla. x. per quem text. dixit ibi
Bald. quòd omnia capitula pacis sunt à principi
bus in perpetuum obseruanda. facit quod notat
Cin. Bald. & omnes in dicta. l. digna vox. Qui-
bus addo text. vltra eos in. c. ij. extra de despon.
impu. vbi licet infantes ex promissione nõ pos-
sint obligari, nec possint matrimoniũ contrahe-
re: tamen pro bono pacis contractum matrimo-
nium tenet. Accedit tex. in. c. nisi essent. extra de
præbẽdis. in verbo, pro bono pacis. Et propter-
ea dixit Cin. in. l. j. C. de in integrum restitut. mi-
no. quòd fugiens inimicitias nõ præsumitur læ-
sus: cùm minoribus intersit non vexari litibus. l.
6 prima. ff. de mino. † Propterea non potest resti-
tui minor ratione cõuentionis pacis. l. auxilium.
ff. de mino. idem no. Bart. in. l. quicunque. C. de
fide instrumen. & iur. hast. fisca. lib. x. Bald. in. l.
quicunque. C. de seruis fug. & in dicto. c. nisi es-
sent. & plus dixit Bald. in dicta. l. digna vox. C.
de legi. quòd pacta quæ fierent hodie à Christia
nissimo rege cum Anglorũ rege, si nomine suæ
gentis fierent, cùm sint approbata de iure gen-
tium, extẽderẽtur ad successores in regno. quod
dictum, cùm sit arduum & non perfecte exami-
natum, & non sit verum simpliciter: intendo igi
tur pleniore stylo declarare in modũ quæstiõis.
Quæro igitur an promissum causa fœderis
vel pacis à Christianissimo rege Anglorum regi
obliget successores in regno? In quo articulo
indistinctè conueniunt omnes vt obligentur. &
hoc tenent in dicta. l. digna vox. C. de legi. & in
dicta. l. j. ff. de constitu. princip. c. j. extra de pro-
ba. Iacob. de sancto Geor. in summa feudorũ, in
verbo, princeps. versic. sed an princeps. Bald. in
dicto. c. j. de pace Constan. per eundem in. l. fin.
C. de transac. & ad id mouentur præsertim Mo-
derni in dicta. l. j. ff. de constitu. princi. quia cùm
regna deferantur ad successores non electione,
sed per successionem, cùm primogenitus succe-
dat in regno. c. licet. extra de vot. & vo. redemp.
Bald. in. l. ex hoc iure. in. iiij. q. ff. de iusti. & iure.
Cardi. Alex. in. c. & quia. in princip. qui feudum
dare possunt. colla. x. quod maximè procedit in
regno Franciæ. vnde, secundùm eos, sicut cæteri
priuati ex obligatione suorum authorum tenen
tur, & conueniri possunt. l. cùm à matre. C. de rei
vendi. & l. ij. C. ne filius pro patre. eadem ratio-
ne, secundùm eosdem, obligantur successores re
gis in ipso regno. quæ ratio cessat in papa & im-
peratore: cùm nõ successione sed electiõe creen
tur. c. venerabilem. extra de elec. c. dilecto. extra
de præbẽ. glos. est in. §. ad hoc. in authen. de col-
lato. colla. ix. Barto. in extrauagan. ad reprimen
7 dum. in verbo, reges. † Cùm igitur successor in
imperio causam non habeat à præcedente impe-
ratore: non mirum si successor in imperio ex cõ-
tractu prædecessoris obligari nõ possit. l. lex ve
ctigalis. ff. de pig. l. si quis domum. ff. loca. & cõ-
ducti. Isto argumento vsi sunt omnes antiqui &
Moderni post Guido. de Suza. in dicta. l. j. ff. de
constitu. princi. & in dicta. l. digna vox. Et licet
hoc sit eorum capitale fundamentum: tamen vi-
dere meo non vrget, vt videbitur ex sequẽtibus:
Ego autem nouissimè addo pleraque alia funda
menta pro hac prima parte. Et primò, quoniam
in omnibus obligationibus seu conuentionibus
inspicienda est semper causa contractus. text. in
l. cùm de indebito. §. fina. vbi per Barto. & Flo.
ff. de proba. & in. l. nuda. vbi per Bart. & omnes
ff. de dona. in. l. j. ff. de condi. sine causa. Sed cau-
sa cõuentionis inter ipsos reges est, vt quod bel-
li calamitas induxit pacis lenitate sopiatur: vt di
xit tex.

xit text.in.l.vnica,in princip.C.de cadu. tollen.
& in.l.ij.versicu.maximè.C.de offi.præfec.præ
to. Africæ.cùm causa igitur obligationis sit legi
tima,nihil tam congruum & cõueniens est prin
cipi quàm quod conuenit obseruari.l.j.ff. de pa
ctis.l.ex imperfecto.C.qui testamen.facere pos.
epistola,inter claras.C.de summa trinita. & fide
8 catho. † Hinc est quòd ratione pacis multa per
mittuntur principi, quæ aliàs non permitteren
tur:quoniam licet ei rea suas & subditorum ho
sti tradere.l.Lucius.ff.de euic.l.item verberatũ.
§.j.ff.de rei vendica.& quod notatur in.d.c. nisi
essent.per Bar.in.l.quicunque.C.de fide instru.
& iure hastæ fisca.lib.x. & multa alia de quibus
plenè per Bald.in titu.de pa. Constan.in fi. col
la.x.Et hoc maximè procedit cùm princeps ama
tor sit pacis & quietis.l.ij.C.de offi.præfec.præ
to.Afri.l.j.§.quies.ff.de offi.præfec.vrbis.l.cõ
suluit.ff.de officio præsi.§.primo. de pace tenen
da,& eius viola. collatio.x. Ne igitur ex autho
re pacia & iustitiæ bellum oriatur, vnde pax &
veritas inducitur: iuxta.l. meminerint.C. vnde
vi.debet quod promissum est obseruari:cùm in
ter offensum & offendentem præsumitur animi
indignatio: & est præsumptio naturæ vulneratæ
propter offensam.l.iij.in fine.ff.de adi.lega.l. li
cet.ff.de arbit.l.in ipsius.C.familiæ ercistundæ.
9 Secundò, † seruilis enim foret regum condi
tio si eis contrahere non liceret, aut aliquid do
nare,per quam donationẽ dicuntur contrahere.
l.sancimus.C.de donatio.Idem dicit glos.& Io.
Andre.in.c.grandi. de supplen.negligen.præla
to.libro.vj.Inno.& Anto.de Butr.in.c.intelle
cto. extra de iureiuran. Quod autem de rebus
ipsius regni possint cõtrahere & donare,est tex.
in.l.idẽ Iulianus.§.si.ff.de lega.primo.ibi, quo
niam commercium eorum, nisi iussu principis,
non est,cùm distrahi non soleant. Idem in.l. be
ne à zenone.C.de quadrien.præscript.duntamẽ
ille contractus non cedat in graue regni dispen
dium,dicto.c.intellecto. quæ verisimilitudo nõ
est in principe, vt velit in damnum & perniciem
regni aliquid facere: aliàs præsumeretur contra
principis cõsuetudinem factam.l.humanum.C.
de legibus.l.si vindicari.in argumen.C. de pœ
nis. præsertim vbi ratione fœderis & pacis hæc
10 fiunt.Durum est igitur † & amarum per succes
sorem reuocari quod legitimè per antecessorem
promissum seu donatum est.l.cùm hic status.§.
ait oratio.ff.de donatio.inter virum & vxorem.
Et propterea dixit Oldra.in cõsilio.xciiij.quòd
filius primogenitus aut alij successores in regno
alienationes regiam dignitatem grauiter non læ
dentes obseruare tenentur.c. abbate sanè. extra
de senten.& re iudic.facit quod notat Specu. in
titu.de instru.editio.§.nunc autem.in fine.Inno
cen.ante eos in dicto.c.intellecto.extra de iure
iuran.Bar.in consi.cxcvj.incip.ciuitati Cameri
neñ.per eundem in.l.prohibere.§.planè.in fine.
11 ff.quod vi aut clam. Tertiò, si † non liceret
principi contrahere:sequeretur absurdum, vt is
qui est omnium præsul.§. illud. in authen. vt iu
di.sine quoquo suffra.collatio. ij.l.j.C. de offic.
præfec.præto.Afri.clemen.ne Romani.de iure
iuran.& glos.in.l.bene à zenone.in verbo, om
nia principia.C.de quadrien.præscrip. in dispu
tatione illa Bulgari & Martini,fieret exul,& es
set dignitas regia sibi nociua,dicto.c. singulare.
Bal.in.l.princeps.ff.de legibus.Et propterea di
xit idem Bal.in.c.j.in prin.de natura feudi. col
la.x. quòd imperator Friderichus primus qui se
cit commune Papiæ ex quibusdam castria comi
tem conferendo sub iuramento fidelitatis:quod
nec ipse nec successores eius poterunt reuocare
sine culpa communitatis Papiæ: tanto magis in
rege aliquid promittente ratione fœderis: cùm,
vt dixi suprà, in fundamẽto Vltramontanorum
minus obligetur successor in imperio ex contra
ctu prædecessoris:cùm nullam causam à præde
cessore habeat.argumẽ.l.lex vectigalis.ff.de pi
gnoribus: quod secus est in successoribus regũ
in ipso regno: cùm successione regnum habea
tur & transmittatur.c.j.de feudo marchiæ. colla
tio.x.&.d.c.licet.extra de voto & voti redemp.
pro qua parte facit tex.inexpugnabilis in.c. no
uit.extra de iudi. qui tex.videtur absoluere pri
ma facie totum illud dubium,sic vt non esset am
plius opus alia decisione. Faciunt plenè notata
per Bald.& Moder.in.l.qui se patris.C. vnde li
12 beri. Quartò, † quoniã vbi ratione pacti non
obseruati potest discordia inter principes oriri,
posset summus pontifex non obseruantem pa
ctum euãgelica denuntiatione præcedente com
munione priuare.d.c.nouit. extra de iudi. Idem
tex.in.c.discordãtes.&.c. placuit.xc.distin.c.de
presbyterorũ.xvij.q.iiij.Idẽ not.Bar.in extraua
gan.ad reprimendũ.in verbo,denũtiationẽ. ex
pressius Bal.in.l.æquissimũ.per illum text.ff.de
vsufruc.& per text.in.d.c.placuit.xc.dist.quod
cõtigit in Friderícho in voce.de quo in.d.c. ab
bate sanè.de senten.& re iudi.lib.vj.Idem refert
Bartol. in tractatu suo de Guelfis & Gibelinis.
Ioan.And.in.c.ex parte.extra de feudis.Et post
hæc secuta est pax Constantiæ:de qua in toto ti
tulo de pace Cõstan. colla.x. vbi idẽ refert Bal.
post Odofre.& Bal.in.l.vnica.C.ad legem Iul.
visce.inquantũ refert de passione & partialitate
Guelforum & Gibelinorũ. Præsertim ista vera
sunt,si tales sunt principes discordãtes per quos
tota respublica turbari posset: iuxta.l.si quis in
genuã.§. in ciuilibus dissensionibus.ff. de capti.
& postli.reuer.& in.d.l.ij.§.j.C. de offi.præfec.
præto.Afri.quia inde nascerẽtur quotidiani ho
stium incursus:vt dicit tex.in.§.illud. in authen.
vt iudi.sine quoquo suffra.coll.ij. templorũ de
populationes.§.sed neque.versi.publicorum.in
authẽ.de mãda.princ.oppressiones mulierũ.l.si
vxor.§.si qs planè vxorẽ.ff.ad legẽ Iul. de adul.

non est igitur mirum si ob tantum scādalum eui
tandum authoritate summi pontificis compelli
posint ad transactionem obseruandam. Ita no-
tat Bal. io dicta. l. æquissimum. ff. de vsufruc. Ro
manus in. l. qui bona. §. si quis iuxta. ff. de dāno
infec. facit textus in. c. j. vbi per Felinū. & in ru-
brica extra de treuga & pace. &. c. venerabilem.
§. oos vtique. extra de electio. c. j. de pace tenen-
da & eius violato. colla. x. no. per multa Moder
ni Perusini in. l. quidam æstimauerunt. ff. de re-
13 bus credi. Quintò, cùm † in latere principis
sit tāta iurisperitorum & procerum copia, iuxta
l. quisquis. in princip. C. ad legem Iul. maiest. &
l. vnica. C. de præposi. laborum. lib. xij. &. l. om-
nia. C. de testamen. non est verisimile principem
inconsultè ipsum oegotium expedire. hinc est ꝙ
ordioatum & dispositum authoritate tanti con-
silij in vtilitatem & gloriam regis & regni vide-
tur redundare: nec aliter præsumendum est pro-
ceres censuisse. text. est solennis in. l. humanum.
in fine. C. de legibus. &. l. dubium nō est. in prin
ci. C. de repudijs. c. apostolicæ. xxxv. q. ix. Hinc
succedat illud Iustiniani in. §. & oos nō latuit. in
authen. quibus modis oatur. efficiuntur legi. col
latione. vj. Incompetens est ea quæ bene exclusa
sunt rursus ad rempublicam reuocare. Idem tex.
in. l. iij. C. de summa trinit. & fide catho. ibi, oam
& iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi
si quis semel iudicata ac rectè disposita reuolue-
re & publicè disputare contenderit. l. ij. C. de cri
mi. sacrilegij. &. l. sacrilegij. C. de diuersis rescri.
Hinc dixit Archi. in. c. quod autem. xxv. q. ij.
cuius dictum sequitur Bald. in præludijs feudo-
rum. ix. colum. in principio. quod cùm promul-
gandæ legis authoritatem fortunæ sibi vendicat
principis eminentia: vt dicit tex. in. §. j. io authen
ti. de raptis mulieri. colla. ix. &. l. ex facto. ff. de
vulga. & pupilla. substitu. l. finali. C. de legibus.
14 † Super omnes cogitare debet quid agat: vnde
cùm aliquid ex certa scientia vult, nemo potest
ei dicere, cur ita facis. Ecclesiastes. viij. cap. &. ij.
Regum. iij. §. adhæc. in authen. de appel. & intra
quæ tempora. collatio. iiij. c. quanuis. in verbo,
deo. de pœniten. distinctio. iij. & non præsumi-
tur velle sua statuta & suos contractus iofringe-
re. l. si quando. in princ. C. de inoffi. testamen. &
l. fina. C. de testamen. militis. quod dictum repu
tant singulare Moder. in. l. rescripta. C. de preci.
impera. offeren. vbi plus dicit Cin. quòd si prin-
ceps mandat alicui iudici vt sine causæ cognitio-
ne aliquem mittat ad furcas: poterit iudex iste
exequi mandatum principis sine peccato mor-
tali. Idem notauit Abbas in capitu. quanto. in
quinta colum. extra de iureiuran. Facit pro isto
dicto quod notat Aretinus in. l. j. in secunda co-
lum. principij. in fine colum. ff. de acquiren. pos-
sessio. Antonius de Butrio in. c. quia plerique;
in antepenultima colum. extra de immunita. ec-
clesia. & in. c. constitutus. extra de religio. domi.
Quod vltimum dictum non puto indistinctè ve
rum, per text. in. l. si vindicari. C. de pœnis. qui
tex. canonizatur in. c. cùm apud Thessalonicam.
15 xj. quæstio. iij. † debet enim iudex expectare se-
cundam iussiooem vel differre vsque in trigesi-
mum diem. Cui addo textum in. §. deinde com-
petens. in verbo, nuntians. in authen. de manda.
principum. collatio. iij. vbi glossa inuehit contra
miseros prælatos, qui nō audent reclamare man
dato papæ aut imperatoris, vbi rescriptum non
videtur eis æquum. Idem tex. in. §. in alijs. in au-
thenti. vt determinatus sit numerus clericorum.
colla. j. &. l. omnes iudices. io fi. C. de decurio. li-
bro. x. Facit text. in. c. si quando. vbi per omnes.
extra de rescrip. per quem tex. probatur quòd si
papa mandat aliquid explicandum: si tamen su-
scipiens mandatum videat mandatum non esse
consonum veritati, debet papæ rescribere de ra-
tione iniquitatis: aliter tenetur exequi maodatū
aut expectare secundam iussionē. quem tex. no-
tant ad hoc Moder. Papienses in. l. j. C. de sum-
ma trini. & fide catholi. idem in terminis oostris
firmauit Alex. in. l. debitoribus. io quarta addi-
tione. ff. de re iudica. Sed in dubio omnia à prin-
cipe gesta præsumuntur legitimè facta. l. ex fa-
cto. ff. de vulga. & pupilla. substi. quia talis præ-
sumitur esse volūtas principis, qualis de iure es-
se debet: per illum text. & in dicta. l. fin. C. de te-
sta. mili. &. l. ij. C. de noxa. actio. Idem not. Bart.
& Alex. in. l. idem Vlpianus. per illum tex. ff. de
excusa. tuto. Si igitur coouentio ab anterioribus
regibus facta fuerit legitimè, per successores ob-
16 seruari debet. Sextò, † quoniam Christianis-
simus Rex noster ineundo pacem cum Anglo-
rum rege, videtur oomine sedis regiæ & in per-
petuum per præsentem mundi ætatem conueni-
re. tex. vbi idem not. Bal. in. c. j. in verbo, in per-
petuum. de pace Constan. colla. x. & text. in. c. j.
de pace tenen. & iuramen. firman. colla. x. in. c. j.
de pace tenen. & eius violatori. prout dixit illic
Bald. Fridérichum fœdus & pacem inijsse non
nomine proprio sed nomine sedis. cùm igitur re
gnum ipsum non moriatur. §. finali. io authen-
ti. quomodo opor. episco. colla. j. l. quod princi
pi. ff. de lega. ij. &. c. si gratiosè. de rescrip. lib. vj.
ad successorem merito trāsit obligatio. Pro qua
parte ego addo, quòd cùm sermo dignitati non
autem persooæ dirigitur: tūc fit translatio & ex-
tensio ad successores in dignitate. tex. in. c. quo-
niam abbas. extra de offi. delega. idem not. Bal.
in. c. j. in verbo, Marchio. qui feudum dare pos-
sunt. colla. x. per Bar. & Moder. in. l. fundi. ff. de
acquiren. posses. Floria. in. l. iiij. in princip. ff. de
seruitu. Non est igitur mirum si ex ea cōuentio-
ne compellantur successores ad obseruandum
conuenta, secundùm Bald. in dicto. c. j. de pace
Constan. colla. x. & tex. est in. l. annua. §. fina. ff.
de annu. lega. per quem text. idem notauit Pet.
& Cin. in. l. si quis imperatorem. C. qui testa. fa-
cere

cere possunt. & glos. est in.l. tale pactum. §. fina. in verbo, per exceptionem. in fi. ff. de pactis. Barto. in. §. & hoc vero. in authen. vt nulli iudi. lice.
17 babe. lo. conseruato. colla. ix. Septimò, † placitum principis est lex. l. j. ff. de constitu. princi. l. ij. §. nouissima. ff. de origi. iur. §. sed quod principi. Institu. de iure naturali. & maximè contrahendo, vt hic, &. l. Cæsar. ff. de publica. & vectiga. & dixi suprà. Vnde sicut de ratione legis scriptæ non est contendendum quare ita scripta est, sed sufficit dicere, lex ita scripta est: vt dicit text. in. l. prospexit. ff. qui & à quib. manumis. libert. accipiunt. sic in voluntate principis. l. ij. C. de crimi. sacrilegij. &. l. sacrilegij. C. de diuers. rescrip. & in. c. quanuis. cum glos. de pœniten. distin. iij. quæ extendit illum text. in papa. facit quod not. in. l. quidam consulebant. ff. de re iudic. Non est igitur contendendum quæ ratio mouerit principem ad contrahendum: quoniam præsumuntur omnia per eum gesta legitimè facta. l. penul. vbi per Bald. C. de bo. quæ libe. Idem notat Bald. in præludijs feudorum in. ix. colum. circa princip.

Nec obstat secundùm Bal. in dictis præludijs,
18 si † dicatur contractum principis factum esse cōtra ius commune, & propterea non valere: cùm hoc sit priuilegium principis, per. l. si quādo. C. de bonis vacan. lib. x. &. l. quo minus. ff. de flumi. licet in casu nostro non sit contrariū iuri cōmuni, sed potius cōforme ratione fœderis & pacis contractæ. Ita est text. in. c. j. in verbo, volumus. vbi idem no. Bald. de pace Constan. colla. x. Idem notat Felin. in rubri. extra de treuga & pace. collatio. x. His addo quod not. Bart. Soci. in. l. j. in princi. ff. de acquirē. pos. reprobata opinio. Petri de Anchar. in regula, peccatum. de regulis iur. in. vj. & Canonistarum in ca. olim. extra de restitu. spolia. quorum sententiam sequutus est Areti. in dicta. l. j. in princ. ff. de acquiren.
19 possess. † quòd si princeps bellum indixerit, præsumitur quòd iusta causa bellū mouerit propter authoritatem ius dicentis: argu. l. hostes. ff. de capti. & postli. reuers. l. j. C. de officio præfec. præto. Afric. §. j. Instit. in procem. & not. in. c. si episcopus. extra de supplen. negligen. prælato. lib. vj. Pro qua parte induco text. vltra eum in. l. iij. in fin. ff. de suppel. lega. & quod notat Cin. in. l. fina. C. si contra ius vel vtili. publi. Modern. per multa in dicta. l. j. ff. de constitutio. princi. vbi factum à principe quantumcunque erroneum facit ius: nec aliter disceptandum est de ratione propter authoritatem ipsius agentis: sed sufficit dicere, ita principi placuit. hoc verum nisi contra fidem contenderet: sed nihil ad rem præsentem. Vnde quilibet contractus principis debet stabilis esse, sicuti quælibet lex.

Octauo facit quod per illum tex. notat Bald. in. l. fina. C. de transaction. in vltima quæstione: Apostolicus dicit quòd quædam ciuitas est sua: quod negat ciuitas: transactum est super hoc quòd ciuitas faciet quædam seruitia, vel quòd certam quantitatē annuam dabit vt vlterius non compellatur: an valeat talis transactio, & cōpellentur partes ad transactionem obseruandam: et concludit transactionē vtilem esse: & propterea
20 à conuenientibus obseruandā. Ex his infert † quod capitula pacis facta cum ciuitatibus, nisi dolus in eis interuenerit, obseruanda sunt, per ea quæ notātur in dicta. l. digna vox. C. de legi. &. l. sub prætextu. C. de trāsactio. sic idem in capitulis pacis factis inter Christianissimū regem nostrum & Angliæ regem, facto argumento ex identitate rationis, iuxta. l. ij. §. fi. C. de bonis eorum qui ante senten. mortem sibi consci. in versicu. argumento est senatusconsultum. Idem tex. in. l. cùm quædam. versicu. quare tam optimo exemplo argumentati. C. de administra. tuto. Facit quod in simili no. Felin. in rubri. extra de treuga & pace. col. iij. versiculo, tertiò facit.

Nonò possent ad decisionem præsentis dubij omnia referri, quæ tota Academia Canonistarū & Legistarum tradit in ea quæstione, an valuerit donatio facta à Constantino imperatore papæ Siluestro, de qua in. c. Constantinus. xcvj. distinc. per glos. in. §. primo. in authen. quomodo oporteat episcopos. colla. j. per Barto. & omnes in rubrica Digestorū. in verbo, Augustus. Bal. in præludijs feudorum. per Angel. & omnes in princip. Institu. in verbo, augustus. Quæ dubitatio adeo frequens est vt cæci in ea aliquid vidēt, surdi audiunt & muti loquuntur: habita ea communi conclusione quòd valuerit donatio: licet de ea quæstione dixerit Felin. in. c. solitæ. in fin.
21 extra de maiori. & obedien. † quòd papa Pius secundus in suo dialogo folio. xxj. dixit paleam Constantini esse falsam: & propterea inuehit cōtra miseros Legistas, qui laborāt in disputando an valeat quod nusquam fuit. Hinc aperit vnde aucta est potestas sedis apostolicæ in temporalibus. Et refert Platinam de vita pontificum in. c. de Marco primo papa: vbi reputat fabulosum illud quod refertur de Constantino mundato à lepra: licet aliqui sint Legistæ qui disputant materiam istam donationis factæ à Constantino factam esse mediante consensu populi: vnde non mirum si valuerit, & nō possit reuocari. per Moder. copiosè in rubri. ff. de verbo. obligatio. præsertim per Aret. Vnde non posset istud multum vrgere pro fundamento, an ratione contractus principis præsentis obligētur successores in regno vel imperio, duplici ratione. Prima quòd cum maxima deliberatione & consensu populi interueniente facta fuerit. Secundò propter illud assumptum primum quòd donatio facta nō est. pro qua parte facit tex. in clemen. pastoralis. in fine, de re iudicata. vbi sentit litera quòd vrbs Roma nō est de territorio imperatoris, sed pertinet ad summum pontificem. c. fundamenta. §. ne autem. de elect. eapropter videtur vana illa

disputatio secundùm Areti. in dicta rubric.in.j.
col.ff.de verbo.obliga. & Feli.in dicto capi.so-
litæ.extra de maiori.& obed. Istis adde quòd in
præcedentibus conclusionibus de hac donatio-
22 ne pôtifici facta annotauimus. His addo † quòd
communis sententia Historiographorum est do
nationes illas non à Constãtino factas fuisse, sed
à Pipino & Carolo magno regibus Franciæ.

Decimò præferendus est homo omnibus cæ-
teris rebus, vulgata.l.iustissime.ff.de ædili.edic.
vnde melius est pro cõseruatione vitæ seu liber-
tatis hominis omnes res, etiam sacras, quàm bo-
minem liberum captiuum retineri.l.sancimus.in
fine. C.de sacrosanct.eccles. vt licet liber homo
vendi, pignorari vel captiuari non possit. l. ob
æs alienum.cum sua authenti.C.de actio.& ob-
ligatio.cùm species sit seruitutis.l.secunda.ff.de
liber.homine exhiben.cui per pactum etiamvo-
lens subijci non posset.text.in.l.nec si volens.&
l.nec liberos.C.de libera.cau.tamen ratione pa-
cis vel fœderis poterit obses dari, & sic captiua-
ri.l.obsides.vbi per glos. ff. de testamen.capi.ex
rescripto.extra de iureiuran. glos.in capi.vt pri-
dem.xxiij.quæstione.viij.facit quod notat glos.
in.l.diuus. ff.de iure fisc. per Alexand. in.l.alia.
§.eleganter.secunda colum.versicu.tertiò fallit.
ff.soluto matrimo.vbi idem concludit post Spe-
23 cu.in titu.de conclus.& renuntia.§.j. † quòd ra-
tione pacis potest liber homo obses dari. Facit
text.vbi per glos.& Canonistas in cap.exposita.
extra de arbitris. Idem tenent omnes Canonistæ
per illum textum in dicto capi.ex rescripto. & si
in eis promissum teneat et obseruari debeat, tan-
to magis vbi pusillum aliquod vel aliqua pecu-
niæ quantitas promissa est ratione pacis. Facit
quod notat glos. & Baldus post eam in.l.secun-
da.C.de patribus qui filios distraxerũt. & quod
notat idem Baldus in.§.finali.de pace Constan-
tiæ.in fine.collatione.x.inquantum loquatur de
effectibus pacis.

Vndecimò induco quod notat Hostiens. per
illum textum in capi.fina. de rebus ecclesiæ non
alienan. quod dictum refert & sequitur Bald.in
præludijs feudorum. colum.penult. versicu.alia
24 diuisio feudorum : aliud Francum, quòd † feu-
dum francum potest inconsulto domino aliena-
ri, & tenebit alienatio. licet glos. aliud sentiat in
capi.inter dilectos. extra de fide instrumen.qui
text. videtur bene vrgere in verbo, conferebat.
Sic licet regnum ipsum Franciæ secundùm ali-
quorum sententiam francum dicatur quasi libe-
rum : non tamen desinet francum esse alia fran-
chisia scilicet belli vel hostilis captiuitatis : vnde
cùm alienatio teneat, non debet quod ꝓmissum
est denegari, secundùm assumptum Hostien.

Duodecimò quod notat Antonius post In-
nocentium in capi.nouit. extra de iudicijs. quo-
rum dictum sequutus est Alexander in.l. quod
semel.ff.de decretis ab ordine faciend. quoniam
25 † vbi lex transiuit in priuilegium nõ subditi vel
æqualis, non potest in eius dispendium reuoca-
ri.l. prima.ff. de decretis ab ordine facien. & in
c.cõstitutis.extra de religio.domibus. Idem no-
tat Archidia.in.c.quicunque.xj. quæstione pri-
ma.post Innocent.in.c. in nostra.extra de iniur.
& damno dato. Sed lex dicta est ex conuentio-
ne principum, vt hic. & in.l.Cæsar.ff. de public.
& vectiga.l.prima.§.si conueniatur.ff. de depo-
si.Idem notat Bald.in.c.j.in verbo,volumus.de
pace Constan.collatio.x. & notatur in.l.prima.
ff.de constitutioni. principum. Reuocare igitur
quod legitimè conuentum est, hoc non videtur
regiæ dignitati conuenire.c.j. vbi per Baldum,
de natura feudi.collatio.x.Et per hæc fit confir-
mata opinio Guido. de Suza.Cin.Bald.Pau.&
omnium in.l.digna vox.C.de legibus.vltra no-
tata per eos.& in.l.prima.ff. de constitutio. prin
cipum. Feudistæ in præludijs feudorum. colla-
tio.x.Bald.in.viij. colum.glos. & omnes in.§.j.
in authen.quomodo opor.episcopos.colla.pri-
ma.Iacob. de sancto Georgio in summa sua feu
dorum.in verbo, princeps. & Canonistæ in.c.j.
extra de proba.& in.c.nouit.extra de iudicijs.

Ego autem contra omnes præfatos doctores
& sequaces eorum, vt nõ possint successores ex
ea promissione Anglorum regi facta obligari,
sed reuocari possit & debeat, per multa teneo.
26 Primò, † quia cùm iurẽt reges in sua coronatio-
ne iura ipsius regni & honorem illibata seruare.
c.intellecto.extra de iureiurã. alienando contra
ueniunt iuramento.l.iubemus.§.sanè.versiculo,
œconomus.C.de sacrosanctis ecclesijs.§.primo.
versic.ad hoc.iuncta glos.in verbo, participans.
in authen.de non alienan. colla.ij.non mirum si
alienatum tanquam contra propriũ iuramẽtum
promissum reuocari possit.Plus dico quòd ipse
idem qui alienauit poterit alienatum reuocare.
tex.cum glos.in.l.si procur.in princi.ff.de exce-
ptio.doli.per quem dixit glos. quòd si prælatus
rem aliquam suæ ecclesiæ alienauerit, ipse idem
potest reuocare. Similis glos.in.d.l. iubemus.§.
œconomus. quia reuocãdo repetit nõ tanquam
alienans, sed tanquam quilibet alius habens po-
testatẽ reuocandi, iuxta.l.si paterfamilias. §. qui
duos.ff.de adoptio. Idem notat Nico.Spinel. in
l.si minori pretio. secunda colum. in princip.C.
de iure fis.libro.x. Idem not.glos.in.l. memine-
rint.in verbo,tutores.in fi.C.vnde vi. plenè per
Bald.& Ange.in.l. vnica.C.de senten.aduersus
fiscum latis.libro.x.Si igitur ipse idem qui alie-
nauit potest reuocare, tanto magis poterit & suc
cessor. Et hoc alia ratione, cùm non habeat par
in parem imperium.l.ille à quo.§.intempestiuũ.
ff.ad Trebellianum.l.magistratus.ff.de arbitris.
&.l.auxiliũ.ff.de minoribus. Hoc idẽ not.glos.
in nostris terminis in.l.digna vox.C.de legibus.
si hoc modo cõtrahendo non potuit princeps le
gẽ sibi imponere:tãto minus nec successoribus.

Secun

27 Secundò, † si hoc liceret, sigillatim regnum
ipsum posset annihilari: quia liberum esset vni-
cuique principi iura ipsius regni alienare, & sic
minuere, & spoliare in totum ipsum regnum. §.
hæc ergo. in authen. de non alienan. collatio. ij.
& per hoc fundamentum ita firmauit glos. in. §.
primo. in verbo, conferens. in authenti. quomo-
do opor. episcopos. colla. prima. Idem notauit
Bal. in præfatione Codi. in verbo, augustus. Vn
de cùm princeps debeat esse huius propositi vt
regnum ipsum augeat: si alienet, videtur contra-
rium actum facere suo iuramẽto: vnde posterius
iuramentum non potest primũ tollere. c. tua. pri
mo. & dicto. c. intellecto. extra de iureiuran. per
Bal. & omnes in authen. sacramenta puberum.
C. si aduersus vendi. & in. c. si diligenti. extra de
28 foro competenti. Tertiò, † cùm rex Franciæ
superiorem non recognoscat in temporalibus.
c. venerabilem. extra qui filij sint legi. per quem
tex. idem tenuerunt disputando Christopho. de
Castellio. Raphael Fulgo. Guardia. de Castel-
lio. post Ioan. Fab. in. l. prima. C. de summa trini
ta. & fide catholica. & dixi latius suprà. si ratio-
ne suæ cõuentionis teneretur aliquid annuatim
dare Anglorum regi, videretur hunc superiorẽ
approbare faciendo actum contrarium: iuxta. l.
ij. ff. de iure aureo. annulo. c. cùm M. Ferrarien-
sis. extra de cõstitutio. & in. l. ij. C. de iure domi-
nij impetran. nulli dubiũ quòd propter eum cõ-
tractum regnum Frãciæ esset enormiter læsum:
propter quam læsionem ita enormem non tenet
contractus. d. c. intellecto. extra de iureiurando.
ibi, alienationes quasdam fecerit in præiudiciũ
regni sui & contra regis honorem: & sic ex illo
contractu non ligatur regnum nec princeps: &
in consequẽtiam eius successores in regno à for-
tiori, vt dixi in præcedenti fundamento.
Quartò induco quod firmat Hosti. in. c. dile-
cti filij. extra de maio. & obedien. cuius dictum
sequuntur Bal. in. c. in generali. si de feudo fue.
controuer. inter dominum & agnatos. colla. x.
Moder. Papiẽ. in. §. item Seruiana. in. xxiiij. co-
lum. Institu. de actio. Alex. in apostilla ad Bar.
29 in. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. † ꝙ
rex Franciæ non posset vnam de ciuitatibus suis
inuitis ciuibus alienare. & hoc ista ratione. in-
terest enim subditorum non mutare dominum,
sicut interest domini non mutare subditos. l. in-
uito. in princip. ff. de fideicom. liberta. Idem no.
Innocen. in. c. in nostra. extra de iniur. & damno
dato. Si igitur ciuitatem vnam alienare non pos-
sit, tanto minus potest regnum ipsum totũ alie-
nare aut pignori obligare inuitis regnicolis: ne
prouincia ab omni æuo libera reddatur tributa-
ria. Quintò, bonum est argumentum ab ety-
mologia vocabuli vbi non resultat prauus intel
lectus. l. ij. §. appellata. ff. de rebus credi. & l. j. in
princip. ff. de acquiren. posses. Sed regnum istud
frãcum dictum est quia liberum, & ab omni ser-
uitute liberum & absolutum. arg. c. significauit.
extra de testi. Idem not. Ioannes And. in addi. ad
Specul. in titu. de rescript. Feudistæ in præludijs
feudorum. in diuisionibus fendorum in ea spe-
cie, aliud francum & aliud nõ francum. si succes-
sores in regno ex ea cõuentione tenerentur, desi
neret regnum francum esse, quia potestati alte-
rius subditũ esset ratione pensionis annuæ pro-
missæ: & sic contra naturam ipsius regni. Nemi-
ni igitur dubium est quòd talis conuentio cede-
ret in præiudicium regis & regni. non mirum si
non liget contrahentem nec eius successores, vt
dixi per dictum. c. intellecto. extra de iureiuran.
quia cedit in graue regis dispendium. Idem not.
Bart. per illum tex. in dicta. l. prohibere. §. planè.
30 ff. quod vi aut clam. Sextò, † quoniam per il-
lud pactum de annua pensione danda, tacitè vi-
deretur confiteri regem Angliæ dominum esse
directum regni Franciæ retento solo dominio
vtili. in. l. prima. ff. si ager vectiga. vel emphyteu.
& l. possessores. C. de fundis patrimoniali. libro
xj. l. prima. & per totum titulum. C. de iure em-
phyteuti. quod nullo iure fieri aut probari po-
test, multiplici ratione: quia is qui nullo iure est
dominus, per illum contractum fieret dominus
contra prohibitionem legis regiæ: cùm per suc-
cessionem, non autem conuentionem acquira-
tur & deferatur: vt dixi suprà per. c. licet. extra
de voto & voti redemptio. Idem not. Bald. in. l.
cum antiquioribus. iiij. col. in princip. C. de iure
deliberan. Cardi. in. c. & quia. in princi. qui feu.
dare possunt. colla. x. & in. c. mulier. si de feudo
fuerit controuer. inter dominum & agna. colla.
x. Nec mirum est si talis cõuentio tanquam con
tra legem regiam facta non valeat: argumento. l.
iuris gentium. §. & generaliter. ff. de pactis. & l.
contra iuris regulas. eo. titu. l. pacta quæ contra.
C. eo. Secundò quia contra probibitionem iuris
communis impedientis conuentionẽ in his quæ
regnum ipsum concernunt, per dictum. c. intel-
lecto. extra de iureiur. & translationem in alios
quàm ortos ex stirpe regia. argu. c. vnici, de feu.
marchiæ vel ducatus. colla. x. Vnde est quod di
xit Cardi. Alex. in præludijs feu. post Ang. in. l.
j. C. de repud. hæredi. & Bertran. Caprio. in sum
ma sua feudorum, quòd princeps ita conuenien
do videtur deformare principatũ, per dictum. c.
intellecto. Addo quòd istam partem tenuit Bal.
& Moder. post eum in. c. j. de natura feudi. col-
latio. x. Andre. de Iser. in. c. præterea ducatus. de
prohibita feudi aliena. per Frideric. eadem col-
latio. & Imol. sub alijs terminis in rubrica. ff. de
31 verb. obligatio. Septimò † cùm princeps re-
gnum ipsum liberum receperit, non potuit eam
libertatem à se abdicare inuito populo. tex. in. l.
legatus. ff. de offi. præsi. per quem tex. dixit glos.
& post eam Bartol. quòd cùm imperator impe-
rium à populo receperit. l. ij. §. deinde. ff. de ori-
gi. iur. & §. sed quod principi. Institu. de iure na

tura. nō potest princeps eam potestatem à se abdicare inscio & non cōsentiente populo. Sic idē in rege recipiente regnum liberum: quia libertatem non poterit tollere seu regnum sua libertate priuare, per illum text. Si igitur aliter fecerit, successoribus in regno non præiudicat, præsertim secundùm Iac. Butr. tenentē istam partem in præfatione Codicis, in verbo, augustus. cùm tanquam administrator quantum ad alienationem æstimetur nō tanquam dominus. Pro qua parte est tex. singularis in. l. iure nostro. ff. de testa. tu. te. & in. l. quāuis. ff. de reb. eo. qui sub tutela vel cura sunt. vbi glos. elicit id quod suprà notaui in primo fundamēto: quòd ipse idem qui talia decreta admittit, potest reuocare: argu. l. & si præses. C. de prædijs minorū. tanto magis poterit & successor reuocare. & in eis minus est dubiū, secundùm Iac. But. & dixi suprà. Et istam partē firmauit Bal. in præludijs feudorū. in. viij. col. versi. in contrariū videtur. vbi plus addit quòd rex non potest facere cōditionem regni in vniuerso deteriorē, nec regnum subijcere seruituti, secundùm Oldra. & ista sunt singularia verba Bal. in loco allegato.

32 Octauo, † licet permittatur principi contrahere & donare, & ex eis cōtractibus obligetur, text. est hic & dixi suprà in princ. notabilis, cui addidi text. in. c. j. extra de proba. & l. idem Iulianus. §. fi. ff. de leg. j. & l. bene à zenone. C. de quadri. præscript. hoc verū nisi ex eo contractu status vniuersalis regni enormiter læderetur, vt dixi pluries suprà, per. c. intellecto. sæpe ad hoc inductū. & tex. est apertus in. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. ibi, quia etsi ei locorū inquit publicorū procuratio data est, concessio tamen data non est. per Feli. in rubri. extra de treu. & pace. sed, vt dixi prius, satis iniuriosum est vt quod ab omni æuo liberū fuit seruum fiat, seu reddatur ratione contractus subditum: argu. l. si quis de libertate. ff. de iniur. & l. qui liberos. C. de iniur. nō debet igitur talis contractus tanquā regi & regno damnosus admitti.

Nonò, sicut dominium vel ius alienū directè à quoquā sine causa auferri nō possit. c. quæ in ecclesiarū. extra de constit. & l. Lucius. ff. de euic. & l. ij. C. de preci. impe. offe. & maximè à principe, secundùm Bartol. in procemio Digestorū. in princ. ita nec per indirectū potest facere vt auferat dominiū aut libertatē. l. pupillus. §. j. ff. de autho. tuto. & l. j. C. de natur. liber. Ista sunt solennia verba Franci. Aret. in. l. j. col. iij. principij. ff. de acqui. pos. Vnde cùm nulla iusta causa sit occasione regni in rege Angliæ mouēdi belli, quæ causæ inferuntur per glos. in. c. j. xxiij. q. ij. vt id quod ab eo factū est dicatur potius quædā vitio quàm bellū. c. quid culpatur. xxiij. q. j. idem no. per Ang. in. §. ius autē gentiū. Insti. de iure natu. & Moder. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. si igitur libertas auferatur eo iure retineri non po-

33 test: † vnde laudandus est qui à potestate hostili quocūq; modo siue per fallaciā vel dolum se eximit. tex. in. l. nihil interest. ff. de capti. & postli. reuer. & l. j. §. nō fuit autē. ff. de dolo. Idē no. glos. in. c. ius militare. prima dist. Abb. Moder. in. c. sicut. tertio. extra de iureiur. per glos. & Canonistas in. c. si episcopus. de sup. negli. præla. lib. vj. Idē not. Pet. de Anch. in regula, peccatū. de reg. iur. in. vj. Sed si regnū ipsum angustaret insidijs vasallorū rebelliū & conspirantiū in maiestatem principis, necessariū est causa circūueniendi hostis aliqua fraude vti: nec fraus aduersus hostem culpāda est, quoquo modo fiat: arg. l. cùm pater. §. Titio. ff. de leg. ij. Idē dicit glos. in. d. c. ius militare. j. dist. ignoscēdū est ei qui voluit vlcisci vel decipere ꝓuocatus: vt dicit tex. in. l. qui cùm maior. §. si libertus. ff. de bon. liber. Promissum igitur vlcisceti vel ad arma prouocāti legitimè denegatur. l. metū. la grā de. ff. quod met. cau. quicquid dixerit Soci. in. l. j. in prin. ff. de acqui. poss. reprobās opinionē Canonistarum in locis suprà notatis: quæ in foro cōsciētiæ videt mihi verior.

34 Decimò, † cuilibet priuato licet cōtraria violētia vim illatā ꝓpulsare, etiā ex interuallo, si nō potest incōtinenti per vim ablatū repetere: dūtamen remaneat idem animus repetendi, & sit res quæ de facili recuperari nō potest sine maximo apparatu: iuxta doctrinā glos. in. l. iij. §. eū igitur. ff. de vi & vi arma. & l. quod ait lex. §. fi. in argumentū. ff. ad legē Iul. de adult. per Bal. & omnes in. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. tāto magis hoc principi permissum est. p quæ dixit illic Bar. q si nobilis aliquē spoliaret violēter castro, cùm necessarius sit magnus apparatus ad castrū recuperandum, qui cōmodè nō potest in sex mensibus aggregari: ex qualitate rei & personæ recuperātis debet æstimari verbū incōtinenti factum, per. l. continuus. §. cùm ita. & §. seq. ff. de verb. oblig. & in. c. significasti. secundo. extra de homici. per Bal. in. l. fi. C. de iudi. Plus dicit idē Bald. in. l. ij. col. xij. in princip. C. de seruitu. & aqua.

35 † quòd castrū per vim ablatū possunt furtim aut proditione repetere, si aliter recuperari non potest. c. olim causam. extra de restit. spolia. glos. est in. l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. xj. circa medium glos. fi. per Inno. in. c. quia plerique. extra de immunita. eccle. Idem no. Bal. in. l. j. col. antepe. C. vnde vi. vbi plus dicit quòd si Pisani spoliassent Florētinos multis castris, quòd post multos annos poterunt Pisanis bellum indicere Florentini ad illa castra recuperāda: nec viderentur iniuriam Pisanis facere, per. d. c. olim. vbi per Inno. extra de restitu. spolia. imò plus, si non possent illa castra repetere, poterunt alia retinere quoad ablata restituerint. l. qui vas. in princip. ff. de fur. Ita dicit Bal. in. d. l. ij. C. de seruitu. & aqua. Sed vbi propter prohibitiouem aliquorū vasallorū regis & regni aut aliter nō poterat cōmodè resisti, licitū esset cōtraria etiā ꝓditiōe vti: vt dixi in præcedenti motiuo; nec ex hoc pōt aliquatenus princeps

princeps culpari qui contraria fraude vtitur.
Vndecimò induco quod not. Cinus post Pe-
36 trum in.l.j.argu.illius.l.j.C.de nouatio. † quòd
nullo modo potest dominus abdicare potestatē
vel ius quod habet in vasallum nisi consentien-
te vasallo : quemadmodum non potest ius filia-
tionis transferri inuito filio.l.ij.ff. de adoptio.
Idem tenuit Azo in quæstione disputata per eū,
incipiente, an dominus rex. Sed promittēdo ali-
quid annuum videretur à se abdicare dominiū:
quod non potest fieri inuitis regnicolis, vt dixi.
nō mirum si abdicatum reuocari debeat, & pro-
missum possit denegari.c.intellecto.extra de iu-
reiurando. Duodecimò, vbi iura sunt insepa-
rabilia ab ipsa re, seu qualitates sunt inseparabi-
les, transeunt simul cum ipsa re: nec aliter aliena-
ri possunt.l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pigno-
rati.actio. Facit quod not. Bartol.in.l.eos.ff.de
acquiren.rerum domi.in.l.quo minus.ff.de flu-
mi.in ea.quæstione, an concesso castro videatur
concessa iurisdictio.de qua per Moder.in.l.fin.
ff.de constitu.princi.& in.l.j.§. sed cùm vrbem.
37 ff.de offi.præfec.vrbis. † Sed regnum transit ad
successorē cum illa qualitate libertatis, quæ in-
est ipsi regno. Ratione igitur inhærentiæ nō po-
test adimi, cùm sit proprium regni.c.venerabilē.
extra qui filij sint legitimi. sicut cætera iura rega-
lia, de quibus in.c.vnico, quæ sint regalia.colla-
tio.x. Idem in simili no. Floria.in.l. seruitutes.la
grande.ff.de seruitu.titu.generali. ademptio igi
tur non valet tanquam regno damnosa.
Tertiodecimò, ex præcedente inducitur, vbi
duo connexè producuntur, non possunt nisi cō-
nexè tolli vel dirui.l. si domus.ff. de seruitu. vr-
banorum prædio.& in.l.tria.ff.de serui.rustico.
prædio. melior tex.in.l.si ita scriptum sit.§. regu
la.ff.de liber.& posthu. Si testator seruum suum
hæredem cum libertate reliquerit : si libertatem
tantùm ademerit, non tenet ademptio libertatis
remanēte seruo hærede ex voluntate testatoris:
quia tunc liber erit & hæres. sic cùm regnū trās-
ierit liberum ad successores, cum ipso regno si li
bertas ipsa fuerit adempta nulla est ipsa adem-
ptio. Et propterea inferūt Bal.& Moder. quòd
38 si † papa præbendam cum canonicatu contule-
rit, per ademptionē solius canonicatus non præ
iudicatur : cùm in virtute permanentis præben-
dæ seruabitur canonicatus. Et licet nihil alleget,
est tex.in.c.dilectus.primo.extra de præbendis.
Idem not. Felin.in.c.cùm M.Ferrariensis.extra
de constit.& in.c.cùm adeo. extra de rescriptis.
Facit tex.in argumentum in.l.illud.ff. de acqui-
ren.hæredi. Bald.& Moder.in rubri.C. qui ad-
mit.ad bonorum posses.possunt. Barto.& alij in
l.nec is.§.fin.ff. de acquiren.hæredi. sic etiam in
virtute permanētis regni remanet pristina liber-
tas : quæ non potest remanere, nisi ex nullitate
actus. Vnde sicut in casu dicti.§. regula.adem-
ptio libertatis nō nocet seruo: sic in casu nostro,
ademptio libertatis ab ipso regno non nocet re-
gno. Per quæ concludo cōtra præfatos Scriben
tes, in casu assumpto regē Franciæ ex ea promis-
sione Anglorum regi facta non obligari : tanto
minus nec successores obligari possunt.
Et propterea non obstabunt quæ relata sunt
per eos, & præsettim eorum capitale facta exten
sione de principe ad priuatum, vt sicut successo-
res priuati obligantur ratione cōtractus præde-
cessoris, ea ratione successores regis in regno.
Quia dico quòd argumentum non concludit:
cùm lata sit differentia inter principem & priua-
39 tum: † multa enim permittūtur in principe quæ
non conueniunt priuatis. de quibus per Bald. in
l.rescripta.ij.col.in fine.C.de preci.impera. offe
ren. per eundem in.l.j.C.de iure aureo. annulo.
copiosius quàm alibi per Iaco. de sancto Geor.
in summa sua feudorū, in verbo, princeps. in ver
sicu. sed an princeps. Vnde eis addo quòd priua
ti habent plenam potestatem disponendi de re-
bus hæreditarijs quomodocunque velint: quod
secus est in principibus : cùm in ademptione re-
gni, vt pluries recensui suprà extorqueatur à re-
gibus iuramentum de non alienandis rebus vel
iuribus ipsius regni. Et hoc est quod satisfacit
principali fundamento Moderniorum, de quo
suprà. Ego verò pro expeditione huius arti-
culi attingam vnam distinctionem, quæ absol-
uet totam amaritudinem eius : & eam non inue-
40 nies alibi ita distinctè positam. † Dico enim dif-
ferētiam esse inter bona patrimonialia ipsius re-
gni, & fiscalia, & mixta. Quædam enim sunt pa-
trimonialia feudalia, alia verò sunt allodialia,
alia emphyteutica, & alia libera. Ex his quædam
sunt limitropha, in quibus cadit maior suspicio
quàm in alijs ex patrimonialibus: dico regulari-
ter illa esse inalienabilia: & vbi fuerint alienata,
debent per quēcunque reuocari, aut saltem alie-
natio debet reuocari.c.intellecto.iūcta glos.ex-
tra de iureiuran.cum alijs not. suprà: quibus ad-
de tex.cū glos.in.c.quod quis.xxxv.q.ix. Adde
quod not. Bal.in.l.j.in fi.C.de peti.bono.subla.
libro.x.in.l.bene à zenone.C. de quadrien.præ
41 scriptio. Sed † istud in plerisque limitatur, pri
mò nisi res illa patrimonialis solita esset aliena-
ri: quia tunc valeret alienatio. text.in.c.j.episco-
pum, abba. vel abbatis.colla.x.in.c.ex parte.ex-
tra de feud. Ratio est, quia non dicitur alienare,
sed quod factum est à præcedentibus confirma-
re.c.j.per quos fiet inuesti.colla.x.l.cum pater.
§.quindecim.ff. de leg.ij.& donatio illa non de-
bet reuocari, nisi ex causa: sicut dicitur de dona-
tione facta à priuato, per.l.fin.C.de reuocan.do
natio. Et facit text.in terminis in.l. quicunque
possessores.&.l.omnes.C.de fundis patrimo.&
l.fina.C.de loca.fundo.ciuili. libro.xj.& tex.in
capitulo, porro.§.sed non est alia. quæ fuit pri-
ma causa bene.amitten.colla.x.qui text. in spe-
cie loquitur: quem text.not. Roma.in.l. prima.

§. primo.ff. de publica. & vectigal. & in.c.j. de
feu.sine culpa non amitten.colla.x.in.c.j.de na-
tu.feu. Istam limitationē tu intelliges secundùm
vnum ex fundamentis prius adductis,nisi ex ista
secunda alienatione fieret causa subditorum lon
ge deterior: quia tunc inuito subdito nō posset,
per.l.inuito.iuncta glos.ff.de fideicom.liber.Et
idem not.Bald.in dicto.c.j.de natu.feu.& in.l.j.
ff.de constitu.princi.de quo memini suprà, licet
hoc posset princeps de facto: tamen de iure non
liceret, per supradicta. Secundò ego dico non
procedere quãdo mutaretur forma primæ inue-
stituræ, & ex illa fieret conditio regni deterior,
per.d.c. intellecto.cum glos. sua,iuncta doctri-
na Abba.in dicto.c.ij.per illum text.in verbo,si
videris expedire.extra de feudis. Vnde non vi-
detur expedire vbi cōditio regni fieret deterior,
42 per supradicta. Tolle exēplum † de re solita in-
feudari quæ est in limitibus,quæ si denuo conce
datur in feudum esset suspicio æmulationis: tūc
isto casu deberet reuocari:argum̄.l.ij.C. de fun.
limitroph.lib.xj.l.opus.ff.de operi.publi. glos.
in.l.per prouincias.C.de ædi.priua.l.omnes.C.
de fund.patrimoniali.lib.xj.Tertiò si semper ex
causa facta fuit talis infeudatio:tunc illa cessante
de nouo infeudari non posset,per regulam iuris
communis, cùm cessante causa cesset effectus.c.
cùm cessante.extra de appella.l.adigere.§. quan
uis.ff.de iure patrona. Ita dicit in specie Abb.in
dicto.c.ex parte.extra de feudis.tex.in.§.j. in au
then.vt determina.sit numerus cleri.colla.j.me-
lius in.§.quod autem dictum. in authen. de non
alienan.reb.ecclesia.collatio.ij. De his omnibus
habes in specie text.in dicta.l.fina.C.de locatio.
fundorum ciuilium.lib.xj. Secundò limitatur
43 † quãdo esset res quæ alienaretur ratione pacis
& fœderis, per ea quæ supradicta sunt primo lo
co;quia tunc posset alienari,&valeret alienatio.
Et ista intelligas de rebus particularibus regni
quæ possent alienari, & in quibus cessat om̄is su
spicio,propter quam verisimiliter nō posset ali-
quid suspicari in æmulationem ipsius: quia aliàs
non diceretur nec præsumeretur factū causa pa-
cis:sed magis cederet in æmulationem,vt dixi su
prà de re quæ est in limitibus,in qua posset habe
ri sinistra suspicio æmulationis:vel quia esset ta-
lis de qua posset dubitari,per.d.l.ij.C.de fundis
limitrophis.lib.xj.Quibus addo quod no. Bar.
in.d.l.opus.per illum tex.ff.de operi.publi. Ro
ma.in.l.j.§.hoc autem edictum.secūdo.ff. de no
44 ui ope.nuntia.Secundò, † quando super vniuer
so regno fieret aliqua constitutio pensionis, vel
pignori obligaretur regnum vel aliqua maxima
pars:tunc talis constitutio non valeret:quia alla
tura grande præiudiciū ipsi regno:iuxta.d.c.in-
tellecto.extra de iureiuran.Et ita intelligas quæ
secundo loco fuerunt adducta: & reducas ad ea
quæ ibi dicta sunt.Secus autē quando fieret alie
natio alicuius rei particularis, cuius æstimatio
non esset præiudicium allatura regno.l.apud Iu
lianum.§.si.ff.de lega.j.l.bene à zenone. in prin
cip.C.de quadrien.præscript. & fieret ex causa:
vtputa ratione benemeritorum: iuxta.l. ita ver-
beratum.§.fina.ff. de rei vendi.Idem in.l.vnica.
C.de colla.donato.lib.x.vbi per Bal.in.iij. not.
l.Lucius.ff.de euict.vel alia causa,de qua in.d.l.
idem Iulianus.§.fin.ff.de lega.j. vt quia esset for
sitan magis inutilis quàm vtilis : vt in.§. sicut. in
authenti. de non alie.aut permutan.rebus eccle.
colla.ij. authen.si quas ruinas.C.de sacrosan. ec
cle. melior textus in terminis nostris in.l. si ali-
quando.C. de operibus publi. vel simplex con-
cessio feudalis alicuius rei:vt in dicto.c.j.de na-
tu.feu.colla.x.in.c.j.qui feu.dare pos.in.c. præ-
terea.de probibi.feu.alie.per Fride.in.c.j. extra
de proba.vel concessio in emphyteusin siue tem
poralem siue perpetuam : vt in.l.j. & per totum
titu.C.de fund.patrimonia.libro.xj.& alijs titu.
45 seq. † Sed licet causa ex ipso cōtractu principis
non appareat, non est contendendum de causa:
vt dixi in fundamētis primo loco adductis: quia
non est verisimile principem aliquid sine causa
agere: vt plenè per Moder.in.l.j.in princi.ff.de
acquir.pos.de quo etiam per Iacobi.in tractatu
suo feudali,in versicu.& cum pacto de non alie-
nando.& notaui plenius suprà. Quædam ve-
rò sunt bona patrimonialia emphyteutica: & de
his dico quòd possunt indistinctè cōcedi tam in
emphyteusin perpetuam quàm temporalem.l.j.
& per totum titu.C.de fund.patrimo.lib.xj.l.fi.
& per totum.C. de loca.fundo.ciuili. lib.xj.d.l.
bene à zenone.C.de quadriē.præscript.& post-
quam sunt concessa, non possunt aut non debēt
reuocari pendente tempore conductionis suæ.
l.quicunque.C.de omni agro deserto. lib.xj. &
impetrantes carere debent impetratis non ob-
stante rescripto.l. omnes.cum.l.seq.C.de fund.
patrimo.lib.xj.& puniuntur contra facientes in
dicta.l.fin.C. de loca.fundo.ciuili.lib.xj. tamen
possunt ex causa vrgenti bene reuocari,sicut su-
pradictum est,per.l.vnicam.C.de colla. dona.li
bro.x. sed per principem solum & nō per alium
inferiorem à principe.d.l.fin.C. de loca. fundo.
46 ciuili. lib.xj. Idem † ego dico in feudalibus,
per ea quæ dixi suprà per tex.in.c.j. de natu.feu.
in.c.j.de feu.sine culpa nō amittēdo. per omnes
in.c.j.qui feud. dare pos.in.l.bene à zenone.C.
de quadri.præscrip. in.d.l.idē Iulianus.§.fi.ff.de
leg.j.vbi per oēs copiosè,& in præfatione Dige
storū & Institutionū,in verbo,augustus.Cin. in
l.vnica.C.de no.Codi.cōpo.in.l.Cæsar.ff.de pu
bli.& vectiga.aliquid per Pet.Cin.& nostros in
l.princeps.ff.de legi.Canonist.plenè in.c.j.extra
de proba.& alibi sæpe. Et semper intelligas ista
secūdùm prædicta, quãdo res est solita infeuda-
ri,& nō est alicuius præiudicij,iuxta.d.c.intelle-
cto.extra de iureiuran.& adducto secūdo loco.
47 Quædã sunt fiscalia:& † tūc dico q si iam sunt
incorpo

incorporatã patrimonió,& sentiũt naturã patri-
monialiũ.quæ sicut nec alienari possunt patrimo
nialia nec præscribi, vt dixi suprà.quibus addo
tex. in.l.cõperit. in.l.oẽs.C.de præscrip.trigin-
ta anno. plenè.l.ij. & fi.C.ne rei domi.vel tem-
plo.in authen.quas actiones.suprà de sacr.sanc.
eccle.sic idem in fiscalibus incorporatis.& tales
puniuntur qui impetrant.de quibus in.l.j.C. de
peti.bono.subla.lib.x.in.l.quãuis.ff. de vsusca-
pio.§.res fisci.Insti.de vsusca.plenè in .l. fina.C.
de sacrosan.eccle.in.l.comperit.&.l. omnes.C.
de præscript.trigin.anno.Et quia istud est satis
notum & tritum in iure, non curo multas con-
cord.referre:cùm istis sint pleni codices nostri.
Secus autẽ vbi bona non sunt incorporata:quia
tunc procedunt notata in.d.legibus,nõ repeto.
48 Quædam † sunt mixta:vt sunt tributa,& simi
lia:& illa non debent alienari,nec aliquis potest
se redimere à solutione: cùm imposita sint pro
communi omnium salute:& ideo etiam templa
bene possunt conueniri & quilibet exempti, si-
cut dicit text.in.§.publicorum.in authen.de mã
da.prin.colla.iiij.§.illud.versicu. oportet.in au-
then.vt iudi.sine quoquo suffra.colla.ij.l.si diui
na domus.C.de exacto. tribu.libro.x.capitulo,
tributũ.xxiij.qõ.viij.ibi,pro pace & quiete,qua
nos tueri & defensare debent, imperatoribus
persoluendum est.c.si tributũ.xj.q.iij.c.cùm nõ
sit in homine.extra de deci.vbi vult decimas ce-
dere tributo.c.ex literis.extra de pigno.nec illis
præscribitur.d.l.comperit.&.l.omes.C.de præ-
scrip.trigin.anno.l:fi.ibi,saluo tamẽ canone.C.
de fundis pãtrimonia.lib.xj.l.fi.C.de sacrosanc.
eccle.& alibi sæpe. Ego autem reducam hæc
49 ad tria dicta. † Primò si res sunt limitosæ, in qui
bus potest subesse suspicio æmulationis,nõ pos-
sunt alienari:aliter alienatio nõ tenet per.l. qui-
cunque.C.de fun.limitro.libro.xj.& iuncta do-
ctrina glos.in.l.per prouincias.C.de ædific.pri-
ua.in.l.opus.ff.de operi.publi.sed quando non
potest esse suspicio,& tunc à principe possunt
concedi,& militibus solis assignari, de quibus
princeps potest cõfidere.text. in .l. omnes . C.
de fund.patrimonia. libr.xj.l.fina.C.de fund.li-
mitro.codẽ libro.à quibus per illos text.non de
bent auferri,etiam si per contrarium rescriptum
fuisset donatio reuocata.Idem in.l.j.C.de fund.
limitro.nec præscriptionis fauore tueri possunt
hi qui tales milites priuauerũt.Et ratio est, quia
quasi videtur personæ electa industria.l. vnica.
§.ne autem.C.de cadu.tollen.l.inter artifices.ff.
50 de solutio.Si autẽ non sit res limitosa:† & tunc
dico q si esset ciuitas vel aliud oppidum:& tunc
per multa fundamenta prius adducta nec vendi
nec aliter alienari possent inuitis ciuibus vel op-
pidanis,per.d.l.inuito.ff.de fideicom. libert. &
alia multa prius per me adducta quæ non repe-
to.Sinautem sunt iura seu tributa:& tene quod
dictum est,quòd nõ possunt alienari. intelligas
vt imponatur lex successoribus.text.est in spe-
cie in.d.l.fina.C.de loca.fundo.ciuilium. lib.xj.
ibi, sane quia non ex omni parte excludenda est
largitas principalis , rem diuinæ domus suæ im-
perator,si velit,donabit ei qui eam possidet iure
perpenio.& deinde rationes reddit paulo post
ibi,videtur enim suam concedere pensionem,
non alteri nocere liberalitas quæ possidentẽ iu-
re perpetuo , dominũ vult vocari. Tanto minus
poterit princeps aliquem reditũ annuum ex re-
bus ipsius regni concedere.text.est in.l.fina.C.
de peti.bono.subla.lib.x.vbi in specie Bald.in
51 xiij.no.hoc ponderat cum dicit non valere, † si
imperator concedat mihi per rescriptũ aliquem
reditũ annuum ex rebus alicuius ciuitatis vel ec
clesiæ:ergo si dominus papa,secundùm eũ,con-
cederet mihi ius exigendi singulis annis decem à
canonicis sancti Laurentij,non valet.præsertim
hoc procederet in regno Franciæ per fundamen
ta secundo loco adducta:& in hoc non esset du-
bium quòd talis concessio esset allatura grande
præiudicium regno:& ideo nulla,etiã si sit iura-
ta,per.d.c.intellecto.quia,vt dixi, non tollitur
primum iuramentum per secundũ.c.tua.primo.
extra de iureiur.& idem tenet Iaco.But.in præ-
fatione Codicis,in verbo , Augustus . & nostri
post eum,de quibus aliquid memini suprà,& in
52 d.l.digna vox.C.de legibus. † Si autem sunt res
modicæ æsti[illegible]ationis & carentes omni suspicio-
ne:tunc potest donare pro libito cui velit vel ali
ter disponere,per iura allega.prius:quibus acce
dit text. in.l.si quando. C.de bon.vacan.libr.x.
in.l.si aliquando.C.de operi.publi.l.iij.§.planè.
ff.quod vi aut clam.l.si legatũ.§.fin.ff.de operi.
publi.l.j.in fin.ff.de bo.damna.in.d.l.idem Iu-
lianus.§.fina.ff.de lega.j. Sed quando dicetur
esse modicæ quantitatis vt impediatur reuoca-
tio?dico ad id esse congruè responsum per glos.
& omnes in.l.sed & si susceperit.§. fina. in ver-
53 bo,modica.ff.de iudi. † q debet cõsiderari per-
sona cõcedẽs:quia si rex est q donat,tũc si in pe
cunia vigesies mille floreni secundùm Bar.in im
mobilibus triginta milliaria terræ, sicut dicit ibi
glo.de Matilda,quæ dicebaẽ modicã quãtitatẽ
terræ ecclesiæ donasse,quæ tñ triginta milliaria
donauerat:sicut legiẽ de Alexãdro,q cũ donas-
set decẽ põdo auri,videbaẽ paruũ donũ fecisse.
Et ita facienda est cõsideratio.Possent hic accu-
mulari multa q habẽda sit rõ facultatũ donãtis,
donatarij, dignitas vtriusq:de qbus in.l.si con-
stante.p Bar.& oẽs.ff.sol.matri.in.l.qro.&.l.cũ
post.§.gener.ff.de iure dot.p Bar.in.l.admonẽ-
di.ff.de iureiur.in auth.pterea.vbi per oẽs.C.vñ
vir & vxor.Si vellẽ nunc deducere leges confor
mes vix sufficeret papyrus:& vt sum solitus dice
re,in vulgaribus sufficit vnica allegatio.l. scire.
§.fi.ff.de excusa.tutorũ.Et per hæc tu habes hãc
qõnẽ satis abũdè disputatã & clarã in suis termi
nis,non excedendo nec vagando per anfractus.

FINIS.

Incipit ſolennis Repetitio. §. Non aliâs.

IN L. NECESSARIOS. TITVL. DE Senatuſconſulto Sillaniano. libro Digeſtorum XXIX. Authore D. Ioanne Igneo Viro clariſſ. I. V. doctore.

Non aliàs bona publicantur, quàm ſi conſtabit eſſe occiſum patremfamiliàs, & hæredem, ante quæſtionem de familia habitam, ſuppliciumq́; ſumptum, adiiſſe hæreditatem.

Summarium ſequentis Repetitionis prædicti §.

1 Hæres non accuſans mortem domini punitur publicatione bonorum hæreditariorum, non ſuorum ipſius quæ aliunde habuit.

2 Hæres extraneus ante vindicatam defuncti necem adiēs, vel ſuis ſe immiſcens, indignus efficitur hæreditatis.

3 Fiſcus non ſtatim bona hæreditaria hærede non vindicante defuncti necem occupat, ſed ſententiam negligentiæ & ingratitudinis declaratiuam expectare eum neceſſe eſt.

4 Reus læſæ maieſtatis aut hæreſeos non ilico rerum ſuarum dominio ſpoliatus cenſetur, ſed ſola dominij adminiſtrations ipſi interdictum eſt iure ipſo. & nu. 5. & 18.

5 Sententia quæ factum declaret neceſſariò interuenire debet, quoties de amiſsione bonorum quæſtio agitatur.

6 Argumentum de crimine læſæ maieſtatis ad crimen hæreſeos validum eſt, ſed non contrà. & nu. 45.

7 Regula textuali contempta alienum quærere ſenſum nuſquam licere putandum eſt.

Priuatio bonorum nullatenus abſque ſententia præuia fieri debet, vbi à iure poſita non apparet.

8 Feudum nunquam ad dominum reuertitur, ni prius per ſententiam de culpa conuincatur vaſallus.

9 Bona conuicti de crimine læſæ maieſtatis, licet viui aut non condemnati, in fiſcum transferuntur. & nu. 43.

10 Rebellis & perduellis ipſo iure dominium vtile perdit.

11 Bona committentis crimen læſæ maieſtatis, ſtatim fiſco deferuntur. & nu. 17.

12 Vaſallus incidens in crimen læſæ maieſtatis, feudum perdit ipſo iure.

13 Proditorum bona ipſo facto in curiam transferſitur per conſtitutionem Caroli ſecundi.

14 Iudicium hominum ſupra modum inuenitur periculoſum.

15 Multitudinem an ſequi debeamus in iudicando, an potius opinioni ſingulari inniti.

16 Hæreticus non eſt qui leuem articulum contra fidem diſputandi gratia in medium affert.

19 Princeps bonus dicitur verus reipublicæ pater: quamobrem & ei reuerentia debetur omnimoda.

20 Sententia condemnatoria in crimine læſæ maieſtatis nihil affert quo ad dominium bonorum in fiſcum tranſferendum.

Sententia iudicis nil à qualitate criminis detrahit.

21 Serui pœnæ non poſſunt manumittere.

22 Sententia declaratoria requiritur etiam in pœnis ipſo iure impoſitis.

23 Hæretici bona etſi propter crimen ſunt ipſo iure publicata, ſententia tamen iudicis hæreticus declarari debet.

24 Dominium rerum hæretici & rei læſæ maieſtatis non transfertur in fiſcum abſque ſententia condemnatoria.

25 Reus maieſtatis læſæ iure ipſo ſola cogitatione & ſceleris conſcientia dominium rerum ſuarum amittit.

26 Manumittere aut ius libertatis dare non poteſt qui læſæ maieſtatis reus eſt. & nume. 27.

Dominium propriè nō cadit in perſonas, ſed ius tantùm incorporale ſeruitutis.

Seruitus quid propriè dicatur.

28 Legis aduerſus reos criminis læſæ maieſtatis quanta indignatio.

29 Ius dandæ libertatis non tam ius ipſum, quod in homines habetur concernit, quàm factum adminiſtrationis.

Rei capitalium criminum ſeruos ſuos manumittere nequeunt.

30 Rei legis Corneliæ de ſicarijs vel de falſis manumittere nequeunt, neq; ante neq; poſt condemnationem.

31 Crimen læſæ maieſtatis nedum reum tenet irretitum, ſed & hæredes ipſius.

Manumiſsio differt à iure dandæ libertatis.

32 Manumiſsio in patrimonij adminiſtratione non eſt, ſed in iure conſiſtit.

33 Conſilium malum in principem mente concipiens, iam eadem ſua mente quadãtenus punitus eſt.

34 Hæres ſi paratus ſit innocentiam defuncti rei maieſtatis probare, diſtractio bonorum ſuſpenditur.

35 Hæredes qui necem defuncti vlciſci neglexerunt, fructus hæreditatis integros reſtituere coguntur.

36 Filius an ſit hæres patris delinquentis, an vero ipſo facto deſinat eſſe hæres, etiam ante ſententiam & nu. 39.

37 Hæreditas occiſi nō prius efficitur fiſci quàm interfectus ſit, & eius mortis vindicta ab hæredibus neglecta.

38 Filius alioqui ſuus hæres patri, hæreditate priuatur in fiſcum deuoluta, cuius pater perduellionis reus extitit. & nume. ſequ.

40 Lex duodecim tabularum non excludebat filium quo minus hæres ſuus & neceſſarius eſſet patri delinquenti.

41 Læſæ maieſtatis reus cogitatione & conſcientia delicti potius quàm ſententia condemnatoria, dandæ libertatis iure ſpoliatur.

42 Facinoroſi legis ſententia damnati licet ſint ſtatim ipſo delicto, facti tamen executio ſententiã iudicis deſiderat.

43 Hæreticorum bona etſi ilico ſunt confiſcata, non tamen debent per principem occupari, quouſque iudicis eccleſiaſtici ſententia ſuper huiuſmodi fuerit promulgata.

44 Sententia quædam iuris dicitur, alię à iudicis ſententia diuerſa eſſe cenſetur.

46 Confiſcatio bonorum in crimine hæreſeos iure canonico introducta eſt ad ſimilitudinē læſæ maieſtatis humanæ.

47 Lex omnis in eum, qui aduerſus principem malum molitur,

litur, fæuit.
48 Sententia pœnæ declaratoria necessariò requiritur, quo ties à lege vel canone pœna ipso iure non imponitur.
49 Feudum vasallo non aufertur, donec de culpa eiusdem decidatur.
50 Reus maiestatis, ab eo, quem lædere molitus fuit, veniam sperare non debet.
Pœna, quæ pro crimine læsæ maiestatis imponitur, ad hæredes transmittitur.
51 Fructus percepti ex hæreditate rei læsæ maiestatis, à die commissi criminis fisco reddi debēt.
Vasallus non spoliatur feudo ante sententiam facti declaratoriam.
52 Crimen læsæ maiestatis incurrens, ipso facto bona amittit, sed tamen possessione non priuatur ante sententiam, quæ crimen commissum declaret.
53 Distractio bonorum rei læsæ maiestatis differtur, si hæres defuncti innocentiam probare sit paratus.
Hæres antequam hæreditate indignus iudicetur, duo copulatiuè requiruntur.
54 Negatiua quo casu probari debeat.
55 Negatiua dicitur, quæ per species & differentias non probatur.
Intellectus non capit quod sensus capere nequit.
56 Veritas plus ponderis habet in duobus affirmantibus, quàm in mille negantibus.
57 Negatiuarum tres sunt species ipsi Accursio.
58 Negatiuarum alia simplex, alia duplex, alia coarctata, & alia coarctatissima.
59 Negatiua facti quare sit probabilis.
Negatiua facti in affirmatiuam potest resolui.
60 Accusatus falsi purgari debet, sicut etiam ab accusatore probatio falsitatis exigitur.
61 Negatiua quæuis affirmatiuam tacitè complectitur. & numero. 68.
Oratio negatiua nulla dicitur, quæ priuatiua non fit.
62 Affirmatiua negatiuam implicat.
63 Negatiua Bartolo communis dicitur, cuius sensus priuatiuus est.
64 Pupillus à tutela non liberatur, nisi per ætatem.
65 Negatiua generaliter negans nullā continet affirmatiuā.
66 Negatiua entis nullam affirmatiuam includit. & numero. 67.
69 Furiosus dicitur, qui non est sanæ mentis, & caret ratione à natura omni homini tributa.
70 Ab, hæc dictio est præpositio priuatiua.
71 Promittens dolum abesse, censetur omnia bona fide se acturum promittere.
72 Priuatio quælibet habitum præsupponit.
73 Intentio & mens legis attendi debet, & non verba ipsa.
74 Negatiua entis an possit probari.
75 Probatio nulla est eius rei, cui per naturam denegatur esse.
Testis negatiuè deponens, dicti sui causam reddere debet.
76 Legatum quod fit ei qui non est in humanis, nullius censetur vtilitatis.
77 Negatio generalis seu indeterminata improbabilis iudicatur.
Probatio propriè dicitur quæ per species, qualitates & differentias verificatur.
78 Factum improbabile non dicitur, quando quis de facto proprio interrogatur.
Negatiua secundum aliquos per partis iuramentum probatur.
79 Reus positioni negatiuæ respondere non cogitur.
80 Hæres cui iuramentum defertur, super legato relicto fideicommissario, aut iurare aut referre tenetur.
81 Probatio negatiuæ etiam absque speciebus & differētijs fieri potest.
82 Qualitatis intrinsecæ negatiuarum tres species. & numeris sequ.
83 Qualitas naturalis duas affirmatiuas alternatiuè admittit.
84 Qualitas secunda duplex est duas affirmatiuas recipiens.
86 Docti quidā suo genio, quidam labore assiduo euadunt.
87 Diligentia quemadmodum artium omnium mater est, sic & negligentia eruditionis nouerca.
88 Negatiuarum aliæ loco & tempore determinantur, aliæ pro modo suæ substantiæ variantur.
89 Negatiua iuris quo differat à negatiua facti.
90 Præsumptio nulla contingere potest in iure, cùm certum sit.
91 Dubitatio tam in iure scripto quàm consuetudinario inueniri potest.
92 Consuetudo an possit esse certa, & quando.
93 Ius rei seu personæ adhærens quod dicatur.
Iuris variæ species.
94 Filij iuris communis dispositione in patris & non matris sunt potestate.
95 Galli in filios ius habuerunt, etiam ante leges decemuirales.
96 Iura singularia contra regulas iuris communis concessa seruanda sunt.
Regulæ iuris communis non omnibus notæ sunt, & limitationes quandoque recipiunt.
97 Minor sui facilitate deceptus restitui debet, nisi sit doctor.
98 Filius qui patrem patriæ hostem interficit an incidat in pœnam parricidij.
99 Negatiua iuris non differt à negatiua facti, in eo quòd quid probetur, aut quod quis probet.
100 Maior annis vigintiquinque iudex potest esse.
101 Rectè, hæc dictio, quandoque rectitudinem, & quandoque rititudinem denotat.
102 Aedes altius tollendi vnicuique facultas concessa est, cùm cœlum sit liberum.
103 Ius in lege vel constitutione scriptum probare non sufficit, nisi etiam prohibitum lege probetur.
104 Scholaris potest debitorem suum laicum coram iudice ecclesiastico conuenire.
105 Scholastici à studio distrahi nullatenus debent.
106 Miles delinquens non alibi conuenitur quam coram magistro militum.
107 Senator aut alius clarissimus non nisi coram principe conueniri potest.
108 Superindictum per principem ab omnibus exigi potest.
109 Immunitas à lege quibus personis concedatur.
Allegans casum à lege exceptum, ipsum probare debet.
110 Consuetudo, etiam decreto regio in scriptis redacta, probari debet si allegetur.
Solennitatis omissionem allegans candē probare debet.
111 Pater filium reclamantem emancipare non potest.
112 Feudum iure scripto non alienatur, licet consuetudinario iure alienari possit.
113 Filio naturali potest aliqua hæreditatis portio relinqui.
Naturalis in feudo succedere non potest.
114 Negatiua iuris nullam facti habens mixturam, libri apertione probatur.

115 Imperator sine lege loqui erubescit.
116 Negatiua iuris nullum mixtum factum habēs, libri productione probatur.
Lex non dicitur legitimè lata, nisi & in scriptis sit redacta.
117 Ius non scriptum quare quondam incertum vocabatur.
118 Negatiua iuris sufficienter probata censetur, facto, quod ei mixtum est, probato. & nume. 121.
Instrumenta quæ paratam executionem habere dicātur.
119 Exceptio compensationis aduersus instrumentum garentigionatum non admittitur.
120 Creditor, debito tempore transacto, postulare potest venditionem bonorum debitoris.
122 Leges antiquatæ non debent in iudicijs allegari, nec in disputationem afferri.
123 Negatiua consuetudinis qualiter probari possit. & numero sequenti.
125 Consuetudo non requirit scripturam necessariò, ideoq; ius non scriptum vocari solet.
126 Ius non scriptum si à quopiam doctore scribatur, poterit per librum doctoris probari.
127 Feudales constitutiones, quæ dicuntur Italiæ consuetudines, an obtineant vim consuetudinis.
128 Leges à Solone & Dracone latæ, quando vigorem obtinuerint.
129 Leges non à suis authoribus, sed ex populi consensu authoritatem habuerunt.
130 Leges municipales seu consuetudinariæ regni Franciæ iussu Ludouici duodecimi in vnum volumen congestæ, atque populi consensu approbatæ sunt.
Consuetudo non scripta, testibus probari potest.
131 Patrum dicta tunc demum recipiuntur, cùm aliud non est lege determinatum.
132 Negatiua iuris incorporalis qualiter probari possit.
133 Negatoria & ius prohibendi competit socije aduersus socium edificantem in re communi.
134 Negatiua facti quo pacto possit probari.
135 Negatiua recte probari potest per qualitates vel species oppositas. & nume. 146.
Negatiua loco & tempore coarctata faciliter potest probari.
136 Negatiua à teste iurato probari potest, si in eius sensum per species aut qualitates oppositas cadere possit.
137 Depositio testium haud dubiè admittenda est, quæ locum & tempus exprimit rei gestæ.
138 Negatiua quemadmodum in facto proprio, sic & in alieno sciri potest, si loco & tempore coarctetur.
139 Scientia facti alieni vix haberi potest: cùm sit multiplicabile; ideoq; testi de facto alieno deponenti non facile creditur.
140 Depositio testium de facto alieno, quo facilius saluari possit, secundum ius commune intelligi debet.
141 Negatiua vaga, quæ scilicet loco & tempore non coarctatur, non caret falsi suspicione.
142 Testis de mera negatiua loco aut tempore non limitata deponens, non vacat suspicione falsi.
Testis non punitur de falso, nisi scienter contra veritatem deposuerit.
143 Depositio testis idonea iudicatur, qua dicit se præsentem fuisse tempore contractus initi aut confecti inuentarij.
Negatiua continens factum multiplicatiuum non est absque falsitatis suspicione.
144 Testis de facto alieno deponens, quibus casibus in suspicionem falsi venire possit.
145 Inuentarium, tempus quo, & locum, in quo factum est, continere debet.
147 Negatoria agens qualiter eandem probare possit.
148 Possessio qua ratione continua nequeat esse.
Possessio animo retineri potest, etiamsi corpore quis non instet.
149 Animus non discernitur facile, nisi per actus externos.
150 Possessio ciuilis in iure capitur duobus modis.
151 Possidere eandem rem duo nequeunt eodem tempore.
Possessionis ciuilis varietas & differentia quibus casibus probetur.
152 Possessionis retinendæ modus secundus.
153 Actus cordis intrinseci actibus externis possunt probari.
154 Possessio solo animo quæritur, retinetur & amittitur.
155 Possessio duplicem habet rationem, scilicet eam quæ iure consistit, & quæ corpore.
156 Furiosus & pupillus quare citra curatoris & tutoris authoritatem incipere nequeant possidere.
157 Depositio testis ponderari debet boni & æqui iudicis arbitrio.
158 Depositiones testium sunt ciuiliter intelligendæ.
Semper, & quotidie, hæc verba quæ habentur Lucæ xviij. & xxij. quid importent.
159 Seruitutis possessio quotuplex, & quomodo probetur.
160 Interruptio possessionis quibus actibus fieri soleat.
161 Possessio fundi totius vt acquiratur, cuiuslibet glebæ circuitio non requiritur.
162 Possidere continue quis dicatur.
163 Vasallus non seruiens domino viginti annis, non priuatur feudo, si dominus tanto tempore eius obsequio non indiguerit.
164 Doctoratus insignijs nullus donari debet qui non meritis & eruditione polleat.
165 Aqua quotidiana est non quæ quotidie ducitur, sed qua quis quotidie vti potest.
166 Actus qui sine forma debita factus est, ipso iure nullus est.
167 Solennitas in rebus gerendis requisita, principis authoritate omitti quandoque potest.
168 Testis de actibus capitularibus deponere non potest, nisi sit de corpore capituli, & fuerit præsens.
169 Negatiua ex testis facto contingens probari potest.
170 Defectus natalium purgatur quandoque per iuramentum.
171 Negatiua qualiter in causis criminalibus probari possit. & nume. sequen.
172 Iuramentum in criminalibus causis non defertur probationis defectu, licet cum difficultate probetur dolus.
Probationes in criminalibus luce meridiana clariores esse debent, & de accusatoris domo procedentes non admittuntur.
173 Confessio sua non nocet confitenti, si non alia criminis probatio interuenerit.
174 Iuramentum non dicitur probatio, sed supplementum & releuatio probationis.
175 Testis vnus sufficit in causa criminali ad indicium, & vt quæstio offeratur accusato.
176 Testis singularis non admittitur in criminalibus.
177 Vxor pro marito non potest testis esse.
178 Iuramentum quod in probationis defectum defertur, locum nullum sibi vendicare potest in criminalibus.
179 Iuramentum non defertur in probationis supplemētum si alias semiplene probatum sit.
181 Probationes in criminalibus claras esse oportet.
182 Furtum tametsi per iuramentum non probatur, eo tamen probato, interesse seu rei ablatæ restitutio probari potest

potest partis iuramento.
183 Æstimatio rei perditæ vel furto sublatæ, iudicis potius taxatione consideratur, quàm partis iuramento.
184 Reus cōuentus si actori iuramentum deferat, iuret q́ actor, statim cum delatione iuramenti videtur partis cōfessio tacitè conformari.
185 Damnum seu interesse an debeat per iudicem taxari, an vero taxetur secundum partis iuramentum. & nu. sequ.
Iudex quando possit in litem iuramentum deferre.
186 Iuramentum in litē in supplementum probationis deferri debere, nulla lege probatur. & nu. 101.
187 Depositio accusatoris non operatur crimen, sicut nec rei confessio.
188 Iuramentum non dicitur probatio, sed probationis supplementum. & nu. seq.
Reus accusatus, accusatore non probante, in quibusdam criminibus tenetur se purgare.
190 Tutor de mala administratione, aut rerū pupillariū dilapidatione accusatus, etiā accusatore non probante tenetur se purgare.
Hæres qui hæreditariarum rerū non confecit repertorium, creditoribus hæreditarijs tenetur etiam vltra vires hæreditatis.
191 Negatiua coniecturis quandoq; probatur.
192 Animus talis per legem fuisse iudicatur, qualis inde secutus est euentus.
193 Circunstantiæ in criminibus attendi solent.
194 Iudex in causa criminaliter intentata non debet iuramentum deferre.
Animam suam qualitercunq; licet cuiq; redimere.
195 Actore non probante reus absoluitur.
196 Accusatus quandoq; iuramento tenetur se purgare, accusatore etiam non probante.
197 Probatio deficere non dicitur quandiu accusator admitti potest.
198 Iuramentum necessarium actori per iudicem non potest deferri, voluntarium autem seu iudiciale potest. & numero. 101.
199 Pacisci quodam modo dicitur qui iuramentum defert.
200 Infamia grauior viro graui quàm mors ipsa.
201 Simonia omni iure est prohibita.
203 Iuramentum probationis suppletiuū in causa grauis præiudicij non deferendum.
204 Vsurarius raptor etiam dici potest, quòd vsuram cōmittendo rapiat quoq;.
Vsurariorum epitheta, quibus notantur in iure canonico & ciuili.
205 Præsumptio iuris semper in vsurarios inuehitur.
206 Pœna pecuniaria tantum imponitur pro crimine non capitali, sed cum nota infamiæ.
Reus cui per actorem iuramentum defertur, si iuret absoluitur.
207 Iudex quando iuramentum deferre possit actori ad supplementum probationis.
208 Correctio fraterna qualiter fieri debeat.
209 Iuramentū quare non sit deferendum actori in criminibus in quibus delictum dolo commissum esse probari debet.
210 Iuramentum suspectæ infamiæ purgatiuum quod dicatur.
211 Accusator reo iuramentum deferre potest in sui præiudicium, non in reipublicæ detrimentum.
212 Accusator transigere non potest, sed reus bene poterit: cū etiam liceat ei vexationem suam redimere.
Pœna nonnunq; remitti potest accusationis desertori, qui bona fide accusauit.
213 Transactio in quibus admittatur criminibus.
214 Accusator, qui semel destitit ab accusatiōe, an rursus possit eam instituere.
215 Reus in quibus criminibus teneatur se purgare, quanq; accusator destiterit ab accusatione.
216 Accusator si accusationem prosequi distulerit, ipsi statuetur terminus, quo negligente reus iuramento suo absoluetur purgatus.
217 Procurator in quibus criminibus interuenire possit in iudicio.
218 Iuramentum quo casu accusatorem à limine accusationis excludat.
219 Transactio soli transigenti nocere potest.
220 Reus iuramentum accusatori deferens, tacitè confiteri præsumitur.
221 Iudex quandoq; mouetur ex varijs causis ad sic iudicandum prout ex meritis causæ potest perpendere.
222 Iuramentum pluris fit aliquando quàm res iudicata.
223 Reus, quanquam nil præstet, absolui debet lege disponente, si actor nihil probet.
224 Reus an & quando famosus effici possit ob iuramentum sibi delatum in actione criminali.
225 Reus accusatorem suum exonerans probandi necessitate quando excusetur.
Iudicium famosum non cadit inter patrem & filium.
226 Tormenta non facilè adhiberi debent, vbi reus nullis vrgetur argumentis.
227 Reus per iudicem iniustè pronūciatus famosus, an ob hoc sit famosus censendus.
228 Sententia secum executionem trahit, quæ in causa famosa lata est.
229 Causa sententiæ potius quàm ipsa sententia attendi debet.
230 Infamia non potest per iudicem irrogari, sed per legem.
231 Pœna si lege statuatur, omnium reorum æqua erit condemnatio.
232 Confessio propria in quibus criminibus æquiparetur testibus.
233 Damnatus ob crimen confessum, an dimitti debeat comperto eo, qui crimen admisit.
234 Iudex quando & propter quæ indicia debeat accusatum quæstioni subijcere.
235 Iuramentum purgationis quando & in quibus criminibus reo per iudicem deferatur.
236 Famosus quando dicatur quis ob accusationem etiam nō probatam.
237 Purgatio quandoq; reo indicitur accusatore nō probante. & nu. sequ.
Contumax in comparendo in criminibus quadam notatur facti infamia.
239 Negatiua per negantem in delictis grauibus debet probari.
240 Fama non reddit quenquam infamem, nisi cum personæ grauis & honestæ sit coniuncta depositione.
Socius simoniæ in testem admitti potest aduersus socium simoniacum.
241 Testes domestici admittuntur ad probandam purgationem.
Negatiua in animo consistens duplici modo probatur, facto scilicet & verbo.
242 Depositio testis super negatiua non admittitur, nisi rationem reddiderit eiusdem.
243 Negatiua per quem probari debeat, per actorem scilicet an per reum.
244 Negatiua per eum probari debet, qui eam proposuit, siue actor sit siue reus.

243 Tutor nō debet administrare bona pupilli ante confectionem inuentarij.
246 Emphyteuta pœnam non soluti canonis vitare volens, solutionem probare tenetur.
247 Decimæ soli curato iure tribui debent.
248 Possessio quasi priuilegij eum, qui in tertij præiudicium vti cupit priuilegio, non iuuat.
249 Iactare suum nemo de iure præsumitur.
Præscriptio longissimi temporis in re principis nō sufficit, nisi etiam titulus accesserit.
250 Possidens rem patrimonialem principis, quando aduersus fiscum præscribere possit.
Feudum præscribi non potest per eum qui causam à domino feudi non habet.
251 Feudalia à non feudalibus differunt.
252 Vasallus non sola possessione feudum præscribit.
253 Dominus feudi quo casu vasallum in possessionem mittere cogatur. & nu. 262.
254 Vasallus quibus concurrentibus à feudo per dominum expelli nequeat.
255 Iuramentum qua forma deferatur aut referatur in materia feudali.
256 Vasallus absq; inuestitura quanti temporis possessione effici quis possit.
257 Præscriptio triginta annorū absq; titulo & bona fide possessorem tantum sua possessione tuetur.
258 Præscriptio ea longa dicitur, quæ decem vel viginti annis completur.
259 Feudum an possit per vasallū præscribi absq; inuestitura.
260 Vasallus præsumitur inuestitus, qui annum integrum rem feudalem tenuit domino sciente & non contradicente.
261 Feudum inuestitura, successione, aut eo quod habetur inuestituræ, loco quæritur
263 Inuestitura sola veram feudi possessionem non confert.
264 Dominium feudi non acquiritur vere vasallo, ni inuestitura per dominum facta sit.
265 Possessio triennalis rei feudalis cum bona fide & patientia domini non transfert dominium vtile, citra inuestituram.
266 Dominus feudi vsq; ad annum trigesimum potest dominij quæstionem mouere.
267 Iuramentum in feudalibus non deferendum possessori in supplementum probationis.
268 Inuestitura quotuplex sit, & qualis quælibet.
269 Vasalli & domini conditio diuersa.
270 Possessio feudi qualiter apud dominum & qualiter apud vasallum esse, probari possit.
271 Possessio sola absq; titulo non eximit possidentem ab onere probandi.
272 Possessor triennalis præsumitur titulo possidere.
273 Possessor beneficij ad cuius petitionem titulum suū ostendere teneatur.
274 Papa suis diplomatibus solet cancellariæ apostolicæ regulis derogare.
275 Intrusi & simoniaci ab omnibus possunt accusari.
276 Possessor beneficij postulans declarari se titulum habere, hoc ipsum docere debet.
277 Rei vendicatio non competit possidenti seu detinenti.
278 Interdictum retinendæ possessionis cum petitorio intentari potest.
279 Titulum probare debet qui ius suum petit confirmari.
280 Iudices delegati quandoq; declarare possunt neutri litigātium ius competere.
281 Possessor beneficij defendi debet in possessione, si tres annos continuos pacifice possederit.
282 Intrusum quem allegans audiri debet, modo id ipsum probet.
283 Possessor triennalis inquietari haudquaq; debet, modo titulo colorato possessionem obtinuerit.
284 Constitutio seu lex ad casus in ea non expressos extendi non debet.
285 Impetratio beneficiorum quare non passim permittenda.
286 Tempus quo casu in beneficialibus titulum præbeat, aut saltem bona fide possidenti sit auxilio.
287 Hæres credens defunctum iuste cœpisse possidere, perseuerans bona fide in possessione decem vel viginti annis, tutus erit præscriptione, & acquiret titulo pro hærede.
288 Præscriptio triginta annorum etsi iure digestorum incognita fuit, iure tamen nouissimo Authenticorum cognosci cœpit.
289 Vitia realia à personalibus distincta sunt.
290 Turbatione possessionis à lege prohibita, dominium rei & res ipsa afficitur, etiam si cum principe agatur.
291 Lex vel canon aliquid pro bono pacis statuens, non modicæ existimatur commoditatis.
292 Ordinarius loci non præsumitur tolerare quem in beneficio triennij tempore, absq; titulo saltem colorato.
293 Possessor triennalis quibus concurrentibus in sua debeat possessione conseruari.
294 Reseruationes clausæ in iure tres reperiuntur, & quæ.
295 Possessio triennalis quo casu impeditum agere non possit excludere.
296 Beneficium neq; obtineri neq; retineri potest citra canonicam institutionem, modo iuris regulas non auersemur.
297 Puritas omnis requiritur in beneficijs.
298 Beneficium curatum habens tenetur intra annum promoueri ad sacros ordines.
299 Excommunicatus ministrans in sacris & beneficio spoliatur, & ordine priuatur.
300 Conferre sibi ipsi beneficium nemo potest.
301 Possessor triennalis licite potest à possessione deturbari, si titulo careat & bona fide.
302 Possessores iniusti possunt & in petitorio & in possessorio inquietari.
303 Episcopo non currit tempus, nisi à tempore scientiæ vacationis beneficiorum.
304 Pontifex cum primū de vacatione beneficij certior factus est, eidem debet de pastore prouidere.
305 Ingressum habentibus vitiosum non releuat possessio quātiscunq; temporis.
306 Intrusus quis proprie iudicandus sit.
307 Possessor triennalis non cogitur titulum suæ possessionis ostendere.
308 Irregularis beneficium acceptans habito spoliatur & ambito.
309 Possessionis commodum perditur, si de ea controuersia moueatur.
310 Suspensus ab administratione nō confert possessionem veram, quamuis alioqui ius habeat conferendi.
311 Titulus sine colore, vel cum colore vitioso, non tuetur possessorem.
312 Præsumptio iuris militans aduersus titulum, quod scilicet vitiosus sit, reddit ipsum inutilem.
313 Ordinarius quotannis diœcesin visitare solitus, non præsumitur triennium tolerare velle eum, qui beneficium possidet absq; titulo.
314 Pastores in ecclesia quales ætate nostra.
315 Diplomata pontificum pleraq; falsa hac tempestate reperiuntur.
Reprobare eum, qui prius fuerat approbatus, non est iuri aduersum.

Titulum

316 Titulum falsum afferens, an hoc ipsum probare teneatur, an verò possessor ipse debeat suum titulum iustificare. Intrusus non præsumitur qui in antiquissima beneficij reperitur possessione.

317 Iuramentum defertur ei, qui instrumentum se amisisse asserit.

318 Prælati iniustè beneficia detinentes à domino sunt maledicti.

319 Probationes quandoq; pereunt temporis diuturnitate.

320 Beneficium vnicum obtinens nō præsumitur intrusus aut vitiosum habere titulum, modò ei ius aliter non resistat.

321 Beneficia ecclesiastica non debent diu litigiosa esse, ne cultus diuinus iacturam faciat.

322 Titulus non acquiritur tempore, & maxime in beneficialibus.

323 Possessio triennalis sic possessorem tuetur, vt in petitorem probandi transferat onus.

324 Ordinarij locorum qualiter se habere debeant erga eos qui plura obtinent beneficia.

325 Reges & alij principes possunt non admittere prouisos de beneficijs per summum pontificem, si de proditione timeant.

326 Rex Frācorum iura regaliæ habet in beneficijs totius regni Franciæ.

327 Tituli seu institutionis canonicæ notorius defectus, in possessorem onus probandi transfert.

328 Possessio vel longissima in beneficialibus & alijs iuribus ecclesiasticis, non releuat possessorem ab onere probandi.

329 Regalia iura quæ sint & quotuplicia.

330 Pontifex iura quædam in signum habet supremæ potestatis, quæ per alium expediri nequeunt.

331 Rex an possit cedere aut renuntiare facultati conferendi beneficia, quam habuit ab ecclesia.

332 Papa an possit vices regis in iure regaliæ implere, irrequisito rege.

333 Rex Franciæ ius patronatus omnium ecclesiarum episcopalium habet in se radicatum.

334 Rex Franciæ an habeat ius regaliæ in archiepiscopatibus Lugdunensi, Burdegalensi, Tholosano, Aquensi & Arelatensi.

335 Rex Anglorum habet ius regaliæ in ecclesijs Normanniæ & Angliæ.

336 Episcopi Galliæ non possunt administrare, nisi prius eorum electio sit à rege laudata, & inuestitura facta.

337 Priuilegium expirat cessante priuilegij seu cōcessionis eiusdem causa.

338 Ius speciale facilius quàm commune tollitur. Mulier an possit alicuius esse patrona ecclesiæ.

339 Reginæ Franciæ omnium officiorum virilium sunt capaces.

340 Prohibitio facta mulieribus, ne officia virilia exerceant, est de iure positiuo.

341 Mulier munus iudicandi subire potest, qualis fuit Matilda comitissa.

342 Concessio beneficij vel officij facta incapaci, puta fœminæ vel infanti à papa vel principe, vel etiam ecclesia an valeat.

343 Reges Franciæ duo iura cæteris potiora in se habent.

344 Vinculum nullum contrahitur inter patronum præsentantem, & ecclesiam cui præsentat, præsentationis gratia.

345 Forma concessionis beneficij à rege factæ iure regaliæ, qualis.

346 Patronus an possit vices suas committere, hoc est per procuratorem præsentare.

347 Stipendia an sint etiam danda doctori aut consiliario absenti. & nume. sequ.

349 Dux Mediolanensium qualiter & quando iura regaliæ dicatur habere.

350 Actus ab eo factus ex commissione & iussu potestatem habentis, qui est inhabilis alio qui ad tale exercitium, validus erit.

351 Priuilegium si cui sit perpetuò cōcessum, poterit is cui concessum est alteri committere.

352 Priuilegium personale non cessibile neq; transmissibile, potest per eum qui sanguine iunctus est exerceri, & per extraneum.

353 Princeps solus legem condere potest.

354 Ius regaliæ conferendi beneficia sic regi inhæret, vt nemini possit idem committere.

355 Reges & principes in spiritualibus omni deficere potestate, iuris est comperti.

356 Reges Franciæ & Angliæ an possint conferre beneficia vacantia & præbendas sede vacante.

357 Præbendas conferre potest rex Franciæ, priuilegio & consuetudine.

358 Reges vncti, non sunt simpliciter laici censendi.

359 Rex Franciæ, nedum ex consuetudine, verùm & priuilegio, beneficia sede vacante potest conferre.

360 Ecclesia Rhomana nedū in spiritualibus, sed etiam in temporalibus cunctas alias antecellit ecclesias. Carolus magnus Desiderium regem Longobardorum bello deuicit, ac eiusdem exterminauit posteritatem.

361 Priuilegium Romani Pontificis concessum Carolo magno vt beneficia conferre posset, à Deo processisse creditur.

362 Priuilegio concedi potest quod consuetudine nequit obtineri.

363 Rex commissa sibi ratione regiæ dignitatis committere nequit, quemadmodum nec episcopus ea quę sunt ordinis episcopalis.

364 Dignitati si qua concessa sunt, ea per alium expediri minime possunt.

365 Compromissum factum in regem an transmittatur ad hæredem. & nu. sequ. Concessio vel compromissum non transit in successorem.

367 Legatum etiam ignoranti potest acquiri.

368 Legatum non acquiritur nisi à die aditæ hæreditatis.

369 Augusta legataria ante testatorem moriens non transmittit legatum ad Augustum.

370 Legatum sub conditione & die incerto factum principi, quæritur eidem: non sic autem in priuato.

371 Legatum factum principi sub nomine proprio adiecto dignitatis nomini, qualiter intelligatur.

372 Princeps in his quæ à testatorum prouenient voluntate legibus tenetur, quemadmodum & subditi.

373 Princeps non recognoscens superiorem legatum sibi factum & priuilegia ad successorem transmittit. Legatum faciliter acquiri quando verum sit.

374 Augustus in legatorū capacitate qualiter ab Augusta & cæteris differat.

375 Princeps an & in quibus differt à priuato in legatis capiendis aut transmittendis.

376 Legatarius ob delictum incapax effectus, non transmittit legatum in successorem. Principis indignitas superueniens non reddit caducum legatum sibi prius factum.

377 Augusta ijsdem debet gaudere priuilegijs quibus & Augustus.

378 Princeps nō potest in aliū quamuis priuilegiatum transmittere aut cedere ius quod suis singulariter adhæret ossibus.

379 Beneficiorum concedendorum facultas gratia singulari contra iuris regulas quibusdam concessa est principibus.
380 Decimæ non debent hodie à laicis detineri, & quare.
381 Prælatus pro cuiusque meritis potest donationem facere, modò non sit immensa.
382 Priuilegium quod certo & determinato generi conceditur, ad alterius generis personas non extenditur.
383 Rex Franciæ etsi beneficia conferre potest, installare tamen non debet.
384 Eligendi Potestatem an sit transmissibilis potestas.
385 Priuilegium personale non transit ad successores, nisi secundum verborum eiusdem priuilegij tenorem.
386 Beneficia conferendi ius qualiter obtinuerit rex Francorum, consuetudine scilicet an verò priuilegio.
387 Laicus dispensatione summi pontificis potest beneficia conferre.
388 Rex filio suo, quasi semiregi, quæcunque potest committere.
389 Rex in Normania fructus feudorum integros percipit.
390 Fructus honoris qui sint.
391 Adoratio principi debetur salutationis vice.
392 Domitianus imperator diuinos vsurpauit impudenter honores.
393 Aurum coronarium soli principi honoris causa conceditur.
394 Honor regi debetur, vt in suo iocundo aduentu ab ecclesia & eius ministris honorificè excipiatur.
395 Honor reuerentialis principi aut prælato debitus, neque gratis neque pacto remitti potest.
Honor in iure patronatus regi debitus, nulli principe inferiori conceditur.
396 Ius patronatus principi competens qualem habeat firmitatem.
397 Ius patronatus quare laicis concessum sit in ecclesijs.
Ius patronatus quod laico competit, in eiusdem bonis esse censetur.
398 Beneficia ecclesiastica omnia sunt manualia papæ, & in ipsius potestate.
399 Curia papæ mundum vniuersum ad se ambit confluere, auri sacra fame ducta.
400 Papa cæteriq; principes etsi legibus soluti sunt communibus, suis tamen ligantur conuentionibus.
401 Præsentare nullus potest alius à patrono, absq; eius negligentia probata.
402 Rescriptum nullius æstimandum est valoris, quo, quod alicui competit, tollitur ius.
403 Ius patronatus laicum ad quencunq; transit hæredem.
404 Ius patronatus plus temporalitatis habet quàm spiritualitatis.
Ius patronatus vendi, & quocunq; titulo transferri potest cum vniuersitate.
405 Bona publicari possunt, quæ & in hæredem extraneum transferri.
406 Ius patronatus an sit quæsitum patrono ratione dotationis.
Ius patronatus qualiter & quando alienari possit.
407 Iudex laicus neque directè neque per indirectum potest de feudo laico cognoscere.
408 Ecclesiasticæ causæ sunt cæteris fauorabiliores.
409 Ius patronatus aliquid habet similitudinis cum iure sepulchri.
410 Extensio non facilè admitti debet in causis ecclesiæ damnosis.
411 Mixtum sequitur naturam simplicis, quòd scilicet dignius sit mixto simplex.
412 Imperator de rebus ad ecclesiam pertinentibus cognoscere non debet.
413 Sententia lata per Imperatorem de rebus ecclesiasticis est inualida.
414 Ius patronatus tametsi feudo annexum est, cognitio eius ad iudicem ecclesiasticum pertinet.
415 Rex Anglorum fuit olim vasallus regis Franciæ, quòd in feudum teneret prouincias quasdam Galliæ.
416 Tholosa cum toto comitatu sic in ius regni Franciæ trásijt, quod non potest iure diuerso censeri.
Papa non ob aliam rationem Imperatoris infirmauit sententiam, quàm quod de regno Siciliæ, quod est patrimonium ecclesiæ, inconsulto pontifice definierit.
417 Crimen læsæ maiestatis admittere nequit, qui non subest, nisi fortè principis subditos ad defectionem & rebellionem solicitando.
Robertus rex Siciliæ an in imperatorem peccauerit.
418 Imperator sententiam ferre potuit in regem Siciliæ, quod vasallus esset imperij ob quasdam terras & ciuitates quas ab eo tenebat.
Vasallus vbicunque dominum periclitantem resciuerit, aut eidem paratas insidias, ipsi nuntiare debet continuo.
419 Vasallus sex domino suo debet, in quibus si peccet, reus erit in dominum.
Papa non ideo sententiam Imperatoris infirmauit, quod Robertus rex Siciliæ vt à pontifice esset, Cæsarem deseruerit.
420 Imperator iure in Robertum Siciliæ regem sententiam promulgauit. & nume. 429. & 430.
Robertus Siciliæ rex ideo per Cæsarem damnatus fuit, quod in ipsum Cæsarem cõspirauerat cum his qui etiam imperio erant subiecti.
421 Publicatio bonorum an extendatur ad bona sita extra territorium publicantis, & nume. sequen.
423 Citatus ad locum sibi suspectum comparere nõ tenetur.
424 Vasallus quis esse potest duorum dominorum.
425 Vasallus promittens fidelitatem alicui domino inferiori à principe, debet personam superioris excipere.
426 Papa non debuit sententiam Imperatoris contra Robertum Siciliæ regem latam infirmare.
427 Episcopus vasallus regis vel imperatoris peccãs, priuatur vtilitate feudi quoad viuit.
428 Appellatio à iudice clerico iurisdictionem temporalẽ habente, ad superiorem secularem iudicem deuolui potest.
Ius patronatus laicum in duplici reperitur specie.
431 Ius patronatus etsi mere spirituale sit quandoq;, ad successores tamen illius generis potest transire.
432 Testes in iure patronatus ad æternam rei memoriam examinari possunt.
433 Ius patronatus feudo seu fundo adhærens qualem habeat naturam.
434 Vasallus feudi naturam, cõditionem aut dignitates mutare absq; domini consensu non potest.
435 Sententia imperatoris in regem Siciliæ lata quare fuerit infirmanda, & in quo peccauerit.
436 Dominus feudi tenetur vasallum iuuare aduersus quemcunque, quemadmodum & vasallus auxiliari debet domino, quod scilicet fide ligentur reciproca.
437 Publicatio rei cuiuspiam sit cum totali sua conditione.
438 Iudex secularis qualiter de matrimonio cognoscere, & propter quid, possit.
439 Negatiua per testes non probatur directè.
440 Iudex ciuilium causarum an possit de criminalibus incidentibus cognoscere.

Iudex

441 Iudex ſecularis ſi plures complices eiuſdem criminis apprehenſos in carcerem coniecerit, quorum aliqui ſint clerici, omnes ſimul ad eccleſiaſticū iudicē remittere debet.
442 Iudex alioqui incompetens, ratione adiuncti ſeu incidētis efficitur competens. & nume. 458.
Ius patronatus vendi non debet.
443 Vendere ſpiritualia grauius eſt quàm de eis cognoſcere.
Specie prohibita an cenſeatur prohibitum genus.
444 Ius patronatus rei temporali annexum & vnitum vendi & alio quouis modo cum vniuerſitate alienari poteſt.
445 Fiſcus patrono abſque hærede decedenti in iure patronatus ſuccedit.
446 Filij, ſui, & alij hæredes legitimi quare inteſtabiles ſint paſsiuè.
447 Ius patronatus nec renuntiatione in alicuius fauorem facta tranſmittitur, nec publicatione ob delictum patroni transfertur.
448 Crimina quæ non gaudent eccleſiarum immunitate, duo ſunt, ſecundum canones.
449 Iudex ſuo arbitrio terminare poteſt cunctos, qui lege deciſi non ſunt, caſus.
450 Ius patronatus etiam ad hæredes extraneos tranſmitti poteſt.
451 Filij exhæredati, lege duodecim tabularum non ſuccedebant parentibus.
452 Vaſallus feudum ad hæredem extraneum tranſmittere nequit, ni hoc ſibi in inueſtitura contra feudi naturam conceſſum ſit.
453 Emphyteuſis etiam eccleſiæ venit in bonorum publicatione.
454 Eccleſiæ quæ in emphyteuſin concedere poſsint & concedi.
455 Emphyteuſis eccleſiæ quæ ad hæredem extraneum non poteſt tranſmitti, ſi publicentur bona emphyteutæ, per eccleſiam à fiſco repetetur.
Fiſcus accipere poteſt quicquid ad hæredem extraneum tranſmiſsibile eſt.
456 Ius patronatus libertorum quam cum iure patronatus laico conuenientiam habeat.
457 Iura incorporalia, quæ indiuiſibilia ſunt ex ſe, vt ſunt feuda, ſeruitutes et ſimilia, ex conſequenti diuiſionem admittere poſſunt.
458 Tutela qualiter diuidi poſsit inter tutores.
459 Eccleſia in iure patronatus inſtitutionē ſolam cum præſentati examine ſibi reſeruauit.
460 Eccleſia nil permittere poteſt contra legem diuinam.
461 Romanæ eccleſiæ ius quadraginta annis cum vniuerſitate, vel in conſequentia rei alterius præſcribi poteſt, ſed per ſe non niſi centum annis.
462 Ius patronatus non poteſt publicari, etiam ſi de crimine perduellionis aut læſæ maieſtatis cōuictus ſit patronus, & nume. ſequen.
464 Ius patronatus cum hæreditate vendita tranſit in emptorem.
465 Actio perſonalis de iure patronatus quando coram iudice ſeculari poſsit agitari.
466 Beneficiales cauſæ neque principaliter neque incidenter coram iudice ſeculari poſſunt tractari.
467 Actio ſiue perſonalis ſiue realis pro re ſpirituali intentetur, non magni refert.
Matrimonialis cauſa coram eccleſiaſtico iudice agitari prorſus debet.
468 Cauſa beneficij poſſeſſoria quæ proprietaris cauſam habet annexam, omnino ſpiritualis dici debet.
469 Matrimonialis cauſa quare tam in petitorio quàm in poſſeſſorio examinari debeat coram iudice eccleſiaſtico.
470 Cauſa beneficialis naturam ſpiritualis cauſæ ſapit, quòd ſpiritualem ſecum annexam habeat cauſam, ideoq; coram iudice eccleſiaſtico diſcutienda.
471 Dignius trahit ad ſe minus dignum, quod ſibi connexum eſt.
472 Appellatio a duobus ſimul iudicibus quorum alter eſt laicus, & alter eccleſiaſticus, deuolui debet ad ſuperiorem eccleſiaſticum.
473 Cauſa beneficialis poſſeſſoria ad iudicem eccleſiaſticum, qui eius audiendæ potis eſt, trahi debet.
474 Clericus vaſallus ſpoliatus quo remedio vti poſsit aduerſus ſpoliatorem.
475 Agens poſſeſſorio fidem de ſuæ poſſeſsionis titulo facere debet.
476 Antecedens quodlibet conſequentis neceſſarij naturam ſequi debet.
477 Religioſa præſumuntur quæ religioſis adhærere inueniuntur.
478 Poſſeſſoriæ quæſtiones an ſint meri facti, an vero aliquid iuris mixtum habeant.
479 Titulus an neceſſario probari debeat in iudicio poſſeſſorio, & an in ſpoliatorio.
480 Ius an quandoque ex facto oriri poſsit.
Lex rebus & non verbis imponi debet.
481 Papa aliorum iuriſdictionem vſurpare non debet.
482 Quæſtio iuris ſi inſeparabilis ſit a quæſtione facti, vtriuſque idem iudicium erit.
483 Iudex ſecularis an abſque iniuria poſsit de poſſeſſorio beneficij cognoſcere & definire.
484 Dubitatio ſuper intellectu canonis, decretalis vel alterius eccleſiaſticæ conſtitutionis orta, ad antiſtitem Rhomanum eſt referenda.
485 Cauſa matrimonialis, vſuraria & excommunicationis ad iudicem ſpectat eccleſiaſticum.
Iudex ſecularis quando de cauſis quaſi eccleſiaſticis cognoſcere poſsit.
486 Iudici eccleſiaſtico putatur prohibitum quod in iure ſibi non inuenitur expreſſe conceſſum.
487 Iudex ſecularis cognoſcere poteſt tantum de poſſeſſorio recuperandæ, & non retinendæ.
488 Spoliatus, ante quam inchoetur cauſa principalis, reſtituendus eſt omnino.
489 Matrimonium an poſſit reuocari in dubium poſt mortem coniugum, quod eis viuentibus non fuit impetitum.
490 Cuſtodes caſtrorum quibus ſoliti ſint vocari nominibus.
491 Poſſeſſio à proprietate ſeccernitur quandoq;.
492 Dominus feudi ſolus iudex eſt in cauſa feudali.
493 Vaſallus quid facere debeat, ſi dominus ſuus ſibi iuſtitiā miniſtrare negligat.
494 Poſſeſſoria feudi cauſa coram eo terminari debet, coram quo & petitoria.
495 Iudex eccleſiaſticus an & quando de rebus prophanis cognoſcere poſſit.
496 Vidua in cauſa feudali, ſiue agat, ſiue conueniatur, nō poteſt iudicis laici iuriſdictionem inceruertere.
497 Vaſallus citra domini conſenſum iuriſdictionem iudicis alterius prorogare nequit.
498 Vaſallus læſus ad dominum ſuum debet recurrere, quo negligente, ad dominum domini ſui, qui ſuperior eſt dominus.
499 Papa contra laicos ſæpiſſime literas dirigit eccleſiaſticis iudicibus.
500 Papa quomodo ſpūali gladio ſibi conceſſo abuti dicatur.

501 Iudicium possessorium quibus differat à petitorio.
502 Causa an sit iure spiritualis censenda, in qua ad spiritualiũ restitutionem agitur.
503 Sacrilegium tametsi crimẽ sit ecclesiasticum, potest tamen per iudicem secularem examinari & puniri. & nu. 515.
504 Iudex secularis potest de causa iuris patronatus possessoria cognoscere.
506 Adulterij accusatus si dicat se non adulterium sed incestũ commisisse, an poterit iudex de hac praeiudiciali exceptione cognoscere.
507 Adulterium quando dicatur crimen ecclesiasticum.
508 Iudex secularis de periurio cognoscere potest. & numero. 514.
509 Periurium addere forum foro qualiter intelligatur.
Iuramentum coram quo iudice tractari debeat.
510 Iuramentum quando in foro seculari & quando in foro ecclesiastico debeat tractari.
511 Clericus de euictione conuentus non tenetur emptorem in foro seculari defendere.
513 Iudex ecclesiasticus quãdo de crimine cognoscat, & quando secularis.
515 Periurium an sit crimen ecclesiasticum.
516 Iudex secularis in criminibus hęreseos, periurij, vsurarum, sacrilegij & similium competens est, quemadmodum & ecclesiasticus.
517 Sacrilegium duplici plectitur poena.
518 Crimen esse ecclesiasticum, ergo de eo solam ecclesiam cognoscere debere, non sequitur.
519 Titulus aequè ad manutentionem, atq; ad acquisitionem possessionis est necessarius.
Possessio iudicialis quare plus facti q̃ iuris habeat.
520 Interdicta omnia quamuis realia videantur, tamen vi sua sunt personalia.
Ius canonicum quo differens sit à ciuili.
521 Beneficijs adipiscendis puritatem omnem adhibere debemus, & omnem abijcere maculam.
522 Interdictum possessionis retinendae, etiam pro vi, quae turbatiua est, dicitur competere.
523 Interdictum retinendae possessionis in quo & quando fauorabilius sit interdicto recuperandae.
524 Ecclesia quandoq; duos iudices habet.
525 Interdicta adipiscendae, retinẽdae & recuperandae possessionis quantum ad fauorem iudiciarium attinet, à pari procedunt.
526 Vsurarum causa etsi ecclesiastica est, Iudaei tamen foenus exercentes puniri possunt per iudices seculares.
527 Papa quibus poenis Iudaeos afficere possit delinquentes.
528 Restitutio facilius quàm retentio prohiberi potest.
529 Conuentus interdicto vnde vi volens statim docere de sua legitima possessione, audiri debet.
530 Lex ciuilis & canonica in quo possessori fauere dicantur.
531 Possessor non debet de possessione deijci ante sententiã.
Possessio quanti temporis spatio confirmetur.
532 Lites in foro ecclesiastico fiunt immortales.
533 Matrimonialis causa quando coram ecclesiastico iudice examinari debeat.
534 Lites seu causae possessoriae congruentius dirimũtur per iudicem secularem, quàm ecclesiasticum.
535 Possessoria causa beneficij quando sit secularis & quando ecclesiastica.
536 Vxor à marito offensa non tenetur ad eum redire, etiamsi maritus cautionem dare velit.
537 Continentia causae nunquam diuidi debet, sed coram quo coepta est iudice terminanda erit.
538 Possessorium & petitorium qua de causa coram diuersis tractari non debeant iudicibus. & nu. 542. & 544.
539 Actor quare forum rei sequi teneatur in causa possessoria. & nu. 547.
Interdictum retinendae possessionis intentari potest pro ciuilis possessionis turbatione.
540 Vsufructuarij duo agere possunt eodem interdicto, alter ad possessionem petendam, alter verò ad vsumfructum defendendum.
Vsufructuario non competit possessionis rei defensio.
541 Interdicto retinendae agi potest pro possessione ciuili conseruanda, & rei vendicatione pro naturali vendicanda.
Possessorij causa quando coram iudice discuti debeat, qui petitorium etiam examinat.
543 Papa qualiter quandoq; excusari possit ab iniustitia.
Actor super proprietate, rei forum sequi debet vbi diuersi fori homines de re aliqua disceptaturi sunt.
545 Papa an possit omnia iura interuertendo, omnes iudices seculares sua priuari iurisdictione.
Litigaturi etsi diuersi fori sunt, non tamen permittuntur quandoq; coram diuersis iudicibus altercari.
546 Possessorium si cum petitorio incompatibile reperiatur, necessario coram alio iudice discutietur.
Cognitio iuris realis iudicis secularis religioni spectat.
548 Ius ex facto oriri qualiter intelligendum.
Iudex laicus coram quo ad rescissionẽ vsurarij contractus agit definire debet necessariò an iure sic potuerit cõtrahi.
549 Beneficia absq; canonica institutione obtineri nequeunt.
550 Ius in re competens nõ alteratur propter illud ius quod ex facto oritur.
551 Praesides non debent consilium impartiri cõsulentibus de facto, sed iubere sententiam ferre ad religionis aequitatẽ.
552 Ius patronatus in Anglia non examinatur coram iudice ecclesiastico.
553 Possessorium causae spiritualis an sit spirituale censendũ.
Sententia lata in possessorio non parit exceptionem rei iudicatae in petitorio.
554 Iudices in Gallia ex concessione Pontificis Romani de quorumlibet iurium spiritualium possessorio cognoscere potest.
555 Dñs feudi de feudo clerici & ĩter clericos cognoscere põt.
556 Iurisdictio omnis & potestas à populo in principem translata est.
557 Princeps solus tabelliones creare potest.
558 Actuarij rectè dici possunt hi, qui nunc vulgo graphiarij vocantur.
559 Tabellio distinguitur ab actuario seu scriba qui actis caosarum describendis praefectus est.
560 Iudices chartularij qui dicantur in iure.
561 Notariorum officium quare vile censeatur à plerisq;.
562 Princeps solus magistratuũ creandorũ potestatem habet.
563 Appellare à principis sententia stultum est, quòd is sit ad quem prouocari solet.
564 Gratia à principe concessa quando tandem perfecta censeri debeat.
565 Restitutio an possit concedi per curiam parlamenti, prout quondam à senatu Romano concedebatur.
566 Leges condere nullus à principe alius potest.
567 Concedo verbum, an simplicem vsum tantum tribuat. & nu. 575.
568 Imperator non habet imperium à papa, sed à populo.
569 Roma ante Christi natiuitatem septingentis sedecim annis condita fuit.
570 Iulius Caesar à plerisq; negatur Imperator.
572 Reges qua ratione principio introducti.

Apostoli

572 Apostoli non sunt reges à Christo constituti, sed fidelium ministri.

573 Imperator nullum ius sibi vendicare potest in diuinis & spiritualibus.

574 Præfectus vrbis Romæ Imperatorem coronando, videtur ius, quod ante populus obtinuit, animo retineri.

575 Imperium nedum Imperatori concessum est, sed re vera in eundem translatum.

576 Papa & Imperator æqualem concedendo iurisdictionem, non præsumuntur sua potestate velle se priuare.

577 Senatus non nisi principe permittente leges dicere potest. & nume. sequen.

Nobilis castrum à principe tenens cum iurisdictione, nõ potest legem vniuersalem subditis dare.

579 Monetæ fabricatio ad solum spectat principem.

580 Figura seu imago id idiotis repræsentat quod scriptura eruditis.

581 Florentini & Pisani principis priuilegio monetam cudere possunt.

582 Impetrans quid a principe per subreptionem vel precum importunitatem, carere debet impetratis.

Rescriptum a principe obtentum quomodocunque pro moneta cudenda, nullius debet esse valoris.

583 Eripio & arripio verba actum suum cum violentia quadam denotant.

Priuilegium a principe contra legem obtentum, per subreptionem dici debet impetratum.

584 Rescripta principum eo ipso nulla fiunt, quo Reipublicæ damnosa dignoscuntur.

585 Moneta falsa est quæ in vim concessionis per subreptionem impetratæ cusa est.

Monetæ legitimæ & probæ qualitates & conditio.

586 Moneta aurea esse debet aut argentea, licet & ærea hodie cudatur.

587 Moneta non potest mutari per principem absque legitimo populi assensu.

588 Princeps nemini concedere potest facultatem cudendi monetam citra populi consensum,

589 Monetam regiam falsificantes, radẽtes, tingentes, aut alio quouis pacto adulterantes, excommunicati sunt.

590 Quæstores dicuntur qui ærario principis præficiuntur.

Ligostates sunt qui auri & argenti qualitates distinguere norunt.

591 Princeps quædam per se potest, quæ nulli alij facienda iure committere valet.

592 Priuilegium principis probatur per ostensionem diplomatis.

593 Concessiones motu principis factæ distinguuntur ab his, quæ ad postulationem impetrantium conceduntur.

594 Fiscus non inuadit bona delinquentis ante sententiam facti declaratoriam.

595 Vespasiani imperatoris clementia omnibus memoranda seculis.

596 Moneta in hoc cuditur, quo, qualis patriæ tutor & parens princeps sit, cognoscatur.

Monetam falsam fabricantes pœna flammæ sunt plectendi.

597 Falsificantes monetam Galli in aquam feruentem immergunt.

598 Falsans monetam publicam in duplex crimen incidit: Principem nanque offendit, & populum lædit.

599 Principem parem habere, & his quæ dignitatem regiam contingunt, participantem, monstrosum est.

600 Monetæ principis legitimè fabricandæ quare studium omne conuerti debeat.

601 Rex Franciæ potest iudices ecclesiast. cos sua abutentes iurisdictione, iure multa dicta castigare.

602 Iudex ecclesiasticus adiri potest ob denegatam aut neglectam a iudice seculari iustitiam, non alia de causa.

603 Papa supra modum cupit ad se orbem vniuersum confluere, tanta auri sacra angitur fame.

604 Iudex secularis potest a clerico implorari, si per ecclesiasticum iudicem iustitia ei debita denegetur. & numero. 613.

605 Episcopi Galliæ non possunt suæ electionis confirmationem obtinere, donec suorum episcopatuum a rege inuestituram receperint. & nume. 609.

606 Reges Francorum Christianissimi eo vocati sunt, quòd de ecclesia omni tempore sint optimè meriti. & numero sequenti.

Romani anserum memores Gallico nomini semper sunt infesti.

608 Vasallus denegans iustitiam domino & subditis, feudo priuatur, & contra, dominus vasallo iustitiam si denegauerit, iure feudi spoliatur.

610 Rex appellatus suo vtens iure potest episcopos sua abutentes iurisdictione, aut iustitiam denegantes coërcere.

Vasalli coram suo domino litigare debent, alioqui per ipsum dominum inuiti poterunt vendicari.

611 Episcopi à principe desciscentes possunt etiam corporaliter apprehendi.

612 Rex potest electum ad episcopatum respuere.

614 Episcopus administrans ante electionem suam a rege laudatam, punitur bonorum publicatione.

615 Pontifex Romanus gladij temporalis exercitium habere non debet.

616 Papa aut quiuis alius iudex ecclesiasticus pœnam mortis infligere non potest.

Sententia ab ecclesiastico iudice lata non potest infamiam iuris irrogare, sed facti tantum.

617 Archiepiscopi & episcopi regni Franciæ non possunt exercitium iurisdictionis accipere nisi per inuestituram regiam.

618 Iudices ecclesiastici passim laicos pro quauis causa trahunt ad suum forum, etiam iniuria.

619 Gladius regi conceditur, quo omnes ab iniuria defendere valeat.

620 Iurisdictio spiritualis ad ea, quæ spiritualia sunt, se extendit tantum.

621 Ecclesiastici per iudices seculares ad munera extraordinaria non debent compelli.

622 Iudices seculares suam iurisdictionem tueri debent ab impetitione clericorum.

623 Rex & sui iudices clericos sua iurisdictione abutentes aut iustitiam denegantes, debent coërcere.

624 Ecclesiasticum iudicem abusum fuisse aut iustitiam denegasse asserenti incumbit onus probandi.

625 Acta causarum facilè, quid in iudicio actum sit, monstrant.

Dolus iudicis probari potest testibus.

626 Officium iudicis secularis imploratur aduersus ecclesiasticum abutentem re a patrono concessa ecclesiæ.

627 Natalibus restituere solus princeps potest,

628 Oblati curiæ an sic legitimi efficiantur vt succedere possint.

629 Serui manumissione donati libertate, iura ingenuitatis non consequuntur integra.

630 Restitutis natalibus per principem, statum ingenuitatis

integrum per omnia consequitur.

631 Restitutus natalibus an sit capax successionis feudi.

632 Hæreditas patris filio debetur, quem non potest pater absque causa exhæredare.

633 Iura feudorum naturalitatem cum legitimitate desiderant.

634 Dispensatio pontificis auferens impedimentum matrimonij, non purgat vitium quod prius infuit.

635 Legitimi sunt, inter quorum parentes nullum fuit publicæ honestatis aut iuris impedimentum, dum ipsi filij conciperentur.

636 Matrimonium subsequens filios etiam anteriores legitimos efficit.

637 Principes & magnates vt plurimum spurios, naturales & illegitimos filios habent, quibus aliquid alimentorum vice solent tribuere.

638 Illegitimi filij etsi nihil capiunt paternæ hæreditatis, alimenta tamen non debent eis negari, cùm parentum, non sua culpa tales sint.

639 Princeps solus reis criminum veniam dare potest, & a pœna liberare.

640 Restitutio a crimine quando prosit restituto.

641 Restitutus a principe an recuperet officium quod ratione criminis amiserat.

642 Iudex absoluere condemnatum nequit, de cuius innocentia post sententiam constitit, sed ad principem recurrere debet.

643 Cadauera punitorum an possint tradi sepulturæ inconsulto principe.

644 Iudex condemnans prius reum ad fustigationem, non potest postmodum damnare ad mortem, etiamsi reperiatur aliàs deliquisse.

645 Purpura & gemmis nemo vti debet præterquam princeps.

646 Ecclesiastici ob cultum fastuosum vix discerni possunt a Cæsarianis.

647 Lutherani vita dissoluta clericorum & fastu commoti, in ecclesiam sanctam & sanctas constitutiones debacchantur.

648 Princeps quædam adeo sibi cohærentia habet, vt nemini ea concedere possit.

649 Princeps singulari prærogatiua quædam iura habet, in potestatis supremæ signum.

650 Iura regia quanto possint tempore præscribi.

651 Iura soli principi congruentia non cedi, aut quouis alio pacto alienari possunt.

652 Iurisdictionis totius neruus in principe residens a populo ortum habet.

653 Princeps dicitur Dei simulachrum vniuersa administrans, nullo egens statuario.

654 Iurisdictio an licite vendi possit.

655 Præscribi nequeunt iura quæ soli principi competunt.

656 Præscriptio tanti temporis cuius initij non extat memoria, non semper titulum tribuit.

657 Sacrilegium committere dicitur, qui iure principi debito vtitur.

658 Princeps in alium transferre non potest quam a populo accepit potestatem.

659 Populus principem eligens, aristocratia reiecta, monarchiam approbauit.

660 Principes Dei sunt ministri, quibus necessariò obediendum est.

661 Iuramentum principis in coronatione emissum, obstat quo minus iura sua cuipiam concedere possit.

662 Vectigalia qualiter & quanto possint tempore præscribi.

663 Præscribi quædam possunt cum titulo quadraginta annis possessa, quæ sine titulo vix possent quantocunq; tempore.

664 Subditus an possit præscribere res principi pertinentes.

665 Vasallus qualiter debeat per dominum citari.

666 Princeps in Normania eadẽ lege regitur & iudicatur qua & populus.

667 Sententia lata in principem non seruato ordine iudiciario, reuocari debet.

668 Subdito allegant præscriptionem aduersus principẽ onus incumbit probandi & docendi de titulo.

669 Præscriptio quadragenaria securitate plenissima munit tueturq; possessorem.

670 Beneficium omne restitutionis in integrum tollitur, quando securitas plenissima à iure conceditur.

671 Præscriptio quadraginta annorum consuetudine mixtam ius tribuit, etiam contra papam.

672 Titulus non necessariò allegatur, vbi diuturna possessio cũ antiqua consuetudine proponitur.

673 Præscriptione triginta vel quadraginta annorum, dominium vtile tantum quæritur, sed præscriptione inueterata consuetudine confirmata, & principis authoritate roborata acquiritur directum.

664 Consuetudo fundamentum capiens à bono publico multùm iuuat præscriptionem.

675 Mores populorum & varia ciuitatum ingenia extemplo mutare aut moderari non satis integrum.

676 Voluntas principis iuri & rationi conformis esse debet.

677 Princeps suo decreto seu constitutione ligari potest.

678 Superior minorem seipso ex causa se facere potest.

679 Papa sese suo submittere potest pœnitentiario, pœnitentiamq; ab eo impositam suscipere.

680 Iustitia diuina tam principes quàm subditos tenet ligatos.

681 Possidens rem pacifice quadraginta annos, plenissima munitus est securitate.

682 Fisci & ecclesiæ bona à pari iudicantur.

683 Ecclesiæ res & iura tempore præscribuntur cuius initij memoria non extat.

684 Præscriptio longissimi temporis etiam res cõstringit principis.

685 Iura regalia acquiri possunt præscriptione longissima.

686 Veneti ideo aduersus imperium potuerunt præscribere quòd sua ipsorum ciuitas sita sit in mari.

687 Imperator an dominetur eorum qui mare incolunt.

688 Antoninus imperator iniuria se mundi dominum appellauit, cùm nemo in causa sua testis sit idoneus.

689 Imperator Antoninus in piratas legem laturus grauissimam, quo magis timori foret, totius se orbis dominum asseruit.

690 Galliæ cum multis alijs prouincijs Antonino Cæsari non obediuerunt.

691 Imperator non potest in prouincijs, quæ suo non parent imperio, leges dicere.

692 Mare quemadmodum & arida, sua regna distincta habet.

693 Mare occupari potest, & in eo acquiri ius, pro quo conseruando possessori competit interdictum vti possidetis.

694 Imperator qualiter intelligatur orbi vniuerso dominari.

695 Iason etiam euisceratis viribus Gallorum gloriæ detrahere molitus est.

696 Imperium vnde dictum sit.

697 Leges maritimæ à Rhodijs ante Antoninum pium Cæsarem latæ.

698 Leges naufragorum à Rhodo Cycladarum insularum primaria nomen ceperunt.
699 Leges Rhodiæ quare improbatæ.
700 Publicani merces naufragatas ope legis Rhodiæ occupantes, ad restitutionem coacti sunt.
701 Fiscus nullo iure ex calamitate aliena & re luctuosa emolumentum capere debet.
702 Piratæ ab Antonino Cæsare Eudemonis supplicatione coacti sunt res naufragorum restituere.
703 Mundus quibus constare dicatur elementis.
704 Mundus an sit factus ex atomis, & an mundi innumerabiles.
Mundus an sit vnus, an idem cum vniuerso, & an vnus sit terræ mundus, alius cœli & alius maris.
705 Imperatorem mundi dominum qualiter intelligere debeamus.
706 Piratæ Rhodij res naufragorum diripiẽtes Antonini lege coerciti.
707 Naufragorum bona ad portum iacta fisci esse correctum est.
708 Lex Rhodiorum in quibus obseruetur & in quibus nõ. & nume. 714.
709 Græcæ linguæ peritia Iureconsultis maxime necessaria.
710 Imperator non sua, sed Rhodia lege in mari iudicat.
711 Rhodiorum lex seruatur in his quæ legibus Rhomanorum non aduersantur. & nu. 727.
712 Antecedens repetere cum relatiuo doctis auribus fastidium parit, si Hieronymo credendum sit.
713 Deprecatio Eudemonis ad Antoninum imperatorem contra piratas Rhodios.
714 Mare cum suis litoribus commune est cunctis gentibus.
715 Relatiuum quandoq; ad consequens trahi non est incongruum.
716 Veneti sunt in quasi possessione libertatis aduersus imperatorem præscriptæ.
717 Consuetudo dicitur ius non scriptum.
718 Monotheta non tam author legum quàm earundem promulgator dicitur.
719 Mores diuturni vtentium comprobati consensu non dicuntur lex, sed legem imitantur.
720 Consuetudo non perdit nomen propter scripturam.
721 Municipes sunt ciues Rhomani, qui ex municipijs suo cum iure tum legibus vtuntur.
722 Rhodus qualis & quanta olim à Strabone descripta.
723 Lex à solo principe fieri potest. Nanq; aliorum nõ propriè leges haberi debent.
724 Consuetudo seruari debet, modo legi scriptæ non aduersetur.
725 Cadauera in ciuitatibus sepeliri prohibuerunt imperatores.
726 Consuetudo non est lex, licet pro lege habeatur.
728 Ius ciuile non scriptum in sola prudẽtum consistebat interpretatione.
729 Ius quo vtimur, in scriptum & non scriptum diuiditur.
730 Consuetudo quandoq; ad memoriam populo iubente scribitur.
731 Consensus populi in scriptis redactus non mutat qualitatem præcedentem.
732 Druides Galli legibus scriptis non vtebantur.
Consuetudo populi & tacito & expresso consensu introduci & antiquari potest.
733 Lex Rhodiorum nautica siue scripta siue non scripta fuerit, proprie tamen legis nomen non habuit.
735 Hispaniæ reges more piratico naues fractas diripiunt.
736 Lex municipalis nõ satis pertinenter dicitur consuetudo.
737 Ciues Romani an sint censendi qui imperio Romanorum sunt subiecti. & nu. 749.
738 Alciatus ridicularum fabularum consarcinator ridiculus Gallicam nationem à Scythis ortum habere mentitus est.
739 Theudebertus Thraciam superaturus & Byzantium vsq; penetraturus cita morte præuenitur.
740 Alciatus ille dispunctor imperio fauens Gallos obliquè perstrinxit ac ipsorum gloriæ inuidit supra modum.
741 Subditi imperio an fuerint ciues Romani. & nu. sequen.
744 Hispania expilationibus & incursionibus piraticis dedita est.
745 Orbis Romanus quis sit, & vbi situs. & nume. sequen.
747 Hedui & Celticæ Galliæ reliqui incolæ ciuitate Romana donati fuerunt.
748 Orbis vniuersus quis, & quis Romanus.
750 Iureconsulti recentiores nedum breuitate, verum & varietate delectantur.
751 Galli qua modi ratione primùm alpes transierunt Italiam debellaturi. & num. 760.
752 Galli non vini dulcedine allecti Italiam adorti sunt, sed alia quadam ratione, magnanimitate scilicet Europam, Asiam & Africam non infeliciter tenuerunt. & nu. 765.
753 Historicis & Rhetoribus quare mentiri licuerit. & numero sequen.
755 Historici adulatores, patriæ suæ laudes fallaces accumulare, virtutemq; extollere impudenter sunt conati.
756 Petrarcha nihil memoratu dignũ in Gallia vidisse se asserit, Lutetiamq; Parisiorum à Iulio Cæsare conditã mentitur.
757 Galliarum laudes ex Strabone longe aliter de eisdem sentiente, quàm impurum illud os Longobardicum, honoris Gallici impatiens.
758 Galli lacessiti semper ad pugnam parati.
759 Longobardicæ gẽtis barbaræ, & efferatæ mores & blasphemiæ.
761 Galli aduersus quos quondam belligerati sint.
762 Galli non frugum inopia aut vini desiderio Italiam sunt aggressi, vt mentitur dispunctor Longobardicus.
763 Galli non vini appetitu, Cæsare teste, sed virtute ad bellum mouentur.
764 Gallia vsqueadeo omnium terræ nascẽtium est ferax, vt nedum sibi sufficiat, sed & plerisque nationibus necessaria victui suppeditet.
766 Galli Mediolanum & alias plerasque in Italia condiderunt ciuitates.
767 Bellonesus Gallici exercitus imperator Italiam & Romã ipsam domuit, Asiamq; & Africam bello prostrauit.
768 Ciuitates Italiæ quæ à Gallis ædificatæ fuerint.
769 Galli, quòd augurandi peritia plurimum valerent, auibus ducibus, per strages Barbarorum Illyricos penetrarunt sinus. & nume. 781.
770 Padus fluuius, qui antea Eridanus, à Gallis nomen cepit.
771 Romanorum legati ab Aetolis reiecti exprobrationibus acceptis.
772 Galli Romam bello ceperunt excepto Capitolio.
773 Massilienses Romanis contribuerunt ad explendum auri pondus Gallis promissum.
774 Gallica gens tantæ semper virtutis fuit & pretij, vt sine illa reges quondam orientis prælio haudquaquam sese committerent.
775 Venetiæ à Venetis Britonibus Gallis conditæ dicuntur à Strabone.
776 Mithridatis ad milites suos oratio, & de Gallorum virtute opinio.

777 Romani pro liberatione vrbis mille auri pondo Gallis dederunt. & nu. 781.
778 Galli qui primùm alpes transcenderũt, Thuscos suis expulerunt sedibus.
779 Galli pace cum Romanis auro, nõ ferro, composita Græciam & Asiam inuasere.
780 Romanæ vrbis excidium à Gallis longe grauius eo quod passa est sub Alarico Gotthorum rege.
782 Senones Galli Brenno duce Romam vastarunt.
784 Galli non vini cupidine, sed virtute Germaniam, Pannoniam, Scythiam, Illyrium, & penè totum Orientem penetrarunt.
785 Gallorum in Italiam transitus secundus, quo tempore, qua ratione, & quibus ducibus. & nu. sequ.
787 Legati Romanorum quale à Brenno Gallorum duce responsum acceperint.
788 Roma ducibus Brenno & Belgio tãtam passa est afflictionem, vt anno integro incendium sustinuerit.
789 Belgius Gallorum dux Roma deserta cõtra Antigonum aciem dirigit, Asiam q́ iuuentute Gallica implet.
790 Galli Scipione & M. Manlio bello superatis totã Italiam contriuerunt.
791 Græcia quandoq; nomen sensit Gallicum, in qua Gallorum opera ciuitates quædam conditæ sunt.
792 Romani cultus suos & suæ religionis obseruatiões à Druidibus Gallorum sapientibus acceperunt.
793 Lex naturæ omnibus communis est, quam nullum dissoluit tempus: ea certè meliores deterioribus imperare sanciuit non immeritò.
794 Meliores deterioribus imperare, si Dionysio Halycarnaseo credimus, legi naturæ conforme est.
795 Roma an à Romulo dicta sit.
796 Roma à quibus condita fuerit.
797 Roma principio pascua bobus erat.
798 Galliæ Caij Cæsaris diligentia subactæ vtcunq;, tempore permodico Romanis paruerunt.
799 Imperatores quidam præstantissimi, & quidam portenta potius quàm homines.
800 Imperatorum Romanorum mores & conuersatio qualis fuerit.
801 Imperatorum Romanorum nullus vnquam vere monarcha dici potuit.
802 Parthi Africam multo tempore Romanis pulsis possederunt.
803 Senones & Boij quandoq; Italia pulsi.
804 Cæsar qua fraude Heduorum & Sequanorum corda furatus sit, vt à cæteris Gallis desciscerent.
805 Galli per Cæsarem subacti non obedierunt verè, sed statim defecerunt.
806 Galli qui priores Romanis parere detrectarint.
807 Iulius Cæsar an inter Romanos Imperatores sit annumerandus.
808 Cæsar hoc solo gloriam adeptus est, quòd Gallias, quanuis non plene, subegit.
809 Caius Cæsar quæ in Gallijs perpetrauerit sacrilegia.
810 Iulij Cæsaris mores improbati.
811 Pax in terris orta Christo nato pacis authore.
812 Cæsaris cineres quanta armatorum agmina pepererint, & quales excitauerint in orbe seditiones.
813 Pax vniuersa, animus vnus omnibus gentibus Christo nato.
814 Pax qua ratione fuerit in orbe vniuerso cùm Christus nasceretur.
815 Christus pacis author verè fuit imperator, & non ille Romanus Augustus.
816 Adrianus imperator ruinam Ierosolymitanam à Vespasiano & Tito inchoatam compleuit.
817 Christus à populo Romano dominus appellatus est, etiam Octauij Cæsaris temporibus.
818 Templum pacis Romanum durauit vsque ad virgineum conceptum, veluti prædixerat Apollo.
819 Legati Gallorum ab Alexandro interrogati quid magis timerent, ne cœlum corrueret, responderunt.
820 Legationes plurimæ ad Antoninũ Pium, quòd clementissimus esset, non autem quod eum superiorem recognoscerent.
821 Imperatores Romani ferè omnes fuerunt moribus deprauatissimis.
822 Nero crudelissimus ne matri quidem, vxori, & amicis, quos dilexerat, pepercit.
823 C. Caligula imperator turpis & obscœnus fuit, qui & Iupiter Latialis dici & adorari voluit.
824 Caligulæ egregium facinus fuit omniũ & rerum & contractuum & litium inaudita exigere vectigalia.
825 Romanis nihil est quo suis Cæsaribus glorientur: nam ferè omnes supra modum vitiosi fuerunt.
826 Neronis immanis innumera facinora.
827 Nero omnis exactionis explens genus, aut potius modum superans reipublicæ hostis à Senatu iustè pronunciatus est.
828 Iosephi Iudæi de Nerone censura.
829 Sergius Galba Neronis interfectionis conscius, Amorrhæi populi consors, post Neronem ipsum vsurpauit imperium.
830 Vitellius quanta tyrannide ad imperium peruenerit, & quanta in masculos exarserit libidine nefaria. & numero sequenti.
832 Vespasianus & Titus Dei in Christi nece vindicanda nõ caruere vitijs: quare quod rectè egerũt non ipsorum sed Christi ascribendum gloriæ.
833 Iudæi quid causæ subesse credant, quòd sic exciderint, & excidij Ierosolymitani.
834 Vespasianus quibus claruerit facinoribus, & quæ eo imperante in Romanos insurrexerint prouinciæ.
835 Titus Vespasiani filius, orbis deliciæ, ob voluptatis indefessam impotentiam vocitatus est.
836 Domitianus nulli cessit, quod ad superbiæ, rapacitatis, ac sæuitiæ attinet, senatorum & virorum consulariu m iniurius interfector.
837 Domitiani stupra & concubitus nefarij innumeri.
838 Romanorum tyrannorum vitijs facta est Roma spectabilis: nam monstra effera & cruenta produxit portenta.
839 Nerua cæsare Christianos iniuria interficiente ab imperio desciuerunt Dacia, Germania, vtraq; Armenia, & aliæ nõ vulgares prouinciæ.
840 Traianus in Christianos mira sæuiens nequitia, & Christi nomen delere cupiens multarum iacturam prouinciarum accipit.
841 Traianus Christo infensissimus falsò creditur misericordiam precibus Gregorij consecutus.
842 Traianus Plutarchum præceptorem habuit, cuius nomine libros conscripsit philosophiæ.
843 Adrianus imperator Ierosolymorum ruinæ finem imposuit, Christum conculcauit, quare & vermibus corrosus interijt.
844 Adrianus moriens qualiter Deum inuocauerit.
845 Antoninus, etsi falso pius dictus est, Christianos tamen varijs affecit supplicijs.
846 Principes curæ & saluti hominum dediti, quodammodo se Deo similes præstare debent.

847 Antoninus ille monoculus rex inter cæcos, vnde Pij cognomen adeptus sit.

848 Marcus Antonius Verus & Lucius Aurelius frater quid fecerint, & quæ in Christianos moliti fuerint.

849 Antonius Commodus quibus fuerit prædictus moribus & qualiter interierit. & nume. seq.

850 Helius Pertinax nil memoratu dignum egit, quòd breui temporis spatio imperarit: hoc vnum habuit, quod bene loqueretur, & pessimé viueret.

Didius siue Saluius Iulianus qualis fuerit conuersatione.

852 Seuerus quid imperio præfuterit aut potius detraxerit.

853 Geta Seueri filius omnis generis vitijs contaminatus, quod Papinianum interemisset hostis publicus est iudicatus.

854 Aurelius Bassianus Caracala qualibus fuerit moribus.

855 Opilius Macer fide nulla, vita sordida fuit, & tamen Romanorum imperator, vt similes haberent labra lactucas.

856 Antonius Heliogabalus ideo pathicus quod & agendo & patiẽdo fœda incensus esset libidine, & qualiter interierit. & nume. seq.

858 Tyrannorum Rhomanorum indelebilis gloria stupris & omnis generis flagitijs circundata est.

859 Monstra quæ Heliogabalo successerint in imperio.

860 Alexander Heliogabali successor quæ præclara gesserit facinora sepulchro digna perpetuo.

861 Alexander imperator lenonum, meretricum & exoletorum vectigal in ærarium publicum inferri vetuit.

862 Maximinus reluctante senatu imperium adeptus eiusdem senatus neglexit authoritatem.

863 Maximinus sextam in ecclesia persecutionem auaritia ductus concitauit.

864 Maximino per senatum ab imperio eiecto, Gordianus imperator creatur senex, cuius caput breui post tempore amputatum est.

865 Gordianus tertius tredecim annos natus imperator vocatus est.

866 Papienus & Albienus quo tẽpore Romanis imperarint, & quid præclari effecerint.

867 Philippus Arabs quo tempore Romanum vsurparit Imperium.

868 Decius cum Philippos interfecisset ferus homo imperium occupauit.

869 Gallus Hostilianus Decijs mortuis cum filio suo imperiũ ad se rapit.

870 Aemilianus imperium inuadens, ilico tyrannidis occupatæ pœnas dedit.

Valerianus Aemiliani interfector cum Galieno filio suo, alter Nero in Christianos desæuiens, imperij fœdat maiestatem.

871 Alemanni quo tempore Gallias & Italiam vastarint.

Galienus Mediolani incumbens luxui cum fratre Valeriano Aurelij ducis fraude interimitur.

872 Claudius Galieno succedens nouam in Christianos persecutionem exercuit.

873 Aurelianus Galieni mortis author aduersus Christum efferatissimé sæuiens fulmine interijt.

874 Tornacũ ciuitas Belgica principi suo Gallo perfida Cæsari paret, sed olim dabit pœnas.

Genabum Gallica ciuitas ideo sic dicta est, quod omnia gignat bona, agro sita amœnissimo.

875 Gotthi an fuerint per Aurelianum Cæsarem deuicti.

876 Tacito Cæsare à suis occiso successit Florianus frater, qui & morte non dissimili perijt.

877 Probus Floriani successor quo interierit mortis genere.

Aurelius Carus Narbonensis contra astrologorum vana promissa iusto Dei iudicio fulguris ictu percussus perit.

878 Carinus & Numerianus an simul an vero successiue imperarint.

879 Carinus tanta fuit fœda cõtaminatus libidine, vt ne sexui quidem suo parceret.

880 Numerianus Cari filius summa impotentia Christianos afflixit.

Diocletianus & Maximilianus nequitia pares imperio occupato Christianorum septemdecim millia tempore permodico trucidarunt.

881 Imperatores Romani Christum persecuti, manum tandem domini omnes senserunt grauissimam.

882 Diocletianus imperio deposito, qui prius deus dici voluit, sese veneno interemit.

883 Galerius & Constantius imperatores declarati quales fuerint.

884 Galerius Christiani nominis acerrimus impugnator manum domini sensit vltricem.

885 Maximianus beluarum omnium sæuissimus, dignum factis suis finem accepit.

886 Licinius tyrannus dum in Romanorum rempublicam iniusta moliretur interfectus est.

887 Constantius Helenæ Britannicæ filius quid egerit, & qualiter tandem perierit.

888 Constantinus Constantij prioris filius qualiter Maxentium bello superarit.

889 Constantinus imperator pro corporali sua valetudine bona noluit infantum fundi sanguinem.

890 Donatio facta Siluestro papæ per Constantinum an valuerit.

891 Historici rerum Romanarum scriptores impudentissimi mendaces.

892 Constantinus an vere fuerit baptisatus.

893 Romanarum rerum nil certi habere possumus, quòd scriptores affectibus ducti varia contexuerint suis scriptis mendacia.

894 Constantinus qua sit matre natus pené ignoratur, varijs varia sentientibus.

895 Constantino magno qui successerint in imperio.

896 Constantius solus fratre Constante occiso tyrannidem occupat.

897 Decentius Imperator Magnentij frater laqueo sese suspendit.

898 Iulianus apostata quo medio ad imperij fastigium peruenerit.

789 Iulianus voto de Christiano sanguine fundendo emisso Dei voluntate lancea transfoditur.

900 Iouinianus apostatæ Iuliano succedens Christianos fouit, & in meliorem statum res reducit Romanas.

901 Valentinianus Iouiniani successor contra valentem fratrem Christianos tutatus est.

Valens Valentiniani frater quanta Christianos presserit afflictione.

902 Gotthi Italiam penetrantes Valentiniani temporibus pené totam vastarunt.

903 Firmius seu Thirmius quo tempore Africam occuparit.

904 Gratianus Valentis in imperio successor qualiter se gesserit erga rempublicam.

905 Valentinianus Gratiani frater quam sit nactus sortem.

906 Alani, Hunni, Gotthi, Vvãdali quo tempore Europam infestarint.

907 Theodosius Valentiniano cruci suffixo imperium solus occupans qualiter se habuerit.

908 Theodosius quod virtute nequiuit, oratione sua impetrauit.

909 Archadius & Honorius filij Theodosij, quibus adiutoribus in ætate tenera rempublicam gubernarint.

910 Alaricus Gotthorum rex sanguini pepercit, & ecclesijs qualemcunque detulit honorem.

911 Honorius Archadij frater à Salcone impetitus quorũ auxilio vsus sit.

912 Burgundi quas Galliæ prouincias olim occuparint.

913 Constantius bellum Hispanense meditãs moritur, qui Ecium patritium accepit successorem.

914 Orosius qua floruerit tempestate, & quid de Gotthis scripserit.

915 Alaricus, qui & Athlaricus, Romam expugnans in sancta loca, & qui ad ea confugissent pietatem exercuit.

916 Galliæ à Sueuis, Alanis & Vandalis proteruntur.

917 Gallia Romanis non obaudiebat tunc temporis quo à Gotthis Roma premeretur.

918 Franci Sicambriam incolentes Germaniam vastant, & Rhomanum fundunt exercitum.

919 Pharamũdus Gallorum rex legem tulit Salicam, ne de rege creando postea oriretur quæstio.

920 Carolus quintus non longe abest ab ambitione, cæterisq; priscorum imperatorum moribus.

921 Roma prædæ fuit Cæsarianis, Borbonio Gallo duce.

922 Clemens septimus iusto Dei iudicio captiuitate pressus quòd Carolum Borbonium & alios Galli regis proceres cum Carolo Cæsare ad defectionem solicitarit.

923 Clementis septimi ad Carolum quintum Cæsarem epistolæ. & nu. seq.

925 Clemens septimus fucatissimus impostor sub patris communis nomenclatura hostis perfidissimi egit personam.

926 Clemens septimus non pastoris opus, nõ patris officium, sed tyranni & impudentis nebulonis acta præstitit.

927 Caroli quinti super Romana euersione ad põtificem excusatio subdola.

928 Clemens pontifex in Adriani mole captiuus per Gallum militem Lauthreco duce liberatur.

929 Andreas Doria Gallici exercitus naualis præfectus perfidia superatus, à Gallo desciscens, Cæsarianis Neapoli obsessis suppetias tulit.

930 Caroli Cæsaris epistolæ ad pontificem Clementem. & numero sequenti.

932 Adrianus ille sextus hypocrisi pontificatum adeptus, nõ in fidei hostes, sed in regem Christianissimum arma hostilia cepit.

933 Carolus quintus fidei datæ assiduus violator, iugiter regis Galli subditos ad defectionem nefarijs pollicitationibus solicitat.

934 Caroli Cæsaris ad pontificem epistola pro duce Borbonio restituendo.

935 Borbonij simulata ægrotatio, qua media domini sui, quẽ prodere decreuerat, manum euasit.

936 Borbonius Dux promissis Cæsaris seductus à Gallo desciuit: quicquid mentiatur apologiæ Madriacæ refutator.

937 Carolus Cæsar quo facilius Borbonij peruerteret animũ, sororem Helionoram recepit se ei daturum vxorem.

938 Carolus ille Austriacus imperator etsi iustissimus vult haberi, templa tamen Christianorum non est veritus diripere & prædari.

Marchio Salutiarum regius in Italia vicarius Caroli Cæsaris & suorum arte subdola à domino suo deficiẽs pœnas dedit, licet crimini non satis respondentes.

939 Franciscus Francisci primi filius Britãniæ dux & princeps Delphinatus veneno impurissimi cordis opera perijt.

940 Romani duces, reges, imperatores, seu potius tyranni nũquam fuerunt totius orbis domini.

941 Romanis non paruerunt Vandali, Mauri, neque Archedonij, nec aliæ nationes quamplurimæ.

942 Romani quam Barbaram olim vocarunt gentem, hodie sibi & capitibus suis habent imperantem.

943 Longobardicus dispunctor suæ gentis nõ imaginem sed sanguinem referens Longobardico ductus liuore non pauca in Francos falsò detorsit.

944 Longobardi ex ea sunt Scythia oriundi quæ incultos hominum (aut verius beluarum) mores producit & alit.

945 Longobardi vnde dicti, & an verius dicendi sint Lingobardi secundùm Ponticum, an vero, vt vult Eginartus, Langobardi. & nume. seq.

947 Longobardi, quouis nomine censeantur, barbarie notabiles à Gotthis Italia pulsis ad Caroli magni vsque tempora qui & eos superauit, Italiam occuparunt. & numero sequenti.

949 Franci vnde oriundi, & à quo nomen adepti sint.

950 Sicambri, Straboni Sugambri dicti, qui, & quam regionem coluerint.

951 Francorum maiores Troiani fuere, si Sabellico credimus.

952 Sicambri cum Sueuis & Marolodino rege ab Augusto in deditionem accepti fuerunt.

953 Troia illa Asiatica euersa quò se trãstulerint qui è tanti fragore incendij euasere.

954 Eranci Gallicæ gentis populi in montibus inter Rhenum & Mosam fluuios sedes tenuerunt.

955 Gallorum lingua prisca prorsus intercidit, vt creditur, quòd nunc ferè omnes Romanè loquantur.

956 Dispunctor Longobardicus fabulamẽtis & nænijs Accursio per omnia similis, Chronicorum ignarus fuit.

957 Italia per solos Francorum reges ab exterarum nationum incursionibus defensa semper fuit.

958 Germania quibus circuncludatur prouincijs. & nu. 962.

959 Galli quid cum Germanis habeant vicinitatis.

960 Galli Germanos quondam virtute superarunt.

962 Gallorum cum Germanis in connubijs contrahendis affinitas.

963 Carolus Austriacus hoc habet in se præclari, quod genere sit Francico natus.

964 Subditi Romano imperio ab Antonino Pio quondam Cæsare ciues Romani sunt effecti.

965 Francigenæ an fuerint olim donati Romana ciuitate.

966 Iustinianus ideo Gallis leges non tulit, quòd sibi non parerent.

967 Gallos Romani fuisse imperij mẽtitur dispunctor ille Lõgobardicus, honoris Gallici impatiens.

968 Iura Regaliæ an possint priuilegio acquiri, aut longissima possessione præscribi.

969 Francorum reges an iure subsint imperio, & an contra imperatorem talem exemptionem præscripserint.

970 Patrimonium principis quanti temporis possessione præscribi possit.

971 Præscriptio tanti temporis cuius initij non extat memoria etiam bona principis afficit. & nume. seq.

973 Veneti, Florentini cum similibus iure potuerunt regalia præscribere.

974 Possessor quadragenarius cum titulo an sit plenissima securitate munitus.

975 Emens rem ecclesiasticam a prælato, vel alias ab eo causam habens, non potest præscribere quandiu viuit prælatus qui ei vendidit.

976 Prælatus ecclesiæ non potest præiudicare in alienationibus & delictis.

977 Emphyteuta vendens domum emphyteuticam vt liberam, nihilominus domino tenetur canonem soluere: sed

eo mor

eô mortuo an teneatur emptor eundem canonem primo domino præstare.
978 Bona fides, iustus titulus emptoris & possessio quadragenaria omnem exceptionem excludunt.
979 Vsusfructus in seruo aut quauis alia re amittitur per non vsum.
980 Traditio vera qualiter distinguatur à traditione ficta.
981 Dominus directus non habet quo conqueratur quandiu ei soluit canonem emphyteuta, ideoq; emphyteusis tunc temporis non potest contra dominum præscribi.
982 Prescriptiones odiosæ contra desides tantũ sunt inoctæ.
983 Vasallo quæ obstent quo minus aduersus dominum præscribere possit.
984 Vasallus modo quodam domini seruus est.
985 Scientia præpositi seu serui non nocet domino ignorãti.
986 Census seu canon principi ratione rei in emphyteusim datæ debitus præscribi non potest vllo tempore.
987 Iura incorporalia præscribi non possunt absq; scientia domini fundi patientis.
988 Vectigal fisci nullo potest vnquam tempore præscribi.
989 Patrimonium principis sine titulo aut iussu ipsius neq; alienari, neq; qoadraginta annis præscribi potest.
990 Præscriptionem tanti temporis, cuius initij non extet memoria, etiam in regalibus tituli loco esse quãdo verum sit.
991 Possessio longa & continua temporis longissimi an sufficiat in iuribus regalibus.
992 Patrimonium principis quibus rationibus conuincatur non debere alienari.
993 Princeps quare Reipublicæ dicatur maritus.
994 Princeps res patrimonij sui alienare non debet, sicut nec prælatus res ecclesiæ.
995 Vsucapiones & præscriptiones qua re furtiuæ & à Normanis reprobatæ.
996 Possessor malæ fidei nullo potest vnquam tempore præscribere.
997 Hæres ex facto defuncti strictius obligatur per iura canonica quàm per ciuilia.
998 Hæres in ius omne defuncti succedens, ignorãtia sua non excludit defuncti vitia.
999 Hæres succedens in bonis defuncti, tenetur vsuras restituere per defunctum extortas.
1000 Dominus fundi volens per vim ipsum ab occupante recuperare perdit dominium. & nume. seq.
1002 Præscribentẽ legitime oportet nulla temporis parte alienæ rei conscientiam habere.
1003 Possessor malæ fidei nullo vnquam tempore fundum desidis potest præscribere.
1004 Præscriptionem in odium desidis tantum introductam esse falsum est. & numero seq.
1006 Præscriptiones pedagiorum, tributorum & collectarum quibus soleant esse præiudicio.
1007 Initium cuiuscunq; possessionis non potest dari ijs quibus & diuina & humana iura resistunt.
1008 Regem Franciæ iura exẽptionis aduersus imperium præscripsisse, stulte asserunt quidam, cum iure nunquam subditus fuerit.
1009 Imperium Romanorũ violentum habuit initium, quare nec perpetuum potuit habere statum.
1010 Arma suum ius secum ferre asserebat Brennus Gallorũ dux, omniaq; virorum fortium esse.
1011 Imperiorum & regnorum de gente in gentem iusto Dei iudicio fiunt translationes.
1012 Iulius Cæsar imperium, seu verius tyrannidem obtinuit.
1013 Incontinenti fieri quando quid dicatur.
Possessio solo animo retinetur.
1014 Præscriptio non potest causari vbi ius belli solum habetur loco tituli.
1015 Galliæ multis finitimarum incursionibus nationum exercitatæ.
1016 Romanorum tyranni nunquã pacifice possederunt prouincias, quas vi in suam traxerant potestatem.
1017 Possessio improba nullum possidendi firmum præstare potest titulum.
1018 Spoliatus non valens per iudicis authoritatem recuperare rem suam, vi vti potest etiam ex interuallo ad eãdem recuperandam.
1019 Romani pro summo ius belli habuerunt, quo vsi solo Gallias, cæterasq; prouincias dominandi cupidine subegerunt.
1020 Iura regis præscriptione longissima non transferuntur, & cuique etiam priuato contradicere licet.
1021 Vicissitudines rerum attendere norunt qui in populo prudentiores sunt, quòd scilicet locupletes efficiantur inanes, & contrá.
1022 Iurisdictio meri & mixti imperij an & quãdo possit præscribi. & nu. seq.
1024 Imperium merum & mixtum an possit amitti per non vsum, si nullus accidat eiusdem exercendi locus. & nu. seq.
1026 Iurisdictione vsus tantum circa adoptiones & emancipationes, in his quæ meri & mixti sunt imperij nil per hoc retinet.
1027 Iurisdictio ideo longum tempus requirit, quòd actus habeat discontinuos.
1028 Iurisdictio simplex sic præscriptione quæri potest quemadmodum & concessione.
1029 Iurisdictio consuetudine acquiritur quandoque.
Iurisdictio an possit decem annis præscribi. & nu. 1032.
1031 Præscriptio decem annorum in actibus causam continuã habentibus locum habet.
1033 Imperium merum & mixtum acquiri potest triginta vel quadraginta annorum præscriptione.
1034 Magistratus à solo principe creatur.
1035 Iurisdictio an possit consuetudine acquiri.
1036 Capitulum delictis quorundam exigentibus potest ecclesiam interdicto supponere, & Abbas suos monachos excommunicare.
1037 Defensores ciuitatum & magistratus municipales nõ habent merum imperium.
1038 Iurisdictio simplex neque consuetudine neque præscriptione quæri potest, sicut nec merũ & mixtum imperiũ.
1039 Vsurpare dicitur qui absque principis authoritate vtitur iurisdictione.
1040 Consuetudo non potest iurisdictionem tribuere. & numero. 1042.
1041 Vsurpans iurisdictionem efficitur reus criminis læsæ maiestatis.
1043 Iurisdictio quibus olim concessa fuerit à principe.
1044 Consuetudo etsi iurisdictionem non tribuit, augmentum tamen iurisdictionis concedere potest.
1045 Mulieres in Gallia nulla consuetudine possunt ordinariorum iurisdictionem acquirere. & nu. 1047.
1046 Fœminæ iurisdictionẽ habere possunt feudi occasione.
1048 Rex nunquam in Gallia deficit, neque vllum esse potest interregnum.
1049 Duumuiri quare iurisdictionem facilius obtinuerint, nil aliud in causa fuit, nisi quòd princeps populo consentiente eisdem concessit.
1050 Iurisdictio exerceri potest ab his etiam qui territorium non habent.

1051 Magistratus municipales, qui & ciuitatum defensores dicuntur, à lege potuerunt iurisdictionem accipere. & numero sequenti.
Consuetudinis à præscriptione lata differentia.
1053 Vsurpans aliquid iurisdictionis vltra id quod sibi à lege præscriptum est, puniri debet.
1054 Lex ipsa attendi debet, nedum consuetudo, in iurisdictione exercenda.
1055 Lex an quandoque accipi posfit pro consuetudine.
1056 Duumuiri potuerunt alienigenarum emancipationes recipere legis municipalis concessione.
1057 Præscriptio an absq; populi consensu & principis scientia fieri posfit.
1058 Patrimonialia principis non nisi titulo & quadraginta annorum possessione præscribitur.
1059 Præscriptio nil iuris tribuit quoties lex vel canon præscriptioni resistit.
1060 Præscriptionem nullo vnquam tempore admittũt quæ principi vel inferiori à principe in recognitionis notam competunt.
1061 Præscribi nequeunt vnquam quæ alienari non possunt.
Possessio causari nequit vbicunque lex ab initio possessori resistit.
1061 Possessio nullo modo accedere potest, si vitio affecta sit ipsa res.
1063 Furtiua res præscriptione non potest acquiri, donec vitium purgatum fuerit.
1064 Præscriptio quæuis, etiam centenaria minor est ea cuius initij nulla est memoria.
1063 Memoriam hominum excedere non creditur tẽpus centum annorum.
1066 Vita hominis extendi potest ad centum viginti annos: quo fit vt ecclesia sui iuris probationem habere posfit.
1067 Præscriptio aduersus ecclesiam Romanam nihil virium assumere potest: quæ etiam tunc titulum requirit & bonam fidem.
1068 Possessio libris probari potest, & instrumentis.
1069 Iura quædam vsqueadeo regis inhærent ossibus, vt in eisdem cadere nunquam posfit titulus. & nume. seq.
1071 Monetæ in Gallia fabricandæ facultas soli regi cõgruit.
1072 Tributa, indicta & superindicta solus princeps imponere potest.
1073 Princeps iura quædam sibi soli competentia alicui cum causa concedere potest.
1074 Constitutiones Romanorum pontificum inuicem contrariantur.
1075 Patientia eorum fieri nequit, quorum pacto fieri non potuit.
1076 Lege aliquid facere non valente ob resistentiam legis diuinæ, idem priuatorum pacto aut patientia nunquam factum valebit.
1077 Scientia præsumpta principis quando & in quibus non sufficiat.
1078 Nobiles non debent esse vectigalium exactores.
1079 Vectigalia noua decretis ciuitatum institui nequeunt.
1080 Iura in principis patrimonio in duplici reperiuntur differentia.
1081 Patrimonialia principis quæ sint & qualia.
1082 Patrimonium principis qua ratione alienari nequeat.
1083 Census principi debitus nullo vnquam tempore præscribi potest.
1084 Præscriptio temporis publico iuri haudquaquam obsistere debet.
1085 Principis bona absque eius expresso consensu occupari aut teneri non possunt.
1086 Iura regia nemini vendi debent, & qui eadem venderent officiarij punirentur.
1087 Possessio principis obtenta conniuentia vel consensu procuratoris furtiua dicitur.
1088 Dominia rerum quanto tempore in hypothecarijs præscribi possint.
1089 Officiales regij nihil eo inconsulto alienare possunt: quod si fecerint, dominium non transferunt. & nu. seq.
1091 Pascua principis & saltus mutilantes qua sint feriendi pœna.
1092 Bona principis non tantũ ipsius sunt, sed & reipublicæ.
1093 Vendens rem quæ ad principem spectat, à lege reuocandi eandem habet facultatem.
1094 Clerici rem ecclesiæ alienatam possunt reuocare.
1095 Maritus qua ratione rem dotalem quam alienauit reuocare posfit.
1096 Sententia per aduocati seu procuratoris præuaricationem contra fiscum lata, ipso iure nulla est.
1097 Sententia quæ patrono fisci non legitime audito fertur, non immerito reuocatur.
1098 Iudicata accipienda esse, qualiter intelligi debeat.
1099 Procurator Cæsaris absque eiusdem consensu nil facere potest.
1100 Gesta officialium regiorum quando valeant & quando non.
1101 Scientia certa principis requiritur cum quid per suos officiales geritur.
1102 Alienatio facta à principe ex causa, diplomate exprimi debet.
1103 Princeps neque suas neque ciuitatum res ex quauis causa alienare potest.
1104 Præscriptio rei principis vel ecclesiasticæ interrumpitur sola protestatione.
1105 Tempus non currit ei qui agere non potest ob impedimentum quod iudici contigit.
1106 Præscriptio actu solo protestationis seu interpellationis interrumpitur.
1107 Patronus laicus ante primi præsentati institutionem variare potest.
1108 Principis declaratio prior constans & firma esse debet, vbi non inuenitur vlla eiusdem contraria posterior.
1109 Princeps neque per cõtractum neque alio modo in præiudicium successorum quicquam cuiquam concedere potest.
1110 Vsurpatores iurisdictionis & aliorum iurium regis, puniuntur pœna criminis læsæ maiestatis.
1111 Causarum multitudine efficitur vt iurisdictio in varios inferioris ordinis viros distribuatur.
1112 Permittens quasi concedere videtur.
1113 Consuetudo quantumcũque vetusta locum non habet in iurisdictione exercenda, nisi à principe principiũ sumpserit.
1114 Rei, & maximè qui vinculis detinentur, per iudices celerrime sunt expediendi.
1115 Imago principis repræsentari debet, cùm iurisdictio exercetur.
1116 Possessori quando incumbat onus probandi, & quando petitori.
Solennitatem in rerum fiscalium alienatione negãti competit onus probandi.
1116 Notarius in confectione instrumenti testamenti asserens testatorem sanæ mentis, non probat hoc ipso eundem talem esse.
1118 Excipiens de excommunicatione contra electum an & quando sit audiendus.

Creditor

1119 Creditor instrumentum obligationis producens, suam intentionem iam fundatam habere dicitur.
1120 Creditor asserens debitorem periurum vel excommunicatum an sit audiendus.
1121 Excipiens tertius de periurio aut excommunicatione dicti, id ipsum probare debet, vt audiatur.
1122 Diffamato de crimine indici debet purgatio.
1123 Reo quando onus probandi incumbat, & quando accusatori.
1124 Accusatus non adstringitur ad probandũ, sed accusator.
1125 Probare tenetur in factum qui agendo vel accipiendo proponit.
1126 Purgare se volens à crimine sibi à lege imposito, excusationem proponere debet & probare.
1127 Accusans aliquem desertionis vel emansionis, quod ad diem commeatus non venerit, id ipsum probare debet.
1128 Possessor vt bonæ fidei reputetur, saltem ab initio possessionis nactæ titulum habere debet, cum principis concessione.
1129 Procurator priuati dolose gerens negotium, non præiudicat domino.
1130 Consuetudo exigendi vectigal omnino nullius valoris esse debet, nisi à principis authoritate initium sumpserit.
1131 Dolum committentes aduersus ærarium principis qualiter puniantur.
1132 Præsidem ad inquirendum esse commissum non sufficit, verum inquisitione facta principi quid inuenerit significare debet.
1133 Titulus, id est principis cõcessio ab initio possessionis adeptæ debet interuenire.
1134 Vasallus domino sex principaliter iurasse præsumitur.
1135 Fraus, dolus, & conniuctia gratuita vel venalitia interuenire non debens in alienatione aut præscriptione rerum principis.
1136 Conscientia rei alienæ abesse debet à præscriptione.
1137 Iura omnia præscribi possunt annis quadraginta.
1138 Iuri se immiscendi an & quando præscribi possit.
1139 Ius aquæ ducendæ habens diuturno vsu non tenetur de iure docere.
1140 Iurisdictio actum continuum habet, in qua solus decem vel viginti annorum vsus sufficit.
1141 Iurisdictioni quanto tempore præscribatur.
1142 Iura regia vsque adeo ipsi sunt cohærentia regi, vt nullus eadem capere possit absq; regiæ maiestatis deformitate.
1143 Titulum allegans, titulum probare debet.



I C .§. Prora est & puppis totius senatusconsulti. In eo enim neruus eius cõsistit: ideo ampliore commentario quàm hactenus fecerim intẽdo explicare ordinaria lectione primũ, repetitione postremo. & quãtum vires ingenij suppetant dote amplissima ornare curabo. Ad id enim negatiuæ materia me inuitat, quam Ange. non ineleganter ex hoc elicit: eam in repetita
3 lectione quã omnes vulgo repetitionem appellant reijcio. Vt igitur satis voto faciam ad institutum propositæ materiæ progrediamur.

Duo sunt quæ à senatusconsulto desiderãtur priusquã indictæ à senatusconsulto pœnæ locus esse possit. quæ licet in præcedẽtibus legibus explicata fuerint, quia tamen iureconsultus in vnũ coniungere voluit secundùm iurecõsulti distinctionem de singulis disserere curabimus.

Primũ igit̃ quod hic iurecõsultus inseruit, est quod in prioribus legibus & sequentibus omissum est, eo q verba senatuscõsulti nõ habemus,
1 nisi ex Vlpiani interpretatione. † Nanq; pœnã hæredum omittentiũ mortem necati domini seu occisi defendere, dicit esse publicationis bonorum hæreditariorum, non autem ipsius hæredis quæ aliunde hæres habuit, & ab hæredibus tanquam indignis auferuntur. l. j. ff. de iure fisci. l. Marcellus. §. fi. ff. ad Trebel. l. indigno. & l. hæredẽ. ff. de his qui. vt indig. l. j. C. de his quib. vt indig. aufer. hære. in legibus præcedentibus sæpius explicatum, & in sequenti repeti. poterit.

Secundum est senatusconsulti declaratiuum quod vsque in finẽ. §. prosequitur. idq; duobus necessarijs concludit. Primũ est vt prius constet occisum fuisse defunctum, nec sufficere dicere mortuũ esse, nisi liquido cõstet occisum. dixerat idem prius in. l. j. §. item illud. suprà eo. l. j. C. vbi causæ fisca. Lex Aquilia huic senatuscõsulto in hoc cõuenit. l. qua actione. in prin. & l. inde Neratius. §. fi. & l. seq. & l. proinde. in prin. ff. ad legem Aquil. Oportet enim de delicto prius constare. l. eius qui delatorẽ. ff. de iur. fisci. c. præterea. extra de testi. l. maritus. ff. de quæstioni. Vide Pet. de Ancha. in. c. fœlicis. de pœn. in. vj. Secun
2 dũ est † quod hæres extraneus si adierit, vel suis se immiscuerit, vel bonorũ possessor si bonorũ possessionẽ agnouerit priusq; de familia mortis dñi conscia seu participe, quæstionẽ seu supplicium cũ effectu sumere procurauerit, indignus fit hæreditatis: & applicatur fisco. Ratio dicta est in rubrica, & in capite. l. j. & in. l. iij. §. non tantũ. suprà eo. vt facilius & diligẽtius vindicta de nece occisi habeatur. l. propter veneni. §. fi. in verbo, defunctoriè. infrà eo. illic verbũ illud explicabimus. Et per hoc Roma. in. d. §. item illud. in l. j. suprà eod. dicit quando aliquid principaliter desideratur, id primò probari debet quàm iudicium fieri possit, per hunc text. & d. §. illud. Cui adde. l. in fraudem. §. eius bona. primo. ff. de iure fisci. l. hæc autẽ. in princ. ff. qui. ex cau. in pos. eatur. quæ dicta suprà coniungi possunt. Et hanc pœnã intellige pro his qui primum caput senatusconsulti offendunt: qui verò secundũ caput, alia pœna plectuntur. l. lege Cornelia. §. fi. infrà eo. illic dicet̃. Et ob hoc dicit, nõ aliâs hæreditatẽ ab indigno auferẽdã esse quàm de morte dñi & crimine nõ vindicatæ necis iudici constiterit.

3 In tex. Non aliâs publicantur. † Dicit hic Ange. id est per confiscationẽ incorporantur: cum statim cõmisso per hæredẽ delicto publicantur, sed in fiscũ non incorporantur, nisi per sententiã patefacta cæde aduersus homicidas. l. j. C. vbi causæ fisca. l. j. C. de his quib. vt indig. vbi Guil.

de cuneo idem sentit: & Bar. formam tradit in. l. in cognitione. infrà eo. quæ tamen differt ab expositione Ang. hic: Et in hoc Bat. à Dino dissentit: & nostra ætate quãdoque sub Ibidis nomine multis legibus & authoritatibus digladiatũ est, & chalcographis, tacitis tamen authoribus, eorum disputatio in publicũ prodijt. Agebatur autẽ inter eos de crimine læsæ maiestatis quæstio, an bona statim crimine cõmisso sic publicata essent, vt dominiũ eorũ fisco statim cõmisso crimine quæsitũ esset. nulli vnquã dubium fuit statim patrato delicto, administrationẽ interdictam esse: cùm id expresse ab imperatoribus decisum sit, authoritate Pauli, & Martialis iurecõsultorũ in. l. pe. & fi. C. ad legem Iul. maiest. Sed vis tota huius disputationis est, an ipso iure nulla expectata sententia facti declaratoria in crimine læsæ maiestatis, aut quouis alio crimine quo bona publicantur, ipso iure dominiũ rerum fisco acquisitum sit: an verò ad effectum consequendi dominij per fiscum sententia facti declaratotia & condemnatoria necessaria sit. In primis Bart. in. l. imperator. ff. de iure fisci. dissentiens à Dino in illa
4 lege † dicit reum criminis hæresis, vel læsæ maiestatis nõ amittere dominium rerum suarum ipsó iure, sed solam dominij administrationem. l. penul. & fi. C. ad legem Iul. maiesta. l. quæsitum. ff. qui & à quib. manumis. liber. accip. l. post contractum. ff. de donatio. l. ex publicorũ. ff. de accusatio. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci. & vlterius Bart. in. §. j. in authen. de incestis nup. colla. ij. & in dicta. l. post contractum. & in. l. si debitor. in fine. ff. quæ in fraudem credi. vbique dicit contrarium in iure cautũ non reperiri. In ea opinio. prius eo fuerunt Iacob. de Aret. & Cinus in dicta. l. penulti. C. ad legem Iuliam maiesta. Moti per dictam. l. quæsitum. Bald. in. l. vnica. C. ex delic. defuncto. Mouetur per. §. per cõtrarium. Institu. de hæredi. quæ ab intesta. defer. l. codicillis. §. penulti. ff. de legatis. ij. in ratione legis. & l. ex publicorum. cum eis sentit Paul. de castr. in dicta. l. post contractum. & in. l. commissa. ff. de publica. & vectiga. Idem Paul. & cum eo Ioan. de Imol. & Francisc. Aret. in. l. qui à latronibus. §. primo. ff. de testamen. Et mouetur Areti. potissimè per textum in dicto. §. per contrarium. Institu. de hæredi. quæ ab intesta. deferun. Idem Areti. in. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquirenda hæredita. & in. l. si quis post accusationem. ff. de testa. Roma. in dicta. l. post contractum. Idem Roma. in. l. eorum. in princip. post Ange. ff. de damno infec. Dicit enim post Ang.
5 hic, & in dicta. l. eorum. † in omni casu, in quo rei possessio amitti debet sententia facti declaratoria interuenire debet. c. cùm secundum. extra de hæreti. Et per illum textum Roma. idem tenet in. l. stipulatio. §. habet. in fin. ff. de noui operis nuntiatione. addens Bartol. in. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci, Ioan. Fab. in. §. primo. in fine. Institu. quibus alienare licet. dicere videtur Accursium illic istius fuisse sententiæ in verbo, conuertatur. dum glossa dicit eum qui dominus est, non posse alienare. l. fina. C. ad legem Iuliam maiesta. l. Manichæos. C. de hæreti. l. finali. C. de prædi. decurio. libro decimo. Per hoc inquit Ioannes Fab. dicere vult Accurs. reos criminis hæreseos seu læsæ maiestatis remanere dominos vsque ad sententiam. & dicit expressum esse in dicta. l. quæsitum. ff. qui & à quibus. sed decretalis Bonifacij in. c. cùm secũdum. de hæreti. in. vj. contradicit. Et ita sentit Areti. in dicta. l. si quis post accusationem. ff. de testa. vt paulo pòst dicetur. Et ideò Areti. illic dubius remansit propter illam decre. Bonifacij. Et prius hoc dixit Ange. Areti. in. §. interdum. Institu. de hæredi. quæ ab intesta: deferun. & in. §. primo. Institu. de publi. iudic. & in tractatu maleficiorum. In verbo, che
6 bai tradito la tua patria. † addens, non esse bonum argumentum de crimine hæresis ad crimen læsæ maiestatis: quanuis Barto. in dicta. l. si debitor. ff. de his quæ in fraudem creditorum fiunt. dicat non reperiri iure cautum etiam in crimine hæresis, bona ipso iure publicari. Valet autem argumentum secundùm Angelum ecõtrario, de crimine læsæ maiestatis ad crimen hæresis: quia si in crimine læsæ maiestatis aliquid licet, multo magis in crimine hæresis. l. Manichæos. & authẽtica, Gazaros. C. de hæretic. c. vergentis. in fine. extra de hæreti. Non enim omnia quæ in crimine hæresis admittuntur, in crimine læsæ maiestatis conceduntur. Huic opinio. Barto. subscribit se Ioannes de platea in. l. eorum. C. de iure fisci. libro decimo. & Ioannes Faber in. §. finali. Institu. quibus non est permissum facere testamen. Et solent in hac materia communiter scribentes refugium habere ad Bart. distinctionem, in. l. in cognitione. infrà eo. titu.

Nonnulli Neoterici nostræ ætatis scriptores ad confirmationem opinionis Barto. addunt vanam & superuacaneã esse eorum, qui secus sentiunt, disputationem: cùm in specie in lege casus decisus sit. l. ancillæ. C. de fur. & glossa est secundùm eos, in. §. primo. in authenti. de non eligen.
7 secundò nuben. collatione prima. † neque licere per quamcunque exceptionem à textuali regula discedere, nisi regulæ limitatio in lege expressè posita inueniatur. c. secũdo. extra de cõiugio lepro. c. sanè. xv. quæstione. iij. sed cùm regula, inquiunt illi, in dicta. l. quæsitum. ff. qui & à quibus manumis. liber. accipi. posita sit, alia decisione opus non est.

Addunt & secũdò aliã esse iuris regulam, vbi non apparet priuationis pœnã à iure impositam esse, ipso iure sic interpretatio fieri debet, vt in ipsa priuationis pœna imponẽda sentẽtia interueniat, & non fiat ipso iure priuatio: secundùm glos. in. c. quicunque. in verbo, innodetur. de hæreti. in. vj. & c. in pœnis. de regu. iur. in. vj.

Tertiò

8 Tertiò addũt † in feudo reuersioni locum nõ esse, nisi conuicta per sententiam culpa. cap.j. de feud. sine culpa non amitten. collatio.x.c. si vasallus. si de feudo fuerit controuer. inter dominum & agna. Neque secundùm eos in crimine læsæ maiestatis inuenitur hæc regula specialiter immutata, etiam in feudalibus. stãdum est igitur regulæ, secundùm eos, dictæ.l.quæsitum. per.l. præcipimus.in fine.C.de appellatio. neque iuuari potest cõtraria opinio eo quòd à pluribus fuerit approbata.l.prima.§.omnibus.C.de vete.iure enucle. Quoniam, inquit ille tex. non ex multitudine authorum quod melius & æquius est iudicatur.c. ego solis.ix. distinct. Et si vltra quàm per illos dictum est in secundo eorum argumento desideras chartas aut membranas occupare, lege Feli.in.c.Rodulphus. extra de rescript. vbi contestatione seu protestatione aliqua vtitur: eo quòd duo præclara iuris lumina sua tempestate in ea scripserunt, videlicet, Alexan. de Imola in dicta.l.imperator.in apostil. Barto.ff. de iure fisci. Et Andr. Barba.in.c.si diligenti. extra de foro compet. Ob id dixit vix voluisse calamo manum apponere, nisi precibus eorum, qui in eum imperio vti poterant, superatus fuisset. Non prætermittam addere eundem Feli.in.c. primo. extra de constit. & in.c.ij. extra de sponsali. Bal. in authenti. licet. C. de loca. & conduc. Bald. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & in authenti. si captiui. versic. sed vlterius quæritur. C. de episcopis & cleric. Ange.in.l.Papinianus.§.meminisse.ff. de inofficio. testamen. Aliqua autem infrà colligemus, quæ huic nostræ disputationi cõuenire putabo.

Ad secundum eorum fundamentũ si vis plura addere vide pulchram disputationem Andre. de Iser.in.c.præterea si vasallus. quæ fuit prima causa benefi.amit.colla.x. Cardin. Alexã.in.c. item si fidelis. quib. mod. feu. amitta. Papien. Moder. Ias.in.l.ij.& seq.C. de iure emphy. Iaco. de sanc. Geor. in tractatu suo feud. in verbo, dictiq; vasalli promiserunt nõ committere feloniam. Bal. in dicta authen. si captiui. C. de episc. & cleri. ex quorum dictis nihil transcribam.

In alteram & contrariam sententiam declinauit Dinus in dicta.l.imperator.ff. de iure fis. motus per dictam.l.quæsitum.ff.qui & à quib. manumis. liber. accipi. glos.in.l.fina. in prima illius legis interpretatione. C. de iure fisci. libro. x.
9 Dum dicit † in crimine læsæ maiestatis bona ad fiscum transmitti, licet reus viuens accusatus, vel condemnatus non sit: dicta.l. ex publicorum.ff. de accusatio. glos.in.l.si quis in tantam. versicu. super quarto quæro.C. vnde vi. dicit enim spoliantem dominium rei ipso iure amittere & spoliato acquiri, sicut in crimine læsæ maiestatis.l.fina.C.ad legẽ Iul.maiesta. & alijs casibus de quibus in ea. similis glos. in. d.l. ex publicorũ.ff. de accusa. quæ plura alia crimina recẽset, in quibus non secuta cõdemnatione imminet pœna ademptionis bonorum. glos. est in dicto.c. cùm secundum. in verbo, ipso iure. de hæreti. lib.vj. Et Bartol. ipse in extrauagan. qui sint rebel. collatio.xj. in verbo, rebellãdo. circa medium glos. ibi, item
10 quæro quid de dominio. † In dominio vtili concludit rebellem ipso iure vtile dominium amittere, cùm sit à iure ciuili introductum. Et quæ iuris sunt ciuilis amittunt.l.amissione.§. qui desiciunt.ff. de capi. diminutio. Guliel. de cuneo in l.j.C. de his quib. vt indig. aufer. hæredi. Dicit vasallum à die commissi delicti fructus rei feudalis amittere & fieri domini: quia res ipsa feudalis à die criminis domino quæsita est, per illum tex. dum ait, Hæredes quos necem testatoris inultã omisisse constiterit, fructus integros coganture reddere. Et ille text. est singularis, & huius nostræ disputationis declaratiuus, & maximè huius nostri.§.dum in eo dicitur, nõ aliàs bona publicantur quàm si constabit &c. Et ea Ange. hic & rectè, intelligit, publicantur, id est, per incor-
11 porationem confiscantur. † & sic dominium statim quo crimen patratũ est fisco acquiritur: quia integros fructus hæredes restituere coguntur, quos nõ restituerent, si dominium apud eos remansisset. Dicam infrà. hoc enim maximè considerãdum est: quoniam ex hoc maximus effectus resultat: nam princeps ea legitimè concedere potest, priusquam incorporentur.l.j.C. de petitio. bono. subla. libro.x.l. bene à zenone. C. de quadrien. præscrip. Addo Ange.in.l.in cognitione. infrà eod. titu. & Bald. in dicta authen. si captiui. versic. sed vlterius quæritur. C. de episco. & clericis. & vide eum omnino, & infrà declarabo. In hac opinione cum Guliel. de cuneo sentit Bald. tametsi Guli. non meminerit, in.c.imperialem. §.callidis. de prohi.feud.aliena. per Frideri. col-
12 latio.x. † vbi Bal. dicit vasallum ipso iure feudũ amittere ob commissum læsæ maiestatis crimen. Idem Bal.in.l.ij. versi. ita in feudo. C. de liber. & eo. liber. Specul. in titu. de feudis.§.ij.&.iij. Andre. de Iser. in.c.j. in fine. de feud. sine culpa non amitten. Vbi ab expresso voluit vasallum feudi dominium amittere propter crimen læsæ maiestatis ab eo cõmissum. quibus se subscribit Francisc. Aret.in.d.l. si quis post accusationem.ff. de testa. fretus authoritate Ioã. And. in. d.c. fœlicis. de pœn. in.vj.&.d.c. cùm secundũ. de hæret. eo. lib. & dicit illic Aret.c. cùm secũdum. fortiter facere pro Ioã. And. in.d.c. fœlicis. contra Bar. in l. post contractum.ff. de dona. & sic simpliciter Francis. Aret. cũ Ioan. And. pedibus it in sententiam. Ipseidem Aret.in.l. qui à latronibus.ff. de testa. dicit Archid. cum Ioã. And. sentire in.d.c. fœlicis. de pœn. in.vj. Et Pau. de ca. remansit dubius, in. d.l. post cõtractum.ff. de donatio. dum remittit se ad ea quæ Dinus & Bar. scripserũt in d.l. imperator.ff. de iure fisci. & statim subiũgit, Quãdo tale est crimen, in quo bona statim sunt

confiscata, etiam ante sententiam: vt est in crimine læsæ maiestatis & hæresis, & in casu. l. cõmissa. ff. de publica. & vectiga. dominiũ statim amittitur. Cum Dino conuenit Domi. de sancto Gemi. in dicto. c. fœlicis. & in. c. pro humani. §. fin. de homici. in. vj. per illum tex. & in dicto. c. cùm secũdum. Luc. de pen. in. l. j. C. de petitio. bono.
13 subla. libro. x. dicit † per constitutionem Caroli secundi bona talium proditorum ipso facto in curiam trãsferri absque vlla possessionis eorum ademptione: & fiscus ad ea vendicanda vsque in viginti annos contra quemcunque possessorem agit. & huiusmodi constitutio secundùm eũdem Lucam sic incipit, Si dubitatio non est. Idem Lucas in. l. cùm allegatis. C. de re milita. libro. xij. recensuit longè alia plura quæ ingenio cuiuscunque legentis non mediocriter cõferant. Nouissimè verò sic absoluit directum rerum dominium propter crimẽ læsæ maiestatis ipso iure nõ amitti, sed vtile tantum. & hoc pacto satis erit factum dictæ. l. quæsitum. ff. qui & à quibus manumis. libertа. accip. & l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquirẽ. hæredi. & l. cùm filius. §. fina. ff. de legat. ij. l. ij. ff. de bonis eo. qui ante senten. mor. sibi consci. & §. per contrarium. iuncta glos. interpretatione in verbo, desinere. Institu. de hæredi. quæ ab intest. defer. quem tex. Francis. Areti. pro opinio. Bart. subtiliter induxit in dicta. l. qui à latronibus. §. j. ff. de testam. Et in hoc Luc. cum Bart. conuenit in dicta extrauagan. qui sint rebel. in verbo, rebellando. & Andre. de Iser. in dicto. c. j. de feudo sine culpa non amitten. Cum Dino sentit etiam Iaco. de bel. visu in. §. j. in verbo, mox. in authẽ. de incest. nup. colla. ij. Et glos. illic idẽ sentit in verbo, imminere. Dicit enim in casu illius. §. & l. fi. C. ad legẽ Iul. maiesta. & alijs in eadem glos. expressis, dominiũ rerum amitti ipso iure. & Iacob. de bel. visu mouetur per. d. c. cùm secũdum. de hæreti. in. vj. Secũdò per. l. Manichæos. C. de hæreti. & ibi text. videtur esse clarus ibi, quos etiam bonorũ publicatione prosequimur. & in dicta. l. fi. C. ad legem Iul. maiesta. ibi, Nam ex quo sceleratissimũ quis cõsiliũ accepit, exinde quodã modo sua mẽte punitus est. Videat † nunc vnusquisque quantum sit peri-
14 culosum hominum iudicium: vt tot & tanti patres in diuersas & omino aduersas diuisi sint sententias, eosdem canones, & easdẽ leges, easdemq́ rationes in suam trahentes sentẽtiam, præsertim l. quæsitum. ff. qui & à quib. manumis. libert. accip. quam Bart. in. l. imperator. ff. de iure fisci. dicit pro se concludere: videlicet, dominium ipso iure non amitti. Dinus verò cõtrarium de ea sentit in dicta. l. imperator. secundùm Bar. illic. Lucas de pen. in. d. l. cùm allegatis. C. de re milita. lib. xij. vult eam intelligi de vtili dominio, nõ autem directo: & sic cum Din. cõueniat, quatenus vtile erit dominium: sed quantum ad directum, non: & ita Bar. distinctionem approbet in dicta extrauagã. qui sint rebelles. colla. x. & aliorum quorũ suprà meminimus. Similiter. c. cùm secundum. de hæreti. lib. vj. trahit vnusquisq; pro sua sententia: pariter & l. pen. & fina. C. ad legẽ Iul. maiest. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæredi. l. donationes. §. fina. ff. de donatio. hunc text. & l. in cognitione. infrà eo. Et neoterici scriptores Barto. se subscribentes, dixerunt multitudini quæ à Bart. declinauit consentiendũ non esse: cùm multitudo illa à vera legum & ca-
15 nonum traditione declinauerit. † Sed cùm multitudini cõmunis omniũ Legistarum & Canonistarum schola & Bar. ipse, quo antiqui & recentiores veluti quodã numine vtuntur, tantum tribuit, vt ab ea recedi non debeat, maxime vbi origo eius à Dino initiũ assumpsit, vt neq; Bar. ipse q ab Vltramõtanis pro idolo obseruatur, nihil boni dixisse visus sit, nisi q Dini spiritus ei insufflauerit. Hac ratione visum est mihi nonnulla in mediũ afferre, vt posteris disputãdi & cogitandi occasionẽ relinquã: boni æquí ve iudices demũ prout spiritus domini administrabit animi sui iudiciũ informabũt. Progrediamur igitur disputationis gratia, quæ ꝓ Accursio & Dino mouere possunt, sicut inquit glos. in. l. damni infecti. §. ei qui. in verbo, plus autẽ. ff. de dam. infec. quã Roma. illic à quodã perito aduocato didicisse profitetur. Et soleo allegare glos. in. l. j. §. leui argumẽto. C. de hæreti. quæ illũ tex. no. in his verbis, & latis aduersus eos sanctionibus succũbere debeat, q vel ꝓ leui argumẽto à iudicio catholicæ religionis, vel tramite detecti fuerint deuiare. &
16 inquit glo. † pro leui articulo, qui manifeste debet sciri, quia pertinaciter illud asserit: non autẽ si illud gratia disputandi referret, quoniã hæretici vocabulo nõ cõtinebitur. hic autẽ noster articulus leuis dici non potest, quòd in vnã & alteram partẽ à viris omni parte in iure ciuili & canonico meritis, dubius suo lumine redditus est. Pro Accursio & Dino inducit primò dicta. l. ex publicorũ. ff. de accusa. in duabus sui partibus. Prima est in his verbis, nõ aliàs trãseant aduersus hæredes pœnæ bonorũ adẽptiõis, quàm si lis cõtestata, & condemnatio fuerit secuta, excepto repetũdarum, & maiestatis iudicio. In criminibus igitur illis exceptis, ante litem cõtestatam & secutam inde condẽnationem pœna ade-
17 ptionis bonorum aduersus hæredes trãsit. † Secundò in his verbis, vt bona eorum fisco vendicentur. ecce quomodo cum hæredibus de cõfiscatione non tractatur: quasi dicat, non esse dubium, bona ipso iure esse confiscata: sed de bonorum ademptione tantum. verbum enim, vẽdicetur. præsupponit vi verbi dominium apud fiscum esse. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. in verbo, vendicentur. apud hæredes autem solã rerum detentionem, propter quã ab eis bona vendicãtur & eripiuntur. l. vnica. C. de alie. iudi. mutan. causa facta. l. officium. & l. qui

restit

restituere.ff. de rei vendicat. Et ideo dixit, non
aliás transeunt aduersus hæredes pœnæ bonorũ
ademptionis. & sic de ademptione bonorũ ad
uersus hæredes solum quæstio est. hoc pulchrè
dicit Do.de san.Gemi.in dicto.c.cũ secundum.
in verbo, ipso iure.de hæreti.in.vj.dum glos.di
cit ipso iure confiscari bona in crimine læsæ ma
iestatis & hæresis.l.iiij.C.de hære.&.l.donatio
nes.§.fi.ff.de dona. Et Do.inquit, Intellige hoc
verum intantum quòd vendicẽtur bona per epi
scopũ, vel fiscum de manu possessoris nullo da
to pretio per quascunq; manus transierint: nisi
pretium vel aliquid esset loco pretij in bonis hæ
retici:argu.l.si cum dotem.§.fi.&.l.seq.ff.solut.
mat.l.imperator.&.l. si quãdo.ff.de leg.primo.
Et ratio, secũdùm eum, est, quia fiscus vel inqui
sitores vendicant sibi rem, sed vendicans pretiũ
non restituit.l.inciuilem.C.de furt. & quia effe
ctus donationis retro trahitur.l.quisquis.§.emã
18 cipato.C. ad legem Iuliam maiesta. † Et si hæc
in crimine læsæ maiestatis locum habent, fortius
in crimine hæresis.c.vergentis. extra de hæreti.
Et quòd hæc interpretatio vera sit, declarat glo.
in dicta.l.ex iudiciorum.in verbo, maiestatis. ff.
de accusationi. & vt suprà dictum est, hic Ange.
sequitur, & clarius Bald. in dicta authenti.si ca
ptiui.C. de episco. & cleri. Ex qua duos effectus
procedere ait, quos vide. Et bene facit.l. prima.
§.an bona.ff.de iure fisci. quem sic inducas: nam
in capite legis Iureconsultus nõnullos casus ex
pressit, in quibus lex vult bona ad fiscum ipso iu
re venire: & præter cæteros casum huius senatus
consulti commemorat in his verbis, vel quòd
mors ab hæredibus non vindicetur. in.§.an bo
na. dicitur, an bona quæ soluendo non sunt ipso
iure ad fiscum pertineant quæsitum est. vbi ergo
bona illorum soluendo sunt, haud dubie ad fi
scum ipso iure pertinẽt. nec aliud in illo.§.in du
bitationem versum est. Et sequitur in versic. La
beo. etiã ea quæ soluendo non sunt ipso iure ad
fiscum pertinere. Ecce quomodo ille. §.an bo
na. hunc tex. in his verbis, non aliàs publicantur.
declarat, & pariter Ang. expositionem, quoniã
ipso iure dominium ad fiscum pertinet. sed ante
non publicãtur, id est publicata fisco non incor
porantur, seu à fisco vendicabuntur, donec cõ
stiterit occisum esse patremfamilias, & hæredem
ante quæstionem de familia habitã supplicium
19 que sumptum hæreditatem adijsse. † fortiori ra
tione in principe hoc obtinet: qui verus est Rei
publicæ pater.§.fi.in authẽ. neque virum quod
ex dote.colla.vij.& cui omnis debetur reueren
tia.c.solitæ.extra de maiori. & obedient. dicam
in.l.penul.infra eo.

Secundò, hæc cõclusio aperte probari videtur
in.l.pe.& fi.C.ad legẽ Iul.maie. Primò in.l.pe.
dicitur, bona post mortem vendicari iussit. &
haud multo post sequitur in eadem lege, & no
stro tempore multis hæredibus ablata sunt. Se
cundo in.l. finali. dicitur, memoria eius damne
tur, & eius bona successoribus eius eripiantur.
Nam ex quo sceleratissimum quis consilium ac
cepit, exinde quodammodo sua mente punitus
est. Et sic clare ex illis duabus legibus constat,
de confiscatione imperatorem non contendere:
Quia cum sua mente iam condemnati & puniti
sint, de ereptione bonorum tantum quærẽdum
esse ait: quæ ab eo veluti iam punito, eripi iubet.
hoc etiam vlterius manifestant alia verba sequẽ
tia eiusdem legis ibi, & si decesserit quis propter
incertam personam successoris bona obseruan
tur, si in causa maiestatis fuisse mortuus argua
tur. Et sic ex his verbis clare constat secuta decla
ratione aduersus mortuum bona ex die cõmissi
delicti fisco acquisita esse. Illa enim verba, pro
pter incertam personam successoris, & sic post
commissum delictum sola successoris incertitu
do remanet: quæ statim, secuta commissi crimi
nis declaratione, tollitur: vt dicit tex. in dicta. l.
cum filius.§.fi.ff.de lega.secundo. ibi, quod irri
tum esse post defuncti memoriam damnatam ap
20 paruit. † & sic sententia quantum ad dominium
nihil affert. Et ad id induco text. in dicto.c. cum
secundum. de hæret. in sexto. ibi, ipso iure de fra
trum nostrorum consilio decernimus confisca
ta. Et sequitur in illo textu, Confiscationis ta
men huiusmodi executio, vel bonorum ipso
rum occupatio fieri nõ debet per principes &c.
Antequam, inquit in fine illius decretalis, per
episcopum loci vel aliam personam ecclesiasti
cam quæ super hoc habeat potestatem sententia
super eodem crimine fuerit promulgata. Ecce
quomodo in criminibus exceptis seu priuilegia
tis sententia non nisi ad facti declarationem ex
pectanda est vt bona occupentur, & fisco incor
porentur, seu confiscata esse ex die commissi cri
minis declarentur: non autem vt publicentur,
seu confiscentur: quia sententia iudicis nihil à
qualitate criminis detrahere potest: etiam si se
cundùm pœnã legis pronuntiata nõ sit.l.palàm.
§.finali.ff.de ritu nuptiarum. & in extrauaganti,
qui sint rebelles. Et ad id induco.l. qui pœnæ.
21 ff. de manumiss. inquit ille textus. † Qui pœnæ
serui efficiuntur, indubitate manumittere non
possunt: quia & ipsi serui sunt. Istorum autem
pœna bonorum est ereptio, quæ concomitatur
reos illorum criminum: dicta.l. penultima & fi
nali.C.ad legem Iuliam maiestatis. fructus enim
fiunt fisci propter delictum: dicta.l.prima.C. de
his quibus vt indig. aufertur hæredit. Nam ab
eis fructus qui medio tempore percepti sunt fi
sco restitui debent.l. prima. in principio. &.l.
quinque legibus.ff. de bonis damnatorum. Et
Ioannes Faber in.l.res vxoris.C. de donationi.
inter virum & vxorem. dixit, in crimine læsæ ma
iestatis bona ipso iure confiscari, per dictam.l.
quæsitum.ff. qui & à quibus manumissi liberta
tem accipiunt. Et in crimine hæresis, per dictum

c. cùm secundum. de hæreticis. in sexto. Et ille textus fecit Aretinum variare, & à prima sua opinione, quæ erat Bartoli discedere, in dicta. l. si quis post accusationem. ff. de testa. Quibus ado Felinum in dicto. c. primo. extra de constitu-
22 tionibus. Dicit enim non obstare, si dicatur † in pœnis ipso iure impositis declaratione requisitã esse: dicto. c. cùm secundum. quoniam non ad id requiritur vt pœna incurratur: quoniam, inquit, iam incursa est: sed ad hoc vt bona per fiscum apprehendi possint, cui de delicto incurso nõ constat, secundùm Bartolum in. l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fisci. sed pronuntiatur commissum esse delictum: quo declarato pœna iam incursa est, secundùm Abbatem in. c. peruenit. primo. extra de appellationibus. Et prius eo expressius tenet Baldus in. c. primo. versicu. vel si cum filia. quibus modis feudum amittatur. collatio. x. Dicit enim quãdo ipso iure aliquis à rebus suis cadit, ferenda non est sententia super bonorum amissione, sed super amissionis declaratione. §. primo. in fine. &. §. finali. versiculo, veniant. in authentica, de incestis nuptijs. collatione. iiij. &. l. facultas. C. de iure fisc. libro decimo. l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & alijs plerisque legibus per eundem memoratis. Neque secundùm eundem Baldum refert, an dicat iudex, priuamus vel declaramus in priuatiõis pœnam incidisse. l. prima. §. calumniatoribus. versiculo, si autem pronuntiauit. ff. ad Turpillianum. Idem dicit Domi. in. c. primo. de homicid. libro sexto. Et Roma. in dicta. l. stipulatio. §. habet. ff. de noui operis nuntia. post Bartolum in dicta. l.
23 eius qui delatorem. dicit, † quantũcunque propter crimen hæresis bona publicentur, necesse tamen est iudicem sua sententia declarare talem hæreticum esse: dicta. l. eius qui delatorem. &. l. non tantum. §. senatus. ff. de fideicommiss. liber. Hoc idem dicit Cardin. Alexan. in dicto. c. item si fidelis. in princip. quibus modis feudum amittatur. collatione decima. post Baldum in. c. primo. de feud. sine culpa non amitten. collatione x. Idem notat Ioan. de Platea in dicta. l. eorum. C. de iure fisci. libro. x.

Restat igitur his quæ pro Bartolo & sequacibus adducta sunt respondere: tametsi non comperiam Dinum in. l. imperator. ff. de iure fisci. dicere reum criminis læsæ maiestatis statim commisso delicto rerum suarum dominium amittere: quanquam Barto. & qui eum sequuntur, sic Dinum referãt. Verum est autem Dinum in eadem lege distinguere, quando delictũ circa rem committitur contra legis prohibitionẽ: vel quãdo extra rem: vt plenius Bartol. in eadem. l. de-
24 clarat. † Tamen quantum ad crimen hæresis & læsæ maiestatis dicit necessariam esse condemnationẽ ad hoc vt dominiũ rerũ hæretici aut rei læsæ maiestatis acquiri possit: dicta. l. ex iudiciorũ. ff. de accusatio. Tamen ex die quo in crimen incidit, videri interdictam esse bonorum administrationem, & ex consequente dominij dispositionẽ ademptam. l. donationes. §. finali. ff. de donatio. & dicta. l. ex iudiciorum. Et Iacob. de belvis. in dicto. §. primo. in authen. de incestis nupt. collatione. iiij. sic Din. refert sicuti scriptum inuenio in libro meo. nescio si Bartol. & qui eum sequuntur, lecturã Dini aliter scriptam habeant in voluminibus suis.

Quomodocunque sit pro ea opinione quæ Dino ascribitur, quæ etiam fuit Accurs. videamus si leges quæ pro Barto. allegatæ sunt, rectè contra Accurs. probent. Et quia vis maior conuersa est in dictam. l. quæsitum. ff. qui & à quib. manumiss. liber. accipi. quam vtraque pars dispu tantium pro se inducit: & quanuis nollem me arbitrum inter tam præclari nominis viros constituere, disputationis gratia tantum quid sentio aperiam.

25 Ego autem puto si rectè illa. l. quæsitum. † legatur, probare reum læsæ maiestatis ipso iure dominium rerum suarum ipsa sola cogitatione & conscientia sceleris amittere. & multo plus, inquit ille tex. cogitatione & conscientia delictorum quàm damnatione ius dãdæ libertatis eum amisisse. Ratio huius dicti posita est in eadem lege: ex eo enim tẽpore quo quis propter facinorum suorum cogitationem iam de pœna sua certus esse poterat. Ecce quomodo iurecõsultus ex responso imperatoris Antonij ad Calphurnium Critonem quæstioni sibi factæ respondet, quã quæsitũ erat à Paulo iureconsulto illius legis authore, An is qui maiestatis crimine reus factus est, manumittere possit. Ratio seu causa dubitãdi propter quam Paul. consulebatur, erat, quoniã ante dãnationẽ reus dominus est. Sed Pau. iurecõsultus vt quæstioni & rationi dubitãdi satisfa-
26 ceret, ex respõso imparatoris Antonij dixit, † reũ criminis maiestatis nõ tantũ facultatẽ & potestatem manumittẽdi amittere, sed & ius ipsum dandæ libertatis. Sed quare ius dixit dãdæ libertatis nõ dominiũ: dic quoniã in personis propriè dominiũ nõ cadit, sed ius tantũ incorporale seruitutis. l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. Licet in dominio nostro sint. l. & seruorũ. ff. de sta. ho. & hoc demõstrat seruitutis diffinitio in. l. libertas. ff. de sta. bo. &. §. seruitus. insti. de iure perso. Seruitus, inquit, est cõstitutio iurisgentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur. §. j. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. propter quam subiectionem dicimur seruorum dominium habere: quanquam, vt dixi, ius magis sit quàm dominium. Et ideo dicit Paulus iureconsultus reum criminis maiestatis ius dandæ libertatis amittere. l. seruos. ff. de lega. iij. Secundò ex eadẽ lege habes quomodo condẽnatio nihil nobis adfert: cùm multo plus cogitatione & cõsciẽtia delictorũ, quàm dãnatione ius dandæ libertatis amittas. Et iterũ, volo te cõsiderare iurecõsultum

tum Paulum ad quæsitum tantum respondisse. Solum enim quæsitum erat, an reus criminis læsæ maiestatis manumittere posset: tamen dubitandi rationem simul cum quæstione absoluere voluit: † & respondit non posse manumittere, cùm ius dandæ libertatis amisit. Et ratio, inquit ille textus, est, quoniam multo plus cogitatione, quàm damnatione serui dominus esse desierat. & dum Paulus, ius dandæ libertatis reum amittere dixit, hac occasione ductus est, vt dubitandi rationem tolleret: quia existimabat is qui Paulum interrogabat, reum adhuc dominum esse suarum rerum, etiam postquàm deliquerat: & ideo Paul. iureconsultus dum reum illius criminis dixit non posse manumittere, duplici ratione confirmare voluit. Prima, quia ius dandæ libertatis amiserat ex eo tempore quo facinus commisit. Secunda, quia statim commisso delicto de pœna sua certus esse poterat: quoniam iam à lege condemnatus est.

27

28 † Nam tanta est legis aduersus reos illius criminis indignatio, vt sola sua cogitatione damnatos esse voluerit. Et illa legis damnatione rerũ dominium adiuuatur: & si de dominio iureconsultus respondere non intellexisset, ea forma respondisset, qua imperator in. l. fina. C. ad legem Iul. maiesta. ibi, neque alienare, neq; eum manumittere posse: neque ei soluere iure debitorem. quod in cæteris criminibus simile non est. l. reo. ff. de solutio. sed vt clarius demonstraret voluisse seruorum dominium attingere, dixit ius dandæ libertatis reum læsæ maiestatis amisisse. Ius illud est dominium quod in seruos babemus. l. prima. §. per hanc. ff. de rei vendica. melius in. l. prima. in princ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ibi, de iure personarum &c. & l. secunda. eod. titulo. ibi, dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatam esse oportet: nec cuiquam hominum ius suum detrahi. qui text. repetitur in. §. fina. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. ius autem illud est quædam potestas quæ in caput hominis datur, quo hodie abuti non licet, ne naturæ ius offendatur: quod æque in seruo, vt in libero lex seruare voluit. l. hos accusare. §. fina. ff. de accusa. Et quanuis Barto. in. d. l. imperator. ad illa verba dicat ius tantum administrandi amittere.

29 † & illi adde hoc ius dandæ libertatis factum potius administrationis, quàm ius ipsum quod in homines habemus, considerare. l. qui pœnæ. ff. de manumis. inquit, qui pœnæ serui efficiuntur, indubitate manumittere non possunt: quia & ipsi serui sunt. & sequitur, sed nec rei capitalium criminum manumittere seruos suos possunt, vt senatus censuit. Et fortioribus terminis vtitur illa lex in vltimo responso illius legis: ibi, vel cùm futurum prospiceret vt damnaretur seruis donatas libertates non competere. Sed ex illo text. patet responsio ad dicta per Bartol. in dicta. l. imperator. quia verum est dicere, vendere, & manumittere, & similia, quatenus in facto consistunt, in administratione esse: & ademptionem illam administrationis non tantum crimini læsæ maiestatis conuenire, sed & alijs capitalibus criminibus, inferioribus tamen à crimine læsæ maiestatis. hoc aperte declarat dicta. l. qui pœnæ. versiculo, diuus quoque Pius. In quo versiculo mea opinione rescriptum diui Pij ad Calphurnium transcriptum est in dicta. l. quæsitum. Nam in illo versiculo diuus Martialis iureconsultus author dictæ. l. qui pœnæ. dixit ex illo rescripto

30 † reos legis Corneliæ de sicarijs, vel de falsis, non tantum post damnationem manumissionis incapaces fieri, sed etiam ante condemnationem, si rei suspicantur se ex lege Cornelia illis criminibus condemnari: vt dum in ea suspicione sunt, non possint manumittere: & si de facto manumiserint, datas libertates non competere, neque seruos ad iustam libertatem posse peruenire. Et per eam videtur declarari. l. post contractum. ff. de donatio. in his verbis: Nisi condemnatio secuta fuerit. quia donationes & cæteri contractus post contractum capitale crimen facti reuocantur, si postea condẽnatio sequatur: & sic in illis effectus similium contractuum suspenditur, donec secuta fuerit condemnatio: si tamen accusati inter reos descripti sint, quanuis cõmunis lectura aliter se habeat, & intelligant eam omnes de donatione facta ante sententiam, vt reuocari non possit, licet ante donationem reus accusatus fuerit de crimine ex quo secuta est condemnatio, per quam bona adimũtur: tamen dicta. l. qui pœnæ. sentit quod dixi. Sed nõ sic est in crimine læsæ maiestatis, seu perduellionis. l. donationes. §. fina. ff. eod. de donatio. & ratio in illo tex. est,

31 † quia crimen non tantum reũ tenet, sed & hæredes eius, etiam si reus nondum postulatus de vita decesserit. Et ob id in hoc crimine non tantum prohibetur id quod de facto fieri potest, sed & ius ipsum sic afficitur, vt ab eo tollatur qui huiusmodi crimen sola cogitatione & conscientia criminis qua à lege ipsa condemnatur commisit. Nanque lex ius ipsum manumittendi, quod in personam hominis radicatum est, ipso iure tollit. Et vt clare pateat hæc duo differre, videlicet ius dandæ libertatis, & manumittere, tolle exemplum in furioso, pupillo & similibus personis, quibus à lege suarum rerum administratione interdictum est. l. prima. ff. de cura. furio. illis nanque ius concedendæ libertatis competit, manumittere autem non possunt. l. furdi & muti. & tribus sequen. legibus. ff. de manumis. vindicta. Sed propius accedo, si nõ vis hoc admittere: dico

32 † manumissionem in administratione patrimonij non esse, sed in iure consistere. l. seruus furiosi. ff. de manumis. ibi, Quia in administratione patrimonij, manumissio non est. Et ideo in his legibus, in quibus serui manumissio prohibetur, non ipse actus manumittendi tã-

tùm prohibet, sed ius ipsum prohibitũ & sublatũ est, dicta. l. seruus furiosi. Fortius igitur dicendũ est, vbi lex specialr & nominatim circa ius dispo nit: vt in dicta. l. quæsitũ. prima. ff. qui & à quib. manumis. libe. accip. dum in ea dicitur reum maiestatis ius dandæ libertatis amisisse. Adde Iaco. de bel. vis. in dicto. §. primo. in authen. de inces. nupt. colla. ij. qui similem inductionem facit de l. prima. C. ad legem Iuliam maiestatis. dum illa
33 lex ait, † ex quo quis sceleratissimum consilium accepit, exinde quodammodo sua mente punitus est. Non enim dominus esse potest qui ratione delicti factus est seruus fisci: dicta. l. qui pœnæ. ff. de manumis. Et ideo text. in dicta. l. finali. C. ad legem Iul. maiesta. ait, cùm ex quo sceleratissimum quis consilium accepit, exinde quodãmodo sua mẽte punitus est. & in. l. Manichæos. C. de hæreti. dicitur, Quos bonorum etiam omnium publicatione persequimur. Non obstat lex, Panthonius. §. rei perduellionis. ff. de acquirenda hæreditate. quæ rectè intellecta pro Din. contra Bartol. facit. Et declaratur apertè in. l. res quæ. in princip. versicu. & defuncto. ff. de iu-
34 re fisci. † defuncto maiestatis reo parato hærede purgare innocentiam mortui distractionem bonorum suspendi. Hoc est quod dicitur in dicto. §. rei perduellionis. suspensa cognitione filius, cui de patris innocẽtia liquet, potest quære re: vbi à contrario de innocentia non liquet, nihil in suspenso est: imo neque rerum eius distractio suspendi poterit. & sic præsupponunt hæc verba dominus earum rerum apud fiscum esse, sed distractionem tantum differri, donec clare crimen detectum sit: qua declaratione secuta, retro effectum suum trahit. l. cùm filius. §. fina. ff. de lega. secundo. ibi, Quod irritum esse potest defuncti memoriam damnatã apparuit. In quo text. nota primum verbum, irritum esse. & demum nota verbum, apparuit. quæ lex rectè cum hoc text. nostro conuenit secundum Angeli interpretationem, non aliàs publicantur, id est, publicata declarantur, quàm si constabit &c. Melius in dicto capi. cùm secundum de hæreti. libr. sexto. & ideo dicit text. in dicta. l. cùm filius. §. finali. danda est facultas repetendorum legatorum ex testamento perduellionis solutorum. Et facit. l. prima. C. de his quib. vt indig. dum ille
35 text. ait, † Hæredes quos necem testatoris inultam omisisse constiterit, fructus integros cogantur reddere. neque enim bonæ fidei possessores ante controuersiam illatam videntur fuisse, qui debitum pietatis officium omiserunt. Ecce quomodo trahitur retro dominij amissio, antequam rei criminis accusati fuerint, dum ait, ante controuersiam illatam. Secundò, ex illis verbis, hæredes, quos necem testatoris inultam omisisse constiterit, fructus integros cogantur restituere. collige quomodo hæres in possessione hæreditatis manet donec de negligentia eorum constiterit. Non obstat. l. qui à latronibus. §. fina. ff. de testa. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci. l. secunda. §. fina. ff. de bo. eo. qui ante senten. mor. sibi consci. l. post contractum. ff. de dona. l. fina. C. de iure fisci. lib. decimo. l. prima. C. si penden. appella. mors interue. l. prima & fina. C. si reus vel accusa. mor. fuer. & similes, quæ in criminibus exceptis non intelliguntur, & in quibus memoria post mortem accusari & damnari potest. de quibus in. l. ex publicorum. ff. de accusa. Et ita respondet glos. in. l. reo. ff. de solutio. & in dicta. l. aufertur. §. in reatu. & in dicta. l. post contractum. & l. donationes. §. finali. ff. de dona.

Cæterùm pro Batto plus vrget. §. per contrarium. insti. de hæredi. quæ ab intest. defer. iuncta glossæ interpretatione, in verbo, desinere. In pri
36 mis dixerat ille text. † per contrarium euenit, vt licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamẽ suus hæres non fiat: veluti: si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis reus. & demũ in fine dicitur, sed potest dici ipso iure esse suum hæredem, sed desinere. & dicit Accursius scilicet, lata sententia. Nam non facit ipso iure desinere hæredem suum esse tale delictum. & illum text. singulariter inducit Francis. Areti. in dicta. l. qui à latronibus. §. primo. circa princip. ff. de testa. vt bona ipso iure in crimine læsæ maiestatis confiscata non sint. Et Andre. de Iser. in capitu. vnico. in verbo, & ab indignis. quæ sint regalia. collat. prima. ad casum huius senatusconsulti deducit cùm in eo oportet probare defunctum occisum fuisse & hæredes neglexisse, quemadmodum in dicto. §. per contrariũ. glos. dicit pronuntiari debere bona in fiscum venire: quia contra imperium reus accusatus commisit. Et sic priusquàm pronuntiatum fuerit, oportet iam cognitum & probatum esse. & in hoc senatusconsulto non ex delicto occidentium bona confiscantur, sed ex mora hæredum. hoc vltimũ
37 dictum non est verum: quia requiritur vtriusq; cõcursus, scilicet, occisum esse dominum, & hæredes negligere vindictã mortis. Ita est hic text. & in dicta. l. prima. C. de his quib. vt indig. Sic text. ait, non aliàs bona publicãtur, quàm si constabit esse occisum patremfamilias, & hæredem ante quæstionem de familia habitam, & supplicium sumptum, adijsse hæreditatem. Ecce quomodo copulatiuè ista duo requiruntur. nõ enim dabilis est negligentia vindicandæ necis, si necatus non est. l. prima. §. illud. suprà eodem. neque punibilis esse, si non neglexit vindicare. dictum est in. l. prima. §. quod si quis puta veneno. &. §. si sibi manus. &. §. si quis in villa. & in. l. tertia. §. si cùm omnes. &. §. subuenitur. &. §. seq. suprà eodem. Respondendum est igitur argumẽto dicti. §. per contrarium. quem Iustinia. Imperator excepit ex. l. prima. §. primo. versicu. interdum. ff. de suis & legiti. hæredi. cuius legis verba sunt,
38 † Interdum etiam filius suus hæres excluditur fisco

fisco prælato:puta,si pduellionis fuerit dãnatus
post mortem suam: hoc quoq; vt nec iura sepul-
chrorum hic filius habeat. Ecce quomodo Iusti-
nianus adauxit.§. per contrarium.vltra quàm à
Iurecõsulto scriptum esset. Sed non obstabit ille
tex.plus quouis alio pro Bart.vrgens : quia ille
text.innuere videtur de eo qui viuens inter reos
criminis maiestatis positus non est,& post mor-
tem iudicatus , & memoria condemnata filium
adhuc suum hæredem esse,sed desinere post sen
tentiam,& non antea,secundum Accursij expo-
sitionem. Sed vt clarius responsio pateat , iuua-
bit casum.§.recensere. Nam in capite.§. interdũ.
codẽ.titul.imperator locutus est de eo qui suus
hæres patris est, licet mortis tempore in patris
potestate non esset,propter iuris postliminij fi-
ctionem suus hæres efficitur. & subiungit , Per
39 contrarium,inquit, † hæres suus non est,licet in
familia defuncti sit mortis tempore : quia post
mortem perduellionis reus iudicatus est,& me-
moria damnata:quia reo condemnato fiscus suc
cedat. Postremo ait imperator , Sed potest dici
ipso iure esse suum hæredem,sed desinere.& Ac
cursius exponit,lata sententia. Nã non facit ipso
iure desinere hæredem suum esse tale delictum.
Sed ego puto ad illum.§.per contrarium.respõ-
deri posse non obstante Accursij interpretatio-
ne per rationem dictæ.l.cùm filius.§.finali.ff.de
lega.secundo.& dictam.l.primã.C.de his quib.
vt indig.verum esse ex lege duodecim tabularũ,
qua filij sui & necessarij erant hæredes patris.§.
sui.insti.de hære.quali.& differ.&.l.necessarijs.
ff.de acquir.hæred.&.§.sui.insti.de hæred.quæ
ab intesta.deferũ.quia ratio naturalis obstabat,
40 † in qua lex duodecim tabularum fundata erat
quæ nolebat filium pro patre pati . Per eam
enim filius non prohibebatur hæres esse patri,
licet pater deliquisset .l. cùm ratio .ff. de bonis
damna. Sed cùm imperatorũ authoritate contra
legem duodecim tabularum bona à filijs pro-
pter patris crimen adimuntur statimq; quo de-
lictum à patre commissum est,sic affecta sint fi-
sco,vt bona ipso iure desinant rei perduellionis
esse:sed donec super crimine decisum sit an reus
esset,interim filius in possessione manet:dicta.l.
prima.C.de his quib. vt indig . secuta sententia
desinit in possessione esse,sed ab eo aufertur,&
integros fructus antea perceptos restituit , per
illum text.& illa dictio, sed. posita in fine illius
§.ibi,sed desinere.ad principium.§. per contra-
rium.referri debet cùm ait,vt licet quis in fami-
lia defuncti sit mortis tempore, tamen suus hæ-
res nõ fiat,quia reus perduellionis erat,propter
quod memoria eius post mortem damnata est.
Et ita declarat illa.l.cùm filius.§.finali.ff. de le-
gatis secundo . ibi , quod irritum esse post de-
functi memoriam damnatam apparuit . Et hoc
præsentit dicta.l.quæsitum .ff. qui & à quibus
41 manumis.liber.accipi.dũ ait, † multo plus cogi-
tatione & conscientia delictorum quàm damna
tione ius dandæ libertatis eum amisisse.idem in
l.finali.C.ad legem Iuliam maiestatis . Et ideo
verbum,desinere.potius ad facti executionem
refertur,quàm ad sententiam,quicquid Accur-
sius sine lege dicat: qua lex ablationem posses-
sionis rerum tantum suspendit,non autem domi
nij earum acquisitionem : dicta .l. res quæ . in
princip.ff.de iure fisci.ibi,distractionem bono-
rum suspendi iusserunt donec iudicatum fuerit,
illum crimen commisisse. Et in dicta.l.prima.C.
de his quibus vt indignis.quæ lex euitari non
potest.& per illam recte declaratur ille .§. per
contrarium.. cuius verba suprà transcripsimus.
42 Et hoc ideo est, † quia lex sententiam fert ad-
uersus huiusmodi facinorosos homines,& so-
lã facti executionem differt,donec Iudex de cri-
mine cognouerit.l.prima.in principio.C.de pe-
titionib . bonorum sublatis . libro decimo.ibi,
Quisquis in crimine maiestatis deprehensus fue
rit,& punitus,bonaq; eius,sicut plectendi con-
suetudo criminis habet , fiscus inuaserit . Ecce
quomodo lex possessionis ablationem tantum
expectat. Simile in dicta.l.finali.C.ad legem Iu
liam maiestatis. Et id apertius declaratur in di-
cto capitulo,cum secundum.de hæreticis.libro
sexto.ibi,bona hæreticorum ipso iure decerni-
43 mus confiscata. † Confiscationis tamen huius-
modi executio.vel bonorum ipsorum occupa-
tio fieri non debet per principes,aut alios domi
nos temporales antequam per episcopum loci
vel aliam personã ecclesiasticam quæ super hoc
habeat potestatem sententia super eodem crimi-
ne fuerit promulgata. Et propter illum textum
Franciscus Aretinus in dicta.l.si quis post accu
sationem.in principio.ff.de testamẽtis . adhæret
Ioanni Andreæ in capitulo, fœlicis . de pœnis.
in sexto.cõtra opinionem Bartoli in.l.post con-
tractum.ff.de donationibus. Et idem sentit hic
Angelus dum interpretatur verbum, publican-
tur: id est,confiscantur per incorporationem.sta
tim enim commisso delicto bona publicantur;
sed non incorporãtur,nisi secuta condemnatio-
ne:sed ea secuta apparet retro fuisse principis,di
cta:l.cùm filius .§. finali .ff. de lega.ij.ibi, quod
irritum esse post defuncti memoriam damnatã.
Et ratio est,quia suo consilio & conscientia cri-
minis statim condemnati esse videntur , dicta.l.
44 quæsitum. † Nec absurdum est dicere duas esse
sententias,vnam iuris & alteram iudicis : quo-
niam lex inter eas differentiam facit in.l. prima.
§.primo.versiculo,nam vt Papinianus.ff.ad se-
natuscõ. Turpil.l.palã.§.quæ in adulterio.ff.de
ritu nuptiarum.sic in reos læsæ maiestatis duæ
sunt sententiæ:vna iuris , quæ ipsos rerum sua-
rum dominio ipso iure priuat : altera hominis,
quæ factum declarat,per quod à lege seu legis
sententia ipso iure priuatus est , & pœnæ ser-
uus effectus.

Et si dixeris.c.cùm secundum.de hæret.in.vj.
in suo casu tantum intelligendum esse, videlicet
in crimine hæresis, non autem licere ad crimen
45 læsæ maiestaris humanæ extendere : † quoniam
valet argumentum de crimine læsæ maiestatis ad
crimen hæresis : quia si in crimine læsæ maiesta-
tis aliquid licet : fortiori ratione in crimine hæ-
resis concedi debet, sicuti arguit imperator in di
cta.l. Manichæos.C.de hæreti.sed non conuerti
tur: quia plus est diuinam quàm humanã offen-
dere maiestatem:authen. Gazaros.C.de hæreti.
& dicto.c. cùm secundum . capitulo, duo sunt.
nonagesimasexta distinct.epistola, victor .C. de
summa trinita.& fide catholi.hoc argumẽto vti
tur Guli.de cu.in dicta.l.prima.C. de his quib.
46 vt indig. † Dic iura canonica, quæ vt iusta ratio
ne moueantur ad similitudinem læsæ maiestatis
humanæ bonorum confiscationem introduxe-
runt, vt in crimine hæresis bona confiscari de-
beant, sicut in crimine læsæ maiestatis humanæ.
& ita arguit tex.in dicto capitulo, cùm secundũ.
& in dicta authen . Gazaros . & illa conclusio,
quæ in crimine hæresis fit, introducta non est, vt
per eam constitutio quæ de crimine læsæ maie-
statis facta est, tollatur: sed causa constitutionis
in crimine hæresis ob id facta est, cùm eadem &
multo maior & grauior sit causa offensionis ma-
iestatis diuinæ quàm humanæ. Cõfirmatur opti-
47 mo argumento: † Nam non tantùm lex huma-
na sed & lex canonica & diuina prohibent ali-
quid in principem moliri: vt in epistola diui Pau
li ad Rom̃. capi. decimotertio. & primæ Petri se-
cundo capitu. qui resistit. vndecima. quæstio. ter
tia. dicam abundantius in.l.penult.infrà eodem.
neque abs re facta est illa decretalis, cùm secun-
dum. de hæreti. vt omnis disputatio doctorum
tolleretur. Quia in criminibus non exceptis ne-
cessaria est confiscationis declaratio priusquam
aliquid fisco acquiri possit: vt suprà dixi per.l.
aufertur.§.in reatu.ff.de iure fisci.l.qui à latroni
bus.§.fina.ff. de testamen. Quibus adde glos. sa
tis frequentatam in capitu . quicũque. in verbo;
innodetur. de hære. in sexto. quæ huiusmodi re-
48 gulam facit, † Vbi à lege vel canone expresse
pœna ipso iure imposita nõ est, declaratoria sen-
tentia necessaria est.l. eius: qui delatorem .ff. de
iure fisci. quam Bart. illic dicit non esse alibi. al-
legari solet glos.in.l.iubemus.§.sanè. in verbo;
priuentur.C. de sacrosanc. eccle. & quod notat
Dominicus in capitulo, licet canon . de electio.
in sexto. Alexand.plura, vt suprà dixi, in vnum
congessit in apostil. Barto. in dicta.l.imperator.
ff.de iure fisci. Felin. in capitulo, Rodulphus.ex
tra de rescript.

Restat aliud argumentum quo plerique vtun
49 tur. † Feudum donec de culpa cognitum & de-
cisum fuerit, non amittitur. capitulo finali. quo
tempo. miles inuesti. pete. debe. capitulo vnicô,
de feudo sine culpa non amitten. collat. decima,
dic illos text. & illis similes intelligi de alio cri-
mine quàm læsæ maiestatis in principem, præser
tim regem aut imperatorem. capitulo vnico, de
noua for. fideli. colla. x. ibi, excepto imperatore
vel rege. non sic est in alijs recognoscẽtibus su-
periorem, secundum Ioan. Fab. in proœ. insti. in
princ. & Salic. in.l.quisquis.C. ad legem Iuliam
maiesta. per illum text. & clemen. pastoralis . de
senten. & re iudi. licet grauis pœna aduersus eũ
imponenda sit qui talia in dominum suum moli
tur, vt in hoc senatuscõsulto Sillaniano satis con
stat, quod hac sola ratione factum est.l. tertia.C.
50 de episco. audien. ibi, † reus etiam maiestatis de
domino aduersus quem talia molitus est veniã
sperare nõ debet. capitu. in primis. secunda. quæ
stione prima. Et ideo Bald. in dicto capitu. præ-
terea. de prohibi. feudi aliena. per Frideri. colla.
decima. dixit eos, qui in imperatorem aut princi
pem delinquunt, ipso iure bona sua publicare.
Et Iaco. de sancto Geor. in summa sua feudali,
in verbo, dictiq; vasalli promiserũt. versiculo, li
mitabitis. dicit pœnam transitoriam esse aduer-
sus hæredem, vbi à lege ipso iure imponitur.l.
tertia.§. quod autem.ff. quod quisque iur. gloss.
in capitulo, imperialem. in.§.callidis. in verbo, re
uertatur. de prohi. feud. aliena. per Frideri . hoc
idem dicit Bald . in capitulo, insuper. versiculo,
quærit glos. eod. titulo. per capitu. vnicum, si va
sal. feud. priue. colla. decima. & illa culpa aduer-
sus filios transit. capitulo, si vasallus culpam . si
de feudo fuer. conten. inter domi. & agna. colla.
decima.l. secunda. vbi per Bald. C. de liber. & eo
51 rum liber. † Et in his casibus, in quibus senten-
tia condemnatoria sequitur, fructus fisco à die
commissi criminis restitui debent: dicta.l.prima
C. de his quib. vt indig. gl. est in dicto.§.primo,
in authen. de incest. & nefar. nupt. collat. secũda.
notat Bald. in authẽ. incestas.C. de incest . nupt.
Et ratio est, quia dominus petit quod aliâs retro
suum fuit.l. videamus. prima. versiculo, quid igi-
tur.ff. de vsur. nulli autem dubium est, necessa-
riam esse sententiam facti declaratoriam, prius-
quam de feudo vasallus spoliari possit, dicto ca-
pitulo, cùm secundum. de hæreti. in sexto. & be-
ne facit capitulũ, licet. de præben. eo. lib. & hoc
modo interpretari potest capitulũ, firmiter. de
prohib. feud. aliena. per Fride. colla. decima. ibi,
feudum, quod ab ipso episcopo vel alio dño ha
buit, amittat, & dominus feudi in vsus suos illud
regendi modis omnibus habeat facultatem. &
in.l. Pantonius.§.rei perduellionis. in verbo, su-
spensa cognitione.ff. de acquir. hæredi.
52 Ex his † vtraque opinio saluari potest, vt ve-
rum sit, ipso iure statim commisso maiestatis cri-
mine, reum bona sua amittere : sed possessione
eorum non posse priuari, donec sententia iudi-
cis constiterit crimen commissum fuisse. qua se-
cuta non dominium rerum, sed possessio vendi-
cabitur, & à possessoribus eripietur: dicta.l. pe-
nultima

nultima & fina. C. ad legem Iuliam maiestatis. l.
quæsitum. ff. qui & à quib. manu. liber. accip. l.
res quæ. §. primo. ff. de iure fisci. quia lata sentē-
tia statim apparet retro dominium fisco compe-
tijsse: dicta. l. cùm filium. §. fina. ff. de leg. secūdo.
in his verbis, quod irritum esse post defuncti
memoriam damnatam apparuit. dicto. c. cùm se
cundum. de hæreti. li. sexto. l. Papinianus. §. me-
minisse. ff. de inoffi. testa. ibi, & id à fisco vendi-
cari, quasi ab indigno ablatum. & l. res quæ. in
53 principio. ff. de iure fisci. Ibi, † & defuncto ma-
iestatis reo, parato hærede purgare innocentiā
mortui, distractionem bonorum suspendi iusse-
runt. in quo nota verbum, distractionem, per
quod demōstratur in reo maiestatis legis sentē-
tiam intrasse, & restare tantum illius sententiæ
executionem, quæ per bonorum distractionem
contingit. Et aliquid in lectura diximus: & id ve-
rum puto.
In tex. non aliâs publicantur. dicit hic Angel.
duo hic copulatiue desiderari priusquàm hæres
indignus hæreditate iudicetur, videlicet occi-
sum fuisse dominum, & aditam esse hæredita-
tem, priusquàm de familia quæstio & suppliciū
exigatur. Et sic duas esse affirmatiuas: vnā, quæ
affirmatiua manet: alterā, quæ implicitam habet
negatiuam. Ego vero dico vtranque affirmati-
uam implicare negatiuam, sicuti dicitur in. l. nec
codicillos. C. de codicillis. Prima affirmatiua
quæ est defunctum occisum fuisse, quæ contra-
riam negatiuam admittit, videlicet non occisum
sed naturaliter mortuum fuisse dominum: de
quo constare debet, vt hic. & l. prima. §. illud.
suprà eodem. l. inde Neratius. §. fina. & l. sequē.
ff. ad legem Aquiliam. Secunda affirmatiua, adi
tam fuisse prius hæreditatem quàm de familia
quæstio & supplicium sumptum fuerit, contra-
riam negatiuam admittit, non esse aditam hære-
ditatem ante supplicium de familia sumptum.
Idque etiam constare debet: vt hic. & l. in co-
gnitione. infrà eodem titulo. l. prima. in prin-
cipio. suprà eodē. glos. hic alleg. l. si ea quæstio.
C. de his quibus vt indignis. Adde Andreā de
Isern. c. vnico. in verbo, & quæ ab indignis. quæ
sint Regal. collatione decima. Et vtrūque pro-
bari oportet: quia hic textus ait, quā si consta-
bit. similiter dicitur in. l. hæc autē. in principio.
ff. ex quibus causis in possessionem eatur. l. se-
cunda. §. si dubitetur. ff. quemadmodū testamē-
ta aperiantur. dixi plura in lectura.
54 Ex his igitur secūdùm Angel. conclusio eli-
ci potest, negatiuam probari debere, quoniā cō-
stare oportet defunctum occisum non fuisse, &
hæreditatē ante non fuisse aditā, quàm suppliciū
de familia sumptū sit. Et quia hic articulus à ple-
risque tractatus fuit, vt ex sequentibus patere po-
terit: cùm vtilis mihi visus sit, existimaui amplio
re commentario prosequi: & ab eo texturā no-
stræ disputationis exordiemur.

Sequitur de negatiua tractatus.

55 In primis quid sit negatiua. † Et dic eam esse
quæ per species, & differentias probari non po-
test. Illa vero dicitur mera negatiua quæ cùm in
sensu non cōsistat, probari nequit. l. actor. C. de
probatio. ibi, cùm per rerum naturā factum ne-
gantis probatio nulla sit, tametsi illic glos. & in
l. secunda. & in. l. ab ea parte. ff. de probatio. ver
bum, factum. aliter interpretetur. Et ideo Bald.
in dicta. l. actor. & Floria. in. l. ei incumbit. ff. de
probatio. dicunt in intellectu non esse quod in
sensu esse nō potest, & præsertim testis. mouen-
tur per. l. quod meo. §. si per vēditorem. ff. de ac-
qui. posses. sed tu illis adde per partis confessio-
nem hoc negatiuæ genus probari posse. l. quidā.
ff. de donatio. cle. constitutionem. in fi. de electi.
Ad Bald. & Flo. reuertamur. Dicunt enim post
glos. in. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit.
56 † plus veritatis esse in duobus affirmantibus
quàm in mille negantibus: eo quòd affirmantes
rationem per sensum reddant, negantis verò nul
læ sunt causæ, cùm subiectum non habeant, se-
cundùm glos. in. c. fina. sexta. questione quinta.
Tu illis adde. c. super hoc. §. porro. extra de re-
nun. c. bonæ. primo. extra de electi. c. cùm eccle
sia Sutrina. extra de cau. pos. & proprie.
Secūdo videndū est quot species sint negati-
uarum. In hoc variatum est, vt ex sequentibus sa-
tis constare potest. Accursius in dicta. l. ei incū-
bit. ff. de probatio. & glos. in dicto. c. fina. sexta.
57 quæstione quinta. † tres esse dicunt, vnam facti
esse, alteram iuris, aliam verò qualitatis. huic di-
uisioni subscribit se Iacobus Butriga. in dicta. l.
actor. Angel. verò in dicta. l. secunda. ff. de pro-
batio. quartam speciem addit: videlicet, solenni
tatis. l. optimam. C. de contrahenda stipulatio. l.
sciendum. ff. de verbo. obligatio. Bald. etiam in
dicta. l. actor. quintam affirmare voluit, scilicet
substantiæ, sicuti & Logici in prædicamētis asse
runt. dicam infrà. Cin. & Bald. in dicta. l. actor.
bimembrem tantum diuisionem faciunt. dicunt
enim vnam tempore & loco coarctari, alteram
verò quæ neque loco neque tēpore coarctatur,
vt in dicta. l. optimam. C. de contrahen. stipulat.
Et ista bimembris diuisio magis speciei facti ac-
cedere videtur, vt statim suo loco differemus.
Singulas igitur diuisionum species repeta-
mus. In primis illi bimēbri diuisioni cōsentiunt
Bartolus, Fulgosius & Floria. in. l. circa. & Flo-
ria. in dicta. l. ei. & l. verius. ff. de probationib.
Bartolus & Moderni in. l. in illa stipulatione. ff.
de verborum obligationibus. Fulgosius in. l. si
pactum. ff. de probationibus. Innocentius in. c.
super his. extra de accusationibus. Luc. de pen.
in. l. prima. columna quinta. C. de fide instrumē.

& iure hastæ fisca. lib. x. quanquam idem Bald. aliam diuisionem tradat in dicta.l.ij.ff.de proba
58 tion.& in dicta.l.actor. † dicit enim aliquas esse negatiuas simplices,aliquas verò duplices, & alias coarctatas,nōnullas coarctatissimas:& istarum aliquæ sunt implicitæ, aliæ verò explicitæ: sed istæ omnes sub trimembri facsiliter reducentur : vt ex sequentibus videre poteris . Explicemus nunc eas secundum eorum intentionē. Primum negatiuarum facti vnam esse dicunt , si id quod contenditur negetur factum esse : veluti si contractus negetur factus , vel commissum esse homicidium,quo aliquis impactus est. Quæ negatiua secundum Accurs.in dicta.l.ij. ff.de probatio. in fine glos.magnæ, si adiunctam non habeat loci & temporis determinationem, vel alterius rei demonstrationem : neque directè neque indirectè probari potest . Pro quo rectè facere videtur ca.bonæ. extra de electio. vt si dicat aliquis se citatum non esse:dicta.l.actor.C.de probatio.vbi Iacob.Butriga.dissentit ab Accursio.
59 dicit enim † facti negatiuam semper esse probabilem : cùm nulla sit negatiua quæ in affirmatiuam resolui non possit.l.nec codicillos.vbi glo. idem sentit. C.de codicil. Tolle exemplum in.l. inde Neratius.§.finali. &.l.proinde.ff.ad legem Aquil.de eo qui dicebatur occisus,qui inuentus est non occisus,sed mortuus : licet is qui accusabatur confiteretur occidisse.Iuuatur hæc conclusio isto text.dum ait: non aliàs bona publicātur, quàm si constabit esse occisum.probari enim potest non esse occisum: sed deficiente natura : aut morbo sic correptum fuisse , quo decesserit : dicta.l.proinde. Ecce quomodo negatiua facti in affirmatiuam resoluitur:quia fortè cunctis videtibus mortuus est, vel forsitan præcipitem se fecit:vt in.l.ij.C.qui testa.facere poss.& toto titu. ff.&.C.de bon.eorum qui ante senten.mor. sibi consci.Tolle aliud & secundum exemplum in.l. circa.ff.de probatio.in eo qui libertinus dicebatur,qui negabat se libertinum esse,& vltro se ingenuum esse probare volebat:quem lex ad probandum admittit . Cui addo conformem . l.cui necessitas. ff. de libera. causa. & modus probationis traditur in.l. non ideo . in.l.cùm precum. l.nec causa.l.ad probationem. &.l.iubemus. C. de libera.caus.& in.l.j.ff.de probatio. Aliud ex-
60 emplum huic non dissimile † est in eo qui accusabatur falsum fabricasse instrumentum . in quo crimine non solùm ab accusatore probatio desideratur , sed & purgatio ab accusato de iure expectatur.l.vbi.C.ad legem Cornel.de fals.l.præsenti.§.sicubi.C.de his qui ad eccle.confug.probari poterit per testes in instrumēto descriptos, quòd in eo loco non erat,cùm instrumentum cō fectum est:vt dicitur in.l.optimam. C.de contra hen.stipula.Et clarius in.§.item verborum.in fi. Institu.de inutil.stipul. & facit quod notatur in l.j.§.fin. ff.quemadmo.testamen.aperian. Simi-

liter dici posset in tribus alijs criminibus exceptis in.l.fallaciter.in fin. C.de abolitio.videlicet in crimine læsæ maiestatis, crimine peculatus,& deserti sacramēti.l.si aliquis. C.ad legem Iuliam maiestatis . in his enim tam reus quàm accusator probare debent : accusator suam accusationem, & reus negatiuam: videlicet,se non conspirasse: & consequenter de alijs idem dicas : quibus adde.l.nec omissa.C.de libera.causa . Et illa negatiua in affirmatiuam resoluetur . probabit enim alium conspirasse,seu cum coniuratis non interfuisse,cùm coniuratio facta est. & in hoc glos.in dicta.l.ij. ff. de probatio. quæ horum exemplorum meminit,non dissentiebat. Sed Iaco.Butri-
61 ga.constanter † affirmauit omnes ferè negatiuas tacitam in se habere affirmatiuam . similiter & glos.in dicta.l.nec codicillos. C.de codicil.licet hæc glos.opinio Barto. displicuerit in dicta.l.ij. vt suprà dictum est, hac ratione ductus quòd omnis oratio negatiua dicitur quæ est priuatiua: vt si dico furiosum , dico eum non sanæ mentis esse.l.fina.in fin. vbi idem notat glos.fina.in fin. secundùm Barto.ff.de except.doli.l.inter stipulantem.in princi.ff.de verb.obligatio: per quæcunque ergo verba dicuntur,semper priuant.cum glos.tamen tenent Iaco.Butrig.Cin.& Bal.post Din.in dicta.l.actor. C.de probatio.& Bald.in l.nec codicillos. C.de codicil.dicunt enim illam negatiuam non esse infinitam neque indeterminatam,sed implicitam & determinatam : videlicet,Titium non esse sanæ mentis. Implicat enim affirmatiuam Titium furiosum esse,vel mente captum.Similiter illa negatiua , Titium non viuere : implicat sibi affirmatiuam Titium mortuum esse : dicta.l.nec codicillos.C.de codicil. Econ-
62 uerso si † dico Titium viuere , satis dico mortuum non esse. Et sic affirmatiua etiam negatiuam implicat. Plus dicit Bald. in dicta.l.actor. hanc negatiuam,Titium nō esse mortuum . duplicem esse.l.duobus.ff.de verbo.signific.& quòd verba hæc non esse mortuum , priuant, & vnam faciunt affirmatiuam,quæ est Titium viuere.vnde negatiua priuationis non est , nisi habitus affirmatio. Et Bald.in dicta.l.nec codicillos. hac ratione ductus, hāc positionem Titium esse furiosum non esse præcise affirmatiuam dixit , neque præcise negatiuam,sed simpliciter ponere.Idem dicēdum esse ait,vbi negatiua est prægnans.clemen.literas.de rescrip. Et pro Accursio,Iacob. Butrig.Cino,& Bald.facit quod idem Barto.in l.inter stipulantem.in princi.ff.de verbo.oblig. per illum tex.notat in his verbis, dolum malum abesse,absuturúmve esse.non simplex abnutiū spondet, sed curaturum se vt dolus malus absit.
63 licet Barto.aliter capiat,dum dicit, † negatiuam illam communē esse, cuius sensus est priuatiuus per quæcunque verba affirmatiua seu negatiua proferatur : & ediuerso illam esse affirmatiuam, cuius sensus est affirmatiuus & alicuius entis positiuus,

ſitiuus. Cui ſe ſubſcribunt Angel. Ioan. de Imol.
Paul. de Caſtro, & ferè omnes in illa. l. moti per
dictam. l. optimam. C. de contrahenda ſtipula-
tione. licet ſecundùm eos gloſſ. aliter ſentiat in
l. cum te. C. de probationibus. Pro eis eſt text. in
l. vti frui. in principio. ff. ſi vſuſfruct. peta. quam
ad id Modern. Papienſ. notat in. l. ſi priuſquam.
ff. de noui operis nuntiatione. Idem notat Bald.
in dicta. l. cum te. improbans glo. dictæ. l. in glo.
fina. ibi, & diſtingue ſic in ætate, dicit illic Bald.
inquantum gloſſa differentiam facit, an minor
neget ſe minorem, vel dicat ſe maiorem: quia
negando non probat, ſed dicendo ſe maiorem
probat non verum dicere gloſſ. ſecundùm eun-
dem Bald. per doctrinam eiuſdem gloſ. in. l. fin.
§. fina. & gloſ. fin. ff. de exceptio. doli. per quam
prius Barto. motus erat in dicta. l. ſecunda. ff. de
probatio. Addit Bald. Ioan. Andr. in regula, in-
famibus. in mercuriali. de regu. iur. in. vj. Sed il-
la gloſſ. recte intellecta nihil incongruum dicit:
quia in vtroque gloſſæ exemplo pupilli intereſ-
64 ſe verſatur: † quoniam in eis non niſi per æta-
tem à tutela liberatur. §. primo. Inſtitu. quib. mo
dis tutela finitur. l. prima. C. quãdo tutor vel cu-
ra. eſſe deſi. non enim, inquit, ex ſola pupilli vo-
luntate tutoris officium finire certiſsimum eſt. l.
ſecunda. C. quando tutor vel cura. eſſe deſi. ſimi-
liter neque in facultate tutoris eſſe: cùm eius of-
ficium neceſſarium ſit. §. primo. & fina. Inſtitut.
quibus modis tutela finitur. l. curatorem. ff. de
tuto. & cura. datis ab his. neque per illos text. id
abſque cauſæ cognitione fieri poteſt. Non mi-
rum ſi vtrique agenti onus probandi incumbat
in eo caſu: imò recte vtraque negatiua affirma-
tiuam recipit, ſicuti ſupra dictum eſt: & econ-
uerſo minor ſe maiorem aſſerens, negat ſe am-
plius eſſe pupillum. tutor dicens non eſſe am-
plius pupillum, eum eſſe adultum affirmat. re-
petitio igitur eſt principij. Quare Pau. de Caſt.
formam probandæ huiuſmodi negatiuæ tradi-
dit in. l. in illa ſtipulatione. in fine. ff. de probat.
Et idem Pau. in dicta. l. cum te. dicam infra. Ra-
pha. Fulgo. in dicta. l. ſecunda. ff. de probatio.
65 aliter dicit. † Aut negatiua generaliter negat, &
illa nullam habet affirmatiuam: vt ſi dicatur in
genere te non commiſiſſe homicidium, nullam
habet hæc negatiua implicitam affirmatiuam. Si
autem perſonaliter dicatur te de Titio homici-
dium commiſiſſe, cùm affirmari poſſit Titium
viuere, vel quòd alius occidit, aut naturaliter
mortuus eſt. Iſta Fulgo. conſideratio nullius ſa-
poris eſt. quid enim prohibebit æquè probare
in ea generali negatiua ſicuti in ſpeciali ſeu per-
ſonali? Tolle exemplum, dum dicitur generali-
ter te non commiſiſſe homicidium, nónne pro-
bata aliqua ſpecie, quia Titium occidiſti, rece-
pta erit iure affirmatiua? Vnde Bal. in eadem. l.
ſecunda. ff. de probat. aliter dixit. Aut enim eſt
66 † negatiua entis, & illa nullam includit affirma-
tiuam: vt ſi dicatur, non contraxi: non ſum obli-
gatus: non recepi indebitum: per. l. cùm de inde-
bito. ff. de proba. ſed illa negatiua quæ ideo di-
citur negatiua, quia contraria eſt intentioni ad-
uerſarij, qui illam negat, non tamen eſt negatiua
entis: & iſta habet implicitam affirmatiuam. Et
ita gloſ. illius. l. ij. ff. de probatio. intelligitur ſe-
cundum Bal. ſed in nullo differt doctrina Bal. à
Fulgo. ſecundum Floria. in dicta. l. ſecunda. &
rectè dicit. non enim, ſecundum eum, tales nega
tiuæ per Bald. & Fulgo. aſſertæ improbabiles
ſunt. Nam ſecundum eundem Floria. poterit iu
dicis officium implorari, vt ſolennem fieri faciat
inueſtigationem, imò dico etiam abſque iudicis
officio probationem fieri poſſe, & potiſſimè
etiam in exemplis Bal. l. cum quidam. §. fin. cum
l. ſeq. ff. de lega. ij. l. ex facto. §. ſi quis autẽ. ff. ad
ſenatuſconſ. Trebel. Imò plus. l. cùm de indebi-
to. in princi. ff. de proba. per Bal. alleg. omnino
aduerſatur illi. Nam aduerſus illam negatiuam,
non recepi indebitum, in illa lege admiſſa eſt
probatio accepti indebiti. Verũ eſt autem regu-
lam à Baldo traditam ab omnibus recipi, vide-
67 licet, † negatiuam entis nullam admittere affir-
matiuam: cùm non entis nullæ ſint qualitates, &
ex conſequenti nullæ ſint probationes: dicta. l.
actor. C. de probatio. l. quidam referunt. §. j. ff.
de iure cod. notat gloſ. in dicto. c. bonæ. j. per il-
lum tex. extra de electio. & vbique per omnes
prius autem quàm vltrà progrediamur, nolo
prætermittere aliam Bal. diuiſionem negatiuæ
facti in dicta. l. ſecunda. ff. de probatio. vnam di
cit eſſe ſubſtantiæ, alteram verò qualitatis. Nam
ſecundum eundem Bal. ſubſtantia & qualitas in
facto conſiſtunt. l. bonæ fidei. ff. de acqui. rerum
domi. Cin. & Iaco. Butri. & reliqui antiqui fere
omnes in dicta. l. actor. aliam negatiuarum qua-
litatis ſtatuunt diuiſionem. Quaſdam enim di-
cunt eſſe qualitates extrinſecas, quaſdam verò
intrinſecas. De eis ſeriatim diſcutiemus, & eas
per breues aliquas regulas explicabimus.

Prima autem regula erit ex mente gloſ. in di-
cta. l. ſecunda. ff. de probatio. gloſ. in. l. nec codi-
cillos. C. de codicil. Iaco. Butr. & aliorum quo-
rum ſupra meminimus in dicta. l. actor. C. de
probatio. quam cum nonnullis limitationibus
(fallentias illi appellant) copioſe exponit Feli.
in. c. in noſtra. verſicu. præferuntur etiam teſtes.
68 extra de teſti. † omnem ferè negatiuam ſibi affir
matiuam implicare: dicta. l. nec codicillos. Ibi,
aſſeuerationi tuæ mẽtis eum compotẽ fuiſſe ne-
gantis, fidem adeſſe probare competit: id eſt, ne
gantem mentis compotem fuiſſe patrem: & edi-
uerſo eum furioſum ſeu mente captum eſſe,
vtrunq; illa lex admittit. Ecce quomodo aſſeue
rantem pro negante, & negantem pro aſſeueran
te illa lex ponit, & neganti probandi neceſſita-
tem incumbere ait. Huius ratio eſſe poteſt, quia
cum à natura homines ratione præſtantes aut

rationis capaces nasci dicantur, ob id naturam hominum à beluis distinxit. l. prima. §. fina. cum tribus legib. sequentibus. ff. de iustitia & iure. §. singulorum. Institutio. de rerum diuisione & acquirendo ipsarum dominio. §. sed naturalia. Institutio. de iure naturali, gentium & ciuili. l. prima. ff. de acquirendo rerum dominio. Sallustius in principio belli Catilinarij, & Cicero primo Officiorum, secus principium 1 & plerunque ab eodem repetitur. Id etiam omnes
69 naturales commemorant. † quare qui furiosum hominem asseuerat, & sic sanæ mentis esse negat, id negat quod natura communi ratione omnibus hominibus tribuit. Oportet igitur sic negantem probare: neque propriè negatiuam probare dicitur, sed affirmatiuam potius, videlicet, hominem furiosum esse, aut mente captum. Et istud est quòd illa lex nec codicillos dicere voluit in his verbis, asseuerationi tuæ mentis eum compotem fuisse negantis fidem adesse probari competit. & sic negans fidem esse scilicet à compote factos esse codicillos probatio incumbet, non autem is qui compotem eum fuisse dixit: cum asseuerationi eius natura assistat. Nec obstat dictum glof. in. l. fina. §. finali. glof. fina. ff. de exceptio. doli. per quam Bar. dictus est ab Accursio declinare, & alij qui eum secuti sunt in. l. inter stipulantem. in princi. ff. de verbo. obligatio. moti per illum textum. Quoniam sicuti diximus, illa lex, inter stipulantẽ. omnino aduersatur in illis verbis, Qui spondet dolum abesse abfuturum've esse nõ simplex abnutiuum spondet: quoniam illa verba, abesse dolum malum, suapte natura negatiua sunt.
70 † ab, enim dictio, præpositio est priuatiua et abnutiua: vt in. l. si ex duobus. ff. de duobus reis stipulandi & promittendi. l. quidam decedens. in principio. iuncta glof. in verbo, analogistas. ff. de administratio. tutorum & curatorum. l. ab emptione. in princip. ff. de pactis. Vnde cùm dicitur, dolus aberit, perinde est ac si diceret, omnia ex fide agentur. l. bona fides. ff. deposi. & e conuerso, si spondeo te omnia bona fide agere, & promittas, ex hac stipulatione promittis nullum dolum cõmittere: dicta. l. bona fides. Et sic negatiua priuatiua admittit etiam affirmatiuã, & eccõtrario. Hoc idem dicunt Iacob. Butrig. & Bald. in dicta. l. actor. C. de probatio. Quibus adde Alexand. in. l. secunda. §. sed quod obseruari. in apostil. Barto. in verbo, ab dispositiuum. C. de
71 iureiurán. ob calum. dando. † Cum enim promittis dolum abesse, promittis omnia bona fide agere: quare tota vis huius disputationis erit in probatione, & genere probationis, seu probandi modo. In qua considerari debet cuius intentio affirmantis, seu negantis potior est, vbi negatiua affirmatiuam recipit: seu cui magis ratio assistat, an asseueranti an verò neganti. Nam cùm dicit illa lex, inter stipulantem. qui dolum abesse promittit, non simplex abnutiuum spondet, licet priuatiuum sit, tamen habitu est affirmatiuum. Et glof. in dicta. l. finali, in glof. fina. ff. de exceptione doli. non contradicit, imo assistit huic opinio. Nam in illa lege dicitur à matre filiam hæredem institutam fuisse, si actione tutelæ aduersus maritum & filium matris ex secundo marito cohæredes suos pro ea parte pro qua hæredes instituti erant, non egerit. filia autem ex semisse hæres facta erat, eidem'que filiæ legata relicta erant: non tamen repetita conditione in legatis, quam in institutione expresserat: sed ille tex. repetitam esse videri ait. Et ideo si ad legata agat, obstabit doli exceptio, etiam si hæreditatem repudiauerit. Et hac consideratione, quia prohibuit mater rationem tutelæ petere. quæ negatiua admittit hanc affirmatiuam, si vis hæres esse, cohæredes tuos à tutelæ ratione excusa. vbi autem aduersus eos ad reddendam tutelæ rationem egeris, priua-
72 beris & legato & hæreditate. † Omnis enim priuatio habitum præsupponit. l. decem. ff. de verborum obligationibus. l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. l. prima. C. per quas personas nobis acquiritur. verum enim est dicere secundum Baldum, verbum esse affirmatiuum, licet abnutiuum seu priuatiuum per resolutionem affirmationis in negatiuam & econtra. Et idem notat Ioannes Andreas in mercuriali, infamibus. de regulis iuris. in sexto. Specula. in titulo de prubationibus. §. primo. versiculo, pone. Petrus, Iacobus, Cinus & Ioannes fab. in dicta. l. cum te. C. de probationibus. Negatiua enim facti per quæcunque verba affirmatiua seu negatiua concipiatur, spectari non debet: alioquin esset vim in verbis facere, & cauillo vti, vt inquit. l. penultima. ff. ad exhibendum. l. secunda. in fin. C. communia de legatis & fideicommissis. & more dialecticorum concertare. l. qui quadringenta. ff. ad legem falcidiam. l. pri-
73 ma. ff. de regula Catoniana. † Non enim verborum cauillatio spectanda est, sed qua intentione verba prolata sunt: dicta. l. penultima. ff. ad exhibendum. & alijs supra memoratis. Et hac ratione dicunt Petrus, Cinus, Iacobus Butrigarius, & Ioannes Faber in dicta. l. cum te. C. de probationibus. obijcienti onus probandi in talibus incumbere. l. secunda. C. de conditione ob turpem causam. l. si minorem. C. de in integrum restitut. minorum. xxv. an. l. tertia. C. si quis se maiorem dixerit. & moti sunt quasi ijsdem considerationibus, quarum supra meminimus. Et istud est quod glof. dicere voluit in dicta. l. cum te. & dicta. l. nec codicillos. C. de codicil. quibus adde tex. in. c. cùm dilecti. extra de electione.
74 Secunda regula est, † Sola negatiua nõ entis est improbabilis secundum oẽs: quia quod non est, probari non põt. l. nam & is sub conditione. §. post

§.post defectum.ff.de iniusto.rupt.& irri. testa-
mento. Et seundùm Iacobum Butrig.in dicta.l.
actor. C. de probatio.quod non est, substantiã
non habet: & si substãtiam non habet, similiter
nec qualitatem:quare in sensu testis esse non po
test,nec in intellectu. hoc prosequere vt per gl.
& Moder.in dicto.c.bonæ.primo,extra de ele-
ctio.Plus dicit Bal.in dicta.l.secunda.ff.de pro-
batio.negatiuã entis non posse in affirmatiuam
reduci:sed hoc non puto verum, vt ex suprà di-
ctis colligi potest.Quid enim obstabit quomi-
nus negatiua illa in affirmationẽ essentiæ cõuer-
tatur:vt si dixeris nunquam Carthaginem aut Tro-
iam in rerũ natura fuisse: quare nõ poterit affir
mari Carthaginẽ à Romanis euersam aut à Græ
cis Troiam,& sic in rerũ natura fuisse,nisi pro-
poneres negatiuam entis per naturam impossi-
bilis,sicuti plenius discutitur in.l.inter stipulan-
tem.§.sacram.ff.de verbo. obligationi.§. si im-
possibilis.Institu.de inutil.stipul.dicto.c.bonæ.
75 primo.extra de electio.ibi, † quia negantis fa-
ctum per rerum naturam nulla est directa pro-
batio,dicta.l.actor.C.de probatio. vnde Bald.
in.l.solâ.C.de testi.& in.l.cùm hi.§.si integra.ff.
de transactio.cuius meminit Felin.in.c.tertio lo
co.extra de probatio. dixit testem de negatiua
deponentem debere dicti sui rationem reddere,
etiam non interrogatum dicto.c. tertio loco..
alioqui illi fides adhibenda non est. quod dictũ
ampliore pagina prosequitur Papien. Moder.
Iason in Rubrica.ff.de iureiuran.hoc satis velle
videtur dicta.l.quidam referunt.§.primo. versi.
nullius.ibi,esse enim debet cui debetur. in quo
Iureconsultus rationem tradit dicti sui, dum de
eo loquitur,cui relictum erat legatum in codi-
cillis,qui tempore confecti testamenti seu codi-
cillorũ in rebus humanis nõ erat:vt nõ ante, in-
quit ille textus,iuris ratio,quàm persona quærẽ
da sit:quanuis decisioni illius legis fortiter ob-
stet dicta.l.prima.ff.de reg.Cato.in versic. nam
hoc modo. quanuis in dicta.l.quidam. dicitur
76 † legatum factum ei qui in bumanis non erat,
cùm factum est legatum nullius esse momenti.
magis,inquit illa lex prima, dicendum est, non
esse datum, quàm inutiliter datum: sed saluari
potest,secũdum exemplum illic à iurisconsulto
positum in versicu.quid enim si quis ita legaue-
rit. Vide circa hanc regulam quod scribit Din.
in dicta.l.actor.in prima quæstione.C.de prob.
& Felin.in dicto.c.tertio loco. extra de proba-
tionibus. cuius mentionem faciemus, dum de
modo faciendæ probationis buiusmodi negati-
uarum tractabimus.
77 Tertia regula est, † negatiua indeterminata
seu generalis & quæ per terminos vel species re
duci non potest,vt plurimum improbabilis est.
Probatio enim ea proprie dicitur, quæ per spe-
cies,qualitates,& differentias verificari potest,
vt suprà dictum est post Speculatorem in titul,
de probationibus.§.primo & secundo. hoc no-
tat glossa,in dicta.l.secunda. ff. de probationi-
bus.& in dicta.l. actor.quam in ea Cin.limitat,
nisi per aliquas cõiecturas adminiculari possit.
argumento.l. cùm de ætate.in fine.ff. de pro-
bationibus.l.ob carmen.§.finali.ff. de testibus.
Et in boc iudicis officium, secundùm Cinum
versatur: argumento.l. cùm quidam. §.finali.
cum.l.sequenti.ff.de legatis secũdo. Tu melius
pondera.l.secundam.C.de erro. aduocatorum.
& quod notat Luc.de pen.in.l.prima.C.de fide
instrumẽtorum & iure hastæ fiscal.lib.decimo.
l.vnica.C.de præfect. digni. libro duodecimo.
dicit autem Iacobus Butrig.in dicta.l.actor.C.
78 de probationibus. † factum non posse dici im-
probabile,vbi de suo facto aliquis interrogatur
quoniam oportet interrogatum omnino respõ-
dere. Et hoc etiam Ioan. Fab.illic post Petrum
& Cin.sentire voluit,dum dicunt negatiuã posse
per partis iuramentum probari.c.primo. de cõ-
fes.in sexto.§.si verò absunt. in authẽtica,de bæ
redi.& falci.collatione prima. Quibus adde nõ
posse eum cui defertur,remittere,neque dilatio-
nem postulare,cũ vnusquisque de suo facto cer-
tus esse debeat.l.cum falsum. ff.de acquirenda
bæreditate.iuncta.l.cùm quidam.§.finali. codẽ
titulo.l.quisquis.C.de rescindenda venditione.
l.fina. C. de fideicommissis. l.si quando. C.de
dilat.nisi factum intricatum esset.l.secunda.§.fi.
ff.quis ordo in bo.pos.serue.l.& quia. ff.de in-
terrogatorijs actioni.boc notat Feli. in.c. quos
dam.in expeditione secundæ glo. extra de præ-
sumptio.Et vt suprà diximus factum per partis
confessionem probari potest.l.quidam.ff.de do
natio.cle.constitutionem.in fine. de electio. Et
Roma.in dicta.l.quidam.post Bartol. infert ex
79 illo tex. † reum non teneri negatiuæ positioni
respondere.sed intellige secundùm dictam.l.se-
cundam.C.de erro.aduoca.vbi glos. dat modũ
probationis,dum allegat.l.super seruis. C.qui
mili.non pos.lib.duodecimo.vbi id quod poni
tur non satis intentum habet qui interrogatur.
boc etiam notat Cardinalis Alexand. in.c.pri-
mo.in fine,per illum textum.de cõtro uer. inue-
sti.collatione decima, quanuis secundùm Ro-
ma.in dicta.l.quidam.aliter glos.sentiat in.l.se-
cunda.§.sed quod obseruari.C. de iureiurando
prop.calumniam dan.Pro Roma. allego glos.
in.§.aliud.in fine.in verbo,scribat. in authentic.
de æquali.dot.& glos.in authentica,sed iam ne-
cesse.C.de donationibus ante nup.quam Bald.
illic notat.& frequẽter illa glos. in buccas neo-
tericorum contingit,præsertim in.l.si duo patro
ni.§.idẽ Iulianus.ff.de iureiur.Sed vt dixi opti-
me facit dicta cle.cõstitutionem.in fi.de electio.
in his verbis,probatione tamen facta super his
per aduersarij cõfessionem. l.sed & si possesso-
ri.in princip.ff.de iureiur. & melius in dicta.l.
80 quæstionem.C.de fideicom. † vbi iuramentum

hæredi delatum super hæredis negatiua dum negat hæres legatum seu fideicommissum à moriēte relictum fuisse fideicommissario, teneri hæredem iurare, vel referre, maxime vbi in scriptis redactum non est fideicommissum. quanuis Cin. non esse probationem asseueret, sed magis litis decisionem. Tu dic vtrunque esse, & vnum alterius esse consecutiuum: probat ille text. in versicu. cùm ipse sibi iudex & testis inueniatur. Limitabat & secundò Cin. prædictam regulam, nisi talis negatiua oculorum inspectione probari posset. Exemplum dat in prægnante muliere, vel in scriptura instrumenti, quæ inspecta facilè videri potest falsa sit, an vera. l. comparationes. C. de fide instrumen. l. prima. §. finali. ff. de ventre inspicien. l. si irruptione. ff. finium regundorum. illis adde. l. primam. ff. de his quæ in testamen. delen. l. secundam. §. si dubitetur. versicu. inspectio. & l. primam. ibi, inspectis cognitisq́ verbis testamenti. ff. quemadmodum testamen. aperian. l. de his. ff. de transactio. vbi eadem verba repetuntur. Sed hæc limitatio non videtur huic regulæ conuenire, cùm non sit negatiua indeterminata. habet enim differentes qualitates, quòd prægnans est, quòd verum est instrumentum, quòd certi sint fines. & glos. idem velle vi-
81 detur in dicta. l. actor. dum dicit, † licet id quod probandum est, per species & differentias probari non possit, per alia media probari poterit: vt in. l. optimam. C. de contrahenda stipulatione. Cui addo. l. Pomponius. §. sed & is. in fine. ff. de procuratoribus. capitu. super hoc. extra de renuntiation. & alijs notatis per Ioan. Fabrum in dicta. l. actor: Quare circa hæc non videbitur absonum si nonnullas declarationes addiderimus ad huiusmodi qualitatum negatiuas, quæ forte nonnihil vtilitatis pro vberiore earum intellectu conferant.

Negatiuarum igitur qualitatis duæ erunt species de quibus suprà mētio habita est. Quædam enim est qualitas intrinseca, & quædam extrinseca vt in. l. sciendum. ff. de verborum obligatio. l. quæcunq́. §. j. in fin. ff. de public. in rem actio. l. optimam. C. de contrahenda stipula. Idem notat Flor. in dicta. l. ij. ff. de probatio.

82 Intrinsecæ † qualitatis tres erunt species. Vna est qualitatis naturalis: vt si negatur hominē esse sanæ mentis, vel aliquam non esse viri potentem, & similes: vt in dicta. l. nec codicillos. C. de iure codicill. l. finali. §. finali. ff. de exceptio. doli. l. inter stipulantem. in principio. ff. de verborum obligationibus. l. final. C. ad legem Iuliam repetunda. Altera est qualitatis accidentalis: vt esse clericum, sacerdotem, vel aduocatum: quia clerici, sacerdotes, aut aduocati non nascuntur. l. iubemus. C. de aduoca. diuers. iudic. & notatur in capitu. at si clerici. extra de iudic. capitu. si iudex laicus. de senten. excommunicatio. libro sexto. Alia est qualitas partim naturalis partim accidentalis: vt esse minorem, aut maiorem: puberem, seu impuberem: & sic consequenter de alijs id genus exemplis. l. cum te. C. de probationib. & illa est naturalis: quia certum est hominem in statu diei mutationem seu incrementum, quadam naturali necessitate recipere: & per accidens, scilicet naturalis cursus temporis, secun-
83 dùm gloss. illic. † Cæterum illa prima qualitas naturalis, secundùm Lucam de Penna in dicta l. prima. columna quinta. C. de fide instrumentorum & iure hastæ fiscal. libro decimo. potest duas affirmatiuas alternatiuè admittere: vt si hominem non sanæ mentis dixero, seu hominem non frugi esse: non infert necessariò hominem furiosum esse, qui & mente captus solum esse potest, aut infirmi cerebri: aut si dixeris hominem frugi non esse, ob id tamen non sequitur prodigum esse, cùm & nihili homo esse possit aliter quàm prodigus. vnde, secundùm eundem, ponentem, seu affirmantem oportet certum aliquid affirmare. l. quoties. ff. de verborum obligationibus. l. ita fidei. ff. de iure fisci. l. si duo. ff.
84 de solutionibus. † Secunda autem qualitas potest etiam duplex esse, duas recipiens affirmatiuas: qualis est ea cuius gloss. meminit in. l. secunda. ff. de probationibus. vt si natum filium patre diuite dicas hominem facultatibus seu bonis immobilibus idoneum: text. cum glos. in. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdare cogun. l. si quis stipulatus sit. §. primo. ff. de verborum obligationibus. Cæterùm pauperem, quia pecunias ad manus non habeat: vt in. l. si seruus depositus. ff. de noxa. actio. l. tutor. §. cum haberes. ff. ad Velleian. ibi, quia nummos ad manum non habebam. l. petenti. in principio. ff. de pignorati. actione. Et ista etiam est accidentalis. l. secunda. & l. sciendum. ff. qui satisdare coguntur. vel filium natum esse patre sacerdote: vt in. l. secunda. C. de episcopis & clericis. vt priuilegio patris gaudere debeat. Idem de filio aduocati, qui beneficio patris gaudere debet aduocatorum priuilegio. l. iubemus. & l. petitiones. C. de aduoca. diuers. iudi. Et idem de alijs pluribus huic non dissimilibus. Sed hæc extrinseca dici debet.
85 † ista etiam partim naturæ esse potest, partim accidentis. l. tertia. §. diui fratres. ff. de iure fisci. ibi, sicut enim diligenti cultura pretia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita sint minui ea necesse est. Ecce quomodo nihil iuuat agri fertilitas si hominis diligentia pretiosior non fiat. l. congruit. & l. sequenti. §. finali. C. de locatio. fundo. ciuil. libro. xj. capitu. ad aures. extra de rebus ecclesi. non alienand. ibi, suo vel parentum suorum labore constiterit extirpatas, l. quicunque desertum. & l. sequenti. C. de omni agro deserto. libro vndecimo. Quantùs ager sua natura frugalitatem & amœnitatem demonstret. l. si quis intra. C. de bonis proscrip. quandoque etiam infertilitatem. l. si prædium. C. de

C. de ædil. actio. §. sicut autem damnosas. in authentic. de non alienan. rebus ecclesi. collatio. ij. hominis industria agri infertilitatem supplet, per prædicta. Nam & hominem esse industrium
86 naturæ esse potest; & accidentis. † Plerique enim suo ingenio, alij vero assiduo studio inuita etiam Minerua in viros doctos euadunt. exemplo sunt Themistocles & Polemon Atheniensis, qui ex infami ganeone maximus Philosophus euasit. Agathocles figuli filius qui Siciliæ dominus & rex effectus est. consuetus enim erat cum fictilibus poculis aurea collocare, & hæc iuuenibus ostendendo dictabat, Ego cum prius talia facerem, nunc ob diligentiam & fortitudinem talia facio. adde Lactantium diuinarum Institutionum libro. iij. capitulo. xix. dum ait: quanta hominum millia fuisse credimus, qui & Athenis nati & temporibus Socratis, indocti tamen & stulti fuerunt? Non enim aut parietes, aut locus in quo quisque est effusus ex vtero, conciliat homini sapiētiam. Et haud multo post ait; non venit in mētem Platoni, Alcibiadem quoque & Critiam eiusdem Socratis assiduos auditores fuisse: quorum alter hostis patriæ acerrimus fuit
87 † alter crudelissimus omnium tyrannorum. Diligentia enim artium in suo quoque opere inuenitur mater, ita nouerca eruditionis est negligētia. c. nihil. lxxxiij. distinc. Et Cicero lib. Rheto. vij. diligentia est accurata suorū obseruatio. Ad de glos. in. c. si forte. in verbo scientia. de electio. in. vj. Diligētia quidem etiam bonæ fidei debet esse coniūcta. l. Labeo. ff. de statulib. l. si ita sit. ff. de manumis. testa. Et ad eum modum quē hominum natura desiderat. l. quod Nerua. ff. depositi. Notat Luc. de pē. in. l. diligenter. C. de aquæ ductu. li. xj. Adde his. l. vnicam. C. de stud. liber. vrb. Ro. lib. xj. Quo autem modo probari debeant aliquibus prius expeditis differemus.

Extrinseca igitur qualitas satis ex prædictis cōstare potest, ideo non multo circa eam immorabor: qualis est quam suprà diximus, hominem diuitijs esse plenū. sæpius enim arte contingunt, vt Cato ille inquit: Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri. Et sic sæpius plus hominis industria affert quàm soli fertilitas. l. tertia. §. diui fratres. ff. de iure fisci. vel rerum facultas. l. societas contrahitur. & l. sequenti. ff. pro socio. vnde leges fructus naturales hac ratione ab industrialibus distinguunt. l. fructus. ff. de vsur. l. in bonæ fidei. ff. de acquiren. rerum dominio. §. si quis à non domino. Institu. de rerum diuisio. sic diuitem fieri ex industria hominis vt plurimum potius contingit: & ob id qualitas quæ inde contingit, extrinseca ab omnibus appellatur secundùm gloss. in dicta. l. secunda. ff. de probationibus. & in dicto capitu. bonæ. primo. extra de electionibus. quibus adde Felin. in capit. dudum. extra de præsumptionib. vbi pleno cornu huius negatiuæ qualitatis materiā prosequitur.

88 † Sed istarum † negatiuarum aliquæ sunt loco & tempore determinatæ seu coarctatæ; vt in. l. optimam. C. de contrahenda stipulatio. & de ea super modo & genere probationis perampliùs infrà discutietur. Alia est substantiæ, secundùm Baldum in. l. secunda. ff. de probationibus. & in l. actor. C. de probationibus. Sed aduerte substantiam à Iureconsulto pro qualitate accipi neque substantiam à qualitate differre. Nam legislator genus appellat quod Logicus speciem esse dicit, in. l. prima. ff. de iustitia & iure. & si oportet secundum Logicum disserere, dic à Iurisperito substantiam assumi prout est secundùm Logicum terminus secundæ impositionis, seu intentionis: non autem prout est terminus primæ substantiæ seu primæ impositionis, & sic in genere generalissimo. Et ista secundùm Baldū etiam est certa & probabilis. l. vbi autem. ff. de verb. obliga. l. certi condictio. & l. cum quid. ff. de reb. credi. Idem de alijs dico quas Ang. solennitatis esse dixit, quia qualitatis sunt. l. sciendū. ff. de verborum obligationi. l. quicunque. ff. de publi. in rem actio. dicta. l. optimam. C. de contrahen. stipu. vnde circa eas non insisto. Et hac ratione Fulgo. in. l. ab ea parte. ff. de probatio.
89 post Iacobum Butri. in dicta. l. actor. C. de probatio. dicit nullam esse inter iuris & facti negatiuas differentiam: neque quo ad id quod probādum est, neque quo ad id quod quis probet. Et ratio, secundùm Iacob. Butrig. est, quoniam probatio per causas seu qualitates & differētias facienda est, & quod non est, non habet substātiam, & vbi substantiam nō habet, nec qualitatē. l. si quis vxori. §. neque. ff. de furtis. l. eius qui in prouincia. in principio. ff. de reb. credi. Secūdo inquit Fulgo. non esse differentiam quid probare oporteat: quoniam si contra negantem ius vel factum præsumptio iuris sit, tunc illi probandi onus incumbit. Pro eo est. l. prima. C. ad legem Corn. de sica. dicta. l. nec codicillos. C. de codicil. l. fina. in principio. ff. quod metus causa. l. ab ea parte. ff. de probati. vbi vero pro negante est iuris præsumptio, tunc affirmanti probatio incumbet. l. ij. de colleg. illic. licet Fulgo. demum dixerit, in facto plerunque concurrere præsumptionē iuris, secus in iure: hoc non videtur verū per dictam. l. fina. ff. quod metus causa. c. literis. & c. dudū. extra. de præsumptio. dicta. l. prima.
90 C. ad legem Corn. de sica. † Præterea dum Fulgo. nullam iuris differentiam facit, quoniam secundum eisdem in iure cum certum sit. l. ij. ff. de iur. & facti ignorantia. dicta. l. ab ea parte. ff. de probatio. nulla cadit præsumptio. Et hac ratione dicit Barto. in. l. ornamentorum. ff. de auro & argento legat. iuris positionibus non esse respondendum, per illum textum. & l. secundam. §. sed quod obseruari. C. de iureiurand. propter calum. dando. Ius autem non scriptum, quod & consuetudinem appellamus, non semper certum

est, sed potius incertum: dicta. l. secunda. ff. de iuris & facti ignorantia. capitu. primo. de constitutio. in. vj. eo quòd probari debet diuturno tempore obseruatum fuisse, & in contradictorio iudicio obtentum, & secundùm illud sæpius iudicatum fuisse. l. cum de consuetudine. ff. de legib. capitu. ab bate sane. extra de verborum signification. cùm dissuetudine aboleri possit. l. vnica. §. finali. C. de nouo Codi. componen. & §. quas
91 ex omnibus. in procemio Institut. † imo plus in vtroque iure tam scripto quàm non scripto potest esse dubitatio, veluti in casu dubio, seu articulo iuris problematico: in quo scholæ authores inueniuntur in diuersas scissi sententias. Exemplum est in. §. cùm ex aliena. versicu. & post multam. Institut. de rerum diuisione. l. diui fratres. ff. de iure patronatus. l. cum prolatis. ff. de re iudicata. l. quæsitum. §. sed si fundus. ff. de fundo instruc. & instrumen. legato. Et id rectè probari in dicta. l. ab ea parte. ff. de probationibus. in his verbis, ab aliquo iure prohibitum esse,
92 specialiter lege vel constitutione. † Secundò potest etiam contingere consuetudinem certam esse, vt si in scriptis redacta est, licet necesse non sit: vt in. l. imo. ff. de legibus. tamen scribi potest: vt plenius per Bartolum in. l. de quibus. versus finem. ff. de legibus. sicuti hodie sunt consuetudines Galliæ, quas recolendæ memoriæ Ludouicus duodecimus, vtriusque Galliæ rex & imperator, in scriptis redigi iussit, & super his decretum curiæ Parisiensis postea interuenit: quas tametsi iuri sint contrariæ, obseruari tamen necesse est, dicta. l. de quibus. & alijs sequentibus legibus. ff. de legibus. ibi, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine introductum est. & paulò post, Inueterata enim consuetudo pro lege non immerito custoditur: & hoc est ius quod dicitur moribus cōstitutum. & infrà, quare rectissime etiā illud receptū est vt leges nō solo suffragio legislatoris, sed etiā tacito consensu omnium per desuet. &c. & l. prima & secunda. C. quæ sit longa consuetudo. vbique omnes tractant, nisi quatenus consuetudines iuri publico, & vtilitati reipublicæ repugnarent, aut contra ius scriptum aliquid statuerent. hoc casu à iure discedendum non est. l. tertia. §. diuus. ff. de sepulchro violato. c. finali. extra de consuetudine. §. primo. in authentica, vt nulli iudi. lice. habe. loci conserua. collatione nona. quod prosequere vt per Bartolum in dicta. l. de quibus. in quatuor vltimis colūnis suæ lecturæ.
93 dixi in. l. prima. in principio. suprà eod. † Tertio aliquod est ius rei, aut personæ cohærens, & quandoque vtrique adhærens: quod à iure ciuili scripto vel non scripto, vel à iure naturali primario & secundario, quod gentium esse dicitur, fomentum recipit: qualia sunt omnia iura incorporalia, & corporalia, de quibus in. §. vnico. Institu. de rebus corporalibus, & incorporalibus. §. æquè. Institu. de actionibus. & alijs §§. sequentibus. quibus accommodari potest dicta lex, ab ea parte. ff. de probationibus. in his verbis, ab aliquo iure prohibitum esse specialiter lege vel constitutione. l. prima, secunda. & l. altius. C. de seruitu. & aqua. Et istius iuris genera diuersa sunt similiter & species distinctæ, quia aliquod est ius scriptum, aliquod non scriptum, aliud publicum, aliud priuatū, & aliquod singulare, & aliud vniuersitatis, aliquod est rei adhærens, & aliquod singulari personæ cohærens, & plerunque rei & personæ. §. omnium. Institu. de actionibus. Istorum omnium iurium negatiuas prosequamur.

In primis in dicta. l. ab ea parte. versiculo, idem respondi. exempla dantur, vt si quis negat emancipationem rectè factam, quia aliquo iure vel constitutione dicatur prohibitum esse patrem filium emancipare: vel secundùm Baldum post glossam in eadem. l. si negetur aliquem prohibitum esse aliquo iure testari vel aduocatum, aut iudicem esse, in his casibus non factum sed potentia à iuris scripti, seu constitutionis vel legis municipalis prohibitione procedens, ne-
94 gatur. † Hæc singulis exemplis clara reddemus. Certum est enim iuris communis dispositione filios in patris, non matris esse potestate. Et ob id patris non matris familiam sequi. l. familiæ appellatione. ff. de verborum significatione. §. cæteri. Institut. de hæredum qualitate & differentia. l. filios. C. de municipibus, & originarijs. libro decimo. in his verbis, filios apud originē patris, nō in materna ciuitate, etsi ibi nati sint ad honores &c. Et tamen si dixeris Iliensem, aut Ponticam, vel Delphem esse matrem, tunc non patris sed matris originem sequetur. l. prima. §. nisi forte. ff. ad municipalem. similiter de Antiochenis mulieribus scribitur in l. eos. l. neque Dorotheum. C. de decurio. libro decimo. vel secundùm Accursium de Gallia & alijs populis, qui non sunt iuris Italici, qui filios non habent in potestate, vt meminit in. §. vnico. Institu. de patria potestate. de cuius glossæ veritate quomodo intelligenda sit, abundantius inferius discutiemus. tamen in multis patriam potestatem & emancipationis formas, quales de iure sunt, aut penè similes obseruamus. Vnde non conijcere valeo, quo authore hæc scripserit Accursius, neque hi qui in ea disputatio-
95 ne miro se torquent affectu: † neque putant ipsi hoc à Romanis legibus ortum habuisse, cum priusquam leges decemuirales (quas leges duodecim tabularum vocant) factæ essent, ius maius in filios Galli parentes habebant, quàm Romani in suos: idq; ex Gallicis sanctionibus quas Druides Galli longe ante Romam euersam & obsessum à Gallis Capitolium ipsum tradiderunt, perpendi potest. Nulli enim dubium esse potest multis ante seculis quàm Romani

mani Gallias inuaderent, Druidas Gallos leges & instituta fecisse: quas non tam Galli, sed & Gallorum finitimi populi, Romani etiam ipsi obseruabant, illásve memoriæ tantum commendari nō etiam scribi volebant: tametsi id temporis Græcis literis & vocabulis dum scribebant, vterentur, vt testis est Cæsar libro belli Gallici sexto. de eis copiosius explicabimus.

Aliud non dissimile exemplum prætermittendum non est de Ireneo, Dorotheo, & Doctitio viris clarissimis, quibus singula priuilegia concessa erāt iuri cōmuni aduersantia. l. neque Dorotheum. & l. Doctitij. C. de decurionib. libro decimo. Illi enim singulari priuilegio cum tota sua cuiusque familia nata ac nascitura à curiali conditione & publica functione exempti erant. Vel tolle exemplum in. l. quidam consulebat. ff. de re iudicata. & in. c. cùm vigesimus. extra de officio delega. Item aliud ex. l. vnica. C. non lice. habita. metroco. libro vndecimo. in. l. vnica. C. de auro corona. libro decimo. & l. si in emptione. §. omnium. ff. de contrahenda emptione. ibi, quas verò natura, vel gentium ius, vel mores ci-
96 uitatis cōmercio exuerūt. † Pleraque alia istiusmodi iura singularia referri possent, quæ plus laboris quàm vtilitatis adferrent: quæ quanuis in iure clausa sint, tamen cùm specialiter & contra iuris communis regulas cōcessa sint, lege & constitutione probanda sunt: dicta. l. ab ea parte. ff. de probationib. quæ lex sic legi & intelligi debet, cùm de iuris scripti probatione facienda loquitur. & ratio esse potest. Nam licet iuris communis traditiones minus etiam studiosis notæ esse debeant, sæpius tamen cōtingit eas à plerisque etiam doctis ignorari & minus competenter librari, vt inquit. l. vnica. C. de studi. liber. vrbis Romæ. libro vndecimo. Non mirum est si allegari & eas ignorantibus probari debeant per libri apertionem, vt suprà docuimus. Et Fulgosius in dicta. l. ab ea parte. plurimum laborauit vt hoc argumentum euitaret. Præterea nulli dubium esse potest iuris regulas certas esse. l. prima. ff. de regulis iuris. Et tamen secundùm aliquorum sententiā limitationes admittunt. l. prima. ff. de regu. Catonia. §. vt autem lex. in authē tica, de non alienandis rebus ecclesiæ. collatione secunda. Et facit quod notatur in. l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. Idque cùm multis exemplis comprobari posset, tribus tātum absoluam.
97 † Clarum est enim minorem sui facilitate deceptum restitui posse. l. prima. & per totum penè titulum. ff. de minoribus. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiurā. in doctore tamen minore restitutio locum non obtinet, tametsi sui facilitate deceptus sit. l. ij. C. qui & aduer. quos. ibi, num is qui se minorē annis læsum esse dicit, diligens paterfamiliâs fuerit, actibusq; publicis industrium se docuerit, vt lapsum eum per ætatem verisimile non sit &c. Et ratio huius esse potest in. l. professio. C. de mune. patrimo. lib. x. quoniam professio & desiderium inter se discreparēt: quippe cùm turpe sit Patritio, & causas oranti, iura circa quæ versatur, ignorare. l. secunda. §. Seruius Sulpitius. ff. de origine iuris. Et ideo verisimile non esse inquit illa. l. prima. C. qui & aduersus quos. eum per ætatem lapsum esse. Aliud & secundum exemplum quod suprà relatum est, de filio qui matris non patris originem sequitur. l. assumptio. in principio. ff. ad municipalem. quales sunt Ilienses, Pontici, Delphi, & Antiocheni, dicta. l. prima. ff. ad municipalem. & l. eos. C.
98 de decurionibus. † Tertium in filio qui patrem occidit, qui reus efficitur parricidij. l. prima. ff. ad legem Pompeiam, de parricidijs. excipitur si patrem patriæ hostem occidat. l. minime. ff. de religio. & sumptibus funerum. Et tamen per illam. l. ab ea parte. allegari & probari debent, secundùm eundem Fulgosium. Vnde Accursius & Baldus in dicta. l. ab ea parte. sic illam legem interpretati sunt, in his verbis, Qui dicit aduersarium ab aliquo iure prohibitum esse specialiter lege vel constitutione id probari oportet. dicunt ius illud ideo probari, non vt ius scriptum probetur, cùm certum sit: sed cum persona ab actu intento vel exercito de iure repellatur. Sed quæso aduertite. si vera esset glossæ & Baldi interpretatio, rectè dixisset Iacobus de Rauenna, Aurelius doctor, cuius Fulgosius meminit in dicta lege, ab ea parte. & quam illic impu-
99 gnauit. † Dicebat prædictus Iacobus inter iuris & facti negatiuas nullam esse differentiam, siue quantum ad id quòd probetur, siue quòd quis probet: quia tota vis probationis super facti seu extrinsecæ qualitatis existentia omnino consisteret. Et ne digrediamur ab exemplis glossæ, Baldi, Fulgosij & Floriani, tolle secundùm eosdem exemplum de eo qui testari non potest, vel iudex aut testis aut aduocatus esse. Tales enim qualitates potius extrinsecæ qualitates sunt quàm iuris positiones simplices, vt paulò post inter discutiendum extrinsecas qualitates differemus. Nam hæc vera est iuris conclusio,
100 † maiorem vigintiquinque annis munere iudicantis fungi posse, nisi qualitas extrinseca obijciatur, forte quòd cæcus, quòd furiosus, quòd mente captus sit, aut alium huiusmodi defectum patiatur. l. cùm prætor. ff. de iudicijs. Certè prohibitio non circa ius erit, sed circa qualitatem iudicis extrinsecam, videlicet furoris, cæcitatis, captionis mentis, aut alterius extrinsecæ qualitatis: quare non fuit in hoc dignus reprehensione Iacobus de Rauenna per supradicta. Et vtrunque Iacobi de Rauenna dictum clarè probari videtur in. d. l. ab ea parte. primò in eo quòd dicit ille textus in his verbis, Ab aliquo iure prohibitum esse, veluti ab aduocatione, inquit Accurs. & sic possibilitatem circa factum non esse ab initio. Secundò in versi. idē respondi. nō ius

ponit,sed iuris executionem, quæ in facto consi
stit. & in eadem lege in his verbis, specialiter le-
ge vel cõstitutione prohibitio quæ circa factum
ipsum est,à iure scripto procedit: & tamen diffi-
cultas probationis non tantum circa negatiuam
qualitatis extrinsecæ consistit, sed & circa iuris
scripti,vel constitutionis probationẽ siue quan-
tum ad id quod probandum est, siue quòd quis
probet.Nã prima pars illius legis loquitur quã-
do ante factum iuris prohibitio deducitur.secũ-
da verò pars quando post factum ipsum imple-
tum,quia factum est quod fieri non debuit.Nec
ille tex.loquitur quãdo circa formam peccatum
est,sed quãdo in substãtia seu in iustitia : vt quia
ius illi non erat emancipandi filium, & ob id fa-
101 ctam emancipationem non valere. † hoc verbũ,
rectè.in illa lege positum rectitudinem nõ rititu
dinem considerat: licet glos.illic in verbo,recte.
aliter sentiat, dum dicit, quia non coram iudice
ordinario in hoc rititudinem & formam tantum
emancipationis consideraret.sed hoc non vult il
le tex.dicere, sed rectitudinem emancipationis,
id est,ius non fuisse patri emancipandi filium.&
hoc dictio,recte.importat.l.lecta. in princi. vbi
Moder.peramplius dilatãt.ff.de reb.credi.qua-
re vt hanc differentiam Iaco.de Rauen.Bald. &
Fulgo.absoluam,congruum visum est legem il-
lam paulò clarius explicare.

In primis dico.l. ab ea parte. in his verbis, ab
aliquo iure prohibitum esse specialiter lege vel
constitutione. de quocunque iure incorporali,
reali,seu personali intelligi debere:vt si dico ius
mihi esse altius tollendi ædificium:vt in.l.altius.
C.de seruitu. & aqua.tu verò dicas ius mihi non
competere:idq; mihi lege,vel constitutione,aut
cõsuetudine prohibitum esse: vt in.l.vsum. &.l.
102 diligenter.C.de aquæ duct. libro.xj. † Certè id
te probare conuenit,cùm cælum vnicuique libe
rum sit,aut esse debet.l.fina.ff.de seruitu.l. inter
seruitutes.& duabus legibus seq.ff.de seruit.vr-
bano.prædio.l.fin.§.penul.ff.quod vi aut clam.
vt si dixeris me ad æmulationẽ tuam ædificare.l.
opus.ff.de oper.publi.l.quicunque.C.de fund.
limitroph.lib.xj.glos.in.l. per prouincias.C. de
ædific.priua. vel quòd meo ædificio ventum ti-
bi excludo:vt in.l.fin.§.fi.C.de seruitu.& aqua.
vel ius seruitutis tibi cõpetere.l. qui luminibus.
ff.de seruitu. vrba.prædio.vel fortè hoc me non
posse ædificium facere, nisi intermisso legitimo
spatio.l.imperatores.ff. de seruit.vrba. prædio.
l.fin.ff.finium regun. De iure personali exemplũ
glos.est super verbo, iure scilicet aduocationis,
seu munere iudicantis.l. munerum.§. iudicandi.
ff.de mune.& hono.l.j.§.in honorarijs.ff.de va-
rijs & extraord. cogni.&.l.j.& per totam ipsam
103 legem.ff.de postulan. † Sed nõ sufficit ius illud
singulare in lege vel cõstitutione scriptum pro-
bare, sed & factum quod à lege prohibitum est
probare necesse est. Et si lex aut constitutio scri-
pta non est, sicuti Druidarum leges non erant,
vnà cum facto lex & constitutio probanda erũt.
hoc dicit illa lex,ab ea parte.ab aliquo iure pro-
hibitum esse specialiter lege vel constitutione id
probari oportere.fiet autem probatio per aduer
sarium allegantem & proponẽtem hanc legis &
facti prohibitionẽ. Et idẽ disponit lex in actio-
ne negatoria & confessoria,in.l.ij.&.l.locum.§.
j.& per totam penè legem.ff.si serui.vendi.l.j.§.
fina.ff.de noui ope.nunt.§.æquè. Insti.de actio.
104 † vel pone in scholastico debitorẽ suum laicum
coram iudice ecclesiastico seu doctore suo con-
ueniente, quanquam id sit contra iuris commu-
nis regulas, eo quòd actor forum rei sequi de-
beat.l.ij.C.de iurisdic.omnium iudicum.c. cùm
sit generale.extra de foro competẽ.Tamen reus
conuentus à scholastico forum actoris sequetur
propter beneficiũ à lege scholasticis concessum:
authenti.habita.C.ne filius pro patre.§.finali.in
procœ. Digestorum. In hoc non sufficit ius alle-
gare & cõstitutionem,sed & qualitatem proba-
re oportet.l. vnica.versi.scituri.C.de studi.libe.
vrb.Ro.libro.xj.l.magistros.&.l.reddatur.C.
de profes.& medi.libro.x. Hi,inquit,qui ordi-
nis non sunt priuilegijs scholasticorum exuan-
tur,nisi doceant se ab ordine approbatos fuisse.
l.nemini.&.l.petitionem.C.de aduoca.diuer.iu
dic.exciperetur forte casus,nisi venditor schola-
sticus de euictione vocaretur in ius : quoniã co-
ram eo iudice qui primum de causa cognouit,
adeundus esset,non habita fori seu priuilegij ra-
tione.l.vẽditor.ff.de iudi.de quo dic vt per glos
sam in.c.clericum.xj.quæstio.j. tamen authenti.
habita.plurimum cõsideranda est in ratione sui,
105 † quæ est, vt scholastici à studio non diuertan-
tur, etiam si pro causa iustißima,inquit,conue-
niantur: & sic vsus obseruat vbi verè scholastici
sunt.de quo in dicto.c.at si clerici.extra de iudi.
in.l.cùm Papinianus.& authen.& consequẽter.
C.de senten.& interloc.omnium iudic.pro quo
vsu est.l.si pariter.§. quod si adhuc.ff. de libera.
causa.Et quod Ange.notat in.l.si suspecta.ff.de
inofficio.testamen. Vide Lanc.Decium in dicta
l.vẽditor. Vel aliter dicere potes de eo qui pro-
ponit aliquid de iure scripto siue non scripto
prohibitum esse, si iuris cõmunis regulæ illi ad-
uersantur probare tenebitur.hoc illa.l.ab ea par
te.innuit primò dum dicit,lege quæ de iure scri-
pto intelligatur,constitutione de iure non scri-
pto, si illa constitutio in corpore iuris clausa nõ
est.c. consuetudo. prima distinctio.l. cum pro-
latis.ff.de re iudica.c.j.de constitu.in.vj. secus si
in iure scripta esset: dicto.c. consuetudo. prima
distinctio.l.ij.C. quando prouoc.non est neces.
l.si expreßim.ff.de appella.quod prosequere vt
per Andre. de Iser. in.c. porro. quæ fuit prima
causa benefi.amitten.collatio.x. Tolle exemplũ
in eo qui negat iudicem de crimine posse cogno
scere,tametsi merum & mixtũ habeat imperium
cum

cum omnimoda iurisdictione: vt in. l. imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudicũ. l. ex omnibus. & l. cõgruit. & l. iiij. & per totum penè titulum ff. de offic. præsid. l. prima. §. à præfectis. ff. de legatis. iij. §. iusiurandum. in authenti. de defenso. ciuita. collatione. iij. debet casum & factum de-
106 ducere. † tolle exemplum in milite delinquente. nõ enim coram præside neque alio magistratu conueniri poterit quàm coram magistro militum, quandiu in actu expeditionis erit. l. magisteriæ. C. de iurisdictione omnium iudicum. l. finali. C. de deserto. & occulta. libro. xij. l. ex eo. C. de agen. in rebus. eod. libro. l. militaribus. C. de decurio. libro. x. In qua omnino vide Luc. de Penna. Vel pone in clerico, qui non nisi coram iudice ecclesiastico accusari potest: vt in authen. clericus. C. de episco. & clericis. c. at si clerici. extra de iudi. §. fin. in authen. apud quos opor. cleri. aut assist. collatio. vj. Idem in quocũque alio reo in vetito examine accusato. l. in criminali. C. de iurisdictio. omnium iudicum. §. audient. in authen. de defenso. ciuita. collatio. iij. Vel si præses extra prouinciam cognoscat. l. iij. ff. de offi. præsid. l. finali. ff. de iurisdi. omnium iudic. vel vltra suæ administrationis tempus interdicit: vt in. l. finali. ff. de pœn. Plura alia istiusmodi exẽpla recenseri possent, quæ consultò prætermitto. Vel
107 † pone senatorem aut alium clarissimũ esse qui de crimine accusetur, cuius notio est principis; vt in. l. fi. C. vbi senato. vel claris. tunc & factum ipsum probari debet: quamuis in istis ius certum sit, tamen secundùm illam. l. ab ea parte. probari debet. Pone etiã in eo qui exemere se vult à decimarum solutione: cùm ius illi resistat. c. ad decimas. de restitutione spolia. in. vj. c. j. de præscriptio. eodem libro. c. de quarta. extra de præscriptio. quia dicit se beneficio legis aut canonis solutum esse: vt in casu. c. dilecti. c. ex parte. c. licet. & plerisque alijs. extra de deci. Ex aduerso si allegatur priuilegium etiam in corpore iuris clausum alia constitutione cõtraria reuocatum esse: vt in. c. suggestum. extra de deci. & dicto. c. primo. de constitu. in. vj. c. fi. & c. cùm accessissent.
108 extra de constitutio. Vel † pone in superindicto quod princeps à quibuscunque personis cuiuscunque gradus aut muneris sint suo decreto exigi voluit, sicuti nostra ætate ob temporis malitiã pluries regia constitutione sancitum est. Dicant autem aliqui se iure nõ posse sub ea constitutione comprehẽdi, cùm priuilegium eorum in corpore iuris clausum sit: & principis edictum seu constitutionem ad eos solum extendi, qui priuilegium in iure clausum non habẽt: sed à viuente principe huius constitutionis authore tantum immunitatem consecuti sunt: vt inquit glossa in authentica, qua in prouincia. in verbo, illic. C. vbi de crimine agi oportet. & in. l. hæres absens. in principio. in verbo, excusatur. ff. de iudicijs. Et Bartolus notat in extrauaganti, ad reprimen-
109 dum. in verbo, non obstantibus. † Personæ autem quæ à lege immunitatem habent, istæ sunt quæ scribuntur in. l. medicos. C. de professoribus & medicis. libro decimo. l. senatores. C. de silentia. libro duodecimo. l. vnica. C. de præpositis laborum. eodem libro. l. prima. C. de veteranis. eodem libro. l. si publicanus. §. primo. ff. de publicanis & vectigalibus. In præside prouinciæ, plerique alij referri possent quos omitto, quare dicit Fulgosius in dicta. l. ab ea parte. oportere eum qui casum à lege communi excepit teneri illum allegare, & allegatum probare saltem per libri ostensionem: vt in. l. secunda. §. inspectio. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. inferius dicam. Ex hoc videtur quandam aliam regiam cõstitutionem ortum habuis-
110 se: † qua cautum est eum qui consuetudinem allegat quantumcunque decreto regio in scriptis redactam probare debere per exemplũ ab exemplari legitime exemplatum.

Alius glossæ intellectus ad illam legem, ab ea parte. versicu. idem respondi. est, vt cum solennitatis omissio allegatur, quæ à iure aut constitutione introducta est, alleganti omissionem onus probandi incumbet: per illum textum dum ait, Si quis negat emancipationem rectè factam, ipsum præstare debere probationem. Ego vero, vt suprà dixi, non rititudinem, id est, solennitatem, sed rectitudinem, id est, iustitiam considerat ille textus per dictam. l. lecta. ff. de rebus creditis. Quod est, An pater iure filium emancipauit aut emancipare potuit, cùm plures sint casus à quibus filius patria potestate liberari non potest, nisi interueniente filij voluntate: de quibus in. §. finali. Institu. quibus modis ius patriæ
111 potestatis soluitur. † Pater enim filium inuitum emancipare non potest. l. nec auus. C. de emancipatio. libero. l. non potest. ff. de adoptionibus. Licet enim filius rite emancipatus sit, quia iuris solennitate obseruata emancipatus est, non tamen rectè facta erit: quia lege prohibente. quanquã & solennitates quæ hodie introductæ sunt, seruatæ fuerint: quoniam olim plures erant solennitates quæ circa filiorum emancipationes desyderabantur: tamen hodie sublatæ sunt in. l. finali. C. de emancipatio. libero. §. finali. Institu. quibus modis ius patriæ potestatis solui. Et noua cõstitutione à principe introducta aliqua alia forma emancipationi data est: quare nulli dubiũ est, eam seruari debere, & illius solẽnitatis omissio argui posset & probari. Adde aliud huic si-
112 mile exemplum. † Iure enim scripto feudũ alienari non potest. cap. primo. de prohibita feudi aliena. per Fridericum, & de prohibita feudi aliena. per Lothar. & plerisque alijs. si dicas ex consuetudine licere: sicuti est in tota penè Gallia, etiam irrequisito domino: sicuti ex Mediolanensium cõsuetudine receptum erat. c. primo. §. Mediolanenses. de aliena. feud. collatione. x.

Vel si forte contra propriam feudi naturam data fuerit in inuestitura alienandi permissio. c. vnico, de feudo non baben. propri. feud. natu. c. vnico. de benefi. fœmi. seu de feudo fœminæ. & c. vnico. quemadmo. feud. ad fœmi. perti. collatione. x. Proponens igitur consuetudinem, eam
113 probare debebit. Simile aliud † de filio naturali tantum, cui de iure ciuili portio aliqua hæreditatis relinqui potest, scilicet vnciæ duæ. l. humanitatis. & authenti. licet. C. de natura. liber. §. fi. in authen. quib. mod. natu. efficiun. sui. collatio. vij. & §. illud. in authen. quib. mod. natur. effi. legiti. collatio. vj. si legitima sobole careat: per illos tex. Sed in bonis feudalibus hoc fieri nõ potest, & hæredes ab intestato feuda auocabunt: neque filij naturales tantum prohibere poterũt. c. naturales. si de feudo fuerit cõtrouer. inter dominum & agna. collatio. x. vnde factum probari debet naturalitatis. Ius autem, cùm scriptum sit, clarum est: tamen allegari debet, & per illam legem probari. Cui concordat glos. in. c. seruatis. in verbo, inspectis. xxv. quæstione. ij. Neque Barto. in dicta. l. ab ea parte. hoc dissentire vide-
114 tur, dum dicit Barto. † aliquam esse iuris negatiuam quæ nullam facti mixturam habet: & hæc per libri aperturam, seu, vt alij volunt, apertionem probari debet. Illi subscribit se Fulgo. vt suprà dictum est. cui adde. l. fin. C. de reb. credi. & quã notat Bal. in dicta. l. ij. C. de erro. aduoca. & hoc casu oportet librum authenticum aut exemplar seu exemplum rectè exemplatum produci. l. si in duobus. in princi. & l. fina. ff. quemadmodum testamen. aperian. sicut Bart. sibi contigisse ait in. l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de lega. j. Dum in publica disputatione dubitatio orta est de lege, si creditor. §. fi. ff. de distrac. pigno. Cuius disputationis Pau. de Cast. illic meminit super verbo, nullam. quam cum Bal. habuisse dicunt. quædã est quæ facti mixturam habet: & dicenti probandi onus incumbet, per illã. l. ab ea parte. Et pro prima parte distinctionis Bartoli videtur facere tex. in. §. vt autem lex. in authen. de non alienan. aut permutan. reb. ecclesi. colla. ij. Et ratio huius esse potest: sufficit enim mihi conuento dicere, non esse legem quæ hoc dicat. §. optimum. in authen. de non eligen. secundò nuben. colla. j. & l. iij. §. fin. ff. de præuarica. vel dicere quòd imperator meminit in. §. consideremus. in authenti. de
115 triente & semis. colla. iij. † sine lege loqui erubescimus. l. fina. C. de consuli. lib. xij. Tamen Iaco. Butrig. in dicta. l. actor. C. de probatio. in iuris negatiua voluit similiter distinguere, vt in facti negatiua: cuius distinctionem suprà retulimus: non repeto. Ex his igitur cõstat satis totam vim huius nostræ disputationis, similiter & praxim circa negatiuas in probatione cõsistere. quid in ea sentio aperiam. In primis de iuris & constitutionis & consuetudinis negatiua, prosequendo dicta per Barto. & Fulgo. in dicta. l. ab ea parte.

116 Aut enim iuris negatiuam † nullum factum mixtum habet, sed simpliciter per se stat, quia dicatur non esse legem seu constitutionem vel senatusconsultum quæ hoc dicant, sicuti suprà diximus. d. l. iij. in fi. ff. de præuarica. d. §. optimum. in authen. de non eligen. secundo nubẽ. & tunc per libri productionem fiet probatio: argu. l. ij. §. si dubitetur. versi. inspectio. ff. quemadmo. testamen. aperian. Melius in. l. fin. in princip. C. de iure do. impetran. ibi, nisi tantummodo ex libro rum recitatione audiuimus. Et ratio huius esse potest: quia lex in scriptis redigi debet. l. leges generales. & l. humanum. C. de legi. l. neque leges. in verbo, scribi. l. non possunt. l. inciuile. in verbo, perspecta. ff. de legib. §. constat. versi. scriptum. §. ex non scripto. Instit. de iure natu. gent. & ciuili. Et ob id ius scriptum vocatum est, vt à iure non scripto, id est cõsuetudine differat. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. quanquam de hoc Cin. & Iaco. de Rauen. dubitauerunt in. l. j. C. de legib. vide circa hoc Ioan. Andre. in regula, nemo potest. de regu. iur. in. vj. Luc. de Pen. in. l. vnica. C. de stud. liber. vrb. Ro. lib. xj. Et illud ius non scriptum quandoque incertum vocatum est. l. ij. §. exactis deinde regibus. ff. de origi. iuris. quoniam in sola prudentium disputatione consistebat: dicta. l. ij. §. his legibus. & §. nouissime. ff. de origine iur. Pro hoc primo dicto vide quod dictum est in. l. iij. §. quod ad causam. & §. aperire. suprà eodem titu. l. j. in princ. ff. de his quæ in testa. delen. Sed vltra prædicta pondero text. in. c. cùm ad sedem. extra de restitu. spolia. in his verbis, vel etiam instrumẽta quæ nullatenus de spoliatione tractabant. l. placuit. vbi Luc. de Penna in verbo, constet. C. de colla. fund. patrimo. lib. xj. Quibus adde Ioan. de Plat. in. l. j. C. de exacto. tribu. lib. x. Francis. Aret. in. l. in illa. in fi. ff. de verbo. obliga. Ioan. And. in mercu. fine possessione. de regul. iur. in. vj. hoc etiam rectè probatur in. l. ij. ibi, cuius mentionem libello insertam esse proponis manifeste probare potes. C. de erro. aduoca. in dicta. l. fina. C. de reb. credit.
118 Si autem iuris † negatiua mixtum factum habet, probato facto, satis negatiua ipsa probata erit: vt si dixero contractum cum Titio celebratum de iure viribus non subsistere, quia minor erat, aut furiosus, vel falsum esse contractum: si contractus ipse in forma non peccat, sed ipsa prima figura bona sit: cum instrumentũ non sit cancellatum, neque in aliqua sui parte vitiosum: vt in illa. l. fina. C. de edicto diui Adria. tollen. executionem habet paratam: vt in. l. j. C. ad legem Corne. de fals. l. ij. C. de edicto diui Adria. tollẽ. qualia sunt instrumẽta quæ nostris temporibus coram tabellionibus aut alijs chartularijs iudicibus fiunt, quæ garentigionata vulgus appellat, illa paratam habent executionem, sicuti instrumentum depositi: in. l. fi. in fi. C. de compensa. c. bona fides. extra de deposi. & id non obstante quacun

quacunque exceptione etiam compensationis, per illum textum.& ex stylo curiarum Franciæ
119 † aduersus instrumentum garentigionatum exceptio compensationis non recipitur. sed volens compensationem proponere coram iudice laico, id à principe impetrari debet, manu regia prius munita, iuxta dictam.l.secūdam, in verbo, alleget.C.de edicto diui Adriani tollen. quæ filium etiā ab allegatione excludit, vbi instrumentum testamenti in prima sui forma, seu figura vitiosum non est.& illum textū diligenter aliquando consideraui in repetitione authenticæ, ex causa.C.de liber. præteri. vel exhæreda. Similiter & dictam.l.secundam.C.ad legem Cornel.de fals. Alioqui seruiēs regius aut apparitor manum in bona debitoris immittet, qui venalia debitori annuntiabit, si pecuniam ad manum nō habeat: vt inquit lex, petenti.ff.de pigno. actio.&.l. tutor.§.cùm haberes.ff.ad Velleianū. Et id genus executionis probatur in.l. cùm proponas.C. de bon.autho.iudi.posſiden. In his verbis, Et eum tutum esse debitorem constat. ad exemplum edi-
120 cti bonorū possess. eius, poteris impetrare: † tempore autem transacto etiam venditionem eorum à competenti iudice postulare nō prohiberis. & authen. ei qui iurat. in his verbis, iuxta mēsuram declarati debiti. eod. titu.C. executione facta, & manu regia munita, tunc allegās vitium aliquod latens, aut aliud impedimentum, scilicet minoris ætatis, furoris, prodigalitatis, falsitatis, & id genus negatiuarū facti, quæ cum iure mixtæ sunt, probare poterit: dicto.c.cùm ad sedem. extra de restitu. spoliato. nisi forte in minore ex aspectu minor iudicari possit.l. minor.xxv.annis, a dito prætore.ff.de minori. per rationem.l.si is à quo. ff.vt in possess.lega. hodie constat, hodie agatur: vel nisi statim, id est, in prōptu sit probatio: di. cta.l.fina.C.de compensa.l.iij.§.interdum.ff.ad exhiben. vbi verò altam desiderarent indaginē, vel in promptu non essent probationes: vt si dicatur minorē sui faeilitate læsum.l. nam & postea.§.si minor.ff.de iureiuran. idq; in prætoris est cognitione.l.ait prætor. in principio. &.l.verū. §.si locupleti.ff.de minori.l.si curatorem habēs. C.de in integrum restitut. neque ius clarum esse potest per prædicta.& dicta.l. ab ea parte. versiculo, idem respondi.ff.de probatio. vel si dico
121 emancipationem non esse iure factam. † Nam cum illa iuris positione oportet factum aliquod admiscere, fortè quia inuito filio cōtra iuris dispositionem facta est: dicta.l.nō potest.ff.de adoptio.§.fina.Institu. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. quare facti probatio fieri debebit: quod si probatum non erit, iuris negatiua probata non erit, per dictam.l.ab ea parte. & ea quæ suprà dicta sunt. Aduerte etiam quod aduersus legem scriptam probari potest non esse in viridi obseruantia, eamq; per dissuetudinem antiquatam esse.§. quas ex omnibus. in proœmio Institutionum.l. vnica.§. quibus specialiter cognitis.C. de nouo codice componendo.l. de quibus. in fine.ff. de legibus.l.vnica.§. hinc igitur.C.de Iustiniano codice confirmando.l. am-
122 biguitates.C. de indicta viduitate tollen. † per quas etiam prohibetur, leges illas antiquatas in disputationem referre. de quo dic vt per Lucam de Penna in.l. euidenter.C. de excusationibus munerum. libro decimo.§. primo. in authentica, de restitutionibus & ea quæ parit in vndecimo mense.l. vnica. in principio.C. de caducis tollendis. eundem Lucam de Penna in.l. tertia.C. de palatinis sacrarum largitionum. libro duodecimo. Bartolum, Baldum, & alios in.l. de quibus.ff. de legibus. Plura dicemus dum de consuetudine tractabimus, ad quam diuertimus, sicuti in Gallia institutiones & substitutiones in testamentis nullam habere vim dici solet, idq; moribus vtentium introductum est: licet iuris communis obseruantia testamentū absq; hæredis institutione nullum sit.l. prima.ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento.§.primo. Institu. de hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.
123 §.ante hæredis. Institut. de legatis. † Quo pacto autem consuetudinis negatiua probari possit, dic vt suprà dictum est de lege scripta, per non vsum vel contrarium populi consensum, dicta l.de quibus. in fine. vbi hoc plenè Barto.& Baldus prosequuntur.ff. de legibus & senatusconsultis.§. sed naturalia. Institutio. de iure naturali, gentium & ciuili. Quibus addo.l. si prius.§. primo.ff. de aqua pluuia arcenda. ibi, non enim consuetudinis. sed illa lex de iure incorporali aliī cui competente loquitur: de quo paulo pôst tractabimus. Sed facit.l.rem non nouam.C. de iudicijs. Plures ex Luca de Penna exiges in lege prima.C. de excoctione & translatione militarium annonarum. libro duodecimo. Cui adde.l. vnicam.C. de auro coronario. libro decimo.l. si in emptione.§.omnium.ff. de contrahenda emptione. ibi, quos natura vel gentium vel mores hominum commercio exuerunt.l.finali. in verbo, aboleri.C. de pactis pignorū & de lege commisso. in pigno.l.lege duodecim tabularum.§.in his igitur.C. de legitimis hæredibus. ibi, & nouum ius nouissimo iure corrigētes. Et idem notat Cin. in.l.ij.C.quæ sit longa consuetu. Bar.&
124 Bal. in.d.l.de quibus. † De hac probatione negatiuæ per non vsum consuetudinis, vide Anto. de Butri. in.c.Ioannes. extra de cleric. coniuga. Petr. de Anchar. in.c.primo. de confes. in sexto. vel secundùm Antonium de Butri. quando aduersus consuetudinem sæpe iudicatum est, sciente & patiente populo: vt in dicta.l.de quibus. in fine.ff. de legibus. notat Cinus in.l. prima. & finali.C. quæ sit longa consuetudo.l.nemo.§. temporalis.ff. de regulis iuris. glossa & Archidiaconus in.c. in his. vndecima distinctione. Felinus in cap. cùm accessissent. versiculo, tertia regula

est. vsque in finem suæ lecturæ, extra de constitu tio. Aliqua dixi in.l.j.§. hoc autē senatusconsul-
125 tum. in versicu. & ait Sextus. suprà eo. titu. † Et licet ad esse consuetudinis scriptura nō sit necessaria. l. imò. ff. de legi. Et ob id ius non scriptum appellatur. §. constat. &. §. ex non scripto. Instit. de iure natu. gent. & ciuil. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. l. ij. vbi Moder. not. in princip. super verbo, moribus. ff. de vulga. & pupil. substitu. si tamen scripta sit, sicuti fieri potest. c. consuetudo. prima distinc. & argumento à sensu contrario. l. imò. ff. de legib. per libri aperturā probabitur, sicut & lex scripta secundùm Bart. in dicta. l. de quibus. in. iiij. quæstio. ff. de legibus. duntamen in scriptis redacta sit iussu & authoritate principis, vel communi populi consensu: sicuti ex constitutione decēuirali percipi potest: dicta. l. ij. §. exactis. ff. de origine iur. Et licet Bart. & alij di-
126 cant † ius non scriptū, si à doctore aliquo in scriptis redactum est, probari posse per librum doctoris, ego non puto hoc admittendum esse. Et mouet me ratio. l. ij. §. exactis. &. §. his legibus. &. §. nouissimè. ff. de origi. iur. primò dum dicitur in. d. §. exactis. in his verbis, Iterumq; cœpit populus Romanus incerto magis iure, & cōsuetudine aliqua vti, quàm per latam legē. & in versicu. sequen. dum dicitur, Placuit publica authoritate decem constitui viros, &c. deinde subiungit, Quas in tabulis eburneis perscriptas pro rostris composuerunt. Et in. §. his legibus. dicitur, Hæc disputatio, & hoc ius quod sine scripto venit compositum à prudentibus propria parte aliqua nō appellatur, vt cæteræ partes iuris suis nominibus designantur. Et in. §. nouissimè. dicitur, Proprium ius ciuile quod sine scripto in sola prudentiū interpretatione cōsistit. Ecce quomodo vnius ratio spectari non debet. Et in versiculo, aut sunt legis actiones. declarat quomodo illæ iuris partes legis vim obtinent. Et hac
127 ratione certatum est diu, † an feudales constitutiones, seu verius, totius Italiæ consuetudines quæ in vnum volumen redactæ sunt ab Oberto de horto, & Gerardo Capagisto, & alijs pro tēpore laudatis viris, & ab vniuersa Italia electis, vim constitutionis obtinere debeant. adhuc sub iudice lis est. Licet pleræq; gentes eas recipiant, multiq; insignes viri vtriusque classis canonicæ & ciuilis philosophiæ peruigili studio suis commentarijs eas venustauerint, & illustrauerint: Quare durum esset in potestate vnius hominis legem populo dare: aut librum vnius quantumcunque excellentis viri, tantam in repub. authoritatem habere, vt legis vim obtineret, contra id quod scribitur in. l. prima & fina. C. de legib. nisi à populo receptū esset: dicta. l. secunda. §. & cùm
128 Appius. ff. de origine iur. † Nam & si Solon & Draco Lacedæmonijs & Atheniensibus leges tradiderint, tunc ab eis traditum vim legis obtinuit, cū illis populus cōsensit: vt ex Thucydide, Trogo, Liuio, & cæteris qui Græcas, Romanásve historias texuerunt, satis legi potest. Iustinianus etiam meminit in locis prædictis: & Pomponius iureconsultus in dicta. l. ij. in princi. ff. de origi. iur. Nam & diu de plebiscitis certatum est in populo Romano, in dicta. l. ij. §. deinde cùm esset in ciuitate lex duodecim tabularum. quod in Liuio prosequere. ij. libro ab vrbe condita.
129 † Nam & leges duodecim tabularum quæ à decem viris factæ sunt, necnon liber actionum, cuius interpretandi facultas collegio pontificum commissa est: demum liber accusationū ab Appio Claudio compositus, alij denique postea facti à populo authoritatē receperunt, non autem ab eorum authoribus, quæcūque virtute præstarent. Satis ex his constat Publium Papirium primum leges regias in vnum volumen redegisse: quod ius primum ius ciuile Papirianum appellatum est: demum Appium Claudium, qui & decemuir fuit, librum de actionibus composuisse, quem Ennius Flauius surreptum populo donauit: & à Flauio ius Flauianum vocatum est. Appius etiam qui de Pyrrho in senatu orationē habuit, cuius etiam meminit Iureconsultus in. l. prima. §. casum. ff. de postulan. Sexto Aelio & Publio Aelio consulibus leges aliquas composuit: vnam quæ lex Aelia Sentia primùm, & postremò ius Aelianum dicta est, cæteri've, quorū Pōponius mentionem facit in dicta. l. ij. ff. de origi. iur. et Pomponius Lætus, post Liuium, Suidam, & Fenestellam transcribit. Et prius his Cicero in Bruto singulos, qui libros de contractibus & de legibus scriptos reliquerunt, commemorauit. Non enim doctori seu legum professori maior adsistere potest authoritas, quàm viris illis quorum literis & doctrina omīs posterior ætas lætata est, quibúsve tota etiam respublica plurimum debet. multi etiam præstantes viri sunt qui nihil in vtroque iure posteris intactum reliquerunt, sed suo studio politiores ciuitates reddiderunt. Alij denique qui sua diligentia rem publicam gubernandā assumpserunt, tamen non tantam in republica authoritatē meruerūt, vt quod pro Reipublicæ beneficio scriptum reliquerūt, id legis, aut constitutionis vim obtineret, nisi à principe, aut altero legis condendæ potestatem habente, aut populi consensu id obtinuerunt. §. responsa prudentum. Institu. de iure natu. gent. & ciuil. Neque iuuat quod de feudalibus constitutionibus suprà memoratum est, quæ ab Oberto de horto & Gerardo Capagisto in vnum collectæ sunt: cùm id principis authoritate, populiq; consensu factum sit. Conuentio enim populi Longobardi Papiæ facta est, in qua populi cō-
130 sensu receptæ sunt. † Id etiam nostra ætate vt suprà diximus imperio Christianissimi Ludouici duodecimi vtriusque Galliæ moderatoris communiq; singularum prouinciarum consensu addictis singulis commissarijs qui in singulas prouincias

uincias irent, & in libros communes leges ſuas
municipales ſeu conſuetudines perſcriberēt. Ex
quibus probatio indubia cuiuſque capitis con-
ſuetudinum fieri ſolet inſpectione quorum ne-
gatiua conſuetudinis iure probari poteſt. Sinau
tem ſcripta conſuetudo non eſſet, teſtibus com-
probāda eſſet, per eos qui circa forenſes cauſas
cōtinuè verſantur. l. Labeo. in verbo, mos agen-
tium. ff. de ſtatuliberis. dicta. l. an in totum. C. de
ædificijs priuatis. quæ tranſcribitur in. l. prima.
C. quæ ſit longa cōſuetudo. ibi, præſes probatis
his quæ in oppido frequenter in eodem genere
controuerſiarum ſeruata ſunt cauſa cognita ſta-
tuet. l. nam imperator. ff. de legibus. Si autem va
rius fuit vtendi modus: vt inquit. l. ſemper in ſti-
pulationibus. ff. de regul. iur. ad id quod iuri ac-
cedit deueniendum eſt. l. prima. in fine. ff. de vſu
ris. l. tertia. §. diuus. ff. de ſepulch. viola. l. ſina. C.
de teſtamen. milita. l. nemo. C. de ſentē. & inter-
locut. omnium iudicum. §. primo. in authenti. vt
nul. iudi. collatione nona. notatur plenè in. c. fi-
nali. extra de conſuetudi. l. quod non ratione. ff.
de legibus. c. conſuetudinis. c. diuturni. xj. diſtin
ctione. proſequere vt per Cinum in. l. prima, &
finali. C. quæ ſit longa conſuetu. Barto. & Bald.
in dicta. l. de quibus. Lucas in. l. prima. C. de col
131 latione donato. libro decimo. † Si autem nihil
ſcriptum in lege inueniatur, quod à patribus an-
tiquis traditum erit, omnino ſequendum erit. c.
in his. xj. diſtinctione. c. ſcit ſancta Romana. &
duobus. c. ſequentibus. xij. diſtinctione. Sæpius
etiā contingit vt iudicātium arbitrio, quibus res
ipſa publica gubernanda commiſſa eſt, relinqua
tur. d. l. vnica. §. hinc igitur. C. de Iuſtiniano Co-
dice confir. §. finali. in prooemio Inſtitutio. & le-
gibus ſuprà allegatis.
132 Negatiua † autem iuris incorporalis proba-
tur per negationē tituli, ſi titulus illius iuris non
producatur. l. ſuper ſeruis. C. qui milit. poſ. libro
duodecimo. l. ſi quis diuturno. in principio. ibi,
non eſſe ei neceſſe docere de iure, quo aqua con
ſtituta eſt, veluti ex legato vel alio modo. Igitur
ſi non diutino tempore vſus eſt, oſtendet. &. l. ſi
à te emero. ff. ſi ſerui. vendic. Vel per contractus
inſpectionem, quia conſtituta ſeruitus nō ſit: ſi-
cuti is qui prohibetur vel cui negatur vti deſi-
derat. l. tertia. C. de ſeruitutib. & aqua. l. ſicuti. §.
Ariſto. l. ſi cùm meus. ff. ſi ſeruitus vendice. l. pri
ma. §. finali. ff. de aqua pluuia arcenda. vel ſi ſor-
133 tè † in re communi inuitis ſocijs ædificauerim:
quibus negatoria competit, iuſq; prohibendi il-
lis eſſe ſocio ædiſicare. Sufficit enim hoc caſu
probare rem communem eſſe. l. an vnus. ff. ſi ſer
uitus vendicetur. quia inquit ille textus, magis il
le qui facere conatur quodammodo ſibi alienū
ius præcepit ſi quaſi dominus ſolus ad ſuum ar-
bitrium vti iure cōmuni velit. Sed ſi is qui pro-
hibetur ius ædificandi præſcripſiſſe dicat, vten-
do qui negatoria egit, quomodo probare pote-
rit? Et diſtingui ſolet inter ſeruitutes cauſam cō
tinuam, & diſcontinuam habentes, ſecundùm. l.
ſeruitutes. tertiā. in principio. ff. de ſeruitutibus.
quæ lex circa probationem ſeruitutum diſconti
nuam cauſam habētium ait non tantum in his iu
ribus incorporalibus modum diligenter conſi-
derandum eſſe, ſed & in quibuſque factis poſſeſ
ſorijs: dum ille textus ait, Nemo enim tam perpe
tuò, tamq; continuè ire poteſt, vt nullo momen-
to poſſeſsio eius interpellari videatur. Sed hæc
ratio æquè in affirmantem vt in negantem con-
cludere videtur: hac ratione facti negatiuam vna
eademq; textura explicare conuenit, tametſi le-
gum magiſtri ſeu profeſſores in diuerſas ſciſsi
inueniantur ſententias.
134 Videndum eſt igitur † qualiter facti negatiua
ꝓbanda ſit. In quo exiſtimaui ciuiles cauſas à cri
minalibus diſtinguere. In ciuilibus cauſis primū
axioma erit, cuius etiam ſuprà meminimus: ſed
conſulto repetimus, Negatiuam facti rectè per
incluſam affirmatiuam probari. hanc concluſio-
nem, vt diximus, Cinus & Baldus tradunt in di-
cta. l. actor. C. de probationibus. Bartolus in. l.
in illa ſtipulatione. ff. de verborum obligationi-
bus. Ioannes Andre. in regula, infamibus. & in
regula, ſine poſſeſsione. de regulis iur. in ſexto.
gloſſa in cap. bonæ. primo. extra de electione.
quod clarè probari aſſerunt in dicta. l. nec codi-
cillos. C. de iure codicillorum. Iuuabit exempla
eorum repetere. Si bona ſide probauero tecum
contraxiſſe, ſatis doli negatiua probata erit. l. in-
ter ſtipulantem. in princip. ff. de verborum obli
gationibus. Si te maiorem probauero dum con-
ueniſti mecum, ſatis probatur tunc te minorem
non fuiſſe. l. cùm de ætate. ff. de probationibus.
l. cùm te. C. eodem, de probationibus. Si te ſanū
mente fuiſſe, dum à te fundum emi, demonſtra-
uero, rectè probatum erit te furioſum aut mente
135 captum non fuiſſe: dicta. l. nec codicillos. † Et
ſic negatiua per ſpecies vel qualitates oppoſitas
rectè probatur. Probabit autem proponens hu-
iuſmodi negatiuas. Ius enim aduerſus eas aſsi-
ſtit: quia contra naturalem hominis diſpoſitio-
nem ſunt. Nam homines ſani prudentes & non
ratione carentes eſſe exiſtimantur. dicam infrà.
Secundum eſt, Negatiuam loco & tempore
coarctatā faciliime probari poſſe: vt ſi nego te-
cum Romæ in menſe Iulio contraxiſſe. Nam ſi
ipſo integro menſe quo cōfectū eſſe dicitur in-
ſtrumentum, probauero me Pariſijs fuiſſe, cum
impoſsibilitate naturæ impoſsibile ſit in vtroq;
loco me eſſe potuiſſe, hoc pacto negatiua rectè
probata erit. §. item verborum. in fine. Inſtit. de
inutil. ſtipulatio. dicta. l. optimam. §. finali. C. de
contrahenda ſtipulatio. Alios autem probandi
modos proſequere vt per Cinū in dicta. l. actor.
C. de probationibus. Cui adde gloſſam in. l. pri-
ma. in princip. in verbo, an non. in finalibus ver-
bis gloſſ. ff. de itinere actuq; priuato. & gloſ. in
B

l.secunda.in verbo, intercessisse. in fine glossæ. C. de errore aduocatorum. Alia glossa est in.§. huic nobis.in verbo,& vidisse.in authentica, de hæredibus & falcidia. collatione prima. quam Iacobus de bel. vis. Bartolus & Angelus illic
136 probant. Vbique enim concludunt † negatiuam, quæ in sensu testis per species aut qualitates oppositas cadere potest, à teste iurari posse. Flori.tamen in.l. secunda.ff. de probationibus. ab eis dissentit:nisi simul tempore & loco fuerit coarctata. Tolle exemplũ secũdùm eundẽ Flor. Si volo probare te mutuam pecuniam Florẽtiæ non dedisse,non satis erit dicere, testes deponere scire te mutuas nõ dedisse pecunias Sempronio Florẽtiæ,neq; te potuisse dare quin vidisset: etiam secũdùm eum si testes dicãt,tantam tamq; frequentẽ,& continuam cõuersationem cum eo habuisse,vt nõ potuerit ciuitatem exire,quin vidissent:aut te domum intrasse, quòd non intellexissent,seu vidissent. Ratio secundùm eos est in dicta.l. seruitutes.tertia.ff.de seruitu. quam suprà annotauimus. Nemo,inquit,tam perpetuò, tamq; continuè ire potest,vt nullo momẽto possessio eius interpellari videatur.l.foramen.ff.de seruitu.vrbanorum prædio.quare,inquit Flori. huiusmodi testis depositio suspicione falsi carere non potest.c. cùm ecclesia Sutrina.§. nos igitur.extra de causa possess. & proprie. Hoc prius eo dixit Baldus in dicta.l.actor.C.de probationibus.Et ampliore commẽtario prosequitur Fe
137 linus in.c.cùm causam.extra de testib. † Sed vbi tempus & locus in testiũ depositione exprimuntur,haud dubiè recipienda est depositio:per dictam.l.optimam.C.de contrahen.stipulatio.per quam glos. mouebatur. Cui addo.c. ex tenore. extra de testibus.c.super hoc. extra de renuntia. Bald.etiam notat in.l.solam.C.de testib.Floria. igitur inquit, dum Accurs.in his duobus modis dixit negatiuam sic posse probari in dicta.l. prima.in verbo, an non.ff. de itine.actuq; priua.& alijs locis suprà relatis,sic intelligi debere: si per testes dicatur,quòd propè stabãt, dum hæc acta fuisse dicuntur: & quòd eo tempore visus non fuit,neque ire potuisset,quin visus fuisset: vel si dicatur Titium tali die vel mense iuisse,probabitur eo die vel mense non fuisse.Et hoc probationis genus alterum admittit,alterum verò reijcit, quasi suspectum, per prædicta. Et pro eo videtur esse text.in dicto.§. item verborum. in fi.Institu.de inuti.stipulatio. Cui ego addo Anto. de Butrio in dicto. c. cùm ecclesia Sutrina.§. nos igitur.in quarto notabili.& in expeditione glossæ,in verbo, vacillasse. extra de causa possess. & proprie. dum dicit Accursij regulam suprà memoratam procedere, quando ex terminis affirmationis sequitur negatiua, vel aliquid affirmatiuæ additur,& actus in diuersa seu varia est implicabilis seu actus est multiplicabilis.c.licet causam. extra de probationibus.l. si inter me & te, ff.de exceptio.rei iudic. Cui adde quod pulchrè Baldus notat in.l.prima.circa finem.C.de bono
138 rum possessio. secundùm tabulas. † dicit enim Bald.sicut in proprio facto vera scientia propositionis negatiuæ cadit.l.Pãtonius.§.rei per duellionis.ff.de acquiren. hæredita.l.fina. in fine.ff. de bo.eo.qui ante senten.mort.sibi consciue.sic in alieno facto sic coarctato, eo quòd virtus intellectiua & sensitiua clarè negatiuam percipit. l.secunda.C.de erro. aduoca.l. prima.§. primo. ff.de itinere actuq; priuato.Et huic sentẽtiæ Cinus post Dinum adhærere videtur in.l. actor. in tertia quæstio.C.de probationi.& in.l.secunda. C.de erro.aduoca.& in.l.fin.C. de rebus credit. dum post Dinũ ait, Si testis dicat, die tali,& loco tali iudex sentẽtiam tulit, qua Titium in Sempronium condemnauit, vt pecuniam,non vt domum daret: & interrogatus quo pacto id sciret, respõderit quia præsens fuit pronũtiationi. Vel si testis dicat à Sempronio pecuniam mutuã Titio datam tali die, & loco: sed Titius dum mutua data est pecunia præsens non erat: rectè negatiua illa per sensum testis probatur:dicta.l.secunda.C.de errore aduoca. Poterit econtrario probari,iudicem tunc non fuisse in loco: vel sententiam eo die ab eo pronuntiatam non fuisse: dicta.l. optimam.C. de contrahenda stipulatione.& dicto.§.item verborum.in fine. Institu. de inutili.stipulationi. dicto.c. cùm ecclesia Sutrina.§.nos igitur.extra de causa possessio. & proprie.quibus adde Bartolum in.l. demonstratio. ff.de conditionibus & demõstrationibus.Quare, secundùm eum, primum illarum glossarum
139 exemplum admittendum non est:cùm factum illud multiplicabile esse possit, & ex alieno facto pendeat,quod verisimiliter sciri non potest.Cui ego addo textum in.l.Iulianus.§.primo.versiculo,quid tamen.ff.de actionibus empti.&.l.Marcellus.ff.de actione rerum amotarum.hoc notat Bald.in.l.secunda.per illum textum.C. de indicta viduita. tollen. Sed ad istud obiectum Floria.quod fuit Innocent. prius eo in dicto.c.cùm ecclesia Sutrina.& Bartolus in dicta.l. prima.§. hoc interdicto.ff. de itinere actuq; priuato. Et Baldus illud considerauit in dicta.l.actor.C. de probationibus. Respondet Hostiensis in dicto capitulo,cùm ecclesia Sutrina. dixit enim huiusmodi testes saluari posse, vt si testes dicant ad canonicos & nullos alios ius eligendi spectare: licet Innocentius contrarium sentiat, motus hac ratione Innocentius, & qui eum sequũtur: cùm anceps periurium de alieno facto deponentes subeant.l. Iulianus. in principio. ff. de actionibus empti & venditi.l. videamus.ff. de in litem iurando.l.Marcellus.ff.de actione rerum amotarum. Fortè enim priuilegium habent quod
140 testes ignorant.Sed ad id respondet Hosti. † vt eorũ depositio salua sit,intelligantur de iure cõmuni deponere.d.c.cùm ecclesia Sutrina. versi. & secun

& secundùm statuta. & ita dicit papam saluasse testes Embrudensis ecclesiæ in.c. cùm tu. extra de testibus. & confessionem episcopi Agathensis,in.c. cùm dilecti.§.primo.versicu.& si secundùm responsionem. & versiculo sequenti. extra de accusationibus.Sed non rectè respondet Hostien. secundùm Antonium de Butrio in eadem decretali,in.§.nos igitur.in expeditione glossæ, in verbo, vacillasse. quia alio iure habere non posset quàm speciali:& ideo testes non probant intentum. Cui adde textum in.c. Cumana. extra de electio. Tamen si rectè Bald.intuemur in dicta.l. prima. in quæstione vltima.C. de bonorū possessio. secundùm tabulas. & in.l. Lucius. in principio.ff.de his qui notantur infamia.saluare videtur dictum præcedens quod etiam fuit Ho-
141 stien. † Licet verum sit testis depositionē suspectam esse, vbi negatiuam tam vagam deponere conatur. vbi autem dictum testis ad locū in quo similes actus expediri solent se referre potest, tunc non omnino negatiua dicitur vaga.& vltra quàm dicat Bald.pondero textum qui non videtur mihi incongruè probare dictum Baldi, in.l. liberorum.§.primo.ff. de his qui notantur infamia. in his verbis, prætor enim ad id tempus se retulit,quo vir elugeretur: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis. Illi addo non multum dissimilem in.l. prima.§. finali.ff. si mensor falsum modum dixerit.in his verbis,Non omnē culpam eum præstare, propter verba edicti.vtique enim scit prætor & mercede eos interuenire.aliquid dictum est in.l.prima.§.hoc autem.supra eodem titulo. vel secundùm eundem Bald. quando negatiua aliquem locum aut diem præfinitū habuit, & præsertim vbi ex facto eius qui deponit procedere potest: argumento dictæ.l. Pantonius.§. rei perduellionis.ff. de acquirenda hæreditate. vbi verò negatiua esset adeo vaga,aut per testis sensum inapprehensibilis, verū dicit Floria.l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbitr.Et prius eo Innocent.in dicto.c.cùm ecclesia. extra de causa possessionis & propriè. Et in hoc verificari potest secunda regula,cuius suprà meminimus.Quibus adde Baldum in.c. si quis per triginta annos.si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatos. collatio.decima. Et ita intelligatur quod notat Antonius de Butrio in cap. cùm ecclesia Sutrina.§. nos igitur.in expeditione glossæ,in verbo,vacillasse.extra de causa possessio. & proprie. & Bartolus in dicta l.prima.§.hoc interdicto.ff.de itinere actuq; priuato.Et hac ratione ductus Angel.in.l.si per alium.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius voca. vi
142 eximat.dixit † cauendum esse testi sicuti ab igne ne meram negatiuam tempore aut loco non limitatam struat:alioqui suspicione falsi non carebit:imò in falsum incidet,per dictum.c. cùm ecclesia Sutrina.Cui adde quod Baldus notat in.l. presbyteri. circa principium.C. de episcopis & clericis.Idem Baldus in.l.de die.§. sic autem iurare.ff. qui satisdare cogātur. Alexander autem alterius fuit sententiæ,in.l.secūda. in expeditione glossæ magnæ.in principio.ff. quod quisque iuris. dicit enim in similibus testem de falso plectendum non esse, nisi falsum aut contra veritatem deponendo scienter asseruerit.Mouetur authoritate Innocē.in dicto.c. cùm ecclesia Sutrina.& Abbas post eum in expeditione glossæ,in verbo, negatiua.& Angel.in dicta.l. Lucius.ff. de his qui notantur infamia.eiusdem Ange.in.l. plagij.C. ad legem Flauiam de plagiarijs. Pro glos. tamen facere videtur dictum Iacobi de bel vis.Barto. & Angel.in dicto.§.hinc nobis. post glossam illic in verbo, vidisse. in authentica, de hæredibus & falcidia.collatione prima.dum di-
143 cunt † testis depositionem idoneam esse, si dicat se præsentem fuisse tempore confecti inuentarij, nihilq; in eo fieri potuisse quin vidisset. & plus satis tempore & loco coarctatam esse. hoc est quod suprà diximus, cùm testis depositio ad aliquod tempus se refert,quod certū fieri potest per relationem ad id quod factum est. Ex quorum omniū doctrina alia regula colligi potest,

Negatiuam actum multiplicatiuum continentem seu ius apud plures multiplicabile absque falsitatis suspicione probari non posse: vtpote si testis dicat nullum ius eligendi tibi competere, neque te habere potuisse quod nō sciret:vel nūquam Titium fundum intrasse, nec potuisse intrare quòd nō vidisset:vel debitorem nunquam soluisse nec soluere potuisse quin vidisset. Quid enim secundùm Dinum, vt verbis ipsius vtar in dicta.l. prima.§. si quis propter.ff. de itinere a-
144 ctuq; priua. si iste, † qui dicebatur furiosus, in carruca portabatur, vel si vsus est seruitute vel re,tēpore quo isti qui deponunt, in domo erant aut alibi:vel dum testis dormiret, domum sit ingressus: vel dum testis abesset, pecunia mutua reddita est:huiusmodi testium depositiones de falso suspectæ sunt per prædicta. de quo etiam per Alexandrum in.l.vnica.ff.si quis ius dicenti non obtemperauerit. Areti. in.l.in illa.ff.de verborum obligationi. Et hæc maximè vera sunt, vbi ex alieno facto dependent.l. secunda.§. sed quod obseruari.C. de iureiurādo propter calumniam dando.dicta.l.Iulianus.§.primo.ff. de actionibus empti & ven.l.Marcellus.ff.de actione rerum amotarum. vt suprà dixi post Innocē. Non sic vbi ex proprio facto procederet: quia is qui loquitur certus esse possit:dicta.l. Pantonius.§. rei perduellionis. &.l. cùm falsum.ff. de acquirenda hæredita. & partis confessio in hoc operari posset:dicto.c.primo.de confessis.in sexto.clementi.constitutionem.in fine.de electio. Ita notat Antonius de Butri.dicto.c.cùm ecclesia Sutrina. extra de causa possessio. & proprie. & allegat.l.tertiam.§.si quacunque.&.§.sequenti.ff. de iureiurando. Secundò nisi limitata seu

coarctata esset negatiua tempore & loco, secundum exemplum glossæ, in dicto. §. huic nobis. in verbo, & vidisse. in authentica, de hæredi. & falcid. collatione prima. suprà dictum. & per illum textum vnà cum glossa dico idem esse si actus, de cuius negatiua tractatur, non sit sua natura tēporis, & loci declaratiuus: vt in exemplo illius text. de eo qui se præsentem fuisse tempore con-
145 fecti inuentarij dixit: † quia inuentarium debet tempus & locum in quo confectum est, continere. l. finali. in principio. C. de iure deliberan. §. fiat inuentarium. in authentica, de hæredibus & falcid. collatione prima. idq; medio iuramento purgatur, per illos textus. & in simili notatur in c. accedens. in verbo, purgatione. extra de purgatione cano. & dicta. l. præsenti. §. sicubi. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. l. finali. C. de fideicommissis. Adde circa prædicta quod notāt Alexander & Moder. Papien. in. l. vnica. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris. Bartolus & Alexander in dicta. l. prima. §. primo. ff. de itinere actuq; priuato. Baldus verò in dicto. c. si quis per triginta annos. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatos. collatio. decima. Addebat tertiam limitationē, nisi testis vnà cum
146 negatiua affirmatiuā asseueraret. † Tolle exemplum, secundùm eundem, si testis dicat Titium nunquam fundum Cornelianum possedisse, neque potuisse eum possidere quin vidisset: sed in possessione fundi semper fuisse Mæuium, aut eum continuè possidere vidit: hoc modo negatiuam rectè probari ait: & sic glos. dictæ. l. primæ. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuato. saluari posse. Addit & glos. in dicto. c. primo. de confessis. in sexto. Adde quæ Alexander circa hoc scribit in dicta. l. vnica. in princip. ff. si quis ius dicēti non obtemperauerit. Sed ex hoc non videtur glos. rectè à Baldo defensa: quoniam in vtraque parte glos. solam negatiuam struit. ver-
147 ba glos. sunt, † agēs negatoria hoc modo probabit negatoriam: quòd per eos qui ibi prope stabant, nō fuit visus ire, neque ire poterat quin visus fuisset. Ista est prima probatiōis forma per glossam posita. Secunda est, si testis dicat se tali die vel mense fuisse, & probatur eum alibi fuisse. hæc secūda forma recipitur à Floriano & his qui suæ sunt opinionis propter tempus & locū depositioni testis adiectum: non autē prima forma in qua solidum manet Floria. argumentum quod fuit eiusdem Baldi in dicta. l. actor. C. de
148 probationibus. † Impossibile enim est actum possessionis esse continuum: quoniam homo nō est patiens continuè in eodem loco residere. l. in lege locationis. ff. locati & conducti. l. seruitutes. tertia. ff. de seruitu. l. foramen. ff. de seruitu. vrb. prædio. de ea tractatur in. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirē. possessio. & in l. finali. C. eodem. de acquirenda possessione. Et propter hanc impossibilitatē in homine existentem, aut difficultatem, solet alia iuris conclusio inferri: Animo possessionē retineri, licet corpore possessor rei non insistat: dicta. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. & l. tertia. §. in amittenda. & l. quod meo. in fine. ff. de acquirenda possessio. dixi aliquando plenius in repetitione §. differentia. in. l. si quis vi. eodem titulo, per il-
149 lum textum. † Difficile autem est de animo iudicare nisi per actus exteriores. l. reprehendenda. C. de institu. & substitu. sub conditio. fact. l. Labeo. ff. de suppellec. lega. Nam & quis potest desinere animo possidere, licet rei insistat: dicto §. qui ad nundinas. & l. sed si nolit. & l. quod meo. in principio. & dicto. §. differētia. ff. de acquirenda possessione. & dicta. l. finali. C. de acquirenda possessione. & aliquando respondi ad legem, quemadmodum. quæ est eodem titu. ff. post longam Moder. disputationem positam in dicto. §. in amittenda. & Bald. hoc argumentum præsentiēs in dicto. c. si quis per triginta annos. si de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna
150 tos. collatio. x. videtur respondere. † dicit enim ciuilem possessionē duobus modis accipi posse. Primò, vt quælibet inuisibilis possessio in animo consistens. Secundò, prout est naturali seu corporali opposita. Ex primo ciuilis possessionis modo rectè præscribitur: quia potest animo retineri, dicto. §. qui ad nundinas. Et ratio, quia ex corporali coniuncta ciuili nata est. l. acquiritur. ff. de acquiren. rerum domi. dicta. l. quemadmodum. ff. de acquiren. possessio. & l. iij. in princip. eod. titulo. Et ideo licet actualem rei possessionē aliquis absente domino apprehendat, non minus tamē dominus possessionem solo animo retinet, nisi reuersus dubitet se posse repelli: dicto. §. qui ad nundinas. & l. seq. neque illa corporalis seu actualis possessio facit eum, qui deti
151 net, possessorem: † cùm non possint duo eiusdem rei esse possessores insolidum, dicta. l. iij. §. Neratius. ff. de acquirenda possessio. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cōmoda. Et in hoc secundus possessionis modus probatur. Ego do tibi casus, in quibus melius hæc ciuilis possessionis differentia probari potest. Primus probatur in. l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acqui. possessione. vt si vicinum mihi fundum emptū venditor ex mea domo, vel turre demonstret, vacuámque possessionem se tradere dicat. Sed ad hoc exemplum dicere potes, quòd id operatur ille fictus corporalis actus: sicut dicitur in dicta l. tertia. in principio. & l. prima. §. si iusserim. ff. de acquirēda possessione. sed id verum est propter legis authoritatem fictionem admittentem: vt in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsuscapionib. vnde dicere potes, primum illum modum ciuilis possessionis operari in retinenda possessione, cùm aliquis abrijt animo retinendi possessionem fundi. ille animus aliquo instanti per actus corporeos demonstrari nō potest: vt in. l. placet. ff. de

ff. de acquir. hæredi. l. sed interim. §. idem Mar-
cellus. ff. de donatio. inter virum & vxorē. Licet
verbo manifestari animus posit. l. pro hærede.
in princi. ff. de acquir. hæredi. & dicta. l. Labeo.
ff. de suppellecti. lega. & dicta. l. reprehendenda.
152 C. de institu. & substit. sub cōditio. fac. † Secun-
dus modus probatur in eo qui ad nundinas iuit,
qui animum habebat retinēdæ possessionis fun
di: illa ciuilis possessio opponitur naturali, si dū
iuit ad nūdinas alius est actualiter possessionem
fundi ingressus. Sed hæc ciuilis possessiōis diffe-
rentia satis non facit obiectis an probari posit.
quid enim, inquit ille text. si is qui ad nundinas
iuit, aliquādo dubitauit se posse repelli: certè id
rectè probari non potest, nisi cōiecturaliter. ter-
ror enim armorum sufficere potest ad deponen-
dum alicuius animum: licet forte demonstret se
velle recuperare, aut verius retinendi animū ha-
bere. sed dum venit alius fortior eo qui eum ex-
pellit, vi posidere incipit, & qui posidebat de-
sinit posidere dicta. l. sed si nolit. & l. iij. §. pri-
mo. versic. qui armati venerunt. & §. sequen. in
princi. ibi, metu hoc deterritus profugerit. ff. de
vi & vi arma. dicto. §. qui ad nundinas. & l. sed
& si nolit. & l. naturaliter. ff. de vsusca. Sed quid
si non profugerit, sed in domo vel fundo perse-
uerauit: dixi in. l. diuus. suprà eod. tamen posses-
sionem amittit: dicta. l. sed si nolit. ff. de acquirē.
posses. & l. naturaliter. ff. de vsuscapio. Vnde re
sponsum est considerationi Bal. in dicta. l. actor.
153 C. de probatio. dum dixit, † actus qui de occul-
tis cordis sunt per actus causatiuos seu extrinse-
cos probari posse. l. sicut. §. superuacnum. ff. qui
bus mod. pig. vel hypo. sol. l. si ventri. §. fin. ff. de
priuile. credi. l. & qui sub imagine. C. de distrac.
pigno. quia verum est præsumptiuè posse, sed ꝙ
actus possessionis verè continuus dicatur, non,
secundùm Innocen. vbi hoc etiam notat Feli. in
c. tertio loco. extra de probatio. & in. c. quia ve-
risimile. extra de præsumptio. & clarè probatur
in dicto. §. qui ad nundinas. & l. sequen. & dicta
154 l. naturaliter. † Præterea absurdum esse videtur
tantam differentiā inter possessiones ciuiles con
stituere: cùm vnus sit animus quo mediāte pos-
sessio acquiritur, retinetur, & amittitur, dicta. l.
iij. in princi. & in. §. in amittenda. & l. clam posi
dere. §. qui ad nūdinas. l. quemadmodum. l. per-
egre. & plerisque alijs legibus. ff. de acquir. pos-
sessio. Et licet plerique disputando post Bart. in
l. prima. in princip. ff. de acquiren. posses. dicant
duas esse possessiones tantū, vnam naturalē, &
alteram ciuilem, non autem vnam solam esse fa-
cti, & sic naturalem tantum, vt plerique Neote-
rici sentiunt. l. prima. §. adipiscimur. ff. de acqui-
renda possessione. ibi, eam rem enim facti non
iuris esse: sed pro Bart. & his qui eum sequūtur,
rectè facit. l. nemo ambigit. C. de acquiren. pos-
155 sessio. † Nemo, inquit illa lex, ambigit posses-
sionis duplicem esse rationem, aliam quæ in iure
consistit, aliam quæ corpore: vtraque autem ita
demum esse legitimam, cùm omnium aduersa-
riorum silentio & taciturnitate firmatur. Et se-
quitur, interpellatione & controuersia sic pro-
gressa non posse eum intelligi possessorem, qui
licet possessionem corpore teneat, tamen ex in-
terposita cōtestatione super iure possessionis va
cillet, ac dubitet. & sic aliud est posidere, & in
possessione esse. l. si quis ante conduxit. ff. de ac-
quirēda possessione. & in dicto. §. adipiscimur.
156 considera dum ait, † sed furiosus & pupillus si-
ne tutoris authoritate non potest incipere posi
dere: quia affectionē tenēdi non habēt, licet ma-
ximè rem suo corpore contingant. Et in fine. §.
opinionē Offilij & Neruæ in pupillo modera-
tam esse, vt sine tutore possessionem acquirat, si
eius ætatis sit, vt intellectum, & sic affectionem
& animum habeat. In quo illa verba, eam rem.
facti non iuris esse, quæ Offilium & Neruam
mouebāt, similiter & Neotericos, quos Pau. ille
reprehendit. non enim, vt sentit Bart. & Recen-
tiores volunt, duæ non sunt naturales possessio-
nes, vnam quam corporeā seu corporalē esse di
cūt, quæ aliter detētatio seu detētio nūcupatur,
alterā vero naturalem quæ corpore vnā cum ani
mo acquisita est. l. quēadmodū. ff. de acqui. pos.
Non etiam duæ ciuiles, sicut Bald. suprà memi-
nit distinguendo animum ab animo: vt illa ani-
morum distinctio in ciuili possessione differen-
tiam faciat. dixi copiosius in repetitione dicti. §.
differentia. in. l. si quis vi. ff. de acquirenda pos-
157 sessione. hic non repeto. Dico † igitur hoc pluri
mum in recti boniꝗ iudicis arbitrio pendere se-
cundùm facti qualitatem quantuncunque itera-
bilis: dūmodo aliquibus adminiculis testis de-
positio adiuuari posit: per quā iudex trahi pos-
sit aut moueri ad sequendam testis opinionem,
seu depositionem. l. ob carmen. §. finali. ff. de te-
stib. Ita notat Bartol. in. l. de minore. §. tormen-
ta. ff. de quæstio. & glossa in dicto. §. hinc nobis.
in authentica, de hæredi. & falci. collatio. prima.
Et id iuuare etiam potest ad probationem nega
tiuæ commissi homicidij. Ego autem vltra quàm
suprà dictum ꝗt puto vtrunque glos. exemplum
in his terminis, quibus posita sunt in dicta. l. pri-
ma. §. primo. ff. de itinere actuꝗ priua. ab impu-
gnatione Floria. Bal. & aliorum defendi posse:
non solum in causa ciuili, verum etiam in causa
criminali. in quo video Hēri. Bohic in. c. ex par
te. per illum textum, extra de cleric. non residen.
158 in ecclesi. † qui huiusmodi depositiones vult ci-
uiliter intelligēdas esse: prout in procemio Gre-
gorij colligi potest, in verbo, quotidie. & Felin.
plura illic addidit. allegat. l. continuus. in princi
pio. ff. de verborum obligationi. l. duos. §. duo.
ff. de duobus reis. Et quod Luc. xviij. scribitur:
Oportet vos semper orare. & xxij. Quotidie
eram apud vos in templo, & non me tenuistis.
quia huiusmodi verba frequentiam magis quàm

temporis seu actus continuationem significant: c.nunquam.de consecratione, distinctione quinta.l.foramen.ff.de seruitut. vrbanorum prædiorum. Et hoc modo putat Henric. tales depositiones testium ab huiusmodi impugnatione posse defendi. Plura alia refert Henri. vt dixi, & dicta l.prima.§.primo.ff.de itinere actuque priuato. ad id induci potest. In primis dum de itineris seruitute loquitur, & dicit itineris seruitutem per eos probari posse, qui vicinos aut confines fundos habent. Et si dixerit non fuisse visum Titium ire, neque ire potuisse quin visus fuisset. Quoniam testis verba non sic ad corticem sumenda sunt.l. finali.C. de indicta viduitate tollenda. alioquin difficile imò impossibile esset negatoriam actionem probari: per dictam.l.seruitutes.ff. de seruitutibus.titulo generali.

159 † Nam aut seruitus propter quam is qui agit negatoria aduersus eum qui dicit se in possessione seruitutis esse, est continua aut discontinua. Si continua est, qualis est seruitus luminum: & potest testis deponere continuo visum non fuisse: quia altius domus ædificata est, vel fenestræ ita clausæ fuerunt, quod lumen ei prohibitum est.l. tertia.l. qui luminibus. l. imperatores. &.l. sequenti.ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum.l. altius.C. de seruitutibus & aqua. E diuerso probari potest negatoria: quia quolibet die visa est fenestra in eodem statu: neque in ea fuisse quicquam appositum quod luminibus officeret. hoc pacto probabitur possessio seruitutis, nihilque aduersus eam factum esse, quod lumen prohiberet: vt in.l. prima.§.primo.in principio.ff.de itinere actuque priuato. Et in hoc moderatio Henrici Bohic in dicto.c.ex parte. extra de clericis nō residentibus in eccles. admittenda est, quoniam per eam satis probari videtur cōtinuam fuisse possessionem: & continuè vidisse possidere: quoniam sic depositio testis intelligenda erit diebus & horis competentibus, quibus id videri potuit, & potest.c.sicut.in verbo, continuè. de verborum significatione. libro sexto. quod vocabulum sic papa interpretatur, dum in fine decretalis ait, Etiam si quis ex illis aliquando pro suis gerendis negotijs abesse cōtingat, dicta.l.continuus. in principio.ff. de verborum obligationib. Cui addo.l.cùm antiquitas.C. de testamentis. versiculo, si tamen. & versiculo, si quidem. per Felinum in proœmio Gregorij. & Roman. in rubrica.ff. de noui operis nuntiatione. alioquin nunquam posset possessio cuiuscunque iuris probari.

160 † Nam interruptio non tantum per actus ciuiles fit, sed & naturales, tametsi violenti sint & momentanei: dicta.l. sed & si nolit. & dicto.§. qui ad nundinas. &.l. naturaliter.ff. de vsucapionibus.l.Lucius.§. tres hæredes. iuncta glossa, in verbo, mouerit.ff.ad Trebellianum.l. causas vel lites.C. de transactionibus.c. primo. vbi Cardinalis hoc notat de controuers. inuestitu. etiam si non in tota re turbatio fiat, sed in parte rei tantum, duntamen eo animo fiat vt possessio rei interrumpatur.l. si stillicidij.§.finali. &.l. sequenti.ff. quemadmodum seruitu. amittantur. l.locus. in principio.ff. de acquirenda possessione. notat Imol. in capitulo, dilectus. extra de capellis monachorum. Et ratio ponitur in.l. tertia.

161 in principio.ff. de acquiren. possessione. † quia ad effectum acquirendæ possessionis totius fundi, non est necesse quamlibet glebam fundi circuire: sed sufficit quamlibet partem introire ea mente, vt totum fundum vsque ad terminum velimus possidere. Alioquin oporteret continuè hominem cum eo qui possidet esse: quod impossibile est. dicta.l. foramen.ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum. &.l.seruitutes.ff.de seruitutibus. Quare sufficit probare his temporibus possedisse, quibus hominum natura patitur, dicta.l. prima. in principio.ff. de itinere actuque priuato. quia plerunque, inquit ille textus, itineribus vel via non semper vtimur, nisi cùm vsus

162 exegerit: † itaque anni tēporis spatio conclusit vsum. Et ideo is cui merum & mixtum imperium competit dicitur continuè possedisse, licet semel tantū in annis mille vsus sit, quia fortè non nisi semel necesse fuit vti.l. in filijs.C. de decurionibus, & filijs eorum. libro decimo. capitulo, & si vasallus. & capitulo, licet. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatos. collatione decima. cap. vnico. in fine. de feudo sine culpa non amittendo. eadem collatione. l. hæc autem iura. vbi Florianus hoc notat. ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum. Quare testis interrogatus, an Titius iurisdictione & mero imperio vsus sit, deponere potest vsum nō fuisse, cùm occurrentibus casibus, quibus vti poterat & debebat, vsus non est: vt si fortè homicidia plura, aut alia crimina, quibus iurisdictione & imperio vti tenebatur diuersis temporibus commissa sunt sciēte eo, qui iurisdictionem & imperium contendit habere, & tunc pœnam ab eis non exegit: neque exegisse potuisset, quin sciuisset: quod continuè in oppido seu in territorio habitauit, rectè deponit. hoc notat Innocentius in capitulo, dilectus. in principio, extra de capellis monachorum. allegat in argumētum l. finalē.ff. quemadmodum seruitutes amittantur. sed melius facit.l. si quis alia.§. penultimo. & finali. &.l. si partem. eodem titulo.l. prima.ff. de nundinis. Ex qua Bartolus infert contra Aretinos quos dixit priuilegium doctorandi iure amisisse: cùm per decennium non fuerant vsi: & textus in capitulo vnico, de feudo sine culpa non amitttendo. collatione decima. dicit,

163 † Nam si steterit viginti annis & vltra quod non seruierit domino, nisi necesse fuerit domino, feudum non amittit. vbi ergo domino necessitas

cessitas fuit, & non est vsus, dominus hoc seruitium exigere non poterit. similiter dicitur in dicto capitulo, licet. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatos. collatione decima. & in dicta.l.in filijs. C. de decurionibus. libro decimo. ibi, quæ & si necessitas non exigit, tamen patria non remittit, vbi igitur necessitas exigit, & non vtitur, remittit. idem in.l. & Attilicinus. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. Ex qua huiusmodi depositionis forma cõprobari potest dum ille tex. ait, proposuerunt aquam qua per aliquot annos vsi sunt ex fonte qui est in fundo Sutriano, ducere non potuisse, quòd fons exaruisset: & postea ex eo fonte aqua fluere cœpisset. Ex quibus verbis conijci potest probationem posse subsistere, si dicatur vsum non fuisse aqua, neque potuisse ea vti quin sciuisset: quia fons aruit. Et ab eo tempore non fluit vsque nunc. Idem in dicta.l.prima.§.si quis propter inundationem. ff. de itinere actuq; priuato. Et tamen actus ille potest iterabilis esse: scilicet, quòd pro tempore aliquo fluit, & aliquo tempore aruit: & post aliquod tempus iterum fluere potuit. Similiter in exemplo Bartol.
164 in dicta.l.prima. ff.de nundi. † potuerunt Aretini doctores priuatim facere, sicuti & sæpissime in Italia facere solent. qui neque doctores censendi sunt, vt inquit Alexand. in.l.cùm quid. ff. si certum petatur. quia meritis & doctrina insigne suscipere debent. l.vnica. C. de professoribus qui in vrbe Constantinopoli. libro vndecimo.l.sed & reprobari. ff.de excusatio.tutorum. l.magistros. &.l.penultima.C.de professoribus & medicis.l.vnicuique. C. de proxim.sacrorum scrinio.libro duodecimo.vbi gloss.nota.in verbo, parum. contra desides scholasticos dum dicit eum qui parum studet, parum proficere. & Nicol. Spinel. illic ait, parum nouit pro amico nostro. Adde.l.rectores. C. de officio rectoris prouinc. Felin. copiose in capitu.per tuas. extra de maioritate & obedien. aliquid Iason in.l.secunda. §.prius. ff.de vulgari & pupillari substitutio.ad institutum reuertamur. Nam actus potest esse iterabilis: sed intellige vt suprà dixi, & pariter hoc notat glossa finalis in capit. abbate. extra de verborum significatio. vt sic resolui debeat, quando vti licuit: quemadmodum dicitur in dicta.l.& Attilicinus. inquit ille textus, quia non negligentia aut culpa amiserunt, sed quia ducere non poterant. & sic quando vtendi facultas se offert dicitur continuè vti. l. prima. in principio. ff. de aqua quotidiana & æstiua. ibi,
165 † quotidiana autem aqua non illa est quæ quotidie ducitur, sed ea qua quotidie quis posset vti si vellet. &.§.quod autem. eadem.l.ibi, & si aliquo momento temporis duci non possit. Et ita notat Bald.in.l.prima.circa finem versicu.quæro, si promitto tibi semper soluere. Et mouetur per.l.in rebus. C.de iure dotium. Cui adde.l.in cognitione. infrà eodem. ibi, semper accusare permittitur. Modern.Papiens. dilatat in.l.falso. in principio. C.de diuers.rescript. & Felinus in procem. Gregoria. vt suprà dixi. Et hac ratione ductus est Angelus de Perusio, dare praxim aduocatis in.§.hinc nobis.in authenti.de hæredib. & falcid.collatio.prima. vt dum volunt probare aliquem homicidium non commisisse, vel homicidio fauorem aut auxilium non præstitisse, articulet aduocatus diem & annum commissi homicidij, & quibus præsentibus commissum erit. Secundò non potuisse homicidium committi quin testes vidissent. Et hoc pacto negatiua secundùm eum probabitur, tametsi in patrando homicidio plures percussiones interuenerunt. Et isto medio secundum eundem gloss. Accurs.in dicta.l.prima. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuato. saluari poterit. Et ob id Alexand. in eadem.l.in apostill. Bartol. noluit affirmare testes sic deponentes posse de falso argui: licet huiusmodi depositiones plurimum suspectæ sint, iuxta facti qualitatem pro bandam, vt Florian. voluit in dicta.l.secunda. ff.de probationibus. Bald.in dicta.l.actor. C. de probationibus. Luc.de Penna in.l.prima. C. de fide instrumentorum & iure hastæ fiscal. libro decimo. similem declarationem tradit ad gloss.in dicta.l.prima. §.hoc interdicto. ff.de itiner.actuq; priuato.

Prædictis addo quod Hostiens. notat & Antonius de Butrio post eum in capitu.cùm ecclesia Sutrina. extra de causa possessionis & pro-
166 prietatis. † quando aliquis actus cum certa forma, aut solennitate fieri & expediri debet, sicuti est in electionibus. capitu. quia propter. extra de electione. l.obseruare. &.l.nominationum. C.de decurionibus. libro decimo. l.finali. C.de prædi.decurio. sine decre. non alienan. eodem libro. & testis deponat factam non fuisse electionem, depositio valet, & ciuiliter intelligendam esse, vt inquit.l.si cui.in principio.ff.de seruitutibus. id est, in tempore solito, & à iure ordinato, & forma solita vel solennitate quæ in talibus obseruari solet. Ita dicunt Hostiens. & Antoni.de Butrio. Et si dicat non potuisse fieri quin sciuisset, quia forte vicinus est, neque abfuit à vicinia in qua huiusmodi congregationes fieri solent. capitu.cùm dilecti.extra de accusa.
167 capitu. cum tu. extra de testibus. † Licet forte iuris solennitati authoritate pontificis vel principis ex causa derogari possit. l.omnium. C. de testamen.l.prima. ff.de albo scriben. extrauagã. ad reprimendum. & illic per Bart.in verbo, non obstantibus. l.neq; Dorotheum. &.l. Doctitij. C. de decurio.libro.x. quoniam quod fieri solet spectamus, non quod fortuito fieri contingit. l. liberorum. §.primo. ff. de his qui notan. infam.

l.fistulas.§.fi.ff.de contrahen.emp. Et ita secundum eos procedit.c.cum ecclesia Sutrina.&.c. abbate.in fi.extra de verbo.signi. Quibus adde tex.in.c.tertio loco.extra de testi.ibi,quod quoties ad hoc inter fratres aliqua erit mentio,consilium totius conuentus,& vox vnanimis fuit. ex quibus Feli.post Abba.& Fran.Areti.hanc declarationem Hostien.traxit & moderatus est,
168 † dummodo testes sic deponentes de capitulo essent, dicantq; nunquàm collegium sine ipsis congregatum fuisse, quia credetur eis.secus si de capitulo non essent,dicto.c.cum ecclesia Sutrina.hæc Feli.moderatio recipienda esset,si de omissione formæ tantum quæstio esset,quæ ab his qui in electione interesse possunt seruanda est.& ita intelligas.c.tertio loco.facit quod notatur in.l.intantum.ff.de rerum diuisio.Sed vbi forma illa quæ omissa est ab omnibus videri,& intelligi potest,qualis est sonitus campanæ vel tabellæ qui obseruari consueuit,vel fortè de iure necessarius est.l.fina.C.de prædi.decur.si.decre.non alienan.l.nominationum. C.de decur. lib.x.vel susceptio corporis Christi, quæ extra capitulum fieri solet.cõgregatio cõmunis, quæ in ecclesia fieri debet,dicto.c.quia propter.extra de electio. & assumptio electi, & inuocatio sancti spiritus,de quo in.c.cum terra.& dicto.c. quia propter.extra de elect.Et plenius hæc exprimuntur in concilio Basilien.titu.de electio. c.primo.&.c.primo Actuum apostolorum. Et illæ solennitates cùm alijs etiam extraneis innotescant,non puto Felin.moderationem admittendam esse.Nam de omissione huiusmodi formæ deponere possunt.facit.l.nemini.§.non aliter.C.de aduoca.diuerso.iudi. Et Bar.illic dicit illum tex.plurimum iuuare ad probationem negatiuæ. Cui addo.l.si quis consortium.C.de fabricen.lib.xj.dictum.§.hinc nobis.in authen.de hæred.& falci.colla.prima.l.fina.§.primo.C.de iure delib.§.primum.in authen.de testi.colla.septima.Ioan.Andr.in.c.bonæ.j.extra de electio. Pet.de Ancha.in.c.primo.de confes.in sexto.l. vnicam.C.de perfectis.dignita.lib.duodecimo.
169 Addo etiam prædictis † negatiuam probari posse quãdo negatiua ex facto testis contingit. Tolle exemplum in eo qui dicitur affuisse instrumento,quia in eo sit denominatus,& deponat se nunquàm interfuisse,tametsi in instrumento nominetur valet eius depositio : quia ratio suæ depositionis ex facto suo contingit.ita dicit Bald.in.l.is qui putat.& in.l.cum falsum.ff.de acqui.hæredita.Imò huiusmodi testis depositio fidem instrumẽti vacillare facit.l.prima.in princip.vbi hoc notat Bar.ff.quẽadmo.testa.aperiã. & in dicta.l.optimam.C.de contrahen.stipulat. de quo in.l.cum precibus.C.de probatio.

Alius modus probandæ negatiuæ exponitur in.c.accedens.extra.de purga.cano.in eo qui dicebatur filius esse sacerdotis, & ob id incapax ordinũ, præsertim sacerdotij,probare potest se filiũ non esse sacerdotis,sed legitime natũ, quia ex viro & vxore matrimonialiter cõiunctis procreatus & educatus sit,& ab omnibus habitus & reputatus.c.illud.extra de præsump.l.filium. ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris. l.finali.ff. de
170 probatio. † Et vlterius medio iuramento defectus ille natalium purgabitur, & recepto per episcopum iuramento ad sacerdotium promoueri poterit,per illũ text. An autem hæc probatio concludat verè vel præsumptiuè, dic vt per Felin.in.c.quia verisimile.circa finẽ. & in dicto c.illud.extra.de præsumptio.Bald.in.l.si hi qui adulterij.per illum textũ.C. ad legem Iuliam de adulte.Bar.in.l.filium.ff. de his qui sunt sui vel alie.iuris.Floria.in.l.fi.ff.de probatio.

Alius autem modus est per iudicis officium secundùm Barto. in.l. in illa stipulatione.ff.de verbo.obligatio.Moder.hunc modum probationis prosequuntur,præsertim Aretin.Ioan.de Imo.Pau.& Alexand.illic post Bart.& Luc.de pen.in dicta.l.vnica.C.de perfectis.dignita.lib. duodecimo.hæc de ciuilibus dicta sint:plura tamen sigillatim explicabuntur dum de criminalibus causis aliquid tractauerimus.

Nunc igitur de criminalibus causis pauca vi-
171 deamus, † qualiter in eis negatiua probari possit. Innoc.in.c.super his.extra de accusa.dicit satis negatiuam per reum accusatum probari, si aduersus eum nihil probetur.l.qui accusare.C. de eden.Cui adde.l.super seruis. C.qui milita. pos.lib.duodecimo. glos.in.l.secunda.C.de erro.aduoca.etiam secundum Innocen.si accusatio semiplene contra reum probata sit,sed non plenè:cum in criminalibus oporteat probationes meridiana luce clariores esse.l.fi.C.de probatio.Et hoc dictum Innocen.extendo etiam si reus onus probandi negatiuam in se susceperit, & in probatione deficiat,adhuc tamen liberandus erit.hoc dicit glos.fina.in.l.circa.ff.de probatio.& glos.in dicta.l.qui accusare.in verbo, obtineat.quas sequi videntur Pet.& Cin.in dicta.l.actor.in fi.C.de probatio.Ego verò puto non rectè dici absoluendum esse reum,sed probatum non esse delictum aduersus eum,vel noxa soluendum esse vel solutum esse, quia rectè probatum non est.Et hæc forma tradita est à iureconsulto in.l.quis sit fugitiuus.§.quod aiunt ædiles.ff.de ædilitio edicto.ibi,vt non hoc debeat pronuntiari nullam eum noxam commisisse,sed illum noxa solutum esse,hoc est noxali iudicio subiectum non esse.&.l.sed & si possessori.in princi.ff.de iureiuran.l.Iulianus verum.in princi.ff.de condictio.indebi.Sed cùm plerique in disputationem hunc articulum deduxerunt, ideo vide quid de ea sentiunt Pau.de Cast.Alexand.& Moder. Papien.in.l.properandum.§. & si quidem.post glos.in verbo,termino.C.de iudi.Felin.in.c.intimauit.in finalibus verbis sui

commen

commentarij extra de testib. Bart.& Moder. in
l.admonendi.ff.de iureiuran. Bald. post gloss.
& Bartol. in authen. nouo iure. C. de pœn. iudi.
qui male iudica. & in dicta. l. qui accusare. & in
dicta. l. Iulianus verum debitorem. Et interim
dum illorum disputationem videbis, nolui tace-
re. l. diui fratres. §. recte. ff. de libera. causa. Ibi,
& si cognouerint, pronuntiare debebunt ser-
uum illius non videri: neque hæc res captionem
vllam habet, cùm ingenuus non pronuntietur:
172 sed seruum non videri. † Inde est quòd licet do
lus cum difficultate probetur, tamen in proba-
tionis defectum in criminalibus iuramentũ non
deferri, secudum Bartolum in. l. fina. ff. de in li-
tem iuran. & in. l. maritus. in fine. ff. de quæstio.
vbi longam distinctionem retulit. vide etiam
Moder. post gloss. & Bartol. in dicta. l. tertia. in
princi. ff. de iureiur. & glo. in. l. in bonæ fidei. C.
de reb. credi. Inno. in capitulo finali. extra quod
metus causa. Areti. in dicta. l. qui accusare. Et
Lancel. Decius in dicta. l. tertia. circa fin. ff. de iu
reiur. allegat gloss. in. l. fi. in princi. ff. quod met.
causa. l. dolum. C. de dolo. declarabo infrà. Et
rationem dicebant, cùm in criminalibus proba-
tiones claræ esse debent, dicta. l. fin. C. de proba
tio. neque de domo accusatoris procedere de-
bent. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Et
licet Bartol. in dicta. l. maritus. post Iaco. Butri.
aliter sentiat, hac ratione motus, quia qui iura-
mentum defert, sub conditione crimen confite-
ri videtur si iurauerit. l. qui iurasse. in fine. ff. de
iureiuran. sed confessio est probatio luce cla-
rior. Igitur &c.

Ego non puto verum dicere Barto. & demi-
173 ror tantos patres. † Nam & si reus ipse confite-
retur crimen, vbi alia criminis probatio non in-
teruenit, non obest confitenti sua confessio. l.
prima. §. item illud. suprà eo. & l. prima. §. diuus
Seuerus. ff. de quæstio. quia oportet de crimine
constare vt hic & in. l. Neratius. §. finali. & l. se-
quenti. ff. ad legem Aquiliam. l. eius qui delato-
rem. ff. de iure fisci. Non enim auditur perire vo
lens. l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. l. non
tantum. ff. de appellatio. si non potest sola rei
confessio etiam verè facta obesse, quõo oberit
præsumpta rei confessio? Nec obstat. l. tertia. in
princi. ibi, sine pœnali actione. quia non de eo
pœnali iudicio intelligitur quod sit corporis af-
flictiuũ. Non enim lex existimauit hanc esse cla-
ram criminis probationem quæ ex delatione rei
in probationis supplementum contingit. Nam
& in ciuilibus lex probationem esse non dixit,
sed probationis supplementum tantum. l. eum
qui. in princi. ff. de iureiur. abunde, inquit, suffi-
cere exonerare petitorem probandi necessitate.
174 † Ecce quomodo iuramentum non est proba-
tio, sed supplementum & releuatio probationis.
l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. ibi, inopia pro-
bationis, per iudicem iureiurando causas decidi
oportet. Igitur iuramentum non est probatio:
quia propter inopiam probatiõis defertur. Ma-
net ergo ratio Guliel. de Cuneo vera, in crimini
bus claram esse debere probationem. Igitur si
iuramentum probatio non est, accusatorem qui
claras probationes habere debet, non releuat:
dicta. l. qui accusare. C. de eden. Neq; vnquã in
lege receptũ esse in criminalibus vnius hominis
testimoniũ: dicta. l. maritus. ff. de quæst. l. iurisiu
rãdi. C. de testib. cap. veniens. extra de testib. Et
Numeri capi. xxxv. & maxime vt vnus sit idem
iudex, accusator, & testis. vt in simili dicitur in. l.
finali. C. de fideicommiss. Melius in capitul. licet
Heli. extra de simonia. Et quia audiui virum no
175 stra ætate grauem dicere † in causa criminali suf
ficere vnius testis depositionem ad quæstionem
imò plus vxorem idoneum esse testem pro ma-
rito qui ad mulieris solicitationem insignem &
in dignitate constitutum hominem accusauerat,
reumq; adulterij & alterius grauioris criminis
autorem fecerat, soliusq; vxoris testimonium suf
ficiens esse indicium etiam ad quæstionẽ. quod
tunc in admirationem omnes traxit. Cæterùm
mouebatur authoritate. l. non omnes. §. à barba-
ris. ff. de re milita. quam Barto. ad id pro contra
ria inducit in dicta. l. maritus. post Accurs. in ea.
l. in verbo, admitti. Et cuius solutio ab Accursio
posita est in eadem. l. maritus. in verbo, illicite.
quam Barto. amplectitur. Et ob id vir ille fortè
excusandus non esset, nisi dictus. §. à barbaris.
ab Accurs. pro contrario inductus fuisset, pari-
ter & à Bartol. sed quòd vir ille alioquin diligẽs
non curauerat dictum. §. à barbaris. diligentius
176 legere, ob id excusatione dignus nõ erat. † Nõ
enim illa lex vult vnius testimonio stari aduer-
sus reum accusatum, neq; vllum verbum aperit,
sed solum de iuramento purgationis loquitur,
quod reo de crimine emansionis aut transfugæ
suspecto deferri debet, si fortè is, qui à barbaris
hostibus captus erat, remissus est, nec statim re-
uersus est, quoniam pristinæ suæ militiæ restitui
non debet, neque gradum aut militiam pristi-
nam recuperare, nisi liquidò probauerit ma-
nus hostium euasisse, non autem transfugisse.
Et vbi liquidò probare non potest, tunc argu-
mentis probare debebit. Sed si nulla argumen-
ta haberi possunt, & tunc persona reuertentis
ab hostibus consideranda est, vt si antea quàm
captus esset bonus æstimatus fuerit, prope est,
inquit ille textus, vt affirmationi eius credatur.
Et sic omnem criminis suspicionem suo iura-
mento tollat. sin vero emansor aut negligens
aut seruus erat, non credetur ei. Ecce quomo-
do non potest ille textus vllo pacto in argu-
mentum trahi. sed consideret vnusquisque in
illo textu duo probari. Primum quando & qui-
bus debeat purgationis iuramentũ deferri, cùm
ꝓbatiões deficiunt. Secundũ persona cui deferẽ
an aliâs bonæ famæ & æstimatiõis semꝑ inuẽta

est, neque vlterius de iuramento, aut vnius personæ testimonio ille tex. loquitur. Manebit ergo firma decisio dictæ. l. maritus. ff. de quæstio. & abs re non est. Nam quæstio proxima est morti. §. si quis verò comprehensorum. in authent. vt nulli iudi. lice. habere loci conserua. colla. nona.

177 † Non mirum si vnius vox, vox nullius iudicatur. l. iurisiurandi. C. de testib. dicto ca. veniens. extra de testib. & dicto capi. licet. extra de simoni. asi vnius extranei & non domestici testis non sufficiat testimonium, multo minus mulieris, vt sit pro marito idonea testis, & præcipue in causa in qua maritus non tantum suam sed vxoris iniuriam prosequitur: dicto capitulo, licet Heli. & in. l. prima. §. fina. ff. de iniur. §. patitur. Instit. de iniur. l. si vxor. in princi. ff. ad legem Iuliam de adulter. l. prima. §. primo & seque. ff. de liber. causa. præsertim cùm vir & vxor vna persona censeantur. l. prima. ff. rerum amota. dixi in. l. prima. §. si vir. suprà eo. cum etiam mulieri in criminalibus de iure integra fides non adhibeatur, per rationem capitu. forus. in fine. extra de verbo. significa. varium & mutabile semper fœmina. de quo in capitu. tam literis. & capitul. in literis. extra de testib. in. l. ex eo. ff. de testi.

178 † minus in hac accusatione vxor pro marito testimonium dicere poterat. Primò quod domestica, dicta. l. prima. §. si vir. suprà eod. Secundò quia de honore eius tractabatur, per rationem capi. super eo. extra de testi, Tertio, quia in illo casu commune erat viri & mulieris iudicium: dicta. l. si vxor. ff. ad legem Iuliam de adulter. vnde in quocunque crimine quantuncunque excepto nullo vnquam iure receptum est, vt vnus & idem accusator sit & testis, & ex consequente iudex esse possit, dicto capitu. licet Heli. extra de simonia. Nam in dicta. l. maritus. noluit imperator filium libertæ in causa patroni posse recipi, multo minus vxor recipi potest pro marito. Et quamuis dolus per iuramentum non probetur, damni tamen æstimatio ex delicto seu dolo prouenientis per iuramentum probari poterit, facta prius à iudice taxatione, dicta. l. videamus. §. deferre. ff. de in litẽ iuran. l. si quando. C. vnde vi. qualiter autẽ deferri possit, vide Feli. in capi. veniens. in vltimo notabili. extra de testi. aliter enim non potest deferri. Et vbi pœna imponenda esset secundũ rei æstimationem non autem secundùm iuramentũ in probationis supplementum imponi posset, secundum Bart. in. l. fina. ff. de in litẽ iuran. qui in hoc varius inuenitur. Nam in illa. l. fin. declinat ab ea opinione in qua fuit in. l. maritus. ff. de quæstio. & in. l. tertia. in princi. ff. de iureiuran.

179 † voluit enim in ea lege iuramenta quæ in defectum probationis deferuntur in criminalibus locũ non habere: cùm in criminalibus debeãt esse clariores luce. tamẽ à Guliel. de Cuneo discessit in dicta. l. maritus. dixit enim iuramentũ, quod plenam probationem in ciuilibus facit, sufficiẽs esse ad torturam indicium etiam in criminalibus, sed sine lege hoc Barto. dicit. Pro Bart. autem Fulgo. allegat. l. capite quinto. ff. ad legem Iuliam de adulter. Et Bart. prius eo in dicta. l. finali. ff. de in litẽ iuran. eam allegat, sed nihil pror sus facit. Alexan. autem in dicta. l. fina. ff. de in litem iuran. dicit fortè hoc iudici esse arbitrariũ. Allegat Ioan. Andr. in capi. cùm in contemplatione. extra de regul. iur. sed non reperio Ioan. Andr. hoc dicere. Et ideo non insisto, iuxta. l. tertiam. ff. de præuaricator. quia, vt vidistis, verum esse non potest, per ea quæ prædicta sunt: non repeto. Et Paul. de Castro in dicta. l. tertia. circa finem. ff. de iureiuran. in hoc apertè contra dicit Barto. & rectè.

180 † Dicit enim etiam vbi semiplenè probatum esset, nõ licere tamen in supplementum probationis iuramentum deferre, quia hoc pacto probationes non essent claræ, contra. l. fina. C. de probatio. sed ediuerso potest accusato iuramentum purgationis deferri. & verum dicit. l. vbi. iũcta glos. interpretatione. C. de falsi. Et in authen. nouo iure. C. de pœna iudi. qui male iudica. Cui adde. l. final. §. sicubi. C. de his qui ad ecclesiam confugi. Alia forma purgationis traditur in capitu. quoties. & capi. primo. extra de purgatio. cano. In quo vide Cardi. Alexan. in capitu. primo de conten. inter domi. & fidelem. Et dicit Fulgo. & bene in dicta. l. tertia. §. fina. ff. de iureiuran. nihil posse iudici imputari, si reo, contra quem nihil probatum est, iuramentum detulerit purgationis: quia potuisset iudex reum absoluere, sed nõ dic absoluere, sed pronuntiare crimen probatum non esse: vt suprà dixi. l. quis sit fugitiuus. §. quod aiunt ædiles. ff. de ædili. edicto. l. si possessori. in princi. ff. de iureiuran. quòd si probatio postea fieret, non iuuaret eum talis sententia: quia magis dicitur probationem deferre quàm ius. l. duo sunt Titij. ff. de probatio. Et ideo iudex, vt suprà memini, debet iudicare crimen non probatum esse vel noxali iudicio nunc subiectum non esse. & sic cõmunis vsus obseruat, quia vincti solum à vinculis soluuntur vel à custodia relaxantur, quoad aliter ordinatum erit. & hoc modo nulla captio est, dicta. l. diui fratres. §. rectè. ff. de liber. causa. Quare secundum Bar. & Alexan. in illa. l. fina. si per statutum pro furto aut robaria fur in duplum aut quadruplum tantum puniri debeat, sicuti de iure est. §. quadrupli. Insti. de actio. §. pœna. Insti. de obliga. quæ ex delic. nascun. tamen illud duplum vel quadruplum non secundum iuramentum in litem æstimabitur, sed iuxta veram rei æstimationem per rationem prædictam:

181 † quia oportet in criminalibus & pœnalibus probationes esse claras. & huic sententiæ subscribit se Alexan. post Fulgo. in. l. cùm furti. ff. eodem. de in litem iuran. cum quibus est Angel. in dicta. l. si quando. C. vnde vi. Et Areti. in. l. qui accusare. C. de eden. Cum eis sentit Ioannes Faber

Faber in.l.vnica.C.de sentẽ.quæ pro eo quod interest profer.excipit duos casus.Primus est in l.fina.ff.ne quis eum qui in ius voca.vi exi. Secundus in contumace in restituendo.l. arbitrio. ff.de dolo.&.l.creditor.§.iussu.ff.de appel.sed contra Bartol.tenuit Angel.in dicta.l.cùm furti.& Roma.in dicta.l.finali.quos illic Alexan.
182 cõmemorat. Moti sunt hac ratione: † Nam furtum licet per iuramentum probari non posset, cùm non sit cõueniens de domo accusatoris pro bationes procedere, vt suprà dictum est, sed de eo constare oporteat, dicta.l.cùm furti.&.l.qui tabulas.ff.de furt.tamen postquam de eo constiterit, interesse seu rei ablatæ restitutio per partis iuramentum probabitur, secundum eos. Et ista fuit Ioan.Fabri opin.in dicta.l.vnica.C.de senten.quæ pro eo quod interest profer. Et Moder.Papien.in dicta.l.finali.ff.de in litem iuran. cum eis sentit. Moti per.l.si quando.C.vnde vi.& capitu.finali.extra quod metus causa.præsertim quando vera rei æstimatio aliter probari nõ potest. Sed non puto eos verum dicere, & in eos retorqueo dictam.l.si quando.C.vnde vi.in his verbis, taxatione à iudice facta pro personarũ, atque negotij qualitate sacramento æstimationem
183 rerũ quas perdidit manifestet. † Oportet enim iudicem prius taxare.& si vltra quàm iudex taxauerit pars iurauerit, non licebit iudici secundum iuramentum rem æstimare.expresśius dicitur in dicto capitu.finali.Quibus ego addo.l.scimus. §.sinautem hoc.in fine.C.de iure deliberan.ibi, qualitate earum sacramento res accipientiũ manifestanda cum taxatione à iudice statuenda.Et sic tria copulatiue requiruntur circa huiusmodi æstimationem.Primò quòd de crimine seu delicto constet.Secundò quòd difficile sit probare rei æstimationem.Tertiò quòd iudex pro personarum & negotij qualitate rerum æstimationẽ faciat & mox iuramentum deferat.quæ omnia exponuntur in dicta.l.si quando.& in dicto capitulo fina.& in dicta.l.scimus.§.sinautem hoc. per quas puto rectè declarari dictã.l.videamus. §.deferre.versicu.iurare.ff.de in litem iuran. Et adde text.in dicto capitu.veniens.& quod illic Feli.notat in vltimo notabili extra de testib. vt magis ex iudicis taxatione, quàm partis iuramento æstimatio procedere videatur.At vbi iudex necesse haberet sequi partis iuramentum, nulla moderatio seu taxatio à iudice fieri posset, l.qui restituere.ff. de rei vendica. Sed tenetur omnino partis iuramentum sequi per illum tex. &.l.properandum.§. sinautem alterutra.C. de iudi.ibi, quantum pro solitis expensis litium iurauerit, non ignorantes quòd si hoc prætermiserint ipsi de proprio pœnæ subiacebunt, & reddere eam parti læsæ coarctabuntur.§.oportet. in authen.de iudi.colla.sexta.ibi, non habere licentiam iudicem minus quàm iuratum est condemnare, neque videri clementiorem lege. Idem notat Anto.de Butr.in dicto capitu.finali.extra quod metus causa. Bald.& Cardi. Alexand. in dicto capitulo primo. de controuersia inuesti. colla.decima.allegat capitu.scriptum.sexta.quæstione tertia.idem prius eo dixit illic Inno.intellige tamen quod suprà dictum est de æstimatione rei ablatæ & damnorum & interesse illa occasione prouentorum, nisi reus conuentus iuramẽ
184 tum petitori detulerit, † quia tunc, secundum Bartol.in dicta.l.maritus.ff. de quæstio. statim quo reus iuramentum detulit, & petitor iurauit, cum delatione iuramenti tacitè partis confesśio conuenit.l.qui iurasse.in fine.ff.de iureiurando. idem tenet Inno.in dicto capit.fina.extra quod metus causa. Attende si vtraque opinio Barto.saluari potest, in qua etiam Ange.varius fuit in.l. in bonæ fidei.post Iacob.Butriga.C.de reb.credi.& in dicta.l.tertia.ff.de iureiurand.&.l. cùm furti.ff.de in litem iurand.Si iudex iuramentum detulerit non facta prius rei taxatione secundũ personæ & negotij qualitatem, & non valet iuramentum neque iudicium inde secutum, quia oportet tria concurrere quæ suprà commemorauimus, per dictam.l.si quando.C.vnde vi. ca-
185 pitu.fina.extra quod metus causa. † Si verò obseruata forma illorum textuum detulit iuramentum, & valet iuramentũ: neque in minus iudex taxare seu verius condẽnare potest quàm iuratum sit, dicto.§.oportet.in authẽ.de iudi.colla.sexta. dicta.l.properandũ.§.sinautẽ alterutra.C.de iudi.Si verò reus actori iuramẽtũ detulit circa rei & damnorũ æstimationẽ postquàm crimẽ detectum est iudici, iuxta dictã.l.cùm furti.ff.de in litem iurã.& d.c.fina.extra quod met. causa. & dictã.l.si quãdo.in prin.C.vnde vi. Et tũc dic nõ valere declarationẽ neque iuramẽtũ inde secutum.l.videamus.§.deferre.&.l.in actionibus.in princ.ff.de litẽ iurã.quia iuramentũ illud non põt nisi à iudice deferri, per illos text.si autẽ à iudice deferatur, & dic aut causa ꝓpter quã defertur ex crimine ꝓcedit pœnã corporalẽ infligẽte, & nõ potest, nisi taxatiõe præcedẽte, dicta.l.si quãdo.C.vnde vi.& dicto.c.fi.extra qđ met.causa.
186 † In alijs aũt in arbitrio iudicis erit ante vel post pstitũ iuramẽtũ à iudice delatũ certã summã aut æstimationẽ taxare: dicta.l.videamus.§.deferre. &.l.in actiõibus.in princ.ff.de in litẽ iurã.in his aũt qbus lex parti iuramẽtũ defert, nõ põt iudex moderari ante neque post.d.§.oportet.in auth.de iudi.colla.vj.& dicta.l.ꝓperandũ.§.sinautẽ alterutra.C.de iudi.&.d.l.qui restituere.ff.de rei vendi.quod hodie iudices nõ obseruant: nescio si fortè differentiam intelligant.

Sed aduerte nõ esse in iudicis potestate hmõi iuramentũ in litẽ deferre, nisi cõcurrãt dolus & difficultas ꝓbatiõis.d.l. videamus.§.deferre.& l.semper.§.in hoc interdicto.ff.qđ vi aut clã.§. peñ.insti.de verb.oblig.Notat Inno.in.d.ca.fi. extra qđ met.causa. Bal.in ca. cõuenticulas.de

pace tenen. & iura. firman. colla. decima. sic vt lata culpa in hoc dolo non æquipararetur, secundū glo. in dicta. l. in actionibus. ff. de in litem iuran.
187 & verum dicit. † sed quod aliàs liceat in supplementum probationis iuramentum deferre, non est lex quæ hoc dicat, tametsi plures hoc attentauerint, vt meminit Alex. in apostil. Bart. in dicta l. maritus. ff. de quæstio. & in dicta. l. finali. ff. de in litem iuran. Pariter & Papien. Moder. hoc refert. Vide Bald. in dicto capi. conuenticulas. & in. l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. eundem in. l. fina. C. de probatio. eundē & Areti. in. l. qui accusare. C. de eden. quare dic vbi pœna ex accusatione imponenda est corporis afflictiua, non sufficit partia depositio, etiam si iuramentum delatum est, per supradicta. Idem dico in quæstione, cùm instar mortis sit. §. finali. in authen. vt nulli iudi. colla. nona. per eam enim articuli sæpe dissoluuntur, inquit ille text. & sæpe in ea rei torti deficiunt. l. aut damnum. §. hostes. ff. de pœnis.
188 † Nam si reorum confessiones pro exploratis criminibus habere non faciat, dicta. l. prima. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. quanto minus accusatoris depositio hoc operari potest: vt suprà dictum est. Quibus addo non licere iudici quæstionem etiam à seruo aut alia vili persona pœnā aut supplicium aut quæstionem exigere nisi multis argumentis & indicijs superetur. l. prima. §. serui. suprà eo. illic dixi: hic non repeto. & facit l. cum probatio. ff. de probationi. l. quæro. ff. de ædili. edicto. l. ex libero. &. l. diuus. ff. de quæstio. Multo minus aduersus liberum & ingenuū hominem. Ita etiam notat Bald. in dicta. l. finali. in fine. C. de probatio. Ioan. Andr. in dicto capi. cùm in cōtemplatione. extra de reg. iur. Tametsi facilius quæstio à seruo, aut alia vili persona exigatur. l. ob carmen. ff. de testi. §. si verò ignoti. in authenti. de testib. l. consensu. §. super seruis. C. de repudi. Notat Barto. in dicta. l. ex libero. Et plurimum stringit ratio quam suprà commemo
189 rauimus: † quoniam iuramentum non est probatio, sed probationis supplementum: dicta. l. eum qui. in princi. ff. de iureiuran. Addo. l. generaliter. in princi. & dictam. l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. &. l. thesaurus. ff. ad exhiben. & ita Bald. notat in dicto capitulo, conuenticulas. de pace tenen. & iuramen. fir. colla. decima.

Adde tamen in quibusdam exceptis criminibus non sufficere accusatorem nō probare, quoniam & reus accusatus tenetur se purgare, saltē iuramento, vt suprà dixi post Paulum de Castr. in. l. tertia. circa finem sui commentarij. ff. de iureiuran. & vltra quàm dictum est adde tria crimina excepta in. l. fallaciter. in fine. C. de aboli tio. & in. l. si quis alicui. C. ad legem Iuliam maiesta. Alium in dicta. l. vbi. C. ad legem Corn. de fals. alium in dicta. l. præsenti. §. sicubi. C. de his qui ad eccle. confug. Alium in capi. cùm P. Man concella. extra de accusa. Alium in authen. nouo iure. C. de pœna iudi. qui male iudi. Alios in capitulo primo. & capi. quoties. & plerisque alijs capitulis extra de purga. cano. Alium in capitu. veniens. in fine. extra de accusa. Alios referunt Cano. in capitu. tanta. extra de simonia. gloss. in capitu. primo. extra vt ecclesiasti. benefi. Et per Iacob. Butrig. Bald. & Moder. in dicta. l. qui accusare. C. de eden. Extende prædicta ad crimina seu maleficia negatiua, secundum Inno. in capit. super his. extra de accusa. Bar. Areti. & Moder. in dicta. l. in illa. ff. de verbo. obliga. Bald. in dicta. l. actor. C. de probatio. In quibus necessaria
190 est probatio, etiam ex parte rei accusati. † Tolle in tutore suspecto accusato, quia inuentarium seu repertorium rerum pupillarium non confecerit, secundum. l. tutor qui repertorium. ff. de administratio. tutor. Nam tutor si vult ab accusatione purgari, probare debet. l. tertia. §. tutores qui repertorium. ff. de suspect. tutor. l. finali. C. arbi. tutelæ. quia tutoris officio incumbit inuentarium facere: dicta. l. tutor qui repertoriū. idem in hærede qui inuentarium non conficit. hæreditarijs enim creditoribus tenebitur, etiam vltra vires hæreditarias. l. finali. C. de iure delib. Probatio autem fit per inuentarij productionē. si tamen omissio proponatur, tunc inquisitio fit iuxta formā positam in dicta. l. fina. §. licentia. C. de iure delib. l. prima. &. l. fi. C. de quæstio. §. fiat inuentariū. in auth. de hæred. & falc. coll. prima.
191 Negatiua † autem ex coniecturis probari potest. l. prima. &. l. is qui cum telo. C. ad legem Corn. de sica. l. prima. ff. eodem. capitu. sicut dignum. capitu. significasti. & capitu. ex literis. extra de homici. l. si non conuicij. C. de iureiurand. quia ex animo crimen iudicatur, & ex coniecturis animi affectus probatur. l. quis sit fugitiuus. per totam penè legem. ff. de ædili. edicto. Et hic repeti posset totus titulus. ff. ad legem Aquil. Et sicut aduersus reum accusatum præsumptiones mouere possunt, contrariæ autem præsumptiones dimouere poterunt, secundum Bartol. in. l. fina. ff. de quæstio. quæ iudicis arbitrio committi solent. argumento est dicta lex, videamus. §. de ferre. & dicta lex, in actionibus. in princ. ff. de in litem iuran. &. l. tertia. §. tu magis scire potea. & l. ob carmen. ff. de testib. l. prima. in princi. ff. de quæstio. Possent hic plura cōgeri. Et me scribente commissum est homicidium die festo Pentecostes dum populus diuino seruitio intenderet, neque tunc testes homicidij inuenti sunt, ad coniecturas eundum fuit dicente reo casu mulierem annosam pugione percussisse, qua percussione haud multo post interijt. Ex aduerso plura argumenta proponebant per quæ occidendi animus cōiecturabatur. Primū quòd homicidium committere in natura nefas sit. l. vt vim. ff. de iusti. &
192 iur. † Ex quo lex animū talem fuisse putat qualem rei euentus indicauit: dicta. l. prima. C. ad legem Cor. de sica. Secundò genus teli, capitulo, significasti

significasti. extra de homicí. l. is qui cum telo. & l. eum qui. C. ad legem Cornel. de sicar. l. j. §. diuus. ff. eo. ad legem Cornel. de sicar. l. qua actione. ff. ad legem Aquil. l. non omnes. §. si commilitonem. ff. de re milita. dixi in. l. j. §. occisorum. suprà. Tertiò vtriusq; personæ qualitas, videlicet homicidæ qui excesserat primam adolescentiam, vt in simili meminit. l. si verò non remunerandi. §. si adolescens. ff. mandati. Mulier verò occisa annis decrepita nullius virtutis naturalis in quam plus homicida pugno, quàm mulier cultro, si quem habuisset, valuisset: sicut meminit glos. in. l. j. C. vnde vi. dixi etiam post Roma. in dicta. l. j. §. occisorum. suprà eod. Quartò delicti atrocitas: dicta. l. j. C. ad legem Cornel. de sica. l. si non conuicij. C. de iniurijs. Quintò dies festus qui celebris est: vt in. l. iij. C. de episco. audien. l. dies festos. C. de fer. capi. fina. extra de fer. c. j. de consecra. distinct. iij. quibus lex non vult indulgere, dicta. l. iij. C. de episco. audientia.

193 Ex aduerso † proponebatur deliram mulierē continuis iurgijs & contumelijs iuuenem prosequi solitam, vt iuuenilem suum calorem cohibere non potuerit, quin pro verbis verbera redderet. Secundò quòd non tantum ab ea iniuriosis verbis lacessitus esset, sed palma seu pugno ab ea percussus & offensus erat. Tertiò quòd quamuis de patruo sacerdote cui mulier ancillabatur seu famulabatur bene esset meritus, mulier autē animum patrui à nepote diuertebat, ne obsequeretur ei, & vt successione spectata fraudaret. Quartò consuetudo iuuenis seu adolescentis in gladio seu pugione deferendo in excusationem proponebatur. Tandem à principe remissio obtenta est, & à vicario (locūtenentem vocant præfecti Rotomageñ. bailliuum vulgus appellat) homologata, seu, vti dicunt, integrata est, recepto, vti dicunt, ab eo purgationis iuramento in defectum probationis, idq; dicebatur veritatem delicti ob inopiam probationis non posse aliter detegi. Comperio autem Angel. dicere in dicta

194 l. admonendi. in fin. ff. de iureiuran. † non licere iudici in causa criminali criminaliter intentata iuramentum deferre, non tantum actori, sed neq; reo. Et mouetur his rationibus, Actori primùm non licet, cùm ex parte eius probationes debeant esse claræ, & apertè concludere, dicta l. fin. C. de probatio. Ex parte rei, quia præsumptio est eum facilimè deieraturum vt animam suam liberet. & pro eo in argumētum induci potest. l. denuntiasse. §. fin. ff. ad legem Iul. de adulter. ibi, sed aget causam suam, vt fortassis obtineret gratia vel iustitia vel legis auxilio. nota verbum, vel gratia. & l. j. ff. de bonis eorum qui ante senten. mort. sibi consciuer. quia licet vnicuique animam suam qualitercunque redimere. intellige iure fori, non iure poli. ca. ne quis arbitretur. xxij. q. ij. ca. super eo. extra de vsur. dicam aliàs plenius. sed non videtur vera doctrina Angeli per ea quæ suprà dicta sunt: quia extat iuris

195 regula, † actore non probante reus, etiam si nihil præstiterit, absoluendus est: dicta. l. qui accusare. C. de edē. Secundò, in criminibus exceptis iuramentum purgationis reo defertur, etiam si accusator nihil præstiterit: dicta. l. fallaciter. in sine. C. de abolitio. & dicta. l. vbi. C. ad legē Cornel. de fals. & alijs criminibus suprà notatis, et in toto titulo extra de purga. cano. Cuius materia hic repeti posset. Tertiò, doctrina Bartol. posita in dicta. l. maritus. ff. de quæstio. quòd reo absoluto potest iudex sacramentum purgationis exigere. sed de ea non potest esse dubium, cùm etiā ante latam sententiam hoc possit, vt suprà dixi, authenti. nouo iure. C. de pœna iudic. qui male iudica. Quare idem Ange. in dicta. l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. repetita distinctione Barto. in dicta. l. maritus. it pedibus in sententiam Bartol. & hæc sententia fuit Iacobi Butriga. in dicta l. in bonæ fidei. etiam si aduersus reum semiplenè probatum est: quia in criminibus debent probationes apertè concludere, vt testibus superetur. Cui addo. l. ij. C. quorum appell. non recipi. in his verbis, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium, scelusq; confessus. Idem cum eo sentit Fulgo. in dicta. l. iij. §. §. ff. de iureiuran. Confirmo ex dicta authen. no-

196 uo iure. versic. sed si persona. † quæ reo accusato necessitatem imponit ab imposito crimine se purgare: alioqui si non iurauerit reus censendus erit. ex eadem authen. in fine. colligo aliud quod videtur mihi dignum annotatione, si reus post iuramentum purgationis, & in defectum probationis à iudice remissus est, si fortè noua indicia aduersus eum superueniant, licere iudici iterum de crimine inquirere, & pœnam exigere, duntamen id fiat intra decem menses. Adde etiam non esse in iudicis potestate iuramentum purgationis reo deferre, donec actor seu accusator à probando exclusus fuerit per iudicem: dicta authen

197 ti. nouo iure. † Non enim dici potest probationem deficere quandiu accusator ad probandum admitti potest. argumēto sunt. l. quod seruus. ff. de condictio. ob causam dator. l. non omnis. §. & cum pecunia. ff. de reb. credit. melius in. l. diffamari. C. de inge. & manumiss. & vide illic omnino Bald. cui adde. l. fin. C. de iure domi. impetran. l. si eo tēpore. C. de remis. pigno. Roma. in. l. de pupillo. §. si is cui. ff. de no. oper. nuntia. & addit. c. frequens. de restit. spolia. lib. vj.

Vt autem absoluam varietatem huius disputationis quam Alexā. amplo commentario prosecutus est, & Moder. Papien. in plerisq; eum tacens, priusq; dicta eius recenseam, breui quodam epilogo repetam, quos inuenio inter se dissidētes. In primis in dicta. l. in bonæ fidei. in suis additionibus post Moder. sui temporis distinxit iuramentum necessarium à voluntario & iu-

198 diciali. † necessarium, inquit, actori deferri non

potest, per rationem.l.fina.C.de probatio.vo-
luntarium autẽ aut iudiciale deferri poterit,per
rationẽ Iaco.Butrig.quoniã reus crimen cõfite-
ri potest:deferre igitur poterit. At reo omne iu-
ramentũ deferri poterit.d.l.fallaciter.C.de abo-
litio.authẽ.nouo iure.C.de pœ.iudi.qui male iu
di.Ioã.fab.in.d.l.in bonæ fidei.nullo modo per-
mittit actori iuramẽtum deferri, quale quale sit:
reo verò iuramentũ purgatiõis remitti posse ait:
vt in toto tit.extra de purg.cano.Cum eo sent.t
illic Bal.& in.l.admonendi.&.l.iij.§.j.ff.de iu-
reiuran. Bart.vero in.d.l.admonendi.& in.d.l.
iij.in princ.ff.de iureiuran.ab eis discedit. dixit
enim reo voluntarium neque iudiciale posse de-
ferri:cùm in criminalibus de interesse fisci tracte
tur.l.licitatio.§.quod illicite.ff.de publica.& ve
ctiga.l.qui cœtu.§.qui vacantem.ff.ad legem Iu
liam de vi publi.l.prima.ff.de iure fisci.sed iura-
mentum per procuratorem deferri non potest.
l.iusiurandum quod ex conuentione.§.fin. ff.de
iureiuran. Non etiam per eum qui nomine fisci
agit, seu causam fisci defendit aut prosequitur.
Pro eo argumẽto sunt. l.imperatores. l.eius qui
199 delatorem.l.in fisci. ff.de iure fisci. † quasi enim
pacisci videtur, qui iuramentum defert,dicta.l.
iusiurandum quod ex conuentione. §.fina. &.l.
sequen. &.l.si quis cum debitore. &.l.iusiuran-
dum quod à debitore. ff.de iureiuran. Si verò à
reo deferatur actori,tenet delatio, & valebit iu-
ramentum per rationem Iaco.Butriga.suprà re-
latam.Sed,vt suprà visum est,Barto.contrarium
dixit in.l.fina. ff.de in litem iurand.& verius, &
contra eum etiam tenet Paul.de Cast. in dicta.l.
tertia.ff.de iureiuran. dixi suprà,non repeto. In
causa autem criminali,in qua non potest corpo-
ralis pœna imponi, sed pecuniaria tantum,cum
Barto.sentit:sed vbi ex illa pœna pecuniaria ali-
qua nota seu suggillatio contingere potest, ego
non puto verum.Nam causa famæ & vitæ æqui-
parantur.l.si adulterium cum incestu.§.fin.ff.ad
legem Iuliam de adulter.l.iusta.in princip. ff.de
200 manumiss.vindict. † Plus enim viro graui pœ-
næ & supplicij est infamia quàm mors, estq; ta-
libus mors solatium. l.quisquis. §.filij. C. ad le-
gem Iuliam maiesta. Fulgos.in dicta.l.tertia. ff.
de iureiurando. in necessario iuramento dissen-
tit ab eis siue pœna pecuniaria, siue ciuilis impo
nenda sit, per dictam. l.sciant. quæ crimina non
distinguit,secundum eum. At in voluntario vel
iudiciali cum eis conuenit, vt suprà dictum est.
Quod autem non possit iuramentum deferri e-
tiam vbi pœna corporis non infligitur, sed infa-
miæ tantùm nota,est text. in capitu. veniens. ex-
tra de testibus. Nam per vnum testem idoneum
& alterum non idoneum probata erat simonia:
noluit tamen papa in supplementũ probationis
iuramentũ deferre. Et tamẽ in illo tex.secũdùm
Bald.illic,ciuiliter tantùm de simonia agebatur.
Iñ quo vide Feli.in vltimo notabili,vt suprà di-
201 xi. † Et tamẽ crimẽ simoniæ dicitur in iure super
omnia priuilegiatũ,cùm omni iure,diuino,natu
rali & humano sit prohibitũ.hoc etiam dicit An-
to.de Butr.in.c.fi.circa fin.extra quod met.cau.

Alexander autem in dicta.l.tertia. ff.de iure-
iurando.& Modern.Papiens. post eum dicta e-
ius in multis transplantans, dixerunt in necessa-
rio iuramento, siue imperfectè seu semiplenè
probatum erit, non debere actori in probatio-
nis supplementum iuramentum deferri: dicta.l.
fina.C.de probationibus. alleg.glos.fina. in ca-
pitu.cùm sint partium.de regul.iuris.in sexto.&
glos.in dicta.l.admonendi. iuncta doctrina Bar
to.in verbo,exacto. ff.de iureiuran.etiam si pœ-
na pecuniaria tantum imponenda esset. & dicũt
hãc communem esse opinionem, quæ etiam fuit
Ioan.de Imola in dicto capitu.finali.extra quod
metus causa.Licet Anto.de Butrio illic contra-
rium sentiat. Quid autem illic dixerit Anto.su-
prà recitaui. Modern.Papiens. in dicta.l.tertia.
ff.de iureiurando.dicit solum Bald.tenuisse con
trarium in.l.qui accusare. C.de edendo. Secun-
dò in dicta.l.admonendi.dixit Alexan. fuisse si-
bi ipsi contrarium. dixit etiam suprà ipsummet
Barto.variasse.hic non repeto. & verum est eun
202 dem Papien. Moder.varium fuisse. † Cæterum
non est verum Bald.dixisse posse in causa crimi-
nali iuramentum deferri actori in supplemẽtum
probationis: imò oppositum dixit in dicta. l.in
bonæ fidei. in quinta oppositione. C. de rebus
credi.etiam si semiplenè probauerit actor, & id
suprà retulimus. Et ad id allegat dictam glos.in
capitu.cùm sint partium. de regu.iur.in.vj.& in
dicta.l.qui accusare.dicit cui debeat iuramẽtum
deferri,actori an reo,sed dixit non esse huiusmo
di iuramentum deferendum vbi de magno tertij
præiudicio tractatur. Et ob id imputandum esse
illi qui probare non potuit.l.argentarius.§.cùm
autem.ff.de eden.neque verum est Alexan.in.l.
admonendi.inueniri contrarium dixisse: imò in
fine suæ lecturæ remittit se ad ea quæ scripsit in
l.tertia eiusdem tituli. Et idem Moder.Papiens.
203 in eadem.l.tertia. varius in hoc dixit, † in nulla
causa ciuili grauis præiudicij deferẽdum esse hu-
iusmodi iuramentum. sed, vt vidistis,prius eo di
xerat Bald.in dicta.l.qui accusare.vbi in quarto
notabili. versicu.secundò fallit.ait debere iudi-
cem, dum huiusmodi iuramentum vult deferre,
qualitatem negotij & personarum considerare,
argumento dicti capi.fin.extra quod met.causa.
&.l.si quando. C.vnde vi.quid, inquit,si fœne-
rator est, qui solitus est fœnerari, an postquam
semiplenè probauerit, debeat iudex hoc iuramẽ
tum deferre? & dicit nõ debere,quia infamia est
infamia facti. alleg. Cin.in.l.si quis ad declinan-
204 dam.C.de epis.& cler. † Nam & vsurarius rapi
nam cõmittit vsuram cõmittendo.c.si quis rapi-
nã.xiiij.q.iiij.& Iudæi de Christo dicebãt,cũ pu
blicanis et pctõribus manducat magister vester,

Matthæi

Matthæi ix.ca. & Luc.quinto. & Marci secundo.de quo in.c.ad audientiam.extra de emptio. & venditio.& in.c.illo vos.de pignori. Tu verò adde text.in.l.improbum.C.ex quib.causis infa.irroge. Et quod illic Cin.Bald.Paul.& Salic.scribunt.Baldus in.l.prima. quæsti.septima. C.de testa. hic repeti possent quæ de vsurario iura canonica statuerunt,in toto titulo,de vsur.& præsertim quod Cano.scribût in.c.ꝗꝗ.de vsur. lib.vj.acerbi enim esse solêt debitoribus.l.si bene.ff.de vsur.& quasi debitores ab eis strangulari dicuntur,in.l.j.C.de prædi.decur.sine decre. non alienâ.ardentes aurum,in.§.fi.in authen.de fideiuss.colla.prima.quærentes de quacunq re quæstum,in.c.constituit.c.in ciuitate.c.conquestus.&.c.nauiganti. extra de vsur.& dulcedine vsurarũ aliena semper appetere.l.ait prætor.§.
205 si fraudator.ff.quæ in fraudem credi. † contra quos præsumptio iuris est.l.fi.§.si fœnerator.ff. quod metus causa.Ideo dicunt,& rectè, debere iudicẽ sic arbitrari, vt in.l.videamus.§.deferre. & in.l.in actionibus.in princ.ff.de in litẽ iuran. &.d.c.fi.extra,quod met.causa. Aduerte etiam Bart.in hoc articulo sibi ipsi cõtrariari.recensui suprà,hic amplius non repeto.variauit ille idem Papien. Moder.vt suprà dixi.Nam & Ludoui. Roma.in.d.l.iij.in causa criminali, in qua pœna pecuniaria tantum imponi potest, dixit hoc iuramentum deferri: motus illo tex.in verbo,pœnali actione.conueniens cum Barto. in dicta.l.maritus.ff.de quæstio.& alijs locis suprà relatis. & ille text. dictæ.l.iij.plures variare coegit. ad quẽ Moder.Papien.respondet, vt ille tex.nõ de pœnali accusatione, sed ciuili actione intelligatur: ponderans verbum,actione.dum ille text.ait siue pœnali actione.argumẽto est,secundùm eos. §.j.Instit.de publ.iudi.versi.cætera.Sed aduerte huic solutioni obstare, actionem in iure pro accusatione assumi,in.l.vnica. C.quando ciui.act. criminali præiudi.glos.est in.§.j. Instit.de actio.
206 Præterea ille. §.primus. † de ciuili actione non loquitur,sed de criminali, licet non capitali crimine: cùm à iure pro eo crimine pœna pecuniaria cum nota infamiæ tantum imponatur:vt in.l. ij.ff.de publi.iudi. de quo in.l.capitalium. ff.de pœn. Ego autem aliter respondeo ad illum tex. vt non intelligatur de iuramento actori delato, sed de eo quod reo per actorem delatum est. Et verba illius text.satis demonstrant,dum ille tex. ait, Quacunque autem actione quis conuenia. tur.& sic de reo conuento loquitur.& in tex.sequitur, Si iurauerit,proficiet ei iusiurandum,siue in personam, siue in rem,siue in factum, siue pœnali actione, vel quauis alia agatur, siue de interdicto. Et sic quocunque modo actor iuramentum reo detulerit, si iurauit reus,absoluendus est. Et qui contrarium sentiunt, non rectè, mea opinione,capiunt. Non prætermitto quod
207 Roma.voluit in.d.l.iij.& Alex.post eum, † vbi cum semiplena probatione aliquid concurrat. quod eam iuuet, & actor honesta est persona,iudex ad supplendũ quod ad effectum plenæ probationis deest, iuramẽtum actori deferre possit. Et dicunt esse casum in.c.fin.extra de iureiuran. vbi ex causa permittit etiam actori iuramentum in defectum probationis referre, licet causa famosa sit. Pro eis induci potest.c.cùm in tua.extra de sponsali. ibi, si persona grauis cui fides sit adhibenda.Iterum in eadem Decretali,ibi,& de fama vel scandalo doceat.in versi.vel contra famam huiusmodi secundum tuæ distinctionis arbitrium iuramẽta exhibeant propinquorum. & sic ad prohibẽdum matrimonium sufficit vnius grauis personæ denuntiatio concurrẽte fama & scandalo, tametsi alterum eorum non sufficeret. l.fina.&,d.l.maritus.ff.de quæstio. Alioqui deferri non debet, vt voluit glos.in.d.l.admonẽdi. in verbo, exacto.ff.de iureiur.& in.l.fi.in princ. ff.quod met.caus.glo.in.d.c.veniens.j.&.c.tam literis. extra de testi.& Fulgo. in.d.l.iij.&.l.admonendi. in fin.post Bart. & antiquos ad huius disputationis absolutionem inducit tex.euãgelij Matthæi xviij.c.& Luc.xvij.c. at si clerici.extra
208 de iudi. † Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. si autem te non audierit,adhibe tecum vnum aut duos testes, vt in ore duorum vel trium stet omẽ verbum.vt dum dicit,adhibe tecum vnum testẽ.intelligatur quãdo grauis seu ardua non est quæstio. dum vero duos dicit, de causis arduis & magni præiudicij loqui voluerit. More autem legum interpretis Fulgo.intellexit.Sed diuus Augusti.in.c.si peccauerit.ij.q.j.rectius interpretatus est.Cæterùm vt ad nostros iuris interpretes diuertam, Alexã. in.d.l.iij.ff.de iureiur.vt à contrarietate Bar.absoluat dicit se non arbitrari Bart. in.d.l.iij. ff.de iureiur.&.l.maritus.ff.de quæstio. &.l.fin.ff.de in litem iuran.& in.d.l.admonẽdi.sic dicere voluisse. Addens vlterius Alexã.quicquid in.l.admonendi. à Bar.scriptum inuenimus in.ix.colũ. suæ repetitionis,id ex additione Rayne.esse, nõ quòd ex officina Barto. processerit dum in ea legitur Barto. dixisse Accurs.in dicta.l.admonendi.in verbo,exacto. dicere contra casum multarum legum, videlicet. l.nam & postea. §.si damnetur.ff.de iureiuran.l.furti.versic.sed si iureiurando. ff.de his qui notan.infam. & aliarum legum à Bart.commemoratarum. Quare Lancel. Decius in dicta.l.iij.circa fin.ff.de iureiurando.
209 † dixit in criminibus,in quibus oportet probare delictum dolo commissum esse, iuramentum actori non posse deferri: cùm dolus perspicuis indicijs,non per partis iuramentum probari debeat.l.dolum.C.de dolo.l.fin.in princip.iuncta doctrina glos.ff.quod metus causa.sed intellige de his indicijs,de quibus iudici ius reddenti constare debet.capi.fina. extra quod metus causa.l. videamus. §.deferre. &.l.in actionibus. ff.de in

.cem iuran. & quòd talia sint indicia, quæ iudi-cem taliter mouere possint, vt sola cõfessio sibi deesse videatur, vt inquit.l.j.in princ.ff.de quæstio.l.ob carmen.§.j.ff.de testib.l.si quando. C. vnde vi.propter quæ etiam iudex moueri possit deferre iuramentum.cap.fin.extra de iureiuran. Et cum quibus absque iuramento possit iudex ad iudicandum moueri, sed vt omnis calumniæ suspicio ab accusatore tollatur, qui aliter probationem facere non potest,eo quòd delicti qualitas & commissi criminis tempus non patiebantur amplius quàm per indiciorum seu argumentorum coniunctionem ad criminis cõuictionem peruenire,iuramentũ actori defert, vt in crimine occulte facto cõtingere solet, de quo plenius dictum est in.l.j.§.quod si quis puta veneno.suprà eo.l.cõsensu.§.sup plagis.&.§.sequ.C.de repu. Et idem notat Bald. in dicta.l.fina.C.de proba. Bartol.& Modern.in dicta.l.admonendi. ff. de iureiuran. Et ad id induci potest text.in capi.ve-
210 niens.in fin.extra de accusatio. † Et id iuramentum magis purgatiuum suspectæ infamiæ dicendum est, quàm quòd necessarium dici debeat: cùm aliàs de innocentia rei accusati constet. sed quia contumax in cõparendo fuit,licet alioqui excusatus fuisset, excusationes aũt cùm friuolæ essent admissæ nõ fuerãt,& accusator grauis psona erat,quæ suspicionẽ infamiæ induxerat.d.c. cùm in tua. extra de spõsali. Quibus adde Antoniũ de Butrio in.d.c.veniẽs.primo. in fi.extra, de testib. dum quærit an duæ semiplenæ probationes possint plenã probationẽ facere:de qua fortè dicetur in.l.lege Cornelia. infra eod.

Non prætermittam aliqua,quorum Alexan. & Papien.Moder.circa prædicta meminerunt, moderantes opi.Iacob.Butriga.in dicta.l.in bonæ fidei.C.de reb.credit.Bart.in dicta.l.maritus.ff.de quæstio.glo.& Bartol.in.l.tertia.ff.de
211 iureiuran. † vt possit accusator reo iuramentum deferre in sui præiudiciũ,nõ aũt reipublicæ. Et licet nihil allegẽt,adde tex.in.l.abolitio.§.finaliẽ.C.de abolitio.finaliter inquit ille tex.per deceptionẽ vel pecunijs à reo corruptus ad postulãdã abolitionẽ venit, redẽptæ miserationis vox minimè admittatur,sed aduersus nocentẽ reum inquisitione facta pœna competens ingeratur. Idem in.l.qui cœtu.§.qui vacãtem.ff.ad legem Iul.de vi publi. Idem notat gloss.in.l.diuus.in glo.fi.suprà eo.tit.Secundò,si tale est delictum in quo transigi potest,aliàs non.l.transigere. C. de transactio. Aduerte quæso non videri hanc
212 declarationem posse subsistere, † cùm nõ liceat accusatori transigere,quis reo hoc liceat: vt in l.transigere.C.de transactio.non licet ergò accusatori iuramentum deferre,quin liceat ex integro cognoscere: dicta.l.secunda.C.de abolitio. alioqui frustra positus esset titulus ad senatuscõsultum Turpilianũ,quo pœna statuta est aduersus eos qui propositas accusationes prosequi negligũt,vel ab accusatione desistunt.l.j. &.l.qui destitit.ff.ad Turpil.pro quibus facit ratio.l.primæ.§.quid si in lite.ff.si quid in fraudem patro.aliena.fuer.l.cum nõ iusto.ff.de collusio.detegen.verum est autem bona fide accusanti aliquando pœnam remitti:vt in dicta.l.secunda.in princi.C.de abolitio.sic vt abolitio ab ipso iudice concedi possit.l.j.§.j.vers.calumniatoribus. ff.ad Turpil.l.ij.&.iij. C.de calum.sed qui iudicatus est calumniose accusasse, pœnam senatuscõsulti Turpiliani sustinet,per dictam.l. primam.§.j.ff.ad Turpil. Et ideo accusator, qui bona fide accusauit,excusatur.l.qui cùm maior §.si patris.&.§.fi.ff.de bo.libe.dixi aliàs,non repeto. Vel secũdum casus qui exprimuntur in dicta.l.secunda.C.de abolitio.accusator aliàs dolosus putauerit pœnã Turpiliani refugere, reo iuramentum deferendo,non excusabit eum huiusmodi delatio, quemadmodũ nec transactio aut pactum excusaret, per dictam.l.secundam.
213 §.finautem.C.de abolitio. † Præterea aliqua sunt crimina,in quibus de iure transigere licet, quæ tamen detegere expedit,qualia sunt omnia publica crimina,maxime ea in quibus pœna à lege imponitur,quãuis in eis liceat sanguinem suum quomodocunq; redimere. l.fina.ff. de popula. actio.l.prima. ff.de bo.eo.qui ante senten.mortem sibi consci.l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pact.& in his non licet iuramẽtum deferre.alioqui deferens incidit in Turpilianum. l.in Senatusconsultum.in princ.ff.ad senatuscon. Turpil. In his verbis,nec peregissent reos,aut aliter quã abolitione facta destitissent, quiue chirographum ob accusandũ dedissent, pactionẽmve aliquam interposuissent. Et sequitur in text. hoc autem verbũ,peregissent reos. ad vniuersos suprà scriptos pertinere dicendum est. Et propterea dixit Alexan.in dicta.l.tertia.ff.de iureiuran.eum qui detulit iterum accusationẽ posse instituere, dummodo alius nõ præuenerit.l.iij.§.si is.ff.de sepulc.viola.idem dicunt Moder.Papiẽ.in.d.l. trãsigere.C.de transact.Sed hoc vltimũ non puto verũ. Nam quãtum ad eũ expiratũ est iudiciũ,
214 per supra dicta: † queadmodũ dicimus in eo qui destitit, qui amplius non auditur, dicta.l.qui destitit.&.l.in senatusconsultũ.§.cæterũ.in rõne legis.ff.ad senatusc.Turp.Nõ obstat.l.iij.§.si is. ff.de sepul.viola.quoniã illa lex nõ potest intelligi de eo qui iam detulit vel accusauit:sed de eo loquit,cui ius accusandi cõpetebat,qui declarauit se nolle accusare.Nã re integra postea auditur,id est anteq̃ alius præuenerit:sicut dicit in.l. ij.§.fin.&.l.seq.et.l.iij.in princ.ff.ad legẽ Iul.de adul.coniungo.l.milites.§.socer.eo.tit.facit.l.si lij.ff.ad Tert.& in argumentũ induci põt.l.mancipiorũ.ff.de optio.lega. Et ad.l.eũ qui.§.in popularibus.ff.de iureiu.plus debito rñdet Bar.in d.l.maritus.ff.de quæst.dũ differẽtiã facit inter publica & priuata crimina. Secundò,dũ grauia delicta

delicta à Icuibus distinguit. Tertiò, dum consi-derandum esse dicit, an ciuiliter aut criminaliter crimina deferunt, & prosequunt. Et vltra quàm
215 dixerit Barto. explicabo. † In primis, in crimine læsæ maiestatis & criminibus exceptis in. l. falla citer. C. de abolitio. non sufficit actore deficere è probatione, sed oportet reum se purgare. Idē in. l. si quis alicui. C. ad legem Iuliam maiestatis. de quo in. l. secunda. C. de exhibendis reis. & l. finali. C. de accusatio. l. vbi. C. ad legem Corn. de fals. potest hic induci capitu. veniens. extra de accusatio. Idem dico in aliis grauibus crimini-bus, quale est incendium vel homicidium, quod ex proposito factum est. l. Cicero. & l. capitaliū. §. incendiarij. ff. de pœn. Meminit etiam Ang. in l. qui sepulchra. C. de sepul. viola. & Barto. in. l. non solum. §. mandato. ff. de iniur.

Dixit autem Paul. de Cast. in dicta. l. tertia. ff.
216 de iureiurā. † Accusatori in accusatione prose-quenda differenti terminum statuendum & præ figendum esse, quo admonito contumaciter per seuerante, reo iuramentum deferri poterit. l. præ senti. §. sicubi. C. de his qui ad eccle. confugi. sed vt suprà diximus, istud est extra omnem aleam disputationis: quoniam destitisse is videtur qui intra præfinitum accusationis à iudice tempus reum suum non peregerit. l. ab accusatione. §. de stitisse. ff. ad Turpil. l. diffamari. C. de inge. ma-numis. Et vlterius tanquam calumniator plectē-dus est. l. si ea. C. qui accusa. pos. l. fina. C. de ac-cusatio. nisi accusator re integra pœniteat, id est accusato nihil iniuriæ, carceris, tormentorū, ver berum, vel catenarum, aut id genus afflictionū passo. l. fallaciter. in princi. C. de abolitio. l. nul-lus. vbi per Cinum & Ange. C. de exhiben. reis. l. qui ea mente. ff. de furt.

217 Aliqua sunt † leuia crimina, in quibus licet per procuratorem in iudicio comparere, sicuti est in omnibus ferè popularibus actionibus. l. qui populari. ff. de popu. actio. Et in eis potest reo iuramentum deferri. & hoc pacto glos. intel ligi debet in. l. tertia. ff. de iureiuran. dum alleg. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. Ex qua sumpsit Alexan. in eadem. l. tertia. tres iuris conclusiones, quas sic absoluo: Si iuramentum reo per accusatorem in populari actione defera tur, ex qua accusatori commodum obuenire po test, Si per eius præuaricationem reus absolua-tur, in accusatoris præiudicium absolutio tene-bit, neq; amplius reū accusare poterit. l. prima. §. primo. & l. qui destitit. & dicta. l. in senatuscō sultum. §. cæterum. ff. ad Turpil. l. quanuis. & l. si fœmina. C. eo. Non autē reo accusato prode rit in Reipublicæ præiudicium: dicta. l. secunda. §. finautem. C. de abolitio. Et induci potest dicta l. eum qui. §. in popularibus. ibi, si non per collu sionem actum sit. & his verbis, si bona fide exa-
218 ctum sit. † Si igitur bona fide delatum erit iura-mentum, & permittente iudice exactum fuerit, illo casu quencunq; accusatorem à limine accu-sationis excludet. Et adde rationem, quoniam huiusmodi iuramentum vim habet quasi aboli-tionis à iudice præstitæ: dicta. l. secunda. C. de abolitio. Et maximè cùm lex ad absoluendum facilior sit. l. denuntiasse. §. finali. ff. ad. l. Iuliam de adulter. & argumento est. l. adulter. §. nupta. ff. eo. de adulte. Non sic est in cōdemnatione per illos text. & l. secundam. C. de fide instru. Non mirum si talis iuramenti delatio iuranti prodest, dicta. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu-ran. Cæterùm non potest altera Alex. considera tio plurimum mouere quòd in talibus transigi posit: cùm pleraq; alia sunt crimina in quibus transigere licet, etiam si pœna sanguinis irrogā-da sit, vt in. l. transigere. C. de transactio. Non ta men iuramentum deferre licet: vt suprà dictum est. l. imperatores. & l. in fisci. ff. de iure fisci. Se-cundò, Alia ratione, cuius suprà meminimus,
219 † quia transactio non nisi trāsigenti obest: aliis verò accusare volentibus non obstabit: dicta. l. secunda. C. de abolitio. l. quanuis. & duabus le-gibus seq. C. ad Turpil. l. qui cœtu. §. qui vacan-tem. ff. ad legem Iuliam de vi.

Non obstabit obiectio senatusconsulti Tur-piliani: quoniam non omnis qui accusat, in pœ-nam senatusconsulti incidit, etiam si ob defectū probationis reus absoluatur, iuxta. l. senatus. §. senatus. versic. quòd si tribus. & l. secundam. §. senatus. ff. de iure fisci. nisi per iudicem pronun-tiatum fuerit accusatorem calumniatum fuisse. l. prima. §. calumniatoribus. ff. ad Turpil. dicta. l. senatus. in princi. ff. de iure fisci. dicta. l. tertia. & l. qui calumniatores. & l. fina. C. de calumnia. l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui notan. infa. Secunda est in voluntario iuramento, etiam in criminali iudicio licere reo iuramentum actori deferre per rationem Barto. in dicta. l. maritus.
220 ff. de quæstio. cuius suprà meminimus, † quia reus deferendo tacite crimen confitetur, dum-modo actor iuret. l. qui iurasse. in princip. ff. de iureiur. Et reus satis sua confessione conuinci-tur. l. qui sententiam. C. de pœn. Addebat Alex. text. in. l. nam & postea. §. si damnetur. secūdùm primū glo. intellectum. & l. sed & si possessori. §. finali. in verbo, perinde. & in. l. eum qui. in princi. in verbo, abundè. ff. de iureiur. reprobata opinione Guliel. de Cun. in dicta. l. finali. C. de probatio. in crimine, in quo à lege pœna sangui-nis imponitur nō potest esse verū, vt suprà dixi, nec in inferioribus criminibus, per ea quæ suprà dicta sunt. Non obstat. §. si damnetur. qui variis modis ab Accurs. cæterisque scriptoribus inter-pretatus est, hac ratione in argumentum trahi non debet, si Alexand. ab Imol. credendum est in. l. prima. in princi. ff. solu. matri. dū respondet ad. l. primam. C. de iure fisci. libro decimo. quā illic pro contraria ad illam legem inducit. Et præsertim id dici potest ad. §. si damnetur. cùm

illum textum trahat, prout Accursius in prima
illius interpretatione intellexit: quam Alexan.
neq; alius admisit secundæ interpretationi glos.
adhærendo. Sed non est conueniens hoc respõ-
sum: quia miserum est refugium: cùm iurecõsul-
tus vnum tantum habuerit intellectum, licet for
tè ignorantia hominum non intelligatur, & in-
certus sit apud eos qui legunt. Ita dicit Bart. in
l. in ambiguo. ff. de rebus dub. ductus argumen-
to illius legis.

Secundò ex mente Accursij in secunda illius
221 §. interpretatione, dic in eo. §. † iudicem non ha-
buisse rationem iuramenti, sed reum in famoso
iudicio condemnatum fuisse spreto iuramento:
quia iudex fortè ductus est illud nõ sequi ex va-
rijs causis ad id eum mouentibus, quæ ex meri-
tis causæ perpendi poterant. l. videamus. §. item
videndũ. & l. in actionibus. in princ. ff. de in litẽ
iuran. de quo in dicto. c. si. extra. quod met. cau-
sa. & c. fin. extra de iureiur. Et hanc solutionem
tradit gloss. prima in. l. furti. §. sed & si iureiuran
do. ff. de his qui notan. infa. ille text. dicit reum
cui iuramentum delatum est, in famoso iudicio
ab infamia purgari, quia se non deliquisse iura-
uit. Nam suo iuramento quodã modo innocen-
tiam suam approbauit. & ille text. conuenit cum
l. iij. §. j. ff. eo. quæ de reo loquitur, cui delatũ est
iuramentum, non autem de eo quod reus alteri
detulit: qua re nihil nobis obstat glossæ inter-
pretatio. Verum est, inquit illic Accurs. nisi iu-
dex nihilominus eum cõdemnauerit, dicta. l. nã
& si postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. Et licet
hic intellectus videatur in se verus esse per ea
quæ supra dicta sunt, tamen vim facere vide-
tur illi legi. frustra enim iudex iuramẽtum detu-
lit, si rationem eius habere noluit, saltem vt mi-
tius cum eo ageret sublata infamiæ nota: cùm iu
ramentum reo debebat ad aliquid illi prodesset
dicta. l. furti. §. sed & si iureiurando. ff. de his qui
222 notan. infa. † Et iuramentum potiorem vim q̃
res iudicata habeat. l. secunda. ff. de iureiurãdo.
præsertim in causis in quibus iudex ad absoluen
dũ pronior esse debet: vt supra diximus. l. adul-
ter. §. nupta. ff. ad legem Iul. de adulter. vulg. l.
Arrianus. ff. de actio. et obligat. Ideo tertiò alij
respondent illum. §. si damnetur. non verificari
in his criminibus in quibus pœna sanguinis ir-
rogari potest, licet in inferioribus criminibus il
le tex. fortè locum habeat. sed hæc respõsio nõ
satisfacit his quæ supra dicta sunt, etiam in crimi
ne notam infamiæ tãtum irrogante. Tota igitur
vis erit in iuramento actori delato, secundum
quod reus condẽnatus est in famoso iudicio, an
ob id famosus erit, & an ille. §. secundũ vltimas
glo. illius. §. si dãnetur. interp̃tatiões intellectus
sustineri posit, vt iudex nulla iuramenti à reo
facti rõne habita reũ de crimine cõdemnauerit.

Consideraui igitur aliam interpretationẽ ad
illum. §. si damnetur. recensere, quoniam rigoro
sum esset, postq̃ actor deferendo iuramentum
renuntiasse probationibus videtur, & tacite de-
clarare in probatiõe deficere, & ob probatiõis
defectum refugere ad iuramenti delationem, ar
gumento dictæ. l. eum qui. in prin. ff. de iureiur.
223 l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. † Et ob id legis
dispositione absoluẽdum esse reum actore non
probãte, etiam si nihil præstiterit, dicta. l. qui ac-
cusare. C. de edẽ. & alijs vulgatis legibus, vt ad-
uersus iuramentum à reo factum iudex aduer-
sus reum pronuntiet, dicta. l. tertia. in verbo, pœ
nali actione. ff. de iureiur. nisi fortè comperiat iu
dex calumniose delatum fuisse iuramentum, si-
cuti supra dictum est, argumento. l. secundæ. §.
si autem. C. de abolitio. & dictæ. l. eum qui. §. in
popularibus. ff. de iureiur. in quo saluari posset
secunda gloss. interpretatio ad dictum. §. si dam-
netur. quæ videtur omnibus singularis. & sic in-
tellecta puto eam in hoc verum dicere: alioqui
non. Et si eam sequi non desideres, cogitaui ad
illum. §. si damnetur. aliter dicere vt intelliga-
tur de accusatore cõdemnato post delatum reo
accusato iuramẽtum in famoso iudicio, quia ac-
cusator in ꝓbatione defecerat, coactus ob pro-
bationis inopiã iuramẽtum deferre, vt infamiæ
notam non euitet: quoniam si post rei iuramen-
tum condemnatio aduersus accusatorem sequa-
tur, & pronũtietur eum calũniatum fuisse, famo
sus erit. l. prima. §. calũniatoribus. ff. ad Turp. l.
tertia. C. de calũ. Nec obstabit secũda glossæ in-
terpretatio, quæ maximã pati potest instantiã, vt
vera nõ sit, licet Bar. in. l. maritus. ff. de quæstio.
& alijs locis supra relatis dicat iuramentũ à reo
delatũ accusatori obstare reo deferenti, quia se-
cundum accusatorẽ iudicabitur, dicta. l. iij. §. j. in
verbo, pœnali actiõe. ff. de iureiur. cui supra rñ-
224 sum est. Tamẽ vltra q̃ supra dixi licet reus † ex
ipso iuramẽto etiã in actione criminali delato ci
uiliter condẽnari possit, non tñ sic reo oberit, vt
ex illo iudicio etiã famoso infamis seu famosus
dici possit, nisi alia argumẽta ex processu resulta
rent quæ famosum reũ facerent. Quibus cessan
tibus si contra reũ tantũ militat iuramentũ accu
satoris secundũ rei delationẽ præstitũ, non puto
eũ famosum esse, tametsi iudiciũ super eo sequa-
tur. Et ad id induco dictã. l. eum qui. in princ. ff.
de iureiur. Nã si in actione quæ insiciando cre-
scit, qualis est legis Aquiliæ. l. cõtra negantẽ. C.
de lege Aquil. §. inde Neratius. §. hæc actio. ff.
ad legẽ Aquiliam. §. item mixta. insti. de actio. si
reus iuramentum deferat, & actor in ea actione
iuret, quãtuncunq; reus factum negauerit, non
in duplum, sed in simplum tãtum condemna-
bitur. & idem notat glossa prima in eadem. l. &
in dicta. l. contra negantem. in principio gloss.
Et ratio in dicta lege, eum qui. est, abundè, in-
quit, est exonerare petitorem prohandi necessi-
tate, cũ omissa hac parte edicti, id est delati iura-
mẽti dupli actio integra maneat. quasi dicat im-
putandum

putandum est actori, qui propter inficiationem
poterat duplum prosequi, subeundo probatio-
nis onus aliter quàm per iuramẽtum, qui maluit
ab onere probandi subleuari, & post delatum iu
ramẽtum secundùm se iurare. hac ratione si gra-
225 uatur in vno reus in altero subleuãdus est. † Pa-
riter dico in famoso iudicio excusandum reum
qui accusatorem suum exonerarit probandi ne-
cessitate, vt si secũdùm iuramẽtum pronuntiatũ
sit, famosus non fiat, nisi vt suprà dictum est, alia
argumenta cum iuramento essent, licet quãtum
ad bonos & graues forte notatus esset. l. secũda.
ff. de obseq. patro. præstan. Sic induco: inter pa-
trem & filium nõ potest famosum esse iudicium.
l. vix certis. ff. de iudi. Si tamẽ filius aduersus pa-
trem agat, & sequatur inde iudicium, licet ob id
pater famosus non sit infamia iuris, tamen apud
bonos & graues famosus erit. Similiter in pro-
posito casu dico: licet à iuris infamia excusetur,
non tamen ab infamia facti, quæ ab opinione ho
minum causatur, per illum tex. & l. ea quæ. C. ex
quib. caus. infa. irroge. Sed ad primum dictũ in-
duci potest. l. edictum. versicu. quæstiones. & l.
vnius. versicu. in ea causa. ff. de quæstio. l. ob car
men. §. fina. secundo respõso. ff. de testib. volunt
226 enim illæ leges, † in ea causa in qua nullis reus
argumentis vrgebatur, tormenta nõ facile adhi-
benda esse, sed instandum accusatori, vt id quod
intendit cõprobet, ac sic conuincat. vbi ergo ac-
cusator ab hoc onere leuatur, congruum nõ est
reum honore suo grauari qui forte bona fide iu
ramentum detulit, conscius forte suæ conscien-
tiæ, existimans actorem non faciliter iuramẽtum
subiturũ, per rationem. d. l. eum qui. & maxime
quod in ea dicitur. & potest dici hoc iudicio nõ
principalem causam exerceri, sed iusiurandum
actoris conseruat. induco etiam ad id. l. Marcel
lus. §. primo. & l. j. ij. & iij. ff. rerum amota. non
datur actio furti vxori in maritum, nec econtra.
datur aũt actio rerũ amotarum, vel cõdictio fur
tiua, dicta. l. tertia. §. primo. in quibus iuramentũ
deferri potest, non autem referri: dicta. l. Mar-
cellus. §. primo. & hoc iuramentum non infama
bit, quia talibus personis de calumnia iuramen-
tum remittitur, dicta. l. Marcellus. §. j. ff. rerum
amota. & l. iusiurandũ & ad pecunias. §. qui ius
iurandum. ff. de iureiuran. tamen vt videtis opi-
nione hominum notantur, dicta. l. secunda. ff. de
obseq. patro. præstan. Sed id intelligendum esse
puto verum, vbi cum iuramento alia concurrũt
indicia, quæ forte etiam sine iuramento possent
iudicem mouere ad sic opinãdum & iudicandũ:
dicta. l. ob carmen. §. j. ff. de testib. ibi, confirma-
bitq; iudex motum animi sui ex argumẽtis & te-
stimonijs, & quæ rei aptiora & vero ꝓximiora
esse comperit, capitulo finali, extra de iureiurã-
do. dicta. l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iu
rando. c. finali. extra. quod metus causa. l. finali,
in principio. ff. quod metus causa. Et ideo iudex
in huiusmodi causis diligenter aduertere debet
quomodo pronuntiet, ne indebite, & iniuste ho
minum opiniones in suam sententiam trahat. Ex
hoc tamen visum est mihi quæstiunculam face-
227 re, † an iudex qui propter iuramentum non de
buit, per ea quæ suprà dicta sunt, reum famosum
pronuntiare, cum aduersus eum nulla alia essent
argumenta quæ eum vrgerent, inscitia tamẽ seu
iuris ignorãtia pronũtiauit reum famosum esse,
ob id famosus censendus sit. quod videtur indu
bium per. l. relegatorũ. §. ad tps. vers. reprehẽsæ.
ff. de interdict. & relega. reprehensæ, inquit ille
tex. sunt sententiæ eorum qui ad tempus relega-
tis ademerunt partem bonorum, vel bona, sic ta
menvt infirmare sententiæ quæ ita sunt prolatæ.
sic etiam licet huiusmodi sentẽtiæ tametsi repre-
hensione dignæ sint, firmæ tamẽ manere debẽt.
l. secunda. §. biduum. ff. quando appel. sit. Secũ-
228 do, postquam semel iudicatum est, † sententia
in causa famosa secum executionẽ famæ trahit.
l. nullum. C. ex quibus cau. infa. irroge. ibi, si sen
tentia non præcessit ignominiæ maculam irro-
gans. Et quia plerique varia dixerunt in. l. & si
seuerior. & l. si Possidonium. l. nullam. l. fusti-
bus. C. ex quibus cau. infa. irroge. l. ictus fustiũ.
ff. de his qui notan. infa. & l. prima, in princi. ff.
eo. ti. Ego autem puto de iure vbi iudex per iu-
ris imperitiam maiorem & seueriorem pœnam
imponere ea quæ ꝓpter crimẽ imponitur. & nõ
puto sentẽtiam illã, neque quod ex ea secutũ est,
plus infamiæ imponere, quàm lex imponat. Nã
lex nõ quod iudex fecit, sed quod facere debuit
cõsiderat. l. ius pluribus. ff. de iusti. & iu. l. sed li-
cet. ff. de officio præsidis. induco. l. palam. §. fin.
229 ff. de ritu nuptiarum. † quoniam causa propter
quam quis condemnatus est, potius quàm sen-
tentia spectanda est, dicta. l. ictus fustium. l. pri-
ma. §. primo. versiculo, si autem pronuntiauit. ff.
ad senatuscõ. Turpil. ibi, facti quædam quæstio
in arbitrio iudicantis, pœnæ verò persecutio nõ
eius voluntati mandatur, sed legis authoritati re
seruatur. l. non potest. ff. de furtis. Et glossa in
dicta. l. ictus fustium. ff. de his qui notantur infa-
mia. dixit causam condemnationis semper spe-
ctandam esse, an ea tantam pœnam desidera-
bat. l. si Possidonium. C. ex quib. cau. infa. irro-
ge. dicam plura in. l. propter veneni. §. præsidis
iniquitate. infrà eodem.

Nec obstabit. l. relegatorum. §. ad tempus. ff.
de interdictis & relegatis. nam per impositio-
nem grauioris pœnæ quàm lex desiderat, quo-
dammodo transigi cum lege & eius ministro
videtur, vt æstimationem conseruet. l. quid er-
go. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infa-
mia. & ita puto sic intelligendam dictam legem,
si Possidonium. licet plerique de ea dubitent,
tamen mea opinione illæ leges eadem ratione
idem diffiniũt. similiter dicta. l. ictus fustium. ff.
de his qui notantur infamia. Et quanquam iuris

nostri interpretes post Accurs. super ea varia dicant, ego non puto tex. illius legis aliquam difficultatem habere. † Nam si is qui condemnatus est à iudice, fustibus aut flagellis verberari meruit, quia causa propter quam extitit condemnatus tantæ efficaciæ erat vt infamiam irrogaret, & hic proculdubio famosus erit. Vbi ergo lex infamiam non irrogabat, iudicis condemnatio non plus infamiæ infert quàm si seuerior pœna imposita non esset. Et id non tantum in famosis iudicijs singulare est, sed in cæteris pœnarum generibus locum obtinet, quoniam eadem forma seruanda est. hoc dicit illa lex in vltimo responso. Quare dico in criminibus in quibus lex arbitrio iudicis pœnam remittit, si iudex reo pepercerit minorem pœnam imponendo, excusabit reum ab infamia, dicta. l. j. §. calumniatoribus. ff. ad Turpil. l. & si seuerior. C. ex quib. caus. infa. irroge. ecõtra si maiorem imposuerit, quàm causa propter quã damnatur admittat non propterea infamabit eum, dicta. l. si Posidoniũ. &vt clarè ille legis sensus pateat duo præmittẽda sunt. Primo relegatum ad annum aut aliud tempus si ante effluxum anni tempus redeat, relegabitur iterum multiplicato tempore suæ relegationis. l. relegati. & l. capitaliũ. §. in exulibus. ff. de pœnis. sed si integro tempore in relegatione permanserit, tempore lapso redire potest, & statum suum recuperat. l. ij. in princip. & l. iij. in prin. ff. de decurio. Et si iudex in iure errans, eum qui post tempus reuersus est, in aliud tempus aut maius eum cõdemnauerit, sententia nõ infamabit, dicta. l. si Possidonium. sed reducetur secundùm tempus iure sibi præfinitum. l. capitalium. §. diuus. ff. de pœn. l. relegatorum. §. primo. ver. siue ad tẽpus. ff. de interdic. & relega. & idẽ Parisijs in parlamento obseruatũ est, in quodã consiliario ad tempus ab ordine amoto. & ita intel-
231 ligo dictam. l. quid ergo. §. pœna grauior. † Si vero lex certam pœnam statuat, non habetur ratio sententiæ iudicis: quoniã siue pepercerit siue excesserit, omnium æqua est reorum cõdemnatio seu conditio. Nam omnes æqualiter famosi sunt vbi causa famosa est. l. ordine. ff. ad municipalem. dicta. l. non potest. ff. de furt. l. palam. §. fina. ff. de ritu nuptia. dicta. l. prima. §. calumniatoribus. versi. nam si quidem. & versi. sequen. ff. ad Turpil. Reliqua prosequere vt in dicta. l. & si seuerior. & l. sequẽ. & l. nullam. & l. fustibus. C. ex quib. cau. infa. irroge. & in dicta. l. ictus fustiũ. ff. de his qui notan. infa. Et vt reuertamur vnde digressi sumus, dic aut reus accusatus probationibus conuincitur, & de eo non potest esse dubiũ, quia puniri debet, etiã si iuramentũ accusatori non deferatur. l. secũda. C. quorum appella. non reci. l. qui sententiam. C. de pœ. aut con-
232 fessione: † & dic in his criminibus in quibus de delicto constat paria sunt aliquem testibus superari aut confessione conuinci, dicta. l. qui sentẽtiam. & dicta. l. secunda. nullæ enim sunt partes iudicis in confessum quàm in condemnando. l. proinde. §. finali. ff. ad legem Aquil. l. prima. C. de confes. c. at si clerici. extra de iud. & c. ij. extra de confes. intellige ergo sane, dunramẽ, vt dixi, de delicto constet, & non aliàs. l. inde Neratius. §. finali. & l. seq. ff. ad legem Aquil. dixi in. l. j. §. item illud. suprà eo. Et iste textus rectè probat. Oportet enim de crimine prius constare, ne audiatur perire volens, vt dixi suprà. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & l. non tantum. ff. de appel. Adde text. in. l. qui seruum. ff. de interro. actio.
233 ex quo concluditur alia dubitatio de eo † qui confessus est crimẽ commisisse, & damnatus est propter confessionem: an si postea comperiatur is qui crimen admisit, dimitti debeat? & respondet ille tex. non esse eum dimittendum. & Bald. illum tex. pro singulari notat in. c. iniuria. de pace tenen. & iura. firman. coll. x. Aut testibus vel confessione reus non conuincitur, sed argumentis tantum vel testimonijs probabilibus, quæ indicia esse dico. Et tunc si tot & tanta sint quæ iudicem ad quæstionem moueãt reo infligendam, quia ad veritatem conuincendã nihil aliud deest quàm rei confessio, & iudex quæstionem exigere potest. l. prima. §. ad tormenta. & l. finali. ff. de quæstio. dicta. l. ob carmen. §. fina. ff. de testi. habita tamen criminum distinctione. l. edictum. §. quæstiones. & l. vnius. §. in causa. ff. de quæstio. neque necesse habet iudex iuramentum deferre per suprà dicta. si tamen ex abundanti accusatoris iuramentũ exigeret, quod ita religionem iudicantis mouerit, vt in. c. fi. extra de iureiur. c. fi. extra quod met. caus. nihil hoc in consideratio-
234 ne esse debet. † Si vero indicia & argumẽta nõ tam facto proxima seu coniũcta sunt vt criminis perfectionem inferant, & iudex non debet reum indiscrete quæstioni subijcere. l. nec si mors. C. de quæstio. dixi in. l. prima. §. serui. suprà eo. per rationem. §. fina. in authen. vt nul. iudi. liceat habere loci conserua. collat. ix. Quæstio enim per quã articuli dissoluũtur morti proxima est: ideo bonus rectusq; iudex debet omnia rimari. c. iudicantem. xxx. q. v. præsertim si natura criminis talis sit vt quæstionem non admittat. quod prosequere vt per Ioan. Andre. in. c. cùm in contẽplatione. extra de reg. iu. Cuius doctrinam aliquãdo examinaui, amplius eã nõ repeto. per Bal. in l. indicia. C. de rei vendica. Barto. in. l. fina. ff. de quæstio. Sed nec debet iuramẽtum deferre, cùm actore non probante reus absolui debeat: dicta l. qui accusare. C. de eden. dicta. l. maritus. ff. de
235 quæstio. c. veniens. primo. extra de testi. † præsertim in causa criminali pœnam sanguinis ingerente, nisi crimina sint excepta, in quibus accusato imponitur se purgare, vt suprà dixi, per. l. fallaciter. C. de abolitio. Adde prædictis text. in. c. primo. extra de confes. Ex quo textu declaratio assumitur, nisi is qui accusatus est, grauiter de crimine

crimine diffamatus esset, dicto.c.veniens. extra de accusatio.quia purgare se tenebitur,per illos tex.sed hoc intellige quando diffamatio à maleuolis nõ processit, dicto.c. qualiter & quando. secundo.&.c. inquisitionis. extra de accusatio. secus vbi à viro optimæ famæ diffamatus esset concurrente illius viri testimonio, fama & scandalo,fortè aliter procedẽdum esset,dicto.c.cùm in tua.extra de sponsali.aliàs nõ,dicto.c.veniẽs. ĵ.extra de testi.&.c.j.extra de confes. In alijs autem leuioribus criminibus hoc arbitrio iudicis committitur,in.c.si.extra de iureiur. sed intellige quantum ad simplum exigendum, nõ autem quantũ ad pœnam aut infamiã irrogandam.d.l. eum qui.in prin.ff.de iureiur. extende per illum

236 tex.etiam † si reus actori non probanti iuramentum deferret.l.furti.§. sed & si iureiurãdo.ff. de his qui notan.infa.nisi cum iuramẽto aliqua aduersus reum essent argumenta, & post iusiurandum sequeretur aduersus reum sententia famosa: quia tunc famosus esset.d.l.nã & postea.§ si damnetur.ff.de iureiur.secũdùm primã glo.intellectum.vel si secundum glos.intellectũ in.d.§.si damnetur.sequi mauis,dicas etiam si reo per accusatorem iuramentum delatum fuerit, & spreto à iudice rei iuramẽto secundùm accusatorem iudicauerit rectèq; eum accusasse pronuntiauerit ob idq; famosum reum dixerit: tunc reus famosus erit,per illum text.secundùm glos.in.d.l. furti.§.sed & si iureiurando.ff.de his qui not.infa.vel secundùm primã glos. intellectum in.d.§. si damnetur.quando actor reo deferente iurauit non subsistente alia probatione quàm iuramenti actoris qui ab omnibus fere improbatur,licet Bar.eum admittat in.d l.maritus.ff.de quæstio. Et ideo voluit reum famosum fieri, sed non rectè,nisi ad eum suppleas subsistẽtibus cum iuramento alijs argumentis aduersus reũ.d.c.j.extra de confes.&.c.veniẽs.extra de accusa. multo minus in causa sanguinis licet:vt suprà dixi,hic am

237 plius nõ repeto. † Fateor autem debere in casibus præmissis teneri reũ se purgare propter diffamationẽ quæ ex accusatione processit.d.c.veniens. extra de accusa. &.d.c.j. extra de confes. rationẽ eius videbis infrà proximo dicto.Secundò quãdo accusatus cõtumax fuit in cõparẽdo, per.d.c. veniens. Et ratio ponitur in.l. in pecuniarijs.C.de requi.reis.quoniã in criminibus cõtumax in cõparendo quadam facti infamia notatur,non mirum si purgare debet illam infamiam quam propter contumaciã contraxit. Est & alia ratio, quando enim processus diu agitur in opinione hominum contrahitur quædam facti ignominia.l.ij.ff.de obsequi.patro.præstan. Et hanc rationem nota, quia nõ comperies alibi tam expresse traditam. Sed si ob contumaciam in satisdando condemnatio sequeretur, ob id famosus non esset non enim omnis qui nõ satisdat suspectus est.quid enim si propter inopiã reus accusatus satisdare nõ potest? Certe hic reum nõ grauat. Et volo te notare text.in.l.ij.§. primo.ff. de custo. reo.ibi, sed hæc interpretatio perdura & pernimiũ seuera est in eo cuius dominus absens fuit,vel per inopiã illo momento temporis satisdationẽ implere non potuit. Non dissimilem rationẽ considerauit glos.in.l.si constante.§.quoties.ff.solu.matri.in verbo, vsitatum.& tex.in.l. si ideo.ff.de euictio.& in.l. cùm emãcipati.in fi. ff.de collatio.bono. Et Ioã. And.in mercur.fine possessione.de reg.iur.in.vj.perpulchrè.l.fallaciter.C.de abolitio.interpretatur, dũ de crimini

238 bus illis exceptis illa lex loquitur. † dicit enim in criminibus etiã exceptis intelligẽdũ esse de infamatis qui debeãt purgari.c.vltimo.&.§. vltimo. vj.q.v. Et ille tex.est dignus recitatione, Accusator quod asseuerat se probare nõ posse, reũ necessitate monstrãdi cõtrariũ nõ adstringit: cùm per rerũ naturã facti negãtis probatio nulla sit. & vsq; huc sumptus est ille tex. ex.l. actor.C. de probatio.In vltimo.§.dicit, hoc autẽ obseruandũ est quãdo reũ publica fama nõ vexat. tũc enim authoritate eiusdẽ Gregorij propter scãdalũ remouendũ famã suã reũ purgare oportet. vbi ergo fama nõ laborabit aduersus reũ neq; scãdalũ, purgare se nõ tenebitur. Nõ tacebo vlterius quod Ioã. And.dicit in.d.c.fine possessione.secũdùm

239 Legistas, inquit,in grauibus delictis negatiua & negantẽ probãda est.l.fallaciter.in fi.C.de abolitio.Sed mixti legistæ, qui viderunt scripta iuris nostri,intelligunt illam legẽ de infamatis. & sibi placet pariter & mihi. & vide illic omnino quæ Ioan. Andre. in materia negatiuæ scribit, & conducent tibi.sed, vt dixi, intellige illud.c.fina.vj. quæstio.v. quando hæc fama non libidinose effusa est.l.iustissimos.C. de offic.recto. prouinc. Et ratio assignatur in.c. si ergo. viij. quæstio.j. quoniã,inquit, plebs sæpe clamoribus aut gratia, aut pretio fortasse excitata moueri solet.l. decurionum.C. de pœn.l.diffamari.C. de inge. manumis. Adde tex.in.l.miles.§.mulier.ibi, falsis rumoribus.ff.ad legem Iuliam de adulte. Et ideo ius canonicum dicit esse considerandum à quibus personis originem sumpserit hæc fama aut scandalũ.d.c.qualiter & quãdo.ij.c.inquisitionis.extra de accusatio. dicã plenius in.l. lege Cornelia.infrà eo.interim vide Bart.in.l.miles. §.mulier.ff.ad leg.Iul.de adult. super illo tex.in verbo,falsis rumoribus.Henric. Bohic in.c.nos inter.&.c.cùm dilectus.extra de accusa. Feli. in.

240 d.c.veniẽs. primo. extra de testi. † Secũdò adde, expedire vt cum fama sit personæ grauis aut aliàs honestæ depositio.d.c.cùm in tua.extra de spõsali.Et id dico ad inducẽdam purgationem, nõ autem vt iudicium aduersus reũ accusatũ fundari possit.d.c.veniẽs.ĵ. extra de testi. illic enim erat vnius testis integri depositio vnà cũ alterius nõ integri testis depositione,& tamẽ papa rationem illorũ testiũ nõ habuit,quia nõ est duorum

testimonium scilicet integrorũ, & tamẽ aliquid erat vltra semiplenam probationẽ. Nam socius simoniæ in testem admitti solet in odium simoniaci. c. primo. de testi. libro sexto. Debuit ergo ille socius criminis cum altero teste idoneo iungi, & sic plenam probationem facere, iuxta. l. si quis ex argẽtarijs. §. cogentur. ff. de edend. quæ nihil prorsus probat quicquid Bal. dicat. nõ etiã permisit pontifex quãtumcũq; de crimine simoniæ tractaretur, neq; vera illa est doctrina Bal di in. d. §. cogentur. per dictum. c. veniens. quã aliquando impugnaui, hic nihil repetam. Recte autem operabitur ad effectũ purgationis, quoniã aduersus eum qui accusatus erat aliquid probatum fuerat, ideo purgabit se. c. cũm P. Manconella. extra de accusatio. & dicta. l. furti. §. sed si
241 iureiurando. ff. de his qui notãtur infa. † Et ad probationem huiusmodi purgationis domestici & parentes idonei testes erunt, secundũm Bald. in. l. parentes. C. de testi. Feli. in dicto. c. cum P. Manconella. in fi. extra de accus. alleg. Bal. tex. in. c. literas. extra de præsumptio. & Feli. alleg. Specu. in titu. de inquisitione. §. primo. versi. sed nunquid per eas. quem tacito authore Papien. Moder. allegat in rubrica. ff. de iureiur. Nõ prætermitto vnum quod Bal. notat in dicta. l. qui accusare. C. de eden. dum quæstio est de negatiua, quæ in animo consistit. illa enim duplici modo, secundũm eundẽ Bal. probatur, facto & verbo. l. pro hærede. ff. de acqui. hæred. & in hoc statur iuramẽto eius qui fecit, quo animo id fecit. & nihil vlterius allegat. tamen illa. l. pro hærede. §. primo. hoc non dicit, imo contrarium sentire videtur dum consilium præbet hæredi vt testetur, quo animo aliquid circa funus patris aut testatoris impendit. cui concordat. l. at si quis. §. sed interdum. versi. oportet. &. §. pleriq;. ff. de religio. & sump. funerum. alioqui per illum tex. si hæres non declaret animũ, in arbitrio iudicis erit æstimare quo animo quáve intẽtione hoc faciat hæres. Sed pro Bal. est melior tex. in. c. vt circa. §. fi. &. c. nulli. in fi. de electio. in sexto. Adde quod notatur in. l. reprehẽdenda. C. de institu. & substitu. sub conditio. fact. l. Labeo. ff. de suppellec. lega. in. l. j. C. ad legem Cornel. de sicar. vbi per Bal. & Alex. in apostil. ad eum.

Aliud & secũdum non omittã, cuius meminit
242 idem Bal. in. l. solam. C. de testi. † depositionem testis super negatiua recipiendam non esse, nisi rationem depositionis suæ testis reddiderit, per dictam. l. solam. &. §. & licet. in authen. de testi. colla. vij. hoc idem not. Feli. in dicto. c. tertio loco. extra de testi. Moder. Papien. in rubrica. ff. de iureiuran. Bal. in. l. conuenticulam. C. de epi. & cleri. Bart. Veroneñ. in cautela. lxx. Eundem Bal. in. l. si arbiter. ff. de probatio. Intellige nisi iudici cõstet verisimilia deponere secundũm Feli. in dicto. c. tertio loco. per illum tex. &. §. hinc nobis. in authen. de hæredi. & falci. colla. j. Ad-

de quod notat Innoc. in. c. cũm causam. extra de testib. Et Hostien. & Anto. de Butrio in. c. cũm ecclesia. extra de causa pos. & proprie.
243 Nunc videndũm † est per quem negatiua probari debeat. Et quanquam ex dictis per Innocẽ. Felin. & cæteros Cano. interpretes in. c. super his. extra de accusatio. Bar. Francis. Areti. Alex. & Neotericos in. l. in illa. ff. de verborũ obliga. Ioan. And. in. c. infamibus. de reg. iur. in mercu. & in dicto. c. fine possessione. eod. titu. Inno. & Anto. de Butrio, & eundem Ioan. Andre. in. c. bonæ. extra de electio. Luc. de Pen. in. l. super seruis. C. qui milita. pos. lib. xij. Floria. in. l. ij. ff. de probatio. plura colligere possis. incõgruum tñ mihi visum non est, pauca succincte quibusdam breuibus regulis repetere & hic cõgerere.
244 In primis hoc axioma erit, † Quisquis sit qui negatiuam proponit, siue actor, siue reus, probare tenebitur. l. si quis consortium. C. de fabricen. libro vndecimo. l. hoc iure. &. l. ita stipulatus. §. primo. versicu. quod si ab initio. ff. de verbo. obliga. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. qui sub tutel. vel cur. sunt, exemplum prosequere vt per Inno. in dicto. c. super his. Bart. in dicta. l. in illa. Ioan. Andr. in mercu. infamibus. de regulis iuris. in. vj.

Hanc regulam intellige nisi proponens negatiuam intentionem suam habeat fundatam in iu-
245 re communi. Tolle exemplum † in tutore, qui de iure communi anteq; administret, repertoriũ seu inuentarium rerum pupillariũ conficere debet. Alioquin in pœnam incidit. l. tutor qui repertorium. ff. de administra. tuto. l. iij. §. tutores. ff. de suspect. tutor. si contra eum excipitur, aut proponitur q; inuentariũ non confecerit, si vult tutor pœnam euitare, probare debet se integrũ fecisse inuẽtarium, dicta. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. qui sub tutel. vel cur. sunt.

Addo aliũ casum in. l. ij. C. de eo qui pro tutore nego. ges. Alium in. l. non ignorat. C. qui accusa. pos. Aliũ in. c. j. de cõtrouer. inuesti. colla. x. de qua plenius infrà dicã. Adde aliũ in. l. si ex cautione. C. de non numera. pecu. Licet in illa actione aliquid speciale esse dicant Innocẽ. in dicto. c. super his. extra de accusa. & Bart. in dicta. l. in illa. ff. de verborum obliga.

Idem dico in emphyteuta priuati, qui triẽnio cessauit canonem soluere. l. ij. C. de iure emphy. in emphyteuta ecclesiæ biennio. c. fi. extra de loca. & conducto.
246 Si † pœnam non soluti canonis emphyteuta euitare velit, probare debet solutionẽ. idem notat glos. communiter approbata in dicta. l. ij. in verbo, repellere. mouetur per. l. j. C. de probatio. Addo quod Fulgo. addit in. l. Titius hæres. ff. de actio. empti. emphyteutam teneri ostendere domino confines. Cui adde text. cum glos. in c. insuper. versic. illud. in verbo, nisi requisitus. de prohibi. feud. aliena. per Frideri. colla. x. dixi plenius

plenius in.l. tertia.§. si cùm omnes. suprà eodē. Et per hanc moderationem declaraui quandoque in facti contingentia.l. vnicam.C. de conducto. & procur. dom. Augustæ.libro vndecimo. & doctrina Bartoli post Ioannem de Platea in eadem.l. dum Bartolus illum textum inducit, & rectè, si rex aut baro à subdito titulum suæ possessionis postulet, vt non teneatur, per illum textum subditus ostendere: cùm princeps non vtatur circa id maiore priuilegio quàm priuatus. priuatus autem ostendere non cogitur.l. cogi. C. de petitione hæredita. per Baldum in.l. ciuile.C. de furtis. Quoniam verum est hoc Bartoli dictum, nisi aduersus subditum domini intentio in iure communi fundata est. Ita dicit illic Ioannes de Platea, & rectè. pro quo allegat.c. si diligenti. extra de præscriptio. Cui adde.c. ordinarij locorum. de officio ordina. libro sexto.l. si solennibus. vbi per Cinum, Petrum, & Baldum. C. de probationibus. c. cùm sint personæ. de priuilegijs. in sexto. Quibus adde Baldum in dicto.c. primo. de controuers. inuestitu. collatione decima. eundem Baldum in.l. sicuti.§. sed si quæritur. iuncta glossa in verbo, quis possessoris.ff. si seruitus vendice. Tolle † exemplum in curato, cui soli ius percipiendi decimas competit.c. primo.c. peruenit. & plerisque alijs.c. illius tituli. extra de decimis.c. primo & secundo. extra de decimis. in sexto. Nec iuuat possessio sine titulo.c. ad decimas. de restitutione spoliatorum. libro sexto. dicto.c. si diligenti. &.c. causam quæ. extra de præscript.c. dudum. extra de decimis. nisi possessio interuenerit tanti temporis, cuius initij non extat memoria.c. primo. de præscriptio. in sexto. non probabit curatus negatiuam, quia intentio in iure communi fundata est, sed in alium transfert onus probandi, dicto c. primo. de præscriptio. in sexto. c. cùm sint personæ. de priuilegijs. in sexto. Et istud est quod Paulus de castro dicere voluit in dicta.l. si solennibus. † non iuuare quasi possessionem priuilegij eum qui in tertij præiudicium vult priuilegio vti, nisi de priuilegio fidem faciat, dicto.c. cùm sint personæ. Plus dicit illic Bald. eum qui priuilegium contra ius commune allegat, in mala fide esse, dicto.c. ad decimas. nisi titulum probet primò, circa principium. de præscription. in sexto. Idem notat Baldus & Ioannes de Imola in.l. Titia.ff. soluto matrimonio. Idem Baldus in dicta.l. non ignorat.C. qui accusare possunt. Plus glossa voluit in.l. si priusquam.ff. de noui operis nuntiatio. & eam illic omnes approbant. Pariter Cinus, Baldus, & Paulus de castro in.l. altius.C. de seruitu. & aqua. quasi possessionem non releuare ab onere probādi, vbi rei aut actoris intētio aduersus quem negatiua proponitur in iure communi fundata est, præsertim in his, in quibus origo rei & primæuus naturæ status contradicit, dicta.l. sicuti.§. si quæratur.ff. si seruitus vendicetur. etiam si duæ concurrant iuris præsumptiones, videlicet possessionis, vt in.l. si uе possidetis.C. de probationib. † Et secunda, neminem de iure præsumi suum iactare.l. cùm de indebito.ff. de probationib. hanc extensionem Moderni Papienses post Ioannem de Imola, & Alexandrū in dicta.l. si priusquam. tradunt. Et ratio huius est, quoniam ordinaria iuris præsumptio cum qualitate originali potētior est quacunque alia extrinseca qualitate, præsertim in iuribus incorporalibus & prædialibus, dicta l. altius. vbi per Cin. & Bal.C. de seruit. & aqua. glos. in.l. circa.ff. de probatio. & glos. in verbo, egisset. in.d.l. si priusquā. illic ab Alex. & Neotericis colliges plures concordantes. Sic est in re principis, in qua non sufficit longissimi temporis præscriptio absq; titulo.l. iubemus.C. de fundis patrimo.lib.xj. Et quia plerique illam legem capiunt secundum casum primæ partis illius legis, sicuti sæpe audiui allegare, sed non rectè. & vt scias vtrunque illius legis casum distinguere, aduerte quòd in prima parte illius legis quæstio erat de eo qui rem patrimonialē principis quæ in emphyteusim priuato concessa erat, quā alius priuatus occupauit, & xl. annis possedit soluto semp canone fisco seu principi, & ille possessor tutus est propter præscriptionē, etiam si absque titulo longissimo tempore possederit. & in hoc casu loquitur.c. si quis per triginta annos. si de feu. fue. conten. inter domi. & agna. colla.x.

In versic. hoc autem adijciendo, est secundus casus † de eo qui rem patrimonialem possedit quadraginta annis, & aduersus fiscum vult præscribere tam saluo quàm adempto canone. Et dicit ille text. qui sic rem patrimonialē possedit ab initio principali iussione possedit, & tutus erit præscriptione: quia tunc nō licebit principi aut pro eo agenti hunc possessorem amplius inquietare seu molestare, sed erit perpetua securitate munitus, siue saluo siue adempto canone ab initio possederit, quia sic voluit princeps ab initio nactæ possessionis eum possidere. vbi ergo ab initio nactæ possessiōis sine iussione principis, id est aliquo titulo à principe obtento possederit quadraginta annis, non iuuabit eum talis præscriptio. Idem in.l. finali.C. de fund. rei priua. libro vndecimo. Sic dicitur in re feudali, quam nullo tempore præscribit, qui causam à domino feudi non habet.c. primo. de prohibit. feud. aliena. per Fridericum. Licet glossa illic moderetur ad triginta annorum præscriptionem: contra quam est textus in.l. finali.C. de fundis limitroph. libro vndecimo. glossa in.l. longa.ff. de mortuo inferendo.§. nunc autem. in aushen. vt de cætero commuta. nō si. colla. quinta. Quibus adde Flor. in.l. seruitutes.ff. de seruitu. vbi verò domini intētio in iure cōmuni fundata non esset, secus dicendum est, secundum eos, in dicta.l. si priusquàm.ff. de noui operis nuntia.

Secundò addunt, nisi is, contra quem actum est, contumax sit in comparēdo vel in defendendo, quacunque actione probandi agat, confessoria aut negatoria: quia onus probandi ei imponitur, dicta. l. si priusquam. Idem si in respondendo contumax est. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. l. locum. §. condemnatio. ff. de tabul. exhiben.

Prædictis addo in materia feudali vnū quod Cardi. Alex. affirmauit in. c. §. de controuer. inue
251 sti. colla. x. † differre feudales res à non feudalibus, neque legibus Romanis ligari. Ob id dicit vbi contra possidentem ius commune certat, nō sufficere possessionem absque titulo proponere. de quo in. l. §. & . ij. C. de seruitu. & aqua. l. §. & fina. C. ne rei domi. vel templo. dicta. l. seruitutes. magna. ff. de seruitu. c. cùm olim. extra de censibus. c. cùm ecclesia. extra de causa poss. & propric. In feudalibus, inquit, aliud est. vasallo enim possidenti defensio, id est iuramentum datur, & domino onus probandi incumbet, dicto c. §. de controuer. inuesti. c. §. de conten. inter domi. & vasal. de portio. feudi fratris. colla. x. Nec, inquit, respuendum est hoc argumentum, quoniam feuda secundùm Romana iura non sunt iudicanda. c. §. de feudi cogni. §. hoc autem. qui feud. dare pos. colla. x. Sed tandem discessit Car
252 di. ab hac opi. † voluit enim possessionem vasalli non sufficere, sed plura cum ea debere concurrere. Primò vt ad minus possessio annalis sit. Secundò quòd domino sciente possederit, & non cōtradicente. Tertiò quòd bona fide. c. si autem aliquis. si de inuesti. inter domi. & agna. lis oria. Addit & Barto. in. l. Celsus. ff. de vsucap. & distinctionem Bal. in dicto. c. §. de controuer. inuestit. positam omnino respuit. Et cùm reperiā inter feudalium iuris interpretes diu variatum esse, neque mirandum est, cùm tex. illarum constitutionū barbari & omnino corrupti sint. Quantum autem ex eis colligere poterimus explicabimus.

Nam in. c. primo de controuer. inuesti. colla.
253 x. sic distinctū est. † Si inuestitura facta est à domino coram Paribus vel per breue testatum, & recusat dominus vasallum sic inuestitum in possessionem feudi mittere cogendus est dominus. Iste primus articulus de indubitabili est. c. §. qd sit inuestit. c. fina. de noua for. fideli. collatio. x.

Si verò quæstio est inter dominū & vasallum, An inuestitura facta sit domino negante inuestituram fecisse vasallo affirmante se inuestitū fuisse: quia forte coram Paribus facta non est, vel instrumentum de inuestitura factum non fuit, vel si factum erit amissum est: vt in. c. si enim domino. quid sit inuestit. & in dicto. c. §. de controuer. inuestit. in quibus dicitur si vasallus in possessione feudi est, defensio vasallo datur propter possessionem, id est sacramentum vasallo defertur, qui iurabit se inuestitum. c. fin. quid sit inuestit. & id probatur in pluribus capitulis illius titu. de cōtrouersia inuesti. c. vnico. de conten. inter me & do. de portio. fratris mei. Hoc autē moderatum est in. c. si autem aliquis. si de inuestit. inter domi. & vasal. lis oria. dummodo pro pos-
254 sessore concurrant hæc quæ sequūtur. † Primò quòd vasallus anno integro, vt inuestitus feudū bona fide possederit. Secundò quòd sciente & non contradicente domino in feudi possessione permansit. Alioquin, inquit ille text. iusta ignorantia, vel parui temporis negligentia cum iniquæ possessionis periurio quandoque domino in possessione damnum afferat. Ego comperio aliquid vlterius additum esse in. c. primo. de cōsuetu. recti feudi. colla. x. quod dominus seruitium ab eo quasi à vasallo receperit: licet vasallus inuestituram non probet, verūtamen, inquit ille tex. obtinebit præstito iuramento, nisi aliud contra inducatur, id est contrarium à domino probetur, aut per Pares curiæ aut instrumētum vel alia legitima documenta, dicto. c. primo. quid sit inuestitu. &. c. primo. si de inuesti. inter dominum & vasal. lis oriatur. Et, vt cognoscas varietatem illarum constitutionum, vide text. in c. sacramētum. de consuetu. recti feudi. qui omnino corrigit ea quæ suprà dicta sunt. vult enim sacramentum possessori non semper deferēdum esse, sed quandoque petenti, & quandoq; neutri. Sed cùm alicui deferēdum erit, vult iudicem spectare, si quid sit quod moueat iudicem possidēti potius vel petēti deferre. Et si nihil sit quod pro possidente faciat quàm ipsa sola possessio, arbitriū dat iudici cui melius ei fuerit in supplementum alterius probationis iuramētum deferre. Et sic aut actori aut reo, aut actore nihil pro-
255 bāte absoluere reum, & si nihil præstiterit. † Et demum formam præstandi iuramenti præbet ille tex. aut, inquit, à parte aut à iudice defertur. si à parte, & iurabit pars cum duodecim sacramentalibus id est Paribus curtis, dicto. c. §. quid sit inuestit. aut si iurare renuit, deferre cogatur. Si à iudice, & iurabit cui iudex detulerit cum duodecim sacramentalibus ad minus sex parentes erūt & sex extranei. Reliquum prosequere vt in illo tex. Et hoc pacto vides quomodo compilatores feudorum discesserunt à primis cōstitutionibus & ad formam iuris Romani seu iuris communis reuerti tentauerunt. Et sentiunt illæ constitutiones, imò verius pristinam barbariem redolent, vt nihil rectum seu rectè compositum dici possit, tanta in eis est varietas. de hoc aliàs.

At in. c. si quis per triginta annos. si de feudo fuerit conten. inter domi. & agna. colla. x. Additur ad dictum. c. sacramentum. tametsi illud. c. sacramentum. posterius sit dicto. c. si quis per tri-
256 ginta annos. † vult enim vasallum censendum esse qui per triginta annos rem vt feudalem possedit, & seruitium domino exhibuerit, quanuis de ea re inuestitus non sit. nō dicas vasallum esse, sed possessione triginta annorū in feudo tenendum

nendū esse. Et iste tex. in hoc est singularis: quia vasallus verè non est, cum fidelitatem dño non iurauit neq; inuestiturā recepit, quæ in vasallo præcipua sunt, dicto. c. primo in princip. de consuetu. recti feudi. &. c. primo. quid sit inuestitu. &. c. primo. de no. for. fideli. c. vnico. versic. ille tamen vasallus. de controuer. feudi apud Pares termi. colla. x. sed abusiuè dicitur vasallus. c. vnico. quib. mod. feud. cōstit. potest. & dicto. c. primo. de cōsuetu. recti feudi. Et in. c. vnico, de vsu Mediolaneñ. collatio. x. dicitur ex vsu Mediolanēsium esse, vt post triginta annos vasallus seu filius vasalli iuret cum duodecim sacramentalibus se vel patrem suum à domino suo per inuestiturā terram tenuisse, ita vt per triginta annos contestatio pignoris à parte domini aduersus ipsum vel patrem suum facta non fuisset. Alioqui iurabit dominus vel filius domini altero renuente iurare. in quo addit ad dictum. c. si quis per triginta annos. Ex illo. §. si quis per triginta annos. vides probatum quod diximus in. l. pri-
257 ma. §. j. suprà eod. † præscriptionem triginta annorum sine titulo & bona fide tueri tantum possessorē in sua possessione, quemadmodum id de iure cōmuni est in. l. si quis emptionis. in princi. &. §. primo. C. de præscrip. triginta annorum. c. placuit. §. quod si mala fide. xvj. q. iij. & sic non differt in hoc ius feudorū à Romanis legibus.

Non prætermitto. c. si. de consuetu. recti feudi. quod omnino contrarium prædictorum statuere videtur. Dicit enim aliam esse causam domini, & aliam vasalli. Nam si de beneficio inter dominum & vasallum controuersia sit, & dominus in possessione est, si vasallus in probatione defecerit, dominus etiam si nullum sacramentū præstiterit, absoluetur. Si autem vasallus possideat, & longa sit eius possessio, iurabit vasallus, & suo iuramento causa finietur. vbi verò possessio noua erit, sacramētum ei nō præstabitur, sed domino, nisi pro possidente aliud faciat. glos. illic in. c. primo. in verbo, aliquo tempore. eod. titulo. de præscriptione vnius anni tantum intellexit, non autem triginta vel etiam viginti annorum. Si id verum esset, desiderarem summopere à glossatore illarum constitutionum, quomodo se eximere posset à. §. sacramentum. eodem titu. quare dicas illum textum. c. si. de consuetu. recti feudi moderari constitutionem. c. primi. & fin. de controuers. inuesti. c. primi. & fi. si de inuesti.
258 inter dominum & vasal. lis orta. † Nam propriè loquendo lōga præscriptio est decem vel viginti annorum: vt in. §. primo. insti. de vsucap. & in toto titulo. C. de præscri. longi tempo. Alioqui ille text. esset singularis, vt in constitutione feudorum longa possessio dicatur vnius anni. Aduerte tamē quòd glossator feudalium constitutionum in. c. j. versic. quid ergo. de inuesti. de re alie. fact. aliter lōga tempora præscriptionis interpretatus est, & ad præscriptionē triginta annorum extendit: sed si licet iura feudorum secundum leges imperiales regulare, ego non tantum dico triginta vel quadraginta annos, sed & sexaginta, & plures annos si tandiu vixerit vasallus; secundùm. l. cùm scimus. C. de agrico. & cens. li. xj. l. male agitur. C. de præscrip. triginta anno. l. quanuis. §. si conductor. ff. de acqui. poss. tamen opi. glo. in. d. c. fi. de consuet. recti feudi. subscribit se Andr. de Iser. in. d. c. j. de controuers. inuesti. colla. x. vbi plus dicit, hæc procedere quādo inter dominum & vasallum possessorio iudicio tantum agitur: secus vbi dominus directe petitorio, id est, rei vendicatione ageret: tunc vasallum sua possessio non releuaret, nisi de titulo doceret vel vasallus triginta annis possedisset & seruitiū ab eo tāto tēpore vt à vasallo à se tenēte recepisset. d. c. si quis per triginta annos. si de feudo fue. controuer. inter domi. & agna. & in. c. j. de cōsuet. recti feudi. Et pro eo facit text. d. c. j. §. j. ibi, si verò fuerit in possessione. & iterum in versi. seq. ibi, si autem non fuerit in possessione. hæc interpretatio non placet Bald. neq; Cardi. Alex. pariter neq; Marti. Laudensi.

Primò dicit Bald. in illo tex. agebatur reali iu-
259 dicio: † quia per possessionem quæsitū erat vasallo vtile dominium. c. j. §. rei autem. de inuesti. de re alie. fact. colla. x. licet secundum eum quidam dicant vasallum non habere dominiū. & remittit se ad ea quæ scripsit in. c. j. de capi. Corra. colla. x. dixi in. l. iij. §. si cum omnes. suprà eod. Addunt Marti. Lauden. & Cardi. Alex. primū obstare titulum seu rubricā tituli qui est de controuersia inuestituræ, & sic reali: nō aūt dicit de controuersia possessionis. & hoc argumentū secūdùm eos est validum. l. imperator. ff. de in diē adiectio. Secūdò inquit Marti. de possessiōe in illo tex. non erat dubiū neq; esse poterat, quoniā possessor cōuentus erat. probatur in illo tex. ibi, ei defensio detur propter possessionem. Tertiò
260 inducebat. c. j. de consuet. recti feudi. † is enim qui possedit anno bona fide rem vt feudalē sciēte & non contradicente domino, & seruitiū tanquàm à vasallo recipiēte præsumitur inuestitus. igitur de possessione non agebat sed de re. & dicit glos. in. d. c. j. & Bal. post eam sic sentire. Nec obstat. c. si quis per triginta annos. si de feu. fue. conten. quia vasallus præscriptioni triginta annorum innitebatur, & ideo non defertur ei iuramentum.

Sed aduerte quæso. Hæc enim p Bald. Marti. Lauden. & Cardi. Alex. inducta mea opinione sententiā Andr. de Iser. confirmauit. Et vt intelligas, quæro quid sit inuestitura. Et vide quid scriptū est in. c. j. quid sit inuesti. colla. x. inquit, propriè dicitur possessio. Idem in. d. c. j. de con-
261 sue. recti feudi. Ille tex. inquit, † Sciendū est itaque feudum acquiri inuestitura, successione, vel eo quod habetur pro inuestitura: vt ecce, si dominus alicui corā Paribus curiæ dixerit, vade in

possessionem illius fundi, & teneas illū pro feudo. Et dum in rubrica dicitur, de cōtrouersia inuestituræ. perinde est ac si diceret, de controuersia possessionis feudi. sic nihil aliud est inuestitura quàm feudi possessio. Et hæc solutio omnibus argumentis Marti. & Cardi. satisfacit.

Secundò, Demiror plurimum Bald. & qui eū sequuntur, dum dicunt probari in illo text. agi reali iudicio, cùm dicat ille tex. ei detur defensio propter possessionē. & quæso vide qualiter ille tex. orditur, Si controuersia inter dominū & fidelem de feudi inuestitura fuerit, quid iuris sit, videamus. Et si, inquit, inuestitura facta fuerit coram Paribus curiæ verbaliter, vt rectè Bald. sentit, & sequuntur omnes, aut in breui testato coram duobus aut pluribus cōfirmato, vt glos.
262 illic interpretatur, † eū qui inuestitus est, cogit dominus mittere in feudi possessionē scilicet realem & actualem. In sequente versi. Si verò vasallus cui mota est de inuestitura cōtrouersia, an sit sibi facta, & scit quod de voluntate domini in possessione sit aut missus fuerit, siquidem in possessione est, propter illam possessionē dabitur ei defensio, id est, iuramentum ei deferetur an à domino inuestitus sit, & sic de manu domini possessionē feudi receperit. in versic. seq. dicitur, si autē non fuerit in possessione feudi, probabit vasallus qui dicit se à domino inuestitū esse, se fuisse per eum inuestitū: sed quomodo probabit? modis suprà dictis, id est per Pares curiæ vel per breue testatū. Et si sic nō probauerit, defensio illius erit q dicit fecisse inuestiturā, id est dño. ecce qūo in nulla pte agit nisi de possessione, id est, an vasallus sit verè in possessionē missus à dño, vel abusiuè per actū q inuestituræ æquipolleat. d. c. vnico qd sit inuestitura. & c. j. de cōsue. recti feudi. c. ex ore. de his quæ fiunt à prælato sine consen. capi. c. ij. extra de consuet.

Secundò, Nā si is qui interdicto recuperādæ vel adipiscendæ possessionis ꝓpter possessionē quæ apud aliū est, agit, & sæpe etiā is q retinendæ agit, quia eo absente alius ingressus est possessionem, agit ad repetēdam possessionem: igitur hoc iudiciū reale erit, absit. §. cōmodissimū. insti. de interdict. l. is qui destinauit. ff. de rei vendi.

Tertiò, retorqueo vnū argumētum cuius suprà meminimus, sumptum ex doctrina gloss. in
263 dicto. c. primo. de cōtrouers. inuesti. † Nam sola inuestitura non tribuit veram possessionē vasallo, & ideo facta inuestitura lex actionē aduersus dominum produxit, vt dominus vasallum in realem & actualē mittat, alioqui teneatur omne damnum & interesse vasallo restituere, dicto. c. si. de no. for. fideli. colla. x. Si ergo dominus feudi quæstionem de inuestitura moueat aduersus eum qui in possessione fundi est, de quo dicit se inuestitum. Quæstio solùm est inter eos, an dominus eum in possessionem induxerit, & sic veram possessionem fundi de manibus suis recepe rit, vel abusiuè quia dominus seruitiū ab eo sciēter vt à vasallo acceperit, dicto. c. primo. de consuetu. recti feudi. Nō ergo de dominio quæstio mouetur, sed de possessione: quippe cùm aliud sit in possessione esse, & aliud sit possidere. l. si quis ante cōduxit. ff. de acquir. possess. Quartò quod dicitur propter possessionem ei defensionem dari, id est, iuramentum deferri, hoc verum est, si religionem iudicantis moueat possessio, vel alia sunt quæ iudicem moueant, & non aliàs, dicto. c. sacramentum. de consuetud. recti feudi. Et per hæc illatio Baldi in dicto. c. primo. de controuer. inuesti. colla. decima. suprà relata. quod per possessionem vtile dominium quæsitum erat, dato quòd vasallus acquirat dominiū per ipsam inuestituram: quod tamen contradicit tex. in. c. vnico, in fine. in quibus causis feud. amitta. cuius memini in dicta. l. tertia. §. si cùm omnes. suprà eodem. non potest dici vtile dominium translatum: quia dubium adhuc est, an ipsa possessio translata sit verè vel abusiuè.

Quintò, retorqueo text. dicti. c. si quis per triginta annos. si de feudo fuer. controuers. inter
264 dominum & agnatos. † Nam non dicitur feudi dominium vasallo acquisitum, nisi verè inuestitura facta sit à domino. c. vnico. in fine, de feu. cognitio. ibi, at feudum neminem posse acquirere nisi inuestitura aut successione. & dicto. c. primo, de consuet. recti feudi. vel triginta annis domino sciente, & seruitium tanquàm à vasallo recipiente possederit, quo casu vere vasallus non dicitur, per illos tex. c. primo. quid sit inuesti. sed pro vasallo erit, & in sua possessione tantū tuebitur. Et obiter notabis illum textum in authentica, nisi tricennale. C. de bon. mater. per præscriptionem triginta annorum directum dominium non acquiri, imò nec vtile tantum, per illum tex. dixi in. l. j. §. primo. suprà eodem. Et sic
265 † possessio illa tricennalis cum bona fide seu patientia domini si inuestitura non præcesserit, vtile dominium nō transfert, sed solum onus probandi in dominum transfert, videlicet per se non factā fuisse inuestiturā, sed quicquid per eū factum est, aut receptū, ignorāter factū fuisse. Et interea dū probabit propter possessionē, in qua inuētus est, in ea possessione protegetur & conseruabitur, iuxta. l. si seruus. C. quod cum eo qui in alie. pote. est. l. j. §. fin verò gratias agēdo. C. cōmunia de manumiss. Probāte aūt domino inuestiturā factā nō esse, obtinebit dominus, per supradicta, & præsertim. d. c. si quis ꝑ triginta annos. & c. sacramentum. de consue. recti feudi. c.
266 vnicū. de vsu Mediola. † Ex qbus constat dñm posse quæstionē dñij vsq ad triginta annos mouere. Hic iungi possent quæ suprà dicta sunt per me in. d. §. si cùm omnes. in ea quæstione, an vasallus teneatur domino titulū suæ possessionis seu inuestituræ & fundos ipsos feudales ostendere. Addo prædictis, vt pateat hoc iudicium possess

possessorium esse, neque per eius diffinitionem dominij quæstionem decisam esse, quoniã in eo qui anno tantum possedit, aut paulo longiore tempore, bona fides esse debet. Alioqui si in do lo esset, iuramentũ ei deferri nõ debet. hoc vult gloss. ab omnibus approbata in.c.j. in verbo, in possessione. de controuer. inuesti. per. l. eã quæ. C. de liber. causa. in qua conuenit cum iure com muni in his præscriptiõibus breuis temporis. §. §. insti. de vsucap. l. vnica. C. de vsucap. transfor mã. l. j. cũ sua authen. &. l. fi. C. de præscri. longi tempo. Non sic est in eo qui cùm soli possessioni absq; titulo innititur, & dominiũ rei feudalis cõ sequi desiderat, quia præscriptio triginta anno rum necessaria est, in qua bona fides neq; titu lus expectatur, secundùm glo. primam in. d. c. si quis per tringinta annos. quæ illum text. vult in telligi secundùm distinctionem. l. si quis emptio nis. C. de præscrip. triginta anno. Et vbi præscri ptio cum titulo & bona fide perfecta non est. il le tex. præscribentem tuetur solum in possessio ne, sicuti suprà dictum est, & de iure cõmuni ca uetur, in. d. l. si quis emptionis. §. primo.

Ex prædictis, præsertim ex dicto. §. sacramen
267 tum. de cõsuetu. recti feudi. dico † probari etiã in feudalibus nõ deferri iuramentũ possessori in supplemẽtũ probationis, nisi cõcurrentibus his quæ suprà dicta sunt. Primò q; bona fide anno possederit, vt nunc dictum est. Secundò q; scien te & patiente & non contradicente domino pos sederit. Tertiò quod seruitiũ dominus tanquàm à vasallo receperit. Quartò quòd aliqd sit quod religionem iudicãtis vltra possessionẽ moueat. Alioqui iudex potest non deferre possessori, sed potius petitori vel etiam neutri. qui text. conue nit cũ. l. videamus. §. deferre. &. l. in actionibus. ff. de in litẽ iuran. &. c. fi. extra. de iureiuran. iu ra ergo feudalia seu constitutiones feudales, si recte considerantur, in hoc nonnihil à iure com muni mutuantur. Sextò pro Andr. de Iser. vide tur esse clarus text. in dicto. c. fina. si de inuesti. inter dominũ & vasal. lis oria. ibi, alioqui iusta ignorantia vel parui temporis negligentia cum iniquæ possessionis periurio quandoque domi no in possessione damnum afferat. non autem di xi, in dominio dãnum afferat. Ex præcedẽtibus
268 duo collige. † Primum est, Duplicem esse inue stituram: vnã quæ vera est, qualis est ea quæ co ram Paribus fit, si quos Pares feudum habeat: sin minus coram extraneis testibus duobus aut pluribus, aut cum breui testato & coram eisdem testibus dominus vasallum in possessionem feu di mittit, dicto. c. primo. in prin. de controuer. inuesti. &. d. c. primo. in primis verbis, de con suetud. recti feu. c. primo. quid sit inuesti. Fit au tem duobus modis, vna verbaliter, altera reali ter. verbalis autem actualem possessionem non præbet, dicto. c. j. de contro. inuesti. in princ. sed ea facta tenetur dominus in realem & actualem feudi possessionẽ vasallũ mittere: alioqui omnia damna vasallo restituet. c. fi. de noua for. fideli. Secundò q; dicat vasallo, vade in possessionem. & hæc propria nõ est, sed effectum veræ inuesti turæ consequitur. d. c. j. de consuetu. recti feudi. Alia est abusiua, quæ per dationem hastæ aut al terius rei corporalis fit. d. c. j. quid sit inuesti. c. secũdo. extra. de consuetu. c. ex ore. extra. de his quæ fi. à maio. par. capi. Per Dinum in regula, sine possessione. de reg. iur. in sexto. Secundum
269 quod ex præcedentibus colligo † differentiam esse inter dominum & vasallum. Nam vasallo quantuncunq; feudi possessori iuramentũ non defertur, nisi concurrentibus his quorum suprà meminimus, annalis possessio cũ bona fide, & id sciente & non contradicente domino vasallus possederit, & à vasallo seruitiũ receperit, vel q; inuestitura verbalis à vasallo probata sit p duos Pares, aut totidem extraneos testes, vel per bre ue testatũ. d. c. j. de cõtrouer. inuesti. &. c. j. quid sit inuesti. in domino sufficit possessio, eo q; pro domino præsumptio iuris facit, quia loco pro bationis iuramentum ei defertur. c. j. &. c. si quis se. in princi. si de inuesti. inter domin. & vasal. lis oria. Intellige nisi vasallus contrarium probare voluerit modo prædicto per illum textum.

Secundò, Si de beneficio in dominũ & vasal lum cõtrouersia sit, nõ dicam de inuestitura tan
270 tum: † & tunc nõ probãte vasallo forma prædi cta beneficiũ sibi competere, absoluẽdus est do minus si in possessiõe feudi sit: nec opus erit do mino iurare. Si aũt vasallus possideat, & in lon ga possessione feudi sit vasallus, iuramentum ei defertur. Si verò noua sit possessio, defertur iu ramẽtum domino. Hæc omnia probanẽ in. c. fi. de cõsue. recti feudi. Et hac rõne audeo firma re longam possessionem non esse verificandã in annali possessione, sed secundũ ciuilia & Roma na iura interpretandã esse. Ratio vltra quàm su prà dictum sit est, quia in. §. sacramentum. pro pter annalem possessionem etiam bona fide habitam sciẽte & patiente domino, & seruitium recipiente, non vult vasallo possessori etiam iu ramentum deferri, nisi aliud iudicem moueat quàm possessio sic habita. Et tamen in. c. finali eiusdem tituli suprà allegato, si longa possessio vasalli sit in quæstione non tantum inuestituræ feudi sed ipsius beneficij vult deferri iuramentũ vasallo. si autẽ noua sit, non vasallo sed domino vult deferri. & sic differẽtia est inter longã pos sessionẽ & nouã, vt noua sit vnius anni, longa ve ro sit decẽ aut pluriũ annorũ: alioqui illæ consti tutiones prout barbaræ sunt & inordinatè cõpo sitæ nullius saporis essent. & id verũ est. sed vt fa cilius aliquid eis indulgeamus, ego puto illas cõ stitutiões sic posse, imò debere cõcordari, quod & verũ est. hæc de iuribus feudalibus, quæ aliàs beneficia nuncupantur, vt ex illis constitutioni bus palpatur, dicta intelligantur.

Nunc de beneficijs spiritualibus tractãdũ esse
puto. In quibus Inno. Anto. de Butr. Feli. & to-
ta Canonistarũ schola in. c. illud. de præsump. ex
Din. & alijs in. c. beneficiũ. de reg. iur. in sexto.
271 hoc axioma colligunt, † Solam possessionem ti
tulo saltem colorato possidẽtem ab onere pro-
bandi non releuare. d. c. beneficiũ. c. ex frequẽti
bus. extra de insti. c. ordinarij locorũ. de offi. or
di. lib. vj. quantocunq; tẽpore quis possideat, se
cundùm Inno. in. c. cõstitutus. extra de rescri. di
cit enim Innocẽ. in beneficijs satis defendi posse
quantuncunq; cõstet aliquẽ nõ legitimè institu-
tum etiã post sentẽtiã remoueri debere, cùm ibi
debeat omnia puritas esse, & abesse omnis obie
ctio. c. si quis neq;. j. q. j. c. cùm olim. c. cùm Ber
tholdus. & c. inter monasteriũ. extra de re iudi.
c. cum nostris. extra de conces. præb. Idem notat
Inno. in. d. c. illud. de quo plenius vide Anto. de
Butr. in. c. in literis. extra de resti. spol. Ego autẽ
addo illi text. longe meliorem in. c. ex parte A.
extra de testi. ibi, & triginta annis, & amplius pa
cificè possedisset. quem text. paulo inferius post
Anto. de Butr. declarabo. Adde Feli. in. c. sicut.
versic. fallit tertiò. extra de re iudi. eundem Feli.
in. c. licet Heli. versi. extra glo. de simo. eundem
in. c. in nostra. in secundo corollario. extra de re
scrip. & in. d. c. illud. Abb. in. c. dilecto. extra de
præbẽ. Bald. in. l. cogi. C. de peti. hære. Ex quo-
rum dictis non minus pulchra quàm notanda
declaratio datur ad regulam. xxxiiij. aposto. de
triennali possessore: de qua etiam per Cardi. in
elemen. vnica. de sequestra. pos. & fruct. Domi.
de sanc. Gemi. & Petrum de Anchar. in dicto. c.
ordinarij locorum. & in concil. Basiliensi, titul.
de pacifi. possess. §. ordinarij. Cuius concilij me-
minit Feli. in dicto. c. sicut. Nam per decisionem
dictæ regulæ apostolicæ. xxx. & c. dilecto. ex-
272 tra. de præben. † pro triennali possessore præ-
sumptio iuris est, vt titulũ habeat, quem ad par-
tis requisitionem exhibere non debet: sed satis
illi est dicere, possideo quia possideo: vt plene
notat Ioan. Faber in. l. non vtiliter. C. de eo qui
pro tuto. nego. ges. Cæterùm ad postulationem
ordinarij exhibere tenebitur, dicto. c. ordinarij
locorum. de offi. ordina. libro sexto. Hoc notat
Bald. in dicta. l. cogi. C. de peti. hæredi. & idem
notatur in dicto concilio Basilien. §. ordinarij. ti
tu. de pacifi. possess. hoc autem nouissimum di-
ctum intellige, si ordinarius visitando vel facta
prius inquisitione comperiat ipsum possesso-
rem iniustè detinere beneficium, vel si fortè ter-
tium beneficium obtinere velit. Non enim tene
bitur ordinarius de tertio collationem seu insti-
tutionem facere, nisi de legitima dispensatione
& titulis ipsius impetrantis doceatur: tunc pos-
sessor beneficij titulum ostendere tenebitur, di-
cto. c. ordinarij locorum. Hoc idem notat Ioan.
Andr. in dicto. c. beneficiũ. de reg. iur. in sexto.
273 † Et hoc subintellige si ordinarius vt ordina-
rius hoc petat, non si vt aduersarius petat: quo-
niam tunc de eo sicuti de quocunq; alio idem
erit iudicium, secundùm gloss. in. c. conqueren-
te. in verbo, volueris. extra de restit. spolia. quæ
illũ text. ad id inducit. Istius limitationis memi-
nit Feli. in dicto. c. licet Heli. extra de simonia.
Et Innocen. in. c. super his. extra de accusa. Vel
nisi aduersus possessorem probata fuerit inten-
tio, secundũ. c. eum qui. de præben. in sexto. vel
simonia, vt est in dicta regula cancel. apostolicæ
xxx. vel nisi talis sit incompatibilitas cum qua
non solet papa dispensare. c. dudum. extra de ele
ctio. c. de multa. cum sua materia. extra de præ-
bend. & in extrauagan. execrabilis. His casibus
tenebitur possessor cuiuscunq; temporis de ti-
tulo docere. c. cum bonæ. extra de ætate & qua
litate ordinan. dicto. c. ex parte A. extra de testi.
Et ob id Felin. inquit in dicto. c. sicut. extra de
274 re iudicata. † Papam non solere huiusmodi cõ-
cessiones per commissiones expedire seu con-
cedere, sed per diplomata, (bullas apostolicas
vocitamus) per quæ solet expresse regulæ can-
cellariæ apostolicæ derogare. Et forma eiusmo
di concessionum exprimitur in decisionib. rotæ
ccccvij. & cxcvj. & xxvij. in nouis. & per Petrũ
de Anchara. in. c. susceptum. de rescript. libro
sexto. gloss. in dicto. c. ordinarij. in concilio Ba-
siliensi de pacifi. possess. in verbo, inquirant. Ad
l. si filius. C. de petitio. hæredi. quæ aliquo mo-
do obstare videtur, responde vt per Felinum in
dicto. c. sicut. extra de re iudicata. Et per Inno-
centium in dicto capit. constitutus. extra de re-
script. cuius suprà meminimus. Plus dicit Inno-
275 cent. in. c. super his. extra de accusatio. † regem
seu baronem vel patronum contra huiusmodi
intrusos aut simoniacos vbi suspicione pro-
prij commodi carent, sicuti est in ecclesijs in
quibus iura regalia non habent, audiri debere,
volentes aduersus huiusmodi intrusos vel si-
moniacos obiectus & crimina proponere, pro-
pter quæ beneficijs suis priuari imo spoliari de-
bent, vt inquit text. in dicto cap. cum bonæ. ex-
tra de ætate & qualitate ordinan. secundùm In-
no. & Hostien. in dicto. c. super his. per. c. consti
tutum. xvj. quæst. prima. & c. filijs. xvj. q. vij. Idẽ
notat Domi. in. c. vt circa. §. edicto. de electio.
libro sexto. præsertim vbi crimen proditionis
seu rebellionis imponunt. quod dictum puto
singulare esse, quod prosequere vt per Felinum
in dicto. c. super his. extra de accusatio. Et illud
potissime verum esse censeo, si iudicis ordinarij
accusetur negligentia in puniendo, secundùm
glossam in. §. fina. in verbo, sententiam. in authẽ
tica, apud quos oportet mò. aut assister. dicto. c.
filijs. xvj. quæst. septima. c. si quis cum clerico. §.
si autem. xj. quæst. j. quibus adde Ioan. Fabr. in
l. presbyteri. C. de episcop. & cleri. dum allegat
c. illi. v. quæst. v. & q. vj. c. presbyteri. qui text.
hoc non rectè probant. Cæterùm non omitto
quod

quod Inno. dixit in dicto. c. illud. extra de præsumptio. dum probata erit aduersus possessorē mala fides, nisi contrariū doceat, contra eū pronuntiabitur. Idem notat Hosti. in. d. c. constitutus. super verbo, irritum. extra de rescript.

276 Secundum Axioma est, † possessor beneficij quātocunq; tempore possederit, si postulet declarari se titulū habere, de eo docere debet, neq; sufficere eum longam possessionem probare. c. ex insinuatione. §. fi. vbi hoc notant Hostien. Abb. antiquus, & Henri. Bohic post glos. fina. extra de procura. e. per tuas. extra qui filij sint legiti. quos textus notat Innocē. in. c. primo. extra de confir. vtili vel inutili. vbi formam petitionis & probationis tradunt illic Innocē. & Hostien. Adde Domi. in. c. ordinarij. §. quod si forte. de offi. ordin. quibus addo tex. in. l. matrem. secundùm lecturam Baldi & Pauli de cast. in versicu. tu dic. C. de probationi. Aliam probationis formam tradit idem Paul. de cast. in. l. si inter me. in finalibus verbis. ff. de except. rei iudica. contrarium tamen tenet Cinus in. l. prima. C. vbi causa sta. termi. deb. Et Floria. in. l. circa. ff. de proba-

277 tio. Et hac ratione moti sunt: † quoniam possidenti seu detinenti rei vendicatio nō competit. l. vnica. C. de aliena. iudic. mutan. causa facta. Et ob id dicunt nō obstare. l. circa. ff. de probatio. cùm in ea possessor actor esset, quare reus onus probādi suscipiens audiri debet, & in hoc mos ei geri. l. quod si possessor. ff. de rei vendica. Sed ad hoc obiectum duplex est respōsio. Prima est Petri in. l. si de vi. ff. de iudi. cuius etiam meminit Henri. in. c. pastoralis. extra de causa poss. & proprie. Memini etiam in repetitione. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. poss. Nam is qui possessor est agere potest rei vendicatione aduersus eum qui detinet. l. qui restituere. & l. officium. ff. de rei vendica. Nec istud contrarium erit actioni rei vēdicationis, & post Petrū in di-

278 cta repetitione. §. differentia. dicebam † interdictum retinēdæ possessionis cum petitorio posse cumulari. Et verum est, quoniā ratione detētionis ago rei vendicatione, dicta. l. qui restituere. sed quia in possessione ciuili & naturali quā habeo animo meo & corpore alieno, vt in. l. qui fundum. in princi. ff. pro empto. vel quia in possessione ciuili tantum turbatus seu inquietatus sum, recte pro turbata possessione ago interdicto vti possidetis. Vide quæ illic post Petrum, Henric. & nostrates dixi, cuius opinionis fuit Cin. in dicta. l. si de vi. & in. l. ordinarij. C. de rei vendicatio. Secunda est, vt dictum Cini & Floria. procedat, vbi possessor rei vendicatione agere vellet. sed vbi dubitans super possessione tantum petit declarari ius possidendi sibi competere secus est: quia non agit vt habeat sed quod habet declaratione iudicis confirmetur. Et secundum Innocē. in. c. primo de confir. vti. vel inutil. hæc petitio duos effectus producet. Primus est, quia si secundum petitionem suam sententia cōfirmatoria sequatur, de cætero inquietari non poterit, etiam si sententia prima per quam possessio adiudicata est, aliquo respectu nulla dici posset. Nam ob secundam sententiam nullitas illa euacuabitur. e. primo extra de transactio. Secundus est, quia nullus inferior iudex de ea cognoscere poterit, argumēto dicti. c. primi extra, de cōfir. vti. vel inutil. cum Inno. tenet Domi. in dicto. c. ordinarij locorum. & Anto. de Butrio in dicto. c. ex insinuatione. in principio extra de

279 procurator. † Et hac ratione is qui petit ius suū confirmari titulum probare debet. Alioqui iudex pronuntiare poterit ius possessori non competere. l. sed & si possessori. ff. de iureiurā. aliud non dissimile argumentum refert Antonius de Butrio in dicto. c. ex insinuatione. in eo qui attentata petit reuocari, & vlterius declarari petit ius sibi competere vel ius suum per sententiam confirmari: quia si titulum suæ possessionis non producat, etiam si triginta annis possedisset, non erit ius suum confirmandum. text. est in dicto. c. ex parte A. extra de testib. in versic. mandamus. secundum intellectum Antonij de Butrio. in illo enim text. Andreas ille qui postulabat attentata reuocari annis triginta beneficiū possederat: quia tamen per rescriptum postulabat ad beneficium restitui si sibi ius ad beneficium competeret, iudices delegati, qui de iure vtriusq; partis cognouerant, viderunt ius nullum ei competere, reuocatis attentatis diffinierunt impetranti nullum ius competijsse. quorum sententiam illic papa laudauit & approba-

280 uit. † Imò potuissent delegati iudices, si ita res comperta fuisset, declarare neutri litigantium ius competere, argumento. e. licet. extra de supplen. negligen. prælato. Non diffiteor autem in dubio tam longam possessionem plurimum iuuare possessorem, dicta clemē. vnica de sequest. poss. & fruct. c. primo de præscript. in sexto. ita notat Ioannes Andreas in. c. qui contra. de regulis iuris. in mercur. & Felin. in dicto. c. illud. extra de præsumpt. dicit diuturnum tempus esse decem annorum per illum textum ibi, per decem annos. l. si filius. C. de petitio. hæredi. l. qui in aliena. §. primo. ff. de acquirend. hæredit. clementina prima, de rebus ecclesiæ non alienan. Cæterum in beneficialibus per interpretationē dictæ clemen. vnicæ, de sequest. poss. & fructu. & concilium Basilien. in titulo de pacificis poss. & regulæ cancellariæ apostolicæ. xxxiij. est triennium, & id ad continuandum possessorem in sua possessione, si cum titulo colorato possideat: de quo nunc dicturi sumus in sequente conclusione.

281 Tertium Axioma seu tertia cōclusio est, † possessorem beneficij cum titulo colorato tuēdum esse in possessione, si triennio continuo pacificè possederit. cap. si incognitus. decimaseptima

quæstione secunda.imo plus concil. Basilien.in dicto titulo de pacifi.possess.confirmat titulum possessoris, si aliâs coloratus sit. similiter regul. cancel.apo.xxxiij. & dicta clementina vnica.de sequest.possess.& fruct.quanquàm Feli.dubitauerat in dicto cap.sicut.extra de re iudicata.præsertim vbi intrusio aduersus possessorem proponitur. Cæterum allegans intrusionem, probare tenebitur.c.dilecto.extra de præben.c.contingit.extra de dolo & contuma. Mouetur alia ratione, quoniam dicta regula.xxxiij.& concilium Basil.in titulo de pacifi. possess.tuentur seu defendunt possessorem solum in possessione,
282 non autem tribuũt possessori titulum, † & ideo proponens intrusionem audiendus est, volens eam probare. Cui tu adde glossam in.c. contingit.extra de dolo & contuma, quemadmodum in prophanis suprà dictum est in præscriptione triginta annorum, quæ titulum non præbet præscribenti, nisi cum titulo & bona fide cœpta & continuata fuerit, sed possessorem tantũ in possessione tuetur.c.si quis per triginta annos.si de feu.fuer. conten. inter domi. & agna.l.si quis emptionis.§.primo.C.de præscript.triginta anno. dixi suprà. Sed cum in facti contingentia hæc quæstio iudicanda se obtulit, plerosque vidi dubitare, & sæpius disputatum est: hac ratione non incongruum visum est mihi in vnam & alteram partẽ aliquid disputationis gratia recẽsere.
283 In primis † quòd possessor triennalis inquietari non debeat, si cum titulo colorato possessio obtenta est, vrget dictum cõcilium Basilien. vbi excipiuntur tres casus tantum. Primus, si ordinarius petat tituli ostensionem, & comperiat titulum non esse verum: vt in cap.ordinarij locorum.de offi.ordina. Secundus, quãdo possessor canonicum non habuit ingressum, quia simoniacus vel intrusus, de quo in dicto.c.cum qui. de præben.in sexto.& dicto cap.dilecto. extra de præben.c.cum bonæ.extra, de ætate & qualitate ordinan. similes exceptiones traduntur in dicta regula.xxxiij.cancella.apostoli. Tertius, si beneficia, quæ possessa erant, reseruata fuerant sedi apostolicæ reseruatiõe in corpore iuris clausa, vt mox declarabimus. quæ exceptiones regulam confirmãt.§.vt autem.in authen.de nõ alienan. aut permutan.reb. ecclesia.colla.secunda. Plenius per gloss.& Bart.in rubrica & in.l.pri-
284 ma.ff.de regu. iuris. Non † licet igitur ad alios non expressos casus extendere, præsertim cùm dispositio est negatiua.l.vnica.iuncta glossa.C. ne fideiusso.doti.dentur.gloss.in rubrica extra ne sede vacante.l. non dubium. C. de legibus. Quare non licet extra casum in lege expressum extendere.l.prima.ff.ad municipa.l.neque Dorotheum. &.l.Doctiij.C.de decurio.libro decimo. dicam infrà. Secus autem si possessor soli possessioni inhæreat, cùm beneficium absque canonica institutione obtineri possit.& dicto.c. ex frequentibus.extra de instit.cap.beneficium. de regulis iuris.in sexto.& huiusmodi detentorem grauat tam diuturna detentio iniusta. cap. quanto.extra de consuetud.

Secundò, intẽtio papæ seu legislatoris seu boni rectique iudicis est lites amputare, neque sinere beneficia diu vacare: ne forte diuinus cultus minuatur.d.cle. vnica.de sequest.poss.& fruc.cle. dispendiosam.de iudic.Notat Abbas in.c.pri-
285 mo.extra de appellationibus. & in capi. Quintauallis.extra de iureiurando. † Si passim beneficiorum impetratio permissa esset, nusquàm esset dare pacificum beneficium: quia cum maiore licentia impetrarentur, daretur que occasio excogitandi fraudes in scandalum & dispendiũ ordinis seu status clericalis, clemen.si plures.de præbendis.c.licet canon.&.c.cõmissa.vbi glos. in verbo, pacificam.in fine.ibi, & sufficit quòd semel cœpit pacifice possidere.de electio.libro sexto.capitulo, dudum.extra de electio. Et hanc rationem in triennali possessore considerauit dicta regula apostoli.trigesimatertia ibi, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo. pariter alia regula apostoli.vigesimaseptima quæ incipit, item idem dominus noster litium succidere cupiens anfractus. alioqui fraus legi fieret: quod non licet.l.non dubium.C.de legib. l.fraus legi.ff.de legi.l.cætera.§.finali.ff.de legatis primo.
286 Tertio, quãquàm † de iure tempus in beneficialibus titulum non præbeat, dicto cap.ex frequentibus.extra de instit.& cap.beneficium.de regu.iuris.in sexto.tamen vbi titulus erit coloratus vnà cum triennali possessione, tanti effectus erit vt possessorem in sua possessione tueri debeat, dummodo concurrat bona fides.c.primo. de litis contestatione.libro sexto.in verbo, defensionem.l. si vnus.§. pactus ne peteret.ff. de pactis. melior textus in cap. primo, de præscriptionibus.libro sexto.in his verbis, causam tribuat. & illic dicit glossa non desiderari titulum iustum, vel talem qui dominium tribuat, vt in.c. veniens. extra de præscriptionibus. sed qualis qualis sit titulus, causam præscribendi præbet præscriptione à lege ordinata. cap. si diligenti.
287 extra de præscript. simile est in prophanis † in hærede, qui putauit defunctũ iustè cœpisse possidere, si demum post mortem defuncti tametsi malæ fidei possessoris in ea bona fide perseuerauerit decem vel viginti annis, non tantum tutus est præscriptione, sed & acquirit titulo pro hærede, quanuis prima causa possidendi originem ab eo non assumat.l.an in vitium.&.l.finali.ff. de diuers.& tempo.præscript.l.vnica.§.hoc tantum modo.C.de vsucap.transfor. licet Accursius per iura noua, videlicet.§.rursus.in authentica, vt spõsalitia largitas.collatione nona.dixerit nõ procedere. & verum dicit, vt aliàs in.l.iij. §.si.suprà eo.meminimus & inferius docebimus sed

ſed ſecundùm iura Digeſtorum, quibus nõ erat
cognita triginta annorum præſcriptio, ſecũdùm
eundem Accurſ.in dicta.l.qui occidit.ff.ad legẽ
Aquil.& in.§.primo.in authen. vt eccle.Roma.
gaud.centum anno.præſcriptio.collatio.prima.
verum dixit Marti. dicta.l.an in vitium.&.l.ple
rique.ff.pro hærede.l.j.&.ij. C.de præſcrip.lon
288 gi temporis. † Verum eſt autem iure nouiſsimo
authenticorum hoc mutatum fuiſſe per authent.
malæ fidei.& authenti.ſeq. C.de præſcrip.long.
tempo.quæ ſumptæ ſunt ex dicto.§.rurſus.&.§.
de præſcriptione. in authent.vt ſponſa.largi.col
la.x. in quibus fundata eſt Accurſ. opinio in di-
cta.l.Pomponius. §.cùm quis adminiculo. ff.de
acquir.poſſ.in quo vide Accurſ. in.l.fina.in ver
bo,neque hæredi.& in.l.ij.in glo.fin.C.de vſ.
cap.pro hærede. & in hac opin.eſt Roman.poſt
Bart.& Bald.in dicta.l.Pomponius.§.cùm quis
adminiculo.ff.de acquir.poſſeſ. & in.l.cùm hæ-
res.ff.de diuerſ.& tempo.præſcrip.& in.l.vitia.
C.de acquiren.poſſeſ. vbique contrarium ſentit
Accurſ.dixi in repetitione. §.differentia.& in.l.
ſi quis vi.ff.de acquiren.poſſeſ.& paulò pòſt di-
ſcutiemus, & huius articuli veritatẽ aperiemus.
289 † Et in hoc diſtinguuntur vitia realia à perſona-
libus ſecundùm quòd Accurſ. diſtinguit, & re-
cte in dicta.l.vitia.C.de acquiren.poſſeſ. Sed in
eo qui putauit ſe iuſto titulo, & ſingulari poſsi-
dere,licet verus non ſit ille titulus,dũtamen cum
illo præſumpto titulo concurrat bona fides, &
continuatio poſſeſsionis per tempus ad præſcri-
bendum habile,non dubitauit vllus, per dictam
l.an in vitium.in fin. ff.de diuerſ.& tempo.præ-
ſcriptio. quem text. Bald. dicit non eſſe alibi,&
Roma. notat in dicto. §. cùm quis adminiculo.
de quo in.l.ij.in princip. ff.pro empto. ſic eſt in
beneficialibus,per dictam regulam apoſtolicam
xxxiij. per quam huiuſmodi poſſeſſores turbari
& inquietari prohibentur, non tantum in poſſeſ
ſorio, ſed neque in petitorio i dicto capi.vnico.
de pacifi.poſſ.in concil.Baſil. & hæc verba ſunt
maximi effectus, vt dixi in.l.j.§.j.ſuprà eo.dum
defendi concluſiones meas quas publicè Papiæ
diſputaui ab obiectionibus Phili.Decij,præſer-
tim ab eo quo impugnauit inductionem per me
factam de.l.fina.in fine.C.de edicto diui Adria.
tollen. quæ hic repeti poſſent, ſed remitto te ad
ea quæ illic per me ſcripta ſunt. Et hanc ratio-
nem, vt dixi, amplexus eſt Papa in dicta regula
apoſtolica xxxiij.& concil.Baſil.de pacifi.poſſ.
& Felin.in dicto ca.ſicut. extra de re iudic. dicit
290 auditores Rotæ ſic obſeruare. Quartò vbi † lex
moleſtiam tollit, & inquietationem fieri prohi-
bet,non tantum poſſeſsionem, ſed & rei domi-
nium, aut rem ipſam afficit, etiam ſi cum princi-
pe agendum eſt.l.iubemus.ij.in fine.C.de fund.
patrimo.lib.xj.l.fin. C.de edicto diui Adria.tol
len.l.omnes.C.de præſcrip.triginta anno. Si igi
tur regula cancel.apoſtol.xxxiij.prohibeat triẽ-
nalem poſſeſſorem inquietari ſeu moleſtari,& li
tium anfractibus non vexari,dummodo titulum
coloratum cum bona fide habeat,titulus ſua triẽ
nali poſſeſſione cõfirmatur,ſicut in præſcriptio-
ne decem vel viginti annorum,vel in vſuſcapio-
ne,quæ triẽnio impletur,dummodo titulus poſ-
ſeſsionis ſit habilis ad præſcribẽdum, & cum eo
ſit bona fides,dicta.l.ſi filius.C.de petitio.hære-
dit. Et faciunt ad id omnes tituli de vſuſcapioni-
bus & præſcriptionibus tractantes, quos pluri-
mum iuuat ratio dicti ca.primi.de præſcrip.lib.
vj.prout ſuprà induximus:quibus conuenit.c.j.
de controuerſ.inueſti. collatio.x. dictum capi.ſi
quis per triginta annos.ſi de feudo fuer.conten.
inter domi.& agna.collatio.x.hic repeti poſſent
quæ in Decium ſcripſi in.l. prima. §.primo. ſu-
prà eod.titu. in ea parte qua defendi concluſio-
nem Petri ex authoritate.d.l.fin.C.de edicto di-
ui Adria.tollen. in his verbis,pleniſsime ſecuri-
tatem etiam ſuper dominio præſtare. Quintò,
291 non † modicæ commoditatis eſt ratio legis vel
canonis quæ aliquid pro bono pacis ſtatuit.c.j.
extra de deſponſa.impuber.ca.niſi cùm pridem.
extra de præbend.dixi plenius in repetitione le-
gis,donationes. C. de donationi.inter virum &
vxor. ſed ratio potiſsima conſtitutionis Papalis
dictæ regulæ xxxiij pro bono pacis & reipubli-
cæ eccleſiaſticæ beneficio introducta eſt, dicta
clementi.diſpendioſam. de iudic.cap.finem liti-
bus.extra de dolo & contuma. l.litibus. C.de a-
grico.& cenſi.lib.xj. c.placuit. & ca.diſcordan-
tes.xc.diſtinctio.l.æquiſsimum.ff. de vſufruc.&
pleriſque alijs. Fouenda eſt igitur illa ratio quæ
titulum legis præbet. Nam hæc poſſeſsio fomen
tum à lege recipit, ſicut de iure dicimus pactum
nudum de conſtituta pecunia fomentum recipe-
re à lege prætoria.l.prima. in princip. ff.de con-
ſtitu.pecun. Idem dicitur de pacto nudo de do-
nando à lege ciuili.l.ſi quis argentum. §. ſin au-
tem hoc minime.C.de donatio. Et ad id ponde-
ro. §.quas ex omnibus. in proœm.Inſtitu.ibi,&
robur noſtrarum conſtitutionum eis accommo-
dauimus. ſic Papa huic poſſeſſori triennali cum
titulo colorato fomentum præbet, vt in ea ma-
nuteneatur, & conſeruetur. l.ſi ſeruus. C.quod
cum eo qui in aliena poteſta. eſt. l.prima. §.ſin
autem gratias agendo. C. communia de manu-
292 miſſ. Sextò, † ratio legis vel canonis, præſer-
tim in beneficialibus quæ poſſeſſori triennali fa-
uet,eſt, quia veriſimile non eſt ordinarium, qui
quotannis viſitat,aut viſitare debet, ſingula be-
neficia ſuæ diœceſis tandiu paſſum fuiſſe poſſeſ-
ſorem in poſſeſsione beneficij manere,ſi poſſeſ-
ſor titulum non habuiſſet ſaltem coloratum.ca-
pitu.licet. §.primo. verſicu.penulti. extra de ſi-
monia.& dicto capitu.ex frequentibus.verſicu.
vnde. extra de inſtitut. argumento etiam eſt ca-
pit.quia veriſimile. extra de præſumptionibus.
& idem notat Hoſtienſis in dicto capitulo ſicut.

extra de re iudica. & in dicto ca. super his. extra de accusatio. dicto ca. ordinarij. de offic. ordina. lib. vj. quare subsistente tali præsumptione mirum non est, secundùm Feli. in dicto ca. sicut. si papa tricennalem possessorem in possessione beneficij conseruari voluit. hoc dicit post Ioan. de

293 Ana. † Cæterùm ad hoc vt triennalis possessor in sua possessione manuteneatur et conseruetur, oportet omnia interuenire quæ ex constitutione dictæ regulæ xxxiij. desiderantur. Primò, vt beneficij collatio seu prouisio ab eo fiat, qui potestatem conferēdi habet, vel instituendi, seu prouidendi. cap. quia diuersitatem. extra de concess. præben. & ca. fina. extra de exces. prælato. ca. secundo. in verbo, intrusus. extra de in integ. restit. peten. de quo per Felin. in ca. in nostra. in secundo corolla. extra de rescript. Abb. in c. cum nostris. extra de conces. præben. Secundò quòd rite facta sit. ca. cùm in cunctis. extra de electio. c. auaritiæ cæcitas. de electio. lib. vj. Tertiò, vt ingressus simoniacus non sit. ca. vnico. extra vt ecclesiast. benefic. ca. de hoc. & ca. seq. ca. nobis. & dicto ca. licet Heli. extra de simonia. ca. nisi cùm pridem. in verbo, simoniacæ. extra de renuntia. Quartò, quòd beneficium non sit à pontifice ex quacunque generali reseruatione in iure clausa

294 reseruatum. † dic tres potissimas esse reseruationes in iure clausas. Prima est in ca. ij. & c. præsenti. de præben. in. vj. Secunda in extrauaganti, execrabilis. §. fina. versic. omnia & singula. Tertia in ca. licet. extra de supplen. negligen. prælato. & glos. in ca. ij. extra de concess. præben. Additur à plerisque alia in cap. fina. extra de renuntia. Aliæ infra explicabuntur. Quintò, quòd triennalis possessor continuo tempore non etiam interpollato possederit, dicta clemē. vnica. extra de sequest. poss. & fruct. ca. ad nostram. extra de regul. computato triennio de momento ad momentum vsque ad implementum tertij anni, vt dicitur in. l. iij. §. minorem autem vigintiquinque annis. ff. de minorib. Non sic est in prophanis, in vsucapione rerum mobilium, in qua dies cœptus pro completo sumitur. l. in vsucapionibus. ff. de vsucapio. De quo dic vt per Ioan. Andr. in dicta clemen. vnica. de sequestra. poss. & fructu. & in ca. si annum. vbi per Archid. de iudi. in vj. Imol. in clemen. fin. de ætа. & quali. ordinan. Alijs autem varijs modis quis intrusus dicitur vt per Felin. in dicto ca. in nostra. extra de rescript. Anto. de Butrio, Calderi. & reliquos in ca. cum nostris. extra de concess. præben. Notant omnes in dicto ca. eum qui. de præben. in. vj. Ex concil. Basili. titu. de pacifi. pos. tres casus excipiuntur.

295 † Primus nisi is, qui per intrusionē beneficium vt vacans impetrauit, impeditus fuerit agere propter hostilitatem aut iustum aliud impedimentum, quo casu triennalis possessio non excludet agentem sic impeditum. argumento ext capi. ex transmissa. extra de præscript. l. succurritur. ff. ex quibus caus. maior. l. j. C. de anna. exceptio. dixi, aliàs non repeto. Secundus, nisi triennalis possessio lite mota interrupta fuerit. conuenit tex. in. l. sicut. & in. l. fina. C. de præscrip. triginta annorū. l. ij. C. de anna. excep. §. j. & §. omnem. in authēt. de litigio. per glos. & Moder. Papiens. in. l. fina. ff. de eo per quem factum est. de quo in ca. fina. extra vt lite pendē. Tertius, in ordinario, qui potest inquirere. dictum est suprà cap. ordinarij. de offic. ordin. lib. vj. plura infra dicam. Et plerosque audiui tenaciter huic sententiæ insistere, nullum quacunque causa aut occasione de iure inquietari aut molestari posse seu debere, postquam triennio continuo cum titulo colorato possedit, sed possessorem in possessione conseruandum, per supra dicta. Et ex aduerso plerosque in aliam & contrariam sententiam declinare vidi multis rationibus & authoritatibus fretos. In primis,

296 secundùm eos, vrget regula iuris trita, † beneficium absque canonica institutione obtineri neque retineri posse, dicto ca. beneficium. de regu. iur. in. vj. dicto ca. ex frequentibus. extra de institu. Non enim sola possessio titulū tribuere potest, neque modus esse potest obtinendi beneficij, præsertim quando possidēs in mala fide est, aut esse probatur, secundùm Innoc. in dicto cap. illud. in fine. extra de præsumptio. & in rubrica extra de his quæ vi metúsve causa fi. per. c. j. de præscript. in. vj. dicto ca. beneficium. l. in rem. ff. de rei vendica. & l. fina. C. eodem. cum Innocē. idem tenet Francisc. de zaba. in dicta clementi. vnica. in. xj. quæstione princi. versic. oppone ad prædicta. de sequest. poss. & fruct. & Feli in dicto capi. sicut. extra de re iudi. Possessio illa triennalis hoc operatur solum, vt possessorem in possessione, non autem in proprietate seu super beneficio manuteneat: per ea quæ supra dicta sunt non repeto.

297 Secundò, † in beneficijs oportet omnem puritatem adesse, & omnem obiectionem abesse. ca. cùm olim. extra de re iudic. c. si quis neque. j. q. j. Hanc regulam, vt in præcedente opinione relatum est, firmant Innocen. & Hostien. in dicto. c. constitutus. in verbo, irritum. extra de rescrip. & in dicto cap. illud. extra de præsumptio. Sed vbi quis in beneficio intrusus est, dici non potest ab eo obiectionem abesse, & puritatem adesse, dicto capi. cum qui. de præbendis. in. vj. ibi, seu se scienter iniustè intrudit: licet fortè is qui contulit, potestatem habuit conferendi, & prouisus capax fuerit acceptationis, sed ex postfacto incapax effectus est, propter secundum aut tertium beneficium obtentum & retentum absque idonea dispensatione: vt in casu cap. de multa. extra de præbend. extrauagan. execrabilis. cap. cùm in cunctis. extra de electio. de quo in dicto capitu. nisi cùm pridem. extra de renuntiatio.

Tertiò, ex præcedēte aliud subsequitur, quod vt absoluam, pono instantiam ad tollendam cōsequentiam dictæ regulæ apostolicæ xxxiij. & concil.

concilij Basilien.clemen.vnicæ.de sequest.poss. & fruct. quod argumentum de iure bonum est.
298 capi.sicut vrgeri.prima.quæstio.j. † Clarum est habentem beneficium curatum teneri intra annum à die adeptæ pacificæ possessionis ad sacros ordines promoueri: alioqui ipso iure beneficio priuatur. capi.licet canon.de electio.libro sexto. Non auditus autem possessione non priuabitur.cap.licet.de præbend.eod.lib.sed auditus per sententiam à possessione expellendus est, per illum textum.& capi.cùm secundum.de hæretic.eo.lib.Pone in eo qui curatum beneficium occupauit decem vel pluribus annis non susceptis intra illud tempus sacris ordinibus, si non liceret triennalem possessorem in possessorio, aut petitorio molestare, frustra factæ essent Decretales, licet canon.de elect. &.c.licet. de præben. in.vj.& dicta extrauagan.execrabilis.Idem dico in eo qui excommunicatus ministrauit, licet beneficium triginta annis possederit, tamen beneficijs non tantum exuendus est, sed & spoliandus. ca.fraternitatis. extra de cler.excommunica.ministran.Idem in eo qui tribus aut pluribus annis absque apostolica dispensatione duo aut plura beneficia curata seu aliàs incompatibilia occupauit, dicto capi.de multa.&.c.ordinarij locorum. de offic.ordina.libro.vj.& dicta extrauagã. exe-
299 crabilis.clemen.si plures.de præben. † Imò qui excommunicatus ministrat, non tantum beneficio spoliatur, sed & ordine priuatur. cap.clerici. extra de cleri.excommuni.ministran. Addo prædictis text.in dicto cap.cum bonæ. extra de æta. & qualita.ordinan.vbi is qui triennio suspensus remansit, & suspensionem eo tempore sustinuit, priuatur quocunque suo beneficio. Imò text.ille iubet eum spoliare. idem in capit.ex parte A. extra de testib. in eo qui quanquam triginta annis in possessione beneficij permanserat, postulauit suo rescripto attentata reuocari & declarari ius in beneficio sibi competere: qui cùm absque vero titulo inuentus esset, reuocatis primum attentatis, demum beneficio, quod tandiu possederat, à delegatis iudicibus priuatus est, & eorum sententia à pontifice laudata & confirmata fuit.
300 † Vel pone in eo qui sibi ipsi beneficium contulit. Clarum est nõ valere collationem: cùm inter conferentem & accipientem differentia esse debeat.capi.fina.extra de dilatio.sicut inter baptizatum & baptizantem. capi.debitum. extra de baptis. Si igitur is, qui sibi beneficium contulit, triennio aut longiore tempore beneficium occupauit, spoliãdus est. Sed ad hoc dici potest eum, qui sic beneficium tenet, titulum coloratum non habere, vt suprà dictum est. Adde alium casum in eo qui scienter in loco interdicto ministrauit, seu sacra fecit, qui si post eam consecrationem triennio beneficium retinuit, post ipsum triennium aut aliud longius tempus beneficio spoliari poterit.capi.postulastis.extra de cleri.excommunica.ministran. Idem dici potest in eo qui ab initio incapax erat obtinendi beneficij absque apostolica dispensatione, qui tamen forte putabatur capax, auferetur tamen illi beneficiũ, dicto capi.cùm in cunctis. extra de electio.ca.in decorum.& capi.eam te.extra de ætate & qualita.ordinand. Plura alia istiusmodi congeri possent, quæ consultò omitto.
301. Quartò, † si non liceret triennalem possessorem in possessorio aut petitorio inquietare, hæc constitutio peccati esset inductiua: quoniam liceret intrusum aut iniustum possessorem in damnum animæ suæ & subditorum beneficium retinere. quod non licet, extrauagan.execrabilis. de præbend. Et ideo verisimile non est, hanc regulam apostolic.xxxiij. sic interpretandam esse, nisi cum possessore à pontifice, aut alio potestatem habente dispensatum sit, dicto capi.de multa. extra de præbend. hoc etiam in casibus præmissis dicit tex.in dicto cap.postulastis. extra de cleri.excommunica.ministran.ibi, nec illi valent ea retinere licite, nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum: cum ea non fuerint canonice consecuti. & sic retinentes huiusmodi beneficia contra ius retinent. Et ideo text.in dicto capi.dilecto.extra de præbend.cogit eos ad fructuum perceptorum restitutionem: ibi, ad restitutionem eorum quæ ratione prædictæ institutionis tenebat, sententialiter duximus condemnandum.Idem in dicto capi.cum bonæ.Et istud
302 etiam de mente est dictæ regulæ, † quæ non tantum permittit in petitorio, verum etiam in possessorio huiusmodi possessores inquietari, vt suprà dictum est, quæ considerat alium casum, cuius suprà meminimus, quando beneficium reseruatum est à pontifice, & reseruatio in iure clausa est, si cõtra huiusmodi reseruationes inueniatur quis beneficium occupare, quantocunq; tempore beneficium possederit, tam in possessorio quàm in petitorio inquietari poterit. Pone in episcopatibus nullateñ.quorum meminit glo.in clemen. in plerisq;.in verbo, bonore.de elect. qui cõsueuerunt discurrere, & vicarios episcoporũ quærere, vt inquit illic glo.in verbo, vagationis maximæ, quæ latos epatus habēt. Et interdũ principibus familiariter adhærere, quorũ hodie plena & vberās terra est. Illis enim epatibus quibus non est clerus nec populus, solus pontifex ꝓuidet, dicta cle.in plerisq;.vel qñ electores scienter indignũ in epm vel non seruata forma.c.quia ꝓpter. extra de elect.elegerũt. Alia est cuius suprà meminimus in dicta extrauagan.execrabilis. §.qui omnia.vbi pōtifex sibi & sedi apostolicæ omnia & singula bñficia per pluralitatẽ beneficiorũ vacãtia reseruat, prohibetq; omnibus epis ꝓuisionẽ huiusmodi beneficiorũ sic vacãtium, præcipiens vlterius episcopis, in quorum diœcesi sita erant, talia beneficia habita et ambita pontificem & sedem apostolicam de eorũ vacatione certiorẽ fa-

303 cere vt valeat pontifex idoneè prouidere. † Vbi ergo pontifex certior factus non erit, tempus ei non currit. In quo plus afficiuntur sedi beneficia sic vacantia, quàm si in curia vacarent: cùm pontifex faciliter de illorũ vacatione certiorari possit: & ideo mensis quem pontifex præfixit suæ reseruationi, statim à tempore vacationis non autem à die notitiæ pontificis currit. cap. statutum. &. c. licet. de præben. in. vj. Non sic est in his qui extra Romanam curiam per incompatibilitatẽ vacare contingunt, dicta extrauagan. execrabilis. §. cæterum. quoniam nullum tempus currit pontifici. & rectè etiam facit. c. licet. extra de supplen. negligen. prælato. quæ reseruatio contrarium titulum & possessionem inde secutam sic inficit, vt agenti etiam possessorio obstet reseruatio Papæ in corpore iuris clausa. ca. si eo tempore. de electio. in. vj. ca. vt nostram. extra de appella. Et idem notatur in decisio. Rotæ. xvj. in titu. de restitu. spoliato. in nouis. quam omnino vide. Et rectè facit dicta extrauagans, execrabilis. §. quæ omnia. j. in his verbis, nostræ & sedis apostolicæ dispositioni reseruamus. Secundò ibi, inhibentes ne quis præter Romanum pontificem quacunque sit super hoc authoritate munitus de huiusmodi beneficijs disponere. Tertiò ibi, Nos enim, si secus actum seu attẽtatum fuerit, irritum decernimus & inane. Quartò ibi, vel circa illa per viam permutationis, vel aliàs innouare quoquo modo præsumat. subintrat tunc vis dictæ re
304 gulæ apostolicæ xxxiij. † vt quamprimum pontifex de vacatione certior factus erit, medio episcoporum diœcesanorũ prouidere poterit, quocunque tempore beneficia possessa fuerint, seu melius detenta vel occupata, argumento dictæ l. j. C. de anna. except. Nec obstat quod suprà de colorato titulo dictum est: quia neque hi coloratum titulum habent, dicta extrauagan. execrabilis. & ca. eum qui. de præben. in. vj. & in ca. de multa. extra de præben. & ca. dudum ecclesia. in fin. vbi per Innocen. Hostien. Anto. & reliquos extra de electio. Et ita seruant auditores Rotæ, vt plenius declaratur in dicta decisione xvj. in nouis. pariter & reseruationem expressam in extrauagan. ad regimen. de præbẽ. quæ in augmentum. c. statutum. de præbend. in. vj. facta est. Sed praxis Galliæ huiusmodi reseruationes non obseruat: & laudatum & acceptum est Basiliense concilium in ea parte qua de reseruationibus sta
305 tuit sub titu. de election. † Sed quantum ad eos qui vitiosum habent ingressum non iuuat possessio cuiuscunq; temporis fuerit. quibus adde eos qui à non patronis præsentati sunt, vel quibus collatio seu institutio facta est spreto patrono. c. decernimus. xvj. q. vij. de quo in. c. illud. in verbo, irritanda. extra de iure patrona. & in ca. consultationibus. eod. titu. cap. querelam. & ca. Cumana. extra de electio. cap. cùm ecclesia Sutrina. extra de causa posses. et proprie. Intellige patrono reclamante, & de contemptu agẽte, argumento. c. auditis. extra de election. quod prosequere vt per Feli. in ca. cùm Bertholdus. extra de re iudica. zabarel. in clemen. plures. extra de iure patron. nunc non dicam plura. Adde alium casum in casu capi. primi. de homicid. in sexto. & capi. sicut dignum. extra de homicid.

Sed omnibus his argumẽtis videtur posse vnica solutione responderi: cùm omnes illi titulum coloratum non habeant, & quibus ius commune regulariter resistit, quos non iuuat possessio. cap. ij. extra de in integ. restitu. ca. cum nostris. §. nos verò. ibi, sufficienter ostenderunt. extra de concess. præbend. ca. ex parte. extra de resti. spolia. & ita intelligatur dicta regula aposto. xxxiij. & concil. Basil. in titu. de pacifi. poss. sed aduerte plures esse intrusionis species, de quibus per Feli. in dicto ca. in nostra. in. ij. corollario. extra de rescrip. per omnes in dicto. c. eum qui. de præ
306 bend. in. vj. † Nam is qui titulum habet, temere autem possessionem apprehendit intrusus est secundùm Innoc. in ca. nihil. extra de electio. capi. cum iamdudum. extra de præben. & ca. pastoralis. extra de priuileg. dicto ca. eum qui. per Innocen. in dicto ca. cum nostris. extra de concess. præben. vbi ius resistit, nisi cum eo dispensatum fuerit, sicuti est in plurali, & sola possessio eum non iuuat, dicta extrauagan. execrabilis. &. c. de multa. extra de præben. sed hoc non videtur esse verum, per ca. licet. de præben. in. vj. Ideo da exemplum in intruso. cùm expresse in regula excipitur, vt suprà dixi. In omnibus autem alijs casibus non concluderet, sicuti inferius explicabimus, et quod sentio duabus regulis, & aliquibus limitationibus absoluam, Prima est quæ ex ipsa regula apostol. xxxiij. & concil. Basiliẽ. assumpta est, triennalem possessorem regulariter in possessorio molestandum seuvexandum non esse, neque in petitorio, dicta cle. j. de sequestr. pos. & fruct.
307 Secunda † triennalem possessorem cogẽdum non esse titulum suæ possessionis ostendere. ca. ordinarij. extra de officio ordina. & l. cogi. C. de petitio. hæredita. per Bald. in. l. ciuile. C. de furt. Limita primò, nisi possessor beneficij pluralis sit in beneficijs, præsertim dum inuenitur tria curata beneficia seu curam animarum habentia occupare seu detinere, in quibus non solet Papa dispensare. cap. dudum. in fin. extra de electio. ibi, cùm intentionis nostræ non fuerit secum in tot & tantis beneficijs, præsertim curam animarum habentibus dispensare. c. eam te. extra de ærta. & qualita. ordinan. & in dicta extrauagan. execrabilis. dicto cap. ordinarij. §. in conferendis. extra de offi. ordina. Secundò, nisi aduersus possessorem probata esset intrusio, aut alia incapacitas, quæ sine dispensatione prohibet beneficium retinere, dicto capi. ex parte A. extra de testi. dicto c. dilecto. extra de præben. ibi, vnde dictum cancellarium ad restitutionem eorum quæ ratione

prædict

prædictæ institutionis tenebat sententialiter duximus condemnandum.quem text.ad hoc notat illic Hostiens. in verbo,restitutionem. & Innocen.idem notat in dicto capi.illud.extra de præsumptio.& in capi.constitutus. extra de rescrip. & facit dictum capi.eum qui.de præbend.in.vj. Felin.in capi.sicut. & capi.cum Bertholdus.extra de re iudicata.

Tertiò,in simoniaco. & hæc moderatio posita est in regula apostolica xxxiij.capitu.nisi cùm pridem.vbi glos.in verbo,sed duntaxat.& capi. super hoc.ibi, interuentu pecuniæ. extra de renuntia.capi.qui ecclesiam.ca.de hoc.ea.insinuatum.c.de simoniacæ.& illic copiose per Anton. Feli.& reliquos, extra de simonia. eundem Anto.in.c.fin.extra de electio. Quartò,in patiente defectum ætatis,aut aliud personæ vitium,dicto ca.indecorum. extra de æta.& qualita.ordinan. in eo qui tempore collationis aut prouisionis ex communicatus erat,dicto.c.postulastis. &.c.fraternitatis. extra de cleri.excommuni.ministran. vel diu excommunicationis sententiam sustinuerit,dicto.c.cum bonæ. extra de æta.& quali.ordinan.Et idem notat Hostiē.in dicto.c.dilecto. in fin.extra de præben. nisi huiusmodi sententia in fauorem defectū patientis lata esset,& ꝙ à tali sententia prouocatum non esset : quæ sententia, licet titulum non cōfirmet, exceptionem autem rei iudicatæ producit. ca.cum dilectus. extra de electio.per quem tex.idem notat Hostiē.in summa.§.ij.extra de concef.præbend. Et illum text. dum semel cōtigisset casus in quæstione Rothomagi vertente super possessorio canonicatus,& præbendæ de Baiolero vulgariter nuncupatæ in ecclesia Rothomageñ. quæ iure regaliæ tunc vacare dicebatur,allegaui, & secundum illum iudicatum est:& bene fuit illi qui obtinuit. Quintò,

308 † in eo qui post acceptum beneficium irregularitatem incurrit, & durante ea aliud beneficium acceptare,& retinere nō dubitauit. vtroqȝ enim, habito & ambito spoliandus erit, dicto ca.cùm bonæ.extra de æta.& quali.ordi.& tamen posse derat continuo triennio is quem pontifex iussit spoliari. Cui addo tex.in.c.ex tuæ.extra de cler. non resid.in eccl.Sextò, nisi possessor semel passus esset controuersiam. Hæc limitatio ex prædicta regula apostolica xxvij.& cōcil.Basil.assumpta est,de qua per glos.& omnes in dicta elemē. vnica.in verbo,antea. de sequest.pos.& fruct.l. omnes.in fi.C.de præscrip.trigin.ann.neqȝ iuua re potest ratio.l.loci corpus.§.pen.ff.si serui.vēdic.ibi,quia quo ad te liberas ædes habeo,quoniam sufficit possessorē semel de iure suo dubitasse,& ꝙ effectum sit beneficiū litigiosum,sicut in simili dicitur in.§.omnem.in authē.de litigio. colla.ix.l.fi.C.de præscrip.trigin.anno.l.j.&.ij. C.de anna.except.ea.ecclesia.j.&.ij.extra vt lite pendē.Et ita iudicatum est Rothomagi in prio-

309 ratu de Couldris episcopatus Ebroiceñ. † Satis enim est in huiusmodi causis cōtrouersiam de facto moueri ad tollendū possessionis cōmodum, secundùm Bal.& Card. in.c.j.de cōtrouer.inuestī.colla.x.l.nō solum.§.si status.ff.de procur.& l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebel.& de effectu huiusmodi interruptionis,dic vt per Bart.& Roma.in.l.naturaliter. ff.de vsusca.Et hoc aperte declarat dicta cle.vnica.in verbo,antea.de sequest.pos.& fruc.quod rectè illic Ioan.And.cōsiderauit.pariter in concil.Basil.dicitur,pacificè & sine lite.& dicta regula xxvij.quicūqȝ. Igitur litem passus pacificè nō possedit. Septimò,in eo qui beneficium habet à non habente potestatem conferendi aut præsentandi vel instituēdi,dicto c.ex frequētibus.extra de insti.et.c.consultationibus.extra de iure patro. c.licet.c.literis. & ca. seq.extra de suppl.negl.præla.de quo per Inno.

310 in.d.c.nihil.extra de elect. † Idem si is qui cōtulit,ius habebat conferēdi, tamen ab administratione suspēsus erat.c.tanta. extra de exces.prælato.vel si per electionē consequutus erat ius conferendi,sed quia cōfirmatus nō erat,administrare non poterat.c.auaritiæ. de electio.c.post electionē. extra de conces.præben.qui licet postea cōfirmetur,ipso iure priuatus est, si beneficium prius contulit aut administrauit, ꝙ confirmaretur,dicto.c.auaritiæ. pariter & is qui ab eo prouisus est. d.c.post electionē. de conces.præben. &.d.c.nihil.de electio. &.c.tāta. extra de exces. præla.& dicto.c.cùm iādudum.extra de præbē. vel per illos tex.si cōfirmatus est qui confirmari non debebat, licet is qui cōfirmauit potestatem confirmandi habuerit,dicto.c.nihil.vterqȝ enim beneficijs suis priuandus erit:vel si fortè post tēpus conferendi elapsum contulerit,dicto cap.licet.& duobus seq.extra de supplen.negl.præla. hi enim dici possunt colorem tituli,non autē verum titulum vnquam habuisse,& tamen beneficijs spoliandi sunt,per supradicta, quantocunqȝ tēpore possederint:quia intrusi magis ꝙ possessores dicendi sunt.d.c.tanta. vel si beneficiū erat iam sedi apostolicæ reseruatum in casu recepto, iuxta.c.licet.&.c.statutū.de præben.in.vj.Quæ limitationes ex terminis ipsius regulæ introductæ sunt,quibus patet titulum nullum colorē ha

311 bere, † vel si colorē fortè aliquem haberet, vitio sus tamen ille color est,& in suis substantialibus peccans, ób id possessorē non tuetur,aut defendit,neqȝ protegit.Et hac ratiōe ordinario inquirenti concessum est titulū possessoris petere sibi exhiberi.d.c.ordinarij.de offic.ordi.lib.vj.& in dicto concil.Basil.ab expresso exceptū est. Plus dicit Anto.de Butrio in dicto ca.in literis. extra de resti.spolia.nō sufficere interpellato ab ordinario vt titulum suæ possessionis demonstret colorem tituli habentem, sed necesse est verum & canonicum titulum, & omni suspicione aut macula carētem ostēdere.d.c.ex insinuatione.extra de procura.& dicto.c.ex parte A.extra de testi.

ne vt lupus rapax vel mercenarius in ouile do-
mini ingressum habeat. quod prosequere vt per
Ioan. Andr. Domi. Petr. de Anchar. & reliquos
in dicto capi. ordinarij. de offic. ordina. libro. vj.
Innoc. Hostiens. & Felin. in dicto ca. illud. extra
de præsump. Feli. in ca. licet Heli. extra de simo-
nia. Anto. de Butrio in dicto capi. dudum. extra
de electio. Eundem in dicto capi. in literis. extra
de restitu. spolia. Innoc. in dicto. c. quia cunctis.
extra de concess. præbend. Ex cuius dictis elicio
aliam & secundam generalem limitationem ad
312 priorem regulam. Secunda igitur est, † quando
aduersus titulum possessoris in vim tituli non ve
ri sed vitiosi modis quorum suprà meminimus,
militat iuris præsumptio, vt notat Ioan. Andr. in
regula, infamibus. de regu. iur. in. vj. dicto. c. du-
dum. ij. in fi. extra de electio. quibus adde alium
quando sub eodem tecto duo beneficia eodem
tempore detineret. text. cum glos. in capi. contra
morem. in verbo, non ostenditur. centesima di-
stinctio. Ex quo text. & glos. allegari solet inni-
tentem gratiæ vel priuilegio, aut iuri speciali,
probandi onus illi incumbere. l. j. & l. ab ea par-
te. ff. de probatio. Adde text. & quod notatur in
c. extirpandæ. §. qui verò. extra de præben. & c.
penul. & fina. extra de supplen. negligen. præla-
to. Nec prædictis obstare debet ratio Hostiens.
in dicto. c. illud. extra de præsumptio. dum dicit
aduersus huiusmodi præsumptionem militare
313 aliam iuris præsumptionem, quod † ordinarius,
qui quotannis diœcesim visitare solet, aut de-
bet, verisimiliter eum tandiu nō sustinuisset aut
tolerasset in beneficio, dicto ca. literas. extra de
supplen. negligē. prælato. & in dicto. c. cum iam
dudum. extra de præbend. quoniam ad id Feli.
respondet, & rectè, mea opinione, in dicto ca. il-
lud. versi. quartò est aduertendum. extra de præ
sumptioni. Quid enim si prælati suum officium
negligant? nescio si dicere ausim hanc ætatem hu
iusmodi prælatis plenam esse, quæ vt dicitur in
dicta clemen. in plerisque. de electio. opera epi-
scoporum nullatenentium vtuntur, vt principi-
bus seculi deseruiant, & accuratè bursas talium
pinguium vitulorum aut titulatorum visitant in
animæ vtriusque iacturam seu periculum, vt in-
quit in simili text. in ca. cùm apostolus. extra de
censi. Protinus de censu, non autem de moribus
inuestigantes, iuxta illud satyrici, Protinus ad
censum, de moribus vltima fiet Quæstio. vel for
tè si ille idem sit episcopus & abbas commenda-
tarius, qui vtrunque beneficium edat & fortè de-
uoret, vel si alioqui non vno sed pluribus, bo-
nus ille vir siue episcopus seu abbas intendere
velit, vt vtriusque qualitatem (intelligo comeda
citatem) curare velit, vix doctor ille indoctus a-
314 lium arguet, † vel si fortè episcopus ille, quis-
quis sit, puer sit, quales nostra ætas passim ad-
mittit, proh dolor, hunc generis nobilitas, istum
literarum disciplina, illum vitæ ac morum hone-
stas admittit. Quibus, nō autem beneficijs, pro-
uidetur, quàm indecorum sit clarè manifestat
Decretalis, indecorum. extra de ætate & qualit.
ordinan. Cùm aliquando dixerim, non repetam,
neque commentarios illius Decretalis transferi-
bam, dum adoleuerint, rectè à possessoribus ti-
tulos sibi demonstrari postulant: cùm adhuc in
eamvsque ætatem non intellexerunt. quod pro-
sequere vt per abbatem in dicto. c. licet Heli. &
Feli. post eum extra de simoniac. Sustinenda au-
tem esset Hostien. authoritas in dicto cap. illud.
extra de præsumption. si fortè ab ordinario, qui
diligenter veri, recti, boniq́ue pastoris officia im-
plet, qui postquam singulos suæ diœcesis visita-
uit, testatur titulum vniuscuiusque vidisse. Cui re-
ctè credendum esset, si forte ipsi credunt. cap. ex
ore. extra de his quæ fi. à præla. sine consen. cap.
vel si prouisum ordinauit facta prius diligenti
inquisitione, dicto cap. ex insinuatione. extra de
procura. adhuc prohibendus non est ordinarius
contrarium probare eorum quæ approbauit,
quia fortè circunuentus. c. dilecto. extra de præ-
bend. Pone, inquit Feli. in dicto capi. licet Heli.
versic. extra glos. extra de simonia. post Petr. de
Anchar. in. c. j. de regu. iur. in. vj. in eo qui proui
315 sionem à pōtifice obtinuit, † cuius diploma for-
mam & figurā rectæ concessionis habebat, cùm
re vera falsum esset, sicuti nostra ætate plura cō-
perta sunt, qualia fuere ea quæ Viterbiensis ille
insignis falsarius falsò fabricauerat, vel aliud for
tè vitium lōgo post tempore detectum est, quod
prima figura palpari non poterat, sicut plenius
examinatur in. l. fin. C. de edicto diui Adria. tol-
len. Talis error in ordinario tolerabilis est: neque
ex hoc arguendus quòd tādiu vitium ignorauit,
quia detegi non potuit. Præterea non est à iure
alienum, illum reprobare qui approbatus est. l.
sed & reprobari. ff. de excusa. tutor. argumento
est. l. omnes. C. de præscriptio. triginta anno. ibi,
quorundam tamen vel à fortuita vel excogitata
interpretatione. et iunge Accursij interpretatio-
nem in illo text. in verbo, fortuita. quia fortuitò
quandoque quis bene dicit. Ob id Innoc. in ca.
veniens. circa princip. extra de fil. presbyte. dicit
ordinarium debere, priusquam conferat, diligē-
ter inquirere, dicto ca. veniens. extra de fil. pres-
byte. & c. j. de fil. presby. in. vj. Cui addo text. &
glos. illic in ca. qui in aliquo. in verbo, concubi-
nas. vj. distinct. dictum. c. dudum. §. verum. extra
de electio. De quo per Feli. in. c. si quando. ver-
sicu. stat difficultas. extra de rescrip. Petr. de An
char. post Archidia. in dicto. c. ordinarij. de offi.
ordina. lib. vj. Henric. Bohic in dicto ca. ex insi-
nuatione. extra de procura. Et quod notat Bal.
in simili in. c. j. per quos fiat inuesti. collatio. x. &
Alexan. in. l. quidam consulebant. circa princip.
ff. de re iudic. Feli. in. c. cùm vicesimum. extra de
316 offic. delega. † Sed stante huiusmodi nouissima
præsumptione, onus probandi contrarium, in
eum, qui

eum, qui agit, transferetur. sed probato vitio tituli possessor titulum suum, sicuti aiunt, iustificare, id est, iustitiam tituli probare debet, dicto ca. ex insinuatione. extra de procura. dicto. c. illud. & c. quia verisimile. extra de præsumptio. & dicto. c. veniens. extra de fil. presbytero. Plerisque non displicet Henrici Bohic moderatio in dicto c. ex insinuatione. & mihi etiam placet, sicuti suprà dixi, nisi is, qui ab ordinario prouisus est, diu in possessione permanserit, & ordinarius testaretur dispensationes prouisi vidisse, dicto. c. ordinarij. §. fina. extra de offic. ordinar. lib. vj. cum eo Anton. de Butrio sentit in dicto. c. in literis. viij. colū. ad fin. extra de resti. spoliat. dicit enim non esse eum intrusum præsumendum, qui in antiquissima beneficij possessione fuit, & ex ea colorari titulum. c. ij. extra de resti. in integ. & ideo non esse compellendū titulum suæ possessionis exhibere. Et ratio per Hostiē. datur in dicto. c. licet Heli. iij. colum. extra de simo. quoniā sæpius contingit propter antiquitatē titulos perire, argumento. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. de testa. melior tex. in. c. proposuit. ad fin. extra de cleri. excō. ministr. Et idem notat Henric. in dicto. c. ex insinuatione. extra de procur. dum de eo loquitur qui fortuito casu literas prouisionis vel dispēsationis amisit. l. chirographis. ff. de administr. tuto. Et rectè induci potest. l. fin. C. de
317 fide instru. † quæ iuramentū circa similia defert ei, qui dicit se instrumentum amisisse. Sed hæc omnia vera esse putes, nisi aduersus titulū probetur vitium aut nullitas: quoniam talis probatio oēm præsumptionem iuris cessare facit. Et ideo si vult possessor in possessione protegi, & cōseruari validitatem tituli, probare tenebitur, vt dicit glos. penul. & fin. in dicto. c. proposuit. extra de cler. excō. minist. per illum tex. & c. per tuas. extra de senten. excom. c. cum te. extra de testi. c. cùm desideres. extra de sentē. excom. Et rectius facit tex. in dicto. c. ex parte A. extra de testi. vbi pōtifex aduersus possessorem triginta annorum probationē admisit illegitimitatis. Quibus adde Feli. in dicto ca. illud. iij. colum. versic. tertiò est aduertendum. extra de præscrip. Et Hostiens. in dicto capi. licet Heli. ij. colum. extra de simo. ab
318 hac sententia non declinat, dum dicit † huiusmodi curatos vel prælatos, dum scienter iniustè vel male beneficia detinerēt, suas animas damnare, & parochianorum animas decipere, dicto. c. dudum. ij. extra de electione. Et vt vult text. in. c. si qui sint presbyteri. lxxxj. distinc. benedictio eorum in maledictionem conuertitur, & oratio in peccatum, testante domino, Maledicam benedictionibus vestris. Malach. ij. & c. maledicam. & c. multi. in fine. j. q. j. dicit autem Luc. de Pen. in. l. actuarios. colum. ij. C. de numera. & actua. libro. xij. Pœnitentias iniunctas & absolutiones parochianis præstitas, donec toleratur, valere propter fidem eorum qui suscipiunt: alioqui animæ eorum perirent. cap. baptismi vicem. de consecra. distinct. iij. capi. dictum est. & cap. euidenter. & capi. sequen. j. quæstio. j. capitu. debitum. extra de baptis. Pro quo est text. in dicto capitu. cum iandudum. in fine. extra de præbend. capit. penul. & fina. extra de æta. & qualita. ordinand. Tu verò vide quæ circa hoc copiosius Innocen. scribit in dicto capi. nihil. extra de electio. Et ad propositum nostræ quæstionis Feli. in dicto capitu. illud. iiij. colum. extra de præsumptio. ait capitu. ordinarij locorum. non distinguere possessionem antiquam à recente: quanquam, inquit,
319 & id post Hostiens. diximus, † sæpe contingat probationes per temporis diuturnitatem perire. sed huic morbo subuenit: dicta. l. chirographis. ff. de administra. tutor. l. testium. C. de testib. l. si rosæ à muribus. ff. si tabulæ testamē. nul. exta. & glos. in. §. primo. in verbo, reparari. per illum textum, in authenti. de hæredi. & falci. collatio. prima. vt postulent hi, qui tam antiqua priuilegia habēt, ea renouare seu reparare. §. insuper. in authenti. vt sponsali. largi. collatio. ix. & alijs legibus per eam notatis: quoniam super regestis ordinarij titulus renouari, aut refici potest. vbi verò faciliter id fieri nō posset, stante iuris præsumptione, concurrente possessoris iuramento pro possessore iudicandum esset, secundùm Hostiē. in dicto capitu. licet Heli. & Henric. in dicto capitu. ex insinuatione. & pro eis est dicta. l. fin. C. de fide instrumen. quam supra allegaui. l. generaliter. primo respōso. C. de rebus credi. Hic repeti possent quæ suprà de vasallo scripsimus ex capitu. primo. de controuers. inuesti. capitu. primo & fina. de consuetu. recti feud. & c. Secundò Felin. in dicto capitu. sicut. xvj. colum. in fin. ex-
320 tra de re iudica. ait, quando † is qui de intrusione impeteretur, vel cuius titulus argueretur, plura beneficia non obtineret, sed vnicum tantum, quoniam pro eo vel secundum eum cui ius non resistit, sed potius assistit facilius præsumendum & iudicandum est, dicto ca. eam te. extra de ætate & qualita. ordinan. & dicto capitu. cùm iandudum. & capitu. de multa. & capi. extirpandæ. extra de præbend. capitu. vnico. extra vt ecclesi. benefic. In alijs autem, quibus ius resistit, & in his quæ à regula ipsa excipiuntur, procedāt quæ supra dicta sunt, vt rei veritas potius quàm præscriptio attendatur: cùm, vt suprà dixi post Innocen. & Hostiens. in dicto capitu. constitutus. extra de rescrip. & in capi. illud. extra de præscrip. in beneficijs omnis puritas adesse debeat, & abesse omnis macula. Non obstabit ratio cuius su-
321 prà meminimus, dum dictum est † in fauorē reipublicæ ecclesiasticæ introductum fuisse, beneficia diu non debere litigiosa remanere, neq; possessores ambagibus litium, laboribus, & expensis vexari, ne bona ecclesiarum dissipentur vel diripiantur, ob idq; diuinus cultus minuatur. Quoniam, vt inquit text. in capitu. aurum habet

ecclesia.xij.q̃.ij.potior est ratio quæ saluti animarum prospicit quàm quæ rerum conseruationi prouidet.ca.conuenior.xxiij.q̃.viij. l.sancimus.C.de episco.& cleric. Et ideo canon longitudinem tẽporis non attendit,imò prorsus condemnat vbi possessorum animas illaqueatas tẽpus retinet.cap.si sacerdotes.xvj.quæstio.iij.dicto ca.quanto.extra de consuetud.Melius enim est pro tempore rectorem ecclesiæ molestias pati, quàm cum animarum iactura furem & latronem in ouile Domini intrare & permanere.cap. dominus.j.q̃.j.ibi,sacerdotes tui induantur iustitiam,& sancti tui exultent. & Malach.ij.ca.si possessio quantumcunq diuturna possessori titulum non tribuat.c.j.de regu.iur.c.ex frequentibus.extra de institutio.quomodo in possessione sua iuste defendi potest, qui sine titulo est,& in ouile domini nõ per ostium sed per fenestram ingressus est: præsertim cum iuris regula verbis negatiuis concepta sit,quæ ob id potentiam tollit,secundùm glos.in rubrica.C.ne fideiuss.dotiden. & in rubrica extra ne sede vacã.de qua per Barto.& omnes in.l.Gallus. in princi.per illum text.in verbo,non posse. ff.de libe.& posthu.& l.j.ff.de iniusto,rup.& irri.testam.nec aliter obtentum permittit lex canonica posse retinere,dicto.c.dudum.ij.extra de electio. ca.de multa.& ca.dilecto.extra de præben.extrauagan.execrabilis.de præben.Imò,vt dictum est,vult eos spoliari,in dicto ca.cùm bonæ.extra de ӕta.& qualita.ordinan.c.ex parte A. extra de testi.&.c.postulastis.& ca.fraternitatis.extra de cler.excommunic.ministran.

322 † quare si tempus siue recens, siue antiquum titulum non tribuit,non debet distinctio fieri vbi contra possessorem nullitas tituli deducitur: cùm in propbanis lex canonica titulum & bonam fidem consideret,in cap.si diligenti.&.c.vigilanti. & ca.fin.extra de præscrip. quanto magis in ecclesiasticis id considerari debet:cùm in eis omnis puritas adesse debeat,et omnis macula abesse, vt suprà dictum est post Innoc.& Hostiẽ.in.c.constitutus.extra de rescrip. in verbo,irritum.per text.in.c.si quis neq.j.q.j. Nam & Decretales & canones priuationem introducentes,tempus non considerant, vt ex eis videri potest.& in.c.licet.de præben.in.vj.Non distinguitur tempus an recens vel antiquum sit. In hoc autem triennalis possessio iuuat: primò quia sequestratio beneficij fieri prohibetur donec de tituli nullitate iudici constiterit, clement.

323 vnica.de sequest.poss.& fruct. † Secundò quòd transfert onus probandi in petitorem,sicvt possessor absoluatur, si petitor, cui onus probandi incumbit,nihil probet. l.ei qui. &.l.quoties. §. qui dolum.ff.de probatio.Idem probatur in dicto.c.dudum.ij.extra de electio.ibi,vt si constaret quod idem post receptum archidiaconatum prædictum curam animarum habẽtem præfatas parochiales ecclesias electionis tẽpore retineret, nec ostenderet secum per sedem apostolicam super hoc dispensatũ &c. Ecce quomodo proponenti pluralitatẽ onus probandi incumbit, dum primo loco dicit,si constaret.& postq̃ sic constitit probare debet,qui cõuenitur, secum fuisse dispensatum duo beneficia incõpatibilia retinere. & rectè induci potest dicta cle.vnica.de seques. pos.& fruct. quæ non prohibet triennalẽ possessorem beneficij nõ tantum in petitorio, sed neq in possessorio inquietari,sed solũ beneficium pẽdente lite sequestrari nõ permittit.semota igitur sequestratione ordinarius loci de possessorio & petitorio pronũtiabit,quantũcũq possessor triẽnalis sit:quia ius talibus prouisionibus resistit,in d.c.ordinarij locorum.in fi.de offi.ordin.lib.vj.

324 † & necessitatẽ ordinarijs imponit, de dispensatione eorũ qui plura beneficia obtinẽt, aut habere desiderant, inquirere, priusq̃ tertij beneficij collationẽ faciãt: & si secus factum erit,irritũ & inane pronũtiat.pariter in extrauag.execrabilis. de præbẽ. Licet non sic in eo qui beneficiũ iusto, et canonico titulo obtinet statutum sit,in.d.c.de multa. sufficit enim q anteq̃ habitum & oblatũ retineat, primo cedat, aut secundum habere renuat,per.d.c.de multa. Alioquivtroq priuatur, per illos text. Tertia limitatio est in eo,qui q̃uis possessor sit beneficij, etiam si triginta annis possederit,postulat declarari titulum sibi cõpetere. c.ex parte A.extra de testi. &.c.ex insinuatione. extra de procur. quod prosequere vt per Domi. & Pet.de Ancha.in.d.c.ordinarij.de offi.ordin. lib.vj. Felin.in.d.c.licet Heli.extra de simonia. Quarta, in patrono, cuius interest ne beneficiũ altero titulo possideat q̃ ex causa suæ præsentatiõis, & ob id intrusus in bñficio. c.decernimus. xvj.q̃.vij.& ita semel Rothomagi iudicatũ fuit de quodam beneficio curato cuius vacatio contigit per obtẽtionem tertij beneficij in vim duarum vnionum quæ nunquam publicatæ fuerant, neque de illis cognitio haberi potuit, obtinuit qui à rege præsentationem obtinuerat & institutionem excluso eo qui à pontifice prius iure deuoluto obtinuerat, licet lapsus esset annus post impetrationem apostolicam, & possessor beneficij nouem & pluribus, tria illa beneficia sub prætextu illarum vnionum à concilio Basiliensi reprobatarum in titulo de reseruationibus. licet in Britannia passim obseruẽtur. Adde quod notat Innocen. in dicto capitu. super his. extra de accusa.dum de rege loquitur iura regaliæ habente,qualis est Christianissimus rex noster,vt paulopost declarabimus.& meminit Specul.in titulo de lega.§.nunc tractemus. versiculo,sed nunquid legatus. & Henric.Bohic in capitu.nobis.

325 tertia colum.extra de iure patro. † possunt enim secundùm Innocen.& Hostiẽ.illic reges & principes admitti, si prouisos suspectos habeant de proditione vel secretorum reuelatione,dicto.c. filijs.xvj.q.vij. &.c.constitutum.xvj.quæstio.§.

Idem

Idem notat Domin. de ſancto Geminia.in capi.
vt circa.§.edicto.iiij.colum.de electio. libro.vj.
Felin. plura accumulat in dicto capit.ſuper his.
iiij.colum. verſicu.gloſſ.in verbo, accuſatione.
Cui adde Ioan.Fab. in dicta.l.presbyteri. C.de
epiſco.& cler. ſed non videtur hæc limitatio ad-
mittenda, niſi quatenus ordinarius in puniendo
negligens eſſet,per rationem dicti cap.filijs.xvj.
quæſtio.vij. vbi hoc notat gloſ. in verbo, regis.
gloſ.in.§.fina.in verbo,ſententiam. in authenti.
apud quos opor.monachos.collatio.vj.&quod
notat Domini. in capitu.vnico. verſicu. & cum
Pariſienſe. de cleri.coniuga. libro.vj.Iungi po-
teſt ratio capitu.verum.capi.ex tranſmiſſa.extra
de foro competen.& capitu.cæterum.& cap.no
uit.extra de iudic.licet Abb.in capit.qualiter &
quando.extra de iudic.dicat cap.filijs.xvj.q.vij.
eſſe correctum per dictum cap. qualiter & quan
do.ibi,quod fieri prohibemus.Sed dici iure po-
teſt non eſſe correctum quando aliter non po-
teſt,quàm per regis beneficium ius & iuſtitia ha
beri,quia ab eccleſiaſticis iudicibus iuſtitia dene
gatur,per rationem.c.fin.de mili.vaſal.qui con-
tu.eſt. in quo videtur fundata ratio Innoc.in di-
cto cap.ſuper his.& Hoſtien. in.c.examinata.in
princi.extra de iudi. Flor.in.l.j.colum.ij.ff.ſi ſer
ui.vendic.ſecus fortè dicendum eſt,ſi via ordina
ria iuris ageretur,neq; tanta eſſet eccleſiaſticorū
iudicum negligentia,vt gloſ.pen.voluit in dicto
ca.verum. extra de foro competen. præſertim ſi
cauſa,de qua agitur,iuris ſit patronatus laici,per
illos text.præſertim ſecundùm Innoc. Hoſtienſ.
Feli.& alios in dicto.c.ſuper his. & Domi.in di
326 cto.c.vt circa.§.edicto. † In rege Franciæ proce
dit cui iura regaliæ conceſſa ſunt in ſynodo vni-
uerſalis eccleſiæ Romæ congregata authore A-
driano primo huius nominis Romano pōtifice,
quæ fuit ſeptima ſynodus.cccl. epiſcoporum de
qua in ca.Adrianus.& in.c.in ſynodo. lxiij.diſt.
quæ Carolo magno conceſſa ſunt,& à ſucceſſo-
ribus ſuis hactenus obſeruata.Neque verum eſt
Ludouicum Pium Caroli primogenitum huiuſ-
modi iuribus renuntiaſſe, cùm id ſcriptum non
inueniatur. Cæterum comperimus eum iuri eli-
gendi pontificis renuntiaſſe, ſicuti legitur in ca.
ego Ludouicus.eadem diſtin.lxiij.Ius autem do
nandi eccleſias idoneis ſacerdotibus, epiſcopis,
& archiepiſcopis,quam ſynodus illa inueſtiturā
& laudationem appellat,in viridi eſt obſeruātia.
& Innoc.in.d.ca.ſuper his.negligenda aut ſper-
nenda non eſſe ait, duntamen in eccleſiæ æmula
tionem reges & principes, quibus regaliæ iura
conceſſa ſunt,nō vtantur.De his paulo poſt tra-
327 ctabimus. Quinta,quādo † poſſeſſori notorius
tituli ſeu canonicæ inſtitutionis defectus oppo-
nitur,onus probandi poſſeſſori incumbet, neq;
poſſeſſorem iuuabit diuturna beneficij poſſeſſio
ſeu verius detentio.ca.conſtitutus. extra de filijs
presby.ratio ſecundùm Innoc.illic eſt,quoniam
beneficium eo quod poſsidetur non propterea
iuſte poſsidetur,neq; poſſeſſori tā euidēs iniqua
et iniuſta poſſeſſio titulum tribuit,neq; habitum
confirmat.c.bonæ.extra de poſtul.præla.c.cùm
eccleſia Sutrina. extra de cauſa poſſ.& proprie.
Hoc tamen dictum intellexit Anton.de Butrio
verū eſſe,ſi ſtatim de iniquitate & iniuſtitia poſ-
ſeſſoris conſtare poteſt.ca.paſtoralis.&.c.olim.
vbi hoc notat extra de cauſa poſ.& propr.Idem
Anto.in.c.in literis.colū.xj.verſi.in beneficiali-
bus autē.extra de reſt.ſpol.Pro eo facere poteſt
l.iij.§.ibidem.ff.ad exhiben.l.fin.C.de compen-
ſa.c.ſignificaſti. extra de diuor.in poſſeſsione re
cente non poteſt eſſe dubium, vt ſuprà diximus
328 per cle.vnicam.de ſequeſt.poſſ.& fruct. † Et ſic
longa poſſeſsio in beneficialibus & alijs iuribus
eccleſiaſticis,cuiuſcūq; temporis ſint,poſſeſſorē
non excuſat à probatione negatiuæ, quæ produ
cto titulo ſatis erit probata, duntamen prouiſio
ſit canonica: dicenti autem non eſſe canonicam
onus probandi incūbet,niſi inſpectio tituli nul-
litatē demonſtraret,vt in.l.ij.§.inſpectio.ff.quē-
admo.teſta.aperiā.l.fin.C.de edicto diui Adria.
tollē.c.cùm perſonæ. extra de priuileg. Et ratio
eſt,quia eccleſiaſticū beneficium obtineri nō po
teſt neq; retineri ſine canonica inſtitutione,et ſic
iuſto titulo.d.c.j.de reg.iur.in.vj.c.ex frequenti
bus.extra de inſtitu.quod proſequere vt per An
to.de Butrio in.d.c.in literis.extra de reſti.ſpol.
zabar.in cle.j.de cauſa poſſ.& proprie. eundem
in dicta cle.vnica.in.xj.quæſtio.de ſequeſt.poſ.
& fruct. Domi.& Pet.de Ancha. in dicto.c.or-
dinarij.de offi.ordi.lib.vj.& approbata eſt ratio
Inno.& Hoſti. in dicto.c.conſtitutus.in verbo,
irritum. extra de reſcript. quia in beneficialibus
abeſſe debet omnis macula,et omnis puritas ad-
eſſe. Et iſta eſt cōmunis omnium ſentētia,quam
pluribus ſenatuſconſultis confirmare vidi: licet
quādoq; nōnulli ex eccleſiaſticis iudicibus refra
garentur,præualuit tamen ſemper veritas.

Non prætermittam aliqua regaliæ iura quæ
huic noſtræ diſputationi cōuenire exiſtimaui an
aduerſus ea lōgiſsima poſſeſsio trigintavel qua-
draginta annorum iuuare poſsit. Et cui in eis o-
nus probandæ negatiuæ incumbet.

329 In primis aduerte † plura eſſe regalia iura,quo
rum aliqua cōmemorantur in.c.vnico.quæ ſunt
rega.colla.x.aliqua ponit Bald.in prima repeti-
tione.l.imperium.iij.colum. ff.de iuriſdi.omnium
iudi. Ange.in.l.j.C.ne rei domi.vel tēplo. Alex.
in.l.j.colum.ij. ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſ-
di.Luc.de Pen.in.l.cōtra publicam.C.de re mi-
lita.lib.xij.Bald.in.l.reſcripta. C.de precib.im-
pera.offeren. dum de imperatore loquitur, qui
magiſtratus deponere poteſt. Anton.de Butrio
in capi.cùm contingat. extra de foro competen.
Cuius ſcripta tranſcribit Roma.tametſi eum nō
referat,in.l.prima.§.denique.circa princip.ff.de
aqua pluuia arcend. Pariter Alexand.in dicta.l.

prima.circa princi.ff. de offic.eius cui manda.est iurisdi. Ioan.de Plat. aliqua commemorat in.l. viros.ad fi.C.de diuer.offic.lib.xij. Anto.Corf. in quæstione I.& ij.sui tractatus de potestate & excellẽ.reg. Et istorum iurium tria sunt genera. Quædam enim sunt quæ principi adeo inhærẽt vt neq; cedere,neq; à se abdicare,neq; eis vti,nisi per seipsum potest, quæ neque præscribi possunt. de quo per Felin.copiose in capi.cùm non liceat.& capitu.cum nobis. extra de præscrip.& infrà dicetur. Aliqua sunt principis iura quæ per alium explicari possunt, quæ etiam sunt imprææscriptibilia. Alia sunt quæ salua principis maiestate præscribi possunt, præcedente tamen principis concessione. Aliqua sunt quæ licet committi possunt, expediri tamen non nisi à maioribus magistratibus debent, quæ neque præscribi possunt. Aliqua sunt, in quibus titulus cadere non potest similiter neque præscriptio. Aliqua vero sunt tituli capacia: & hæc præscribi possunt.de his videamus.

330 Cæterum non existimaui prætermittere † in pontifice aliqua etiam esse quæ in signum supremæ potestatis sibi soli cõueniunt,neq; per alium expediri debẽt.De quibus per glos.j.in.c.quod translationem.extra de offi.leg.&.c.sicut vnice. extra de exces.præla. Hostiẽ.in.c.cùm dilectus. extra de accusa. Bal.in dicta.l.rescripta. colum. penul.C.de preci.impera.offeren. Ad iura regaliæ reuertamur, præsertim illud quod suprà commemorauimus,quod regi circa beneficia in episcopalibus, & cathedralibus ecclesijs vacantia competit, de quo in.c.generali. de electio.libro.vj.c.cùm longe.& dicto.c. Adrianus.& ca. seq. lxiij. distinct. Innoc.in dicto ca.super his.& Hostien. post eum,extra de accusa. Domin.post Ioan. Andr.in.c.ij.colum.iij.de præbend.in.vj. Henri.in.c.nobis.iij.colum.extra de iure patro. Innoc.& Compostel. in.c.quod sicut.super verbo,principi.extra de electio.in.c.dilectus.ij.extra de præben. Abbas in repetitione.§.qui vero. in.c.extirpandæ.extra de præben.Feli.in.c.cùm contingat.iij.colũ.extra de foro compet. Quæ-

331 stio igitur est, † an facultas seu potestas conferẽdi beneficia, quæ regi ab ecclesia concessa sunt, cedi possit, & per aliã personam à principe exerceri. Et ne quæstio inutilis esse videatur recensebo casum qui anno 1515.contigit, Dum Christianissimus Frãciæ rex expeditionem in Heluetios ducatum Mediolani vsurpantes fecisset, qui tũc vicariam cum libera administrandi potestate reliquerat illustrissimam & vere imperio dignam dominam Ludouicam parentẽ suam cum ea potestate vt ea in omnibus & per omnia expedire posset,quæ rex ipse, si abesse non contigisset,facere potuisset. Contigit canonicatum & præbendam in Baiocensi ecclesia vacare,priusquam episcopus fidelitatem regi fecisset & inuestituram, & laudationem suæ promotionis à rege accepisset, illa sicuti solertissima princeps erat in expediendis rebus quæ coronã ipsam contingebant, iure regio seu vice regia decano & canonicis Baiocensibus vt in canonicum & ad præbẽdam aliquem admitterent suis literis mandauit, seruata in diplomate solita forma quam rex in collatione beneficiorum iure regaliæ vacantium obseruare solet. Nec multo post alius superuenit qui à rege ipso collationem illo iure impetrauerat. Super vtraque prouisione diu multumq; disputatum fuit vter eorum in iure obtinendi canonicatus & præbendæ potior esset. In primis quòd ius istud cedi posset,& ob id præsentatus vice regia per illustrissimam regis matrẽ canonicatum & præbendam iure regaliæ obtinere deberet,in argumentum est text.in ca.cùm inter vniuersas. in fi.ibi,vice regia.extra de electio. vbi papa electionem Capuani archiepiscopi confirmat,licet à rege Siciliæ consensus, qui interuenire solet, expectatus non esset, sed à pontifice vice regia tantum præstitus,& tamẽ ius erat regaliæ, quod soli regi competebat,per illum tex. sine quo nulla erat electio,secundùm Henric. in.c.ex literis. ij.colum.&.c.nobis.iij.colum. extra de iure patrona.&.c.quod sicut.vbi per Innoc. Compost.

332 & reliquos,extra de electio. † tamen põtifex vices regis implendo electionẽ confirmauit:quod non videtur ab hoc iure regaliæ differre,ideo cedi & expleri,sicut & illud,per alium potest. Et id non absque ratione est, ne contingat beneficia diu vacare, & ob id diuinus cultus diminui.clemen.dispendiosum.de iudic. quanquam nostra ætas istiusmodi orbitates patiatur ob frequẽtes dispensationes, seu(vt verius dicam)dissipationes,quæ dietim nullo hominum delectu habito conceduntur:quo fit hodie vt ecclesia literarum expertibus & idiotis plena sit,cõtra ea quæ scribuntur in capi.indecorum.& capi.eam te. extra de ætate & qualita.ordinan. in. §. primo. in authenti.de sanctissi.episcop. collatio.ix.qui alios docere debent,vt ab alijs doceantur necesse est. l.si quis ex argentarijs.§.prætor ait.ff.de edend. Secundò, vltra ius illud quod à synodo Romæ habita Carolus magnus obtinuit, quodq; posteris suis seu successoribus Franciæ regibus perpetuò concessum est in dicto capitu. Adrianus.

333 & capitu.sequen.lxiij.distinctio. † Aliud est ius in regibus radicatum, quoniam Franciæ reges omnium fere ecclesiarum episcopalium & archiepiscopalium patroni sunt,secundùm Archidiaco.in capitu.imperium. decima distinctio.capitulo,lectis. sexagesimatertia distinctio. Bald. in capitu.quanto.extra de iudicijs. Non abs re est igitur si ius istud ab ecclesia concessum pluribus synodis & diplomatibus confirmatum longe firmius & validius sit, argumento capituli, nobis. extra de iure patronatus. Vbi videas omnino Henrichum Bohic & Innocentium in dicto capitulo, quod sicut. & capitulo, Eleutherius. xviij.

xviij.q.õ.ij. His omnibus non mediocriter Basilienſe concilium applaudit in titulo de annatis. §.item quod dicta quinta &c. verſic.exceptis beneficijs quorum ius patronatus,præſentatio,collatio, inſtitutio vel prouiſio ad regem iure regaliæ vel aliâs iure laico ſpectabat:hac ratione non tantum tranſmiſsibile eſt,ſed & exerceri per alium poteſt. Et hoc argumento vſus eſt Lucas de Pen.in.l.prædia.quarta colum. verſicu.ſeptimo ſic.C.de loca.prædio.ciuil.libro.xj.Cui ego addo Archid.in dicto ca.lectis.lxiij.diſtinct.Bald. in dicto ca.quanto.extra de iudi. eundem Bald.

334 in procem.Gregor. † Tametſi plerique ſint qui dicunt ius hoc regaliæ regem non habere in archiepiſcopatibus Lugdunenſi, Burdegalenſi, Tholoſano, Aquenſi & Arelatenſi. In cæteris epiſcopatibus & archiepiſcopatibus regem hoc ius percipere. Nonnulli etiam ius illud regaliæ in dicto capi.Adrianus. & capi.in ſynodo. lxiij. diſtinctio.expreſſum in controuerſiam deduxerunt,videlicet an rex ab epiſcopis & archiepiſcopis fidelitatẽ & homagium recipere poſsit, propter capi.ex diligenti.extra de ſimonia.cap.grauem.extra de ſenten.excommunica.& cap.fina. extra de reg.iur.Cum vbique dicatur indignum eſſe, & à Romanæ eccleſiæ conſuetudine alienũ vt pro ſpiritualibus facere quis homagium regi ſeu laico compellatur.Pro quibus eſt quod ſcripſit diuus Ambroſius in capit. conuenior. circa princi. xxiij.quæſtio.viij. ibi,in conſiſtorio non ſolet Chriſtus reus comparere, ſed iudex. & in verſic.reſpondeo. noli grauare te imperator,vt putes te in ea,quæ diuina ſũt, imperiale aliquod ius habere.Sed non cõcludit hæc obiectio,quoniam locum in ſpiritualibus obtinet, non autem in temporalibus: & ex textura illarum Decretalium ſatis perpendi poteſt. Et ita etiam reſpondet gloſ.in dicto capitulo,conuenior. in verbo, Chriſtus. Cui ego addo tex.in.c.vnico.§.verum. de ſtatu monacho.libro ſexto.& Archidiac.hoc

335 tenet in capi.imperium. x.diſtinctio. † vbi dicit hoc ius reges Angliæ habere,quia patroni eccleſiarum ſunt Normaniæ & Angliæ, quas multa dote ornauerunt, vel eo quòd plura feuda eccleſijs conceſſerunt. & in dicto capit.Adrianus.ij. lxiij.diſtinctio. dicit hoc beneficium conſequendæ inueſtituræ ab eccleſia obtinuiſſe. Quibus adde text.in capi.vnico. de cleric.qui inueſti.fecit.collatio.x. Et rectè induci poteſt quod ſcribitur in capi.cæterum.& cap.nouit. extra de iudic.& capi.verum.extra de foro competenti.Et quod notat Innocen.in capi.ſolitæ.extra de maioritа.& obedien. dixi abundantius in tractatu, An rex Franciæ ſuperiorem in temporalibus recognoſcat. Tertiò,tanta fuit vis conceſsionis Carolo magno & ſucceſſoribus ſuis factæ, vt epiſcopi incapaces adminiſtratiõis facti fuerint, niſi à rege laudata electione,& recepta ab eo in-

336 ueſtitura: † & ſi ante adminiſtrare contenderint quàm laudata ſit, & inueſtitura facta, debent excommunicari, & vlterius pœna exilij à rege plecti, & bona publicari, dicto capitu. Adrianus. & capi.in ſynodo.lxiij. diſtinctio. Addo gloſ.in capitu.fina.in fine. xxij.quæſtio.v. Ioan.Andr. in capitu.quod ſicut.extra de electіon. Innocen.in capitu.ſecundo.extra de maioritate & obedien. neque hæc conceſsio aliena à ratione videri debet,cùm pro ea ſit text. in capitu.dilectus. extra de præbend.& in capitu.dilecto.extra de teſtib. Non etiam glorіari debent Hiſpani propter dictum capitu. cum longe.eadem. lxiij.diſtinctio. quoniam Hiſpani reges id ex conceſsione Carolo facta obtinent, qui poſtquam Adrianum huius nominis primum pontificem à tyrãnide Deſiderij Longobardorum regis liberauerat, Hiſpanias Mahumeticam prauitatẽ imbutas Chriſtianas fecit: potiùs eis Hiſpaniæ rex inſinuatus eſt,eo medio ius iſtud regaliæ conſecuti ſunt.Et cum in reges Franciæ duo iura concurrant, primum cõceſsionis apoſtolicæ,& vniuerſalis ſynodi eccleſiaſticæ, ſecundum iuris patronatus, hac ratione non puto de iure à pontifice reuocari debere,neque poſſe, ſalua ſemper ſedis maieſtate:quoniam hoc dignitati conceſſum eſt.capitu.quoniam abbas. extra de officio delega. Dicam infrà copioſius in parte oppoſita, licet aliâs priuilegium cum cauſa conceſſum ex contraria cauſa reuocari poſsit. capi. quia ſancta. §. verum. & capitu.cùm Adrianus. lxiij. diſtinctio. & extrauagan.Bonifacij incipiente,vnam ſanctam.in titu.de maioritа.& obedien. circa quod congeri & cumulari poſſent triuiales iuris regulæ de

337 priuilegijs tractãtes, † quæ volunt ceſſante cauſa conceſsionis priuilegij poſſe priuilegium reuocari,imò ipſo iure expirare.l.cura.§.deficientium. ff.de muneribus & honoribus. l.antiquæ. C.ad Velleia.l.Titia.§.vſuras. ff. de lega. ſecundo.capitu.tuarum. extra de priuileg.vel ſi poſtea damnoſa eſſe cœperint.capitu.ſecundo.§.ſtatuimus.de decimis. libro ſexto. de quo in.l.ambitioſa. ff.de decre.ab ordine facien. l.reſcripta. &.l.nec damnoſa. C.ſi contra ius vel vtilita. public.facit.l.ſi plures.§.quanuis.ff.de adminiſtra. tutor. l.in confirmando.& ſequen. ff.de confir. tuto.& in capitu.decet.de regulis iuris.in ſexto. per Lucam de Penna in.l.veterani.C.de vetera. libro.xij.Innocen.in capit.quanto.extra de conſuetud. Alia ratio quare non debeat aut poſsit reuocari, eſt quando in compenſationem benemeritorum conceſsio facta eſt. l.Aquilius. &.l. ſi pater. §.fina. ff.de donationib. Secundò,quia fundatores & ædificatores fuerunt eccleſiarum, vt inquit Archidiac. in dicto capitu. imperium. x.diſtinctio.Idem Archidiac.in dicto capitu.lectis.& dicto capitulo,Adrianus.lxiij.diſtinctio. Bald.in procem. Gregor. Et ob id rectè patronus earum vocatur, ſecundùm Henric.in capit. nobis.extra de iure patrona. quare ius illud po-

tentius est, vt suprà dixi. & prosequere vt per
Felin. in tractatu, quando literæ apostoli. vbi au
tem priuilegium ex liberalitate pontificis tan-
tum processisset, & concessio aliquid à iure ec-
clesiæ detraheret, secus forte dici posset. §. quia
verò verisimile. in authenti. de non alienan. aut
permutan. rebus eccl. collatio. ij. cap. cura. & c.
338 illud. extra de iure patrona. † quoniam speciale
ex priuilegio procedens facilius quàm commu-
ne ius tollitur. l. eius militis. §. militia missus. ff.
de re militari. Si rex iure suo vtitur, non videtur
dubium esse quin rex committere possit, quo-
niam suo iure conferat, vt statim dicetur. Neque
obstare possit, quòd mulier sit, & non sit de iure
communi mulier capax virilium officiorum. l.
scientiæ. ff. de regulis iuris. l. prima. §. sexum. ff.
de postulan. imò neque conferre potest. capitu.
quoniam. versicu. fœminæ. xvj. quæstio. vij. Pri-
mò, quòd mulier capax est iuris patronatus. ca-
pitu. fina. extra de concess. præben. Imò plus be-
neficia iure suo conferre potest. capitu. dilecto.
extra de testib. vbi mentio fit de comitissa Flan-
driæ quæ ius habet conferendi sex præbendas
sacerdotales: si suo iure conferre potest, multo
magis exercitium habere potest: cùm minus sit
iuris exercitium quàm ius ipsum. capitu. ex insi-
nuatione. vbi per gloss. & omnes, extra de iure
patrona. quia qui exercet, non nisi minister est,
vel organum. Cæterùm rex ipse conferre dici-
tur. l. pater ex prouincia. ff. de manumiss. vindi-
cta. l. & licet. ff. de constitu. pecun. capitu. finali.
§. cæterum. extra de officio delega. quibus adde
Felin. in capitu. secundo, & fina. extra de maio-
rit. & obedien. dum quærit an pontifex laico po
testatem conferendi beneficia concedere possit.
& Anton. in dicto capitu. dilecto. Secundò, hoc
maxime in illustribus mulieribus recipiendum
339 esse, † præsertim reginis Franciæ quæ omnium
virilium officiorũ de iure capaces inuentæ sunt:
in capitu. dilecti. extra de arbitr. capitu. cùm de-
uotissimam. & capitu. sequen. xij. quæstio. ij. in
quibus Constantia Franciæ regina à Gregorio
papa requisita est iustitiam pro violata ecclesiæ
emunitate sibi fieri, in capitu. Mennam. ij. quæ-
stio. iiij. vbi Grego. papa Mennam ipsum, licet
coram se purgatum, ad Brungildam Franciæ re
ginam remisit, vt de crimine illi imposito se pur
garet: & tamen mulier istius officij maxime in-
capax est iure ordinario: quoniam à solo ponti-
fice episcopus iudicari debet, licet ab alio pro-
cessus aduersus eum instrui possit. capitu. duo-
decim. v. quæstio. iiij. capitu. nullam. ij. quæstio.
v. sic vt post pontificis iudicium nulli, cuiuscun-
que dignitatis existat, inquirere liceat. capit. ipsi.
& capitu. cuncta per mundum. ix. quæstione. iij.
plenius in capitu. nos si incompetenter. ij. quæ-
stio. vij. Et omnibus ferè canonibus illius quæ-
stionis. capitu. nemo. ix. quæstio. iij. per Anton.
in capitu. omnis. extra de pœniten. & remissio.
Abb. in quæstione incipiente, episcopus. capit.
dilecta. extra de maiorita. & obedientia. per Lu
cam de Penna in. l. quanuis prouisum. in princi-
pio. C. de decurionibus. libro decimo. Non mi-
nus tamẽ Gregorius papa Mennam episcopum
à se purgatum ad Brungildam reginam, vt ite-
rum se coram ea purgaret, remisit. Si istud, quod
soli sedi reseruatur, papa reginæ commisit, hoc
ius, quod non est proprium sedis, sed omnium
episcoporum et inferiorum ab eis commune est,
per mulierem exerceri potest. Et hæc pontificis
laudatio huic rei maximum præbet argumen-
tum. l. cùm quædam puella. ibi, quare tam opti-
mo exemplo argumentati. C. de administratio.
tutor. Et hac ratione vtitur Barto. in. l. vnica. co
lum. ij. in princip. C. de mulieri. & in quo loco.
libro. x. dum quærit de præexcellentibus mulie-
ribus, quales sunt reginæ, comitissæ, & istius di-
gnitatis mulieres. cum quo Cardina. Alexand.
conuenit in capitu. fœminam. per quos fiat inue
sti. collatio. x. & Ange. in. l. fina. C. de testamen.
340 milita. † Quartò, prohibitio quæ mulieribus fa
cta est huiusmodi concessionis de iure est posi-
tiuo. in. l. prima. §. sexum. ff. de postulan. & in di-
cto capitu. quoniam. xvj. quæstio. vij. quinimo
talis prohibitio non tantum fœminis facta est,
sed & viris laicis, per illum tex. ibi, viri & fœmi-
næ &c. Tamen contra ius illud disponit papa in
dicto capitu. fina. extra de concess. præbend. &
capitu. dilecto. extra de testib. & alijs suprà no-
tatis. pariter & princeps in. l. digna vox. C. de le-
gib. l. princeps. ff. de legib. Et Anton. Augustus
contra legis dispositionem Iuliæ matronæ con-
sobrinæ concessit, vt quanuis secundò nupta es-
set viro non consulari, dignitatem autem prioris
mariti, qui consularis erat, eam retinere voluit.
similiter in. l. prima. ff. ad municipa. Pariter cum
incapace dispensat in. l. quidam consulebant. ff.
de re iudica. & papa in capitu. cùm vicesimum.
extra de officio delega. capitu. significasti. extra
de electio. per Innocen. in capitu. veniens. extra
de filijs presbyteror. Nam & Iustinianus Theo-
doram vxorem suam consilij sui participem fe-
cit, vt ipse inquit in. §. sed neque sufficiemus. in
341 authenti. vt iudi. sine quoquo suffrag. † Comi-
tissa Matilda iudicantis munus suscepit, vt glos.
inquit in. l. sed & si susceperit. ff. de iudicijs. &
gloss. in. l. finali. C. de arbitr. quæ tantundem de
comitissa Campaniæ refert, quæ ius cuicunque
petenti reddebat: pariter & Sibylla, cuius memi
nit gloss. in. §. sedebunt. in authentica, de iudic.
collatio. septima. Nam & diuus rex Ludouicus
dum pro Hierosolymitana expeditione cruce se
signasset, matrem suam Blancham vicariam in
regno dimisit. Pariter & Philippus Augustus
dum in Syriam expeditionem præparasset vxo-
ri suæ regni & filij sui tutelam & administratio-
nem commisit, quare de re tam diu decisa, totq;
exemplis confirmata, disputare, est principi in-
iuriam

iuriam facere.§.& nos non latuit.in authentica, quibus modis naturales efficiun.legiti.collatio. sexta.l.nullus. C. de summa trinitate,& fide catholi.l.fina.C.de consulib.lib.xij. Et tamen vbi incapacitas ex parte suscipiẽtis si per principem ex certa scientia incapaci potestas cõferatur,qui incapax est,capax efficitur,dicta.l.quidam consulebant.ff.de re iudicata.c.statutũ.&.c.si eo tẽpore.de rescript.in sexto.c.ex ratione.extra.de æta.& qualita.ordinã.cle.si summus.de senten. excommunica. Facit quod Bal.notat in dicto.c. primo.per quos fiat inuesti.colla.x.dum quærit de infante minore septẽnio oblato Papæ vel principi,cui papa beneficium conferr, vel princeps officiũ,nulla ætatis mentione facta,an sciẽter videatur papa seu princeps super ætatis defectu dispensare. Cui adde text.in.l.imperialis.C. de nup.cle.si summus.de senten.excommunica. Et quod notant Bar.& Alex.in.l.idem Vlpianus.ff.de excusa.tutor.idem Alexan.in dicta.l. quidam consulebant. & Cano.in dicto.c.cùm
342 vicesimũ. † quanto magis si per vniuersam synodum ecclesiæ concessio facta est, cuius pontifex caput est.c.multis.xvij.distinc.& ratio huius est in.c.de quibus.xx.distinctio.facilius,inquit, inuenitur quod à pluribus senioribus inuenitur.facit quod scribitur in.xvj.&.xvij.distinct. in.c.quod translationem. extra de offi.lega.facit dictũ.c.ipsi. &.c.cũcta per mũdum.ix.quæstio.tertia. Non sic ergo concessum est regi priuilegium, vt ipse per se non per procuratorem vti posit: Alioqui fieret interpretatio,non quo magis sed quo minus.contra.l.fina.ff.de consti. princip.l.non tantum.§.si mancipatus. versicu. non enim.vbi glos.in verbo, per rescissionẽ.ff. de bono.posses.contra tabu. Plene in.c.decet. de regul.iur.in sexto.præsertim cùm princeps circa multa & varia occupatus singulis ciuitatibus & multo minus negotijs adesse nõ posit.l. magistros.C.de profes.& medi.libro decimo.§. nos igitur.in authẽtica,de defensor.ciuita.colla. tertia.l.quisquis.C.ad legem Iul.maiesta. & in extrauagan. Ioan.xxij. incipiente , super gentes & regna.in titu.de consuetu. Ob id defensores,procuratores,aduocatos, cõsules, procõsules,legatos,præsides,& cæteros id genus magistratus præficit qui curam rei publicæ suo nomine habeant.l.in nomine domini.C.de offi.præfecti prætor. Afri.l.humanũ.C.de legi.c.in illis. &.c.seq.lxxx. distinc. Et quorum præsentia spiritu princeps præsens esse cẽsetur.c.veritatis.§. nos igitur. extra de dolo & contuma. Et si dixeris,verba priuilegij regi cõcessa, in personã regis concepta esse.in dicto.c. Adrianus.&.c.in synodo.lxiij.distinctione. ideo regis personam non egredi,argumento.l.marito.&.l.sequen.ff. solu.matrimonio.de quo per gloss.in cle.finali. de procurato.& text.in.c.quoniam Abbas.vbi Felin. &.c.vno delegatorum. extra de officio delegati.Et per Bartolum in.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulgari substitutio. Eundem in.§.& hoc vero.in Authentica,vt nulli iudi.collatione nona.& in.l.centesimis.in fine.ff.de verborum obligatio. Baldus in.c.primo. in verbo, marchio. qui feudũ dare possunt. Aretin.in.l.si per epistolam.ff.de acquirenda hæreditate. Floria. in.l.quarta.ff.de seruituti. pro quibus est.§.sed cùm factum.Institu.de stipula.seruo.l.si stipulatus fuerim.in principio.ff.de verborum obli-
343 gatio. † Dic in eo duo iura concurrere: vnum quod de iure communi sibi concessum est,quia patronus est omnium ecclesiarum. Et ita notat Baldus in.c.quanto. extra de iudicijs. Archi.in dicto cap.lectis.lxiij.distinctiõe.per.c. Reatina ecclesia.&.c.principali.eadem distinctione. Et illo iure præsentare posset,cap.fina.de concess. præbend. &.c. decernimus.xvj. quæstione septima. nisi priuilegium conferendi à pontifice concessum esset, vt supra dictum est de comitissa Flandriæ,per cap.dilecto.extra de testi. & in.c.cùm longe.lxiij.distinctione. Et hac ratione Innocentius inquit in capit. quod sicut.extra de electio. quem illic Compostella. sequitur, licet regibus Fanciæ in dicto cap. Adrianus.& capit.in synodo.priuilegium concessum sit inuestituram episcoporum recipiendi , & non posse episcopos antea administrare quàm eorum electio à regibus laudata sit,& inuestituram ab eo susceperint, nullum vinculum ob id inter electum & ecclesiam contrahitur.Sed ab ordinatore & consecratore vel ab alio ecclesiastico ministro spirituali & ecclesiastico spirituale ius in episcopatibus & beneficijs suscipiunt. Tamen volunt Innocen.& Compostel. præsentare eos posse ratione iuris patronatus,
344 nec illis quicquàm obstare: † cùm inter præsentatum & ecclesiam propter præsentationem nullum vinculum contrahatur, argumento capit.pastoralis.extra de iure patrona. Et re vera rex Franciæ dum iure regaliæ confert, diploma suæ collationis dirigit decanis & capitulis , vt eum quem in diplomate nominauit, instituant, & stallum in choro, & locum in capitulo assignent: capellas autem & cætera huiusmodi beneficia cuiuscunque qualitatis sint, dummodo sacerdotalia seu affecta sacerdotibus nõ sint,præcepit in possessionem realem & actualem introduci.forma autem hæc est:
345 Franciscus † dei gratia Francorum rex, dilectis nostris decano & capitulo T. ecclesiæ salutem. Notum vobis facimus quòd nos canonicatum & præbendam, quos in dicta ecclesia obtinere solebat defunctus T. per ipsius obitũ, prout fertur,vacañ.& ad collationem nostram iure regaliæ nũc in dicta ecclesia vacan.spectan. dilecto nostro T.dedimus & contulimus, damúsque & conferimus pietatis intuitu per præsentes. Earum serie vobis mandamus quatenus

dictum T. seu eius procuratorem pro eo in possessionem & saisinam dictorum canonicatus & præbendæ ponatis & inducatis, stallum sibi in choro, & locum in capitulo, cum plenitudine iuris canonicatus, vt moris est, asignetis, adhibitis solennitatibus assuetis, sibiq; seu prædicto procuratori suo de fructibus, reditibus & emolumentis ad eosdem canonicatum & præbendã spectantibus respõdeatis, & ab alijs quorum interest aut intererit faciatis integre responderi, amoto abinde quolibet alio detentore illicito literas nostras anterioris datæ præsentium super hoc non habente. in cuius rei testimonium præsentibus literis sigillum nostrum iussimus apponendum. Datum &c.

Concurrente igitur vtraq; qualitate, videlicet ea quæ iuri cõmuni, & ea quæ priuilegio innititur, naturalis potius quàm accidentalis attendenda est. l. non putauit. §. si quis emancipatum. ff. de bono. posses. contra tabu. l. filio. in princi. ff. de libe. & posthu. l. fi. §. hæc actio. ff. nau. cau. po. stabula. l. eius militis. §. militia missus. ff. de te
346 sta. milita. † Vnde videtur id posse per procuratorem exerceri, dicto. c. fi. extra de concess. præben. duntamen secundùm Guido. de Suzar. & antiquos iuris canonici interpretes, procuratori generale mandatum habenti committat. secus si vni tantum ecclesiæ præfecerit, per illum textum &. c. constitutus. eodem titulo. de concess. præben. c. fi. de offi. vica. libro sexto. Et hæc facultas permissa est, quando contingit patronum abesse, aut aliquo iusto impedimento occupatũ esse. l. Paulus. ff. de legat. c. ad nostram. extra de cleri. non residen. in eccle. l. hac lege. versicu. & quoniam. C. de proxi. sacro. scri. libro duodecimo. Quem tex. in versic. vt qui liberam proficiscendi licentiã prænunriatione commeatus inde pti fuerint sine qualibet stipendiorum aut emo-
347 lumentorũ deductione peregre degant. † Aliquando induxi doctori vel regis consiliario absenti iusta absentia, dummodo cum permissione ordinis abierit, non esse deneganda stipendia. Cui conuenit text. cum glo. in. l. iij. §. si ad diem. in fi. primæ gloss. ff. de re milita. si autem à præsidente aut rectore vel principe ordinis tãtum cõmeatum habuerit, à principe aut cõmunitate stipendia recipere non debet, sed debet is qui commeatum cõcessit ex suo, non autem principis da re. l. iubemus. alioquin incipit. l. hanc. in verbo, soluturũ. vbi hoc notat Nicol. Spinel. C. de eroga. mili. anno. libro duodecimo. & in versic. nec prius. & facit. l. qui commeatus. in princip. ff. de re milita. ibi, habetur tamẽ ratio dierum quibus tardius reuersus est. Adde prædictis. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. dum de ægrotante aut defectum ætatis patiente loquitur. l. cùm hæres. §. Stichus. versi. sed si quibusdam diebus. ff. de statuliber. Felin. in. c. fina. §. is autem. extra de
348 offi. delega. † multo magis denegãda sunt stipẽdia his qui illicentiati abeunt, etiam si causa reipublicæ aut suorum negotiorum separati eos abire. l. si qua per calumniam. C. de epis. & cleri. & melius in. l. si quis decurio. prima. C. de decurio. libro decimo. iunge. l. si quis domesticorũ. C. de domesti. & protector. libro duodecimo. quæ pœnas imponit his qui biennio, triennio, quadriennio, & quinquẽnio ab ordine absentes sunt. & in. l. ij. &. l. fi. C. de commeatu. libro. xij. hæc sufficiant. Ad institutum reuertamur.

Quindò iuuat præcedentia tritum iuris adagium, Qui per alium facit. in regula, potest quis per alium. de regul. iur. Et hoc argumento vsus est Luc. de Penn. in. l. contra publicam. C. de re milita. libro duodecimo. quinta colũ. versic. sed pone rex &c. Et glos. in. c. hinc est. in verbo, sigillatim. xvj. q. j. & glos. in. l. pater. in glos. fi. ff. de manumis. vindicta. Circa quod vide quæ idẽ Luc. de Pen. scribit in. l. ij. C. de iure reipubli. libro. xj. versic. sed pone, rex habet ex priuilegio. l. licitatio. §. mercatores. ff. de publica. & vectigal. Sexto, Si iura regaliæ priuato concedere potest, vt in. c. vnico. quæ sunt regal. collatio. x. Et hac ratione Marti. Lauden. in tracta. de princi-
349 pibus, dicit † ducem Mediolanen. habere iura regaliæ dummodo non concedantur ea per quæ decor regius deturpari possit. c. intellecto. extra de iureiur. c. abbate sane. de re iudica. lib. vj. dixi in repetitione. l. donationes. C. de donatio. inter virum & vxorem. quanto magis nudus vsus, &, vt verius loquar, nudum exercitium vel ministerium committi potest, dicta. l. pater. ff. de manumis. vindicta. &. l. qui autem. §. fi. &. l. seq. ff. de consti. pecu. plenius Moder. notant, præsertim Alexã. in. l. prima. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. & in. l. imperium. ff. de iurisdi. omniũ iudi. referri possent quæ scribit Ioã. Andr. in. c. secũdo de præb. in sexto. Septimò, Et hoc argumentum non longe à præcedente differt, quod sumptum est ex doctrina glos. in cle. fi. & in cle. religiosus. de procura. communiter illic approbatæ. Et per Bartol. in. l. prima. §. cæterum. ff. de acquir. posses. vbi Moder. dicta per Bartol. dila
350 tant: † Quoties ob potestatis vel authoritatis defectũ ad alicuius actus exercitiũ per se aliquis inhabilis est, si tamen iussu aut authoritate eius cui potestas est faciẽdi vt cõmissus implet, actus sic expeditus validus erit, dicta cle. religiosus. repeti potest dicta. l. pater. ff. de manumis. vindicta. ibi, solam enim electionẽ filio concessit: Cæterum ipse manumisit. Et per illũ text. Benedic. de Plumbi. post Inno. in. c. petitio. extra de procurator. & Ioan. Andr. in. c. is cui. de offi. delega. in sexto. dicit quãdo in commissarium ius & potestas cadere non potest, tunc qui commissus est, vt nudus minister tantum electus esse videtur. Cui addo tex. in. d. c. fi. §. cæterum. extra de offi. delega. & glos. non inelegantem in. c. fi. extra de offic. ordina. dum de Archidiacono Bononiensi

nonienſi loquitur. dicit enim ſi is cui nudum mi
niſterium ex priuilegio conceditur, quod aliàs
regulariter alteri committi non poteſt vel de-
mandari, vt in dicto. c. fina. §. cæterum. extra de
351 officio delega. † ſi tamen priuilegium perpetuò
alicui dignitati à pontifice conceſſum eſt, pote-
rit is, cui conceſsio facta eſt, alteri committere,
& demandare, per illum textum. & illam gloſſ.
pro ſingulari Felin. refert in dicto. c. ſinali. Cui
addo. l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cu-
iuſque vniuerſitatis nomine. gloſ. in. c. primo. in
verbo, ſubſtituendi. de procur. libro ſexto. cap.
iudex. de officio delegati. ſic etiam in rege dici
poteſt qui ius conferendi beneficia, non tan-
tum ab ipſo pontifice, ſed & ab vniuerſali ſyn-
odo eccleſiam repræſentante obtinuit. Et id
dignitati & in illius contemplationem perpe-
tuò conceſſum eſt: non videtur dubium eſſe,
quin nudum illud conferendi miniſterium alte-
ri committere poſsit. Et iſtud dicit eſſe verum
Henricus Bobic in cap. quanto. extra de iure-
iurando. ſecus autem dici poſſet ſi rei ſubſtantia
demandaretur. l. vtrum. §. cùm quædam. ff. de
rebus dubijs. dicam infra.

Octauò confirmatur vno fundamento, quo
aliquando vſi ſumus in repetitione. l. contra-
ctus. ff. de regu. iur. & in. l. dudum. C. de contra-
352 hen. empt. † dum de perſonali iudicio non ceſsi
bili neque tranſmiſsibili locuti ſumus, poſt Mo
der. in. l. prima. §. vſufructuarius. ff. de no. oper.
nuntia. l. marito. &. l. ſeq. ff. ſolu. matri. &. l. non
tantum. ff. de re iudica. tamen priuilegium illud
per eum qui ſanguine iunctus eſt expediri pote-
rit. l. etiam. in princip. ff. ſolu. matrimo. plus di-
co per penitus extraneum exerceri poſſe. l. fin.
C. de iure emphy. ibi, per ſe vel literas ſuas. dicta
l. iubemus per hãc. verſic. hoc verò adijciendo.
in verbo, manu ſua ab erogatoribus &c. & ple-
riſq; alijs partibus illius. l. C. de eroga. milita. an-
no. Ita notat Cin. in. l. id quod pauperibus. vlti-
ma colum. C. de epiſco. & cleri. & Feli. in dicto
c. fi. §. is autem. extra de offi. delega. & gloſ. in di
cto. §. huic igitur. in verbo, ſigillatim. decimaſe-
353 ptima quæſt. prima. Nonò, legẽ † condere ſo
li principi cõuenit. l. fina. C. de legi. l. prima. vbi
per Bartol. & Bald. ff. de conſtitu. princi. §. ſed
quod principi. inſtit. de iure natura. cum omnis
poteſtas ei & in eum translata ſit, per illos text.
l. vnica. ff. de officio præfecti prætorio. & tamen
proceribus legis ordinationem committit. l. hu-
manum. C. de legi. in prooemio Inſti. §. cúmque
hoc Deo propitio. l. vnica. C. de nouo codi. cõ-
ponen. & demum poſtquàm facta & ordinata
eſt lex robur ei tribuit approbando. §. quas ex
omnibus. in prooemio inſtitu. dicta. l. vnica. §. fi-
na. C. de nouo codi. componendo. non videtur
in hoc regaliæ iuri minus concedendum eſſe,
per prædicta.

Ex aduerſo plura referri poſſunt. In primis
ſemota triuiali diſputatione, quæ circa regulam,
poteſt quis. de regu. iur. in ſexto. per Din. & po-
354 ſteriores eo fieri ſolet, dici iure poteſt † ius illud
regaliæ conferendi beneficia in tantum oſsibus
regis hærere, vt neque per alium, quantuncunq;
ſibi ſanguine proximum, & ſi filius ſit regis pri-
mogenitus, Delphinatus ſuperilluſtriſsimus
princeps qui iure ſemirex dici poteſt, per ra-
tionem. l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis. per
quem text. idem notat gloſ. in. c. cepit Ermigil-
dus. xxiiij. q. prima. & inducit illum tex. in ver-
bo, rex iuuenis. & ratio eſt, quoniã laicus iſtius
iuris incapax eſt de iure. c. quoniã. ibi, viri & fœ
minæ. xvj. quæſtione ſeptima. &. c. ſi quis dein-
ceps. &. c. ſequen. ea. cauſa & quæſtione. c. im-
perium. vndecima diſtinctione. Nec in hoc re-
ges & principes à ſubditis differunt, ſecundùm
Ioan. Andr. quem ſequuntur Domi. & Petr. de
Anchara. in. c. ſecundo. de præbend. in ſexto. &
hac ſola ratiõe mouetur, quia iſtud ius in laicum
cadere non poteſt. c. fina. extra de iure patrona.
ſed vt ſuprà dixi, recte facit dictum cap. ſi quis
deinceps. &. c. ſequens. ibi, de manu imperato-
ris vel regis. & in capit. ſanè. ibi, manus impo-
ſitionem accepiſſet à rege & in fine eiuſdem. c.
ibi, principes enim inthroniſauerunt eum. deci-
maſexta quæſtione ſeptima. c. Meſſana. iuncta
gloſſ. & in. c. ſacroſancta. extra de electio. c. ex
frequentibus. extra de inſtitu. facit quod notat
Luc. de Penn. in. l. ſtigmata. in verbo, limitatio-
nem. C. de fabricen. libro. xj. dum allegat ſanctũ
Thomam in tertia parte ſecũdæ quæſtiõe. cviij.
355 articu. tertio. dũ dicit, † Reges in ſpiritualibus
nullam poteſtatem habere, cùm non niſi à deo
hæc poteſtas eſſe poteſt, ad Romanos tertio.
Idem Luc. in. l. prædia. quarta columna. verſic.
ſeptimo. ſic. C. de loca. prædio. ciuiliũ. libro. xj.
dum dicit, principem quantuncunque magnum
tamen laicum eſſe. Ideo de manu regis beneficij
collationẽ neminẽ poſſe neq; debere recipere.
& ad id repeti poteſt quod ſuprà retulimus ex
authoritate Inno. & Cõpoſtel. & Anto. de But.
poſt eos in. c. quod ſicut. extra de electio. de re-
ge Franciæ loquentes, dum dicunt inſtitutos à
rege Franciæ, qui ex conſuetudine, ſecundum
eos, nõ autem ex priuilegio ius illud regaliæ ha-
bet conferendi beneficia, à confirmatore aut cõ
ſecratore vel eccleſiaſtico miniſtro potius q̃ à re
ge in beneficio ius accipere. Cæterum priuſq; vl
terius progrediar, non puto verũ eſſe, reges Frã
ciæ ex cõſuetudine tñ habere ius illud cõferẽdi
beneficia, ſed ex priuilegio & cõceſſione apoſto
lica & totius ſynodi eccleſiaſticæ Romæ cõgre-
gatæ, vt dictũ eſt per. c. Adrianus. &. c. in ſyno-
do. lxiij. diſtinc. & idem notat Anto. de Butrio
in. c. quãto. extra de iudi. & Domi. de ſancto Ge
356 mi. in dicto. c. licet. iij. colum. de præben. † dicit
Romæ tẽpore Nicolai tertij plurimũ diſputatũ
fuiſſe propter reges Franciæ & Angliæ, qui in

plerisque ecclesijs suorum regnorũ asserunt ius
conferendi præbendas habere sede vacãte: quo
iure longe ante constitutionem dicti.c.licet.sedi
bus vacantibus vsi sunt. Pariter hoc dicit Ar-
chidiaco.in dicto.c.imperium.x.distinc.& in.c.
lectis.lxiij.distinc. Specula.in titu.de lega.in.§.
nunc tractemus. Et facit text.in.c.cùm inter.in
parte decisa.extra de consuetud.vt dicit glos.in
c.contra.in verbo,reuerentiam.xviij.distinc. Et
recte dicit illam decretalem in parte decisa pro-
bare regem Franciæ solitum esse decanatum ec
clesiæ Cenomanensis cõferre. Nã illa pars trun-
cata fuit, & vere ablata, ne passim ab omnibus
legeretur.tantundem dicit Henric. Bohic in.c.
nobis. extra de iure patro.& Anton.post Inno.
& Cõpostel.in dicto.c.quod sicut.extra de ele-
ctio.& Archi.in dicto.c.imperium. dicit pariter
sublatam fuisse ex libris decretalium decretalẽ,
ex diligenti. extra de iure patro. Non omitto
357 glos.in dicto.c.concilia.quæ dicit † regem Frã
ciæ ex consuetudine & priuilegio hoc ius con-
ferendi præbendas habere, iuxta.c.huic etiam.
xvj.quæst.prima. similis glos.in.c.bene.in ver-
bo,præter Romanum pontificem.xcvj.distinc.
glos.in.c.laicis.xvj. quæst.vij.aliàs glos.illis si-
miles. Feli.refert in dicto.c.dilecto.in princip.
extra de testi.& in.c.de hoc. extra de simonia.
Et sic ex priuilegio fit rex capax,qui forte inca-
pax esset,dicto.c.dilectus.iij.extra de præbend.
& dicto.c.concilia.iuncta glos.sua in verbo,re-
uerentiam.si puro laico priuilegium à pontifice
concedi potest, quanto magis regi concedi po-
test, secundùm Domi.in dicto.c.licet.de præ-
bend.in sexto.Et ratio est, quoniam rex vngi-
tur.c.vnico.extra de sacra vnctio.c.nos si incõ-
petenter.§.sed notandum.ij.quæst.vij.c.presby
ter.lxxviij.distinct.dum de Dauid & Salomo-
ne in adolescentia vnctis loquitur.& ob id Ho-
stien.in dicto.c.vnico.extra de sacra vnctio.di-
cit regem per vnctionem dignitatem & ministe
rium recipere. Cui addo tex.in.c.vt cognoue-
runt.§.nunquid & Daniel.de pœniten.distinct.
secunda.& Io.mo.in dicto.c.ij.de præbend. in
358 vj.dicit † reges propter vnctionem non censen-
dos esse mere laicos,præsertim in regibus Fran-
ciæ dicit procedere, qui oleo diuinitus misso tin
gũtur seu vnguntur,vt meminit Domi.in dicto
c.secundo.de præben.in sexto.dixi in tractatu,
An rex Franciæ superiorem in temporalibus re
cognoscat.Et ob singularem in ecclesiam deuo
tionem quam habere soliti sunt Christianissimi
titulum iure obtinuerunt, vti in tractatu expli-
cui,licet propter vnctionem ordinem non susci-
piat,secundùm glos.in.c. Valentinianus.in ver
bo,ordinem.lxiij.distinc.Neque etiam ius con-
ferendi etiam ex consuetudine quantuncunque
antiqua habere possent,per rationem.c.causam
quæ. extra de præscript.c.tua. primo. extra de
deci.c.primo.de præscriptio.in sexto.c.quanto.
extra de iudi.propter iuris resistentiam, quod
annullãdo procedit in dicto.c.si quis deinceps.
&.c.sequen.xvj.quæst.vij.nisi huiusmodi con-
suetudo à priuilegio originem sumpsisset. Qui-
bus adde.c.generali.de electio.in sexto.c.præ-
senti.de offi.ordina.eod.lib.& quod notat Ioã.
Andr.in addi.Specul.in titu.de præscript.§.re-
stat.idem Ioan.Andr.in dicto.c.secũdo.de præ
bend.in sexto.Et ideo glos.in dicto.c.concilia.
359 xviij.distinct.vt suprà recensui,dicit † regẽ Fran
ciæ non tantum ex consuetudine:sed ex priuile-
gio ius illud conferendi habere, & recte dicit,di
cto.c.Adrianus.c.in synodo.c.cùm longe.lxiij.
distinctione,& alijs suprà allegatis.Et Hostien.
idem dicit in summa in titu.de decimis.§.& vtrũ
præscribi possit.versic.tertiò quæritur. ibi,si lai
cus habet priuilegium Romanæ sedis. Et alle-
gat ad id dictũ.c.Adrianus.&.c.in synodo.lxiij.
distinc.&.c.à nobis.iuncta glos.fina.extra de iu
re patro. Cui adde gloss. in dicto.c.laicis.xvj.
quæstio.vij.glos.in dicto.c.bene.in verbo, per
Romanũ pontificem.xcvj.distinct.c.nõ minus.
&.c.aduersus. extra de immunita. ecclesia. Et
ideo cùm id ex priuilegio à põtifice & vniuersa
synodo ecclesiastica habeãt, non iure de eo di-
sputatur.§.huic etiam.xviij.distin.c.aliorum.ix.
quæst.tertia.c.nouit.in verbo, priuilegium.ex-
tra de iudi.c.quanuis.xxj.distinct.c.seruasti.ex-
tra de electio.recenseri posset quod scribit Ho-
stien.in dicto.c.nouit.vj.colum.in verbo,sed ex
360 Deo.extra de iudi. † dum de potestate ecclesiæ
Romanæ loquitur,quæ super omnes est,nõ tan
tum in spiritualibus,verumetiam in temporali-
bus,secundùm eum:quem Canonistæ omnes il-
lic sequuntur:& addũt temporalia spiritualibus
accedere.c.præcipimus.xij.quæst.j.c.solitæ.ex-
tra de maiori.& obedien.c.quodcunque.xxiiij.
quæst.prima.dixi in tracta.in secunda parte. dũ
de pontifice loquor,an in temporalibus rex pa-
pam superiorem recognoscat.secundò,in consi-
deratione esse debet causa concessi priuilegij in
Carolum magnum, demum in posteros, quòd
Desiderium Longobardorum regem supera-
uit,vinctumq; habuit, posteritatem eorum ex-
terminauit,pontificem Adrianum in sedem re-
stituit,plura regna & prouincias quæ à fide de-
clinauerant & Antichristiani seu Antichristi
erant, tanquàm à deo minister electus Christia-
næ fidei restitui curauit,& cooperante per eum
altissimo occursum omnemq; operã adeò Chri-
stianissime cõuertit, vt reintegratæ in fide per-
manserunt.Et ob id cum gaudio à pontifice &
vniuersa synodo quæ centumquinquagintatriũ
episcoporum & abbatum religiosissimorũ erat,
die dominicæ resurrectionis Romæ exceptus
est,& imperij diademate insignitus:quæ causæ
etiam iure ad tantum beneficium consequendũ
idoneæ & sufficientes sunt.c. vota.§. principi-
bus.lxiij.distin.Et idem in simili dicit glos.in.c.
quanuis

quãuis. in verbo, cõcesserit. extra de deci. Olim,
inquit glos. decimæ in feudum laicis concessæ
sunt, vt ecclesiam ab hæreticis & alĳs oppresso-
ribus liberarẽt. de hoc plenius in. c. cum aposto-
lica. extra de his quæ fi. à præla. sine consen. capi
tu. Et hac ratione seu hoc argumento vtitur Ho
stien. in summa. extra de deci. §. & vtrum præscri
bi possit. versic. tertiò quæritur. ibi, si laicis &c.
361 cuius suprà memini. † Neque dubitandum esse
puto, quin sancto spiritu inspirãte à synodo hoc
priuilegium concessum fuerit: Cùm vt scribitur
Matt. xvĳ. cap. vbi duo vel tres in nomine meo
cõgregati erunt, ibi in medio eorum sum. Qua-
re dico consuetudinem hanc à priuilegio origi-
nem habentem non modicæ authoritatis esse. di
cto. c. generali. de electio. in sexto. c. ecclesia san
ctæ Mariæ. extra de constitu. per Feli. in. c. cau-
sam quæ. extra de præscript. Eundem post Inno
cent. & cæteros antiquos in dicto. c. super his.
extra de accusatio. Henri. Bohic in dicto. c. à no
bis. extra de iure patrona. Innocen. & Compo-
stel. in dicto. c. quod sicut. extra de electio. Feli.
copiosius in dicto. c. dilecto. extra de testib. qui
respondet communibus & verè triuialibus ar-
gumentis quæ fieri solent. In primis non posse
priuilegio concedi quod consuetudine introdu
ci nõ potest. Secundò quòd Laicus incapax est,
neque diuturnitas excusat, dicto. c. si quis dein-
ceps. &. c. sequen. xvj. quæstio. vĳ. cùm rationa-
bilis non sit. c. fina. extra de consuetudi. dicto. c.
causam quæ. extra de præscript. §. primo. in au-
then. vt nulli iudi. lice. habe. loci conserua. colla-
tio. ix. Domi. notat in dicto. c. secundo. de præ-
362 bend. libro. vj. † Ego vltra quàm dicat Feli. di-
co non esse verum, non posse priuilegio conce-
di quod cõsuetudine obtineri non potest. Nam
quod à laico consuetudine detentum est ex deci
mis, nullo vnquam tempore præscribi potest, di
cto. c. causam quæ. extra de præscriptio. &. c. fi-
nali, extra de consuetu. & tamen decimæ per pri
uilegium à laico obtineri possunt, vt suprà dictũ
est post glossam in. c. quanuis. extra de deci. simi
liter hoc ius conferendi à pontifice etiam fœmi-
næ concedi potest. c. fin. extra de concessio. præ
bend. dicto. c. dilecto. extra de testib. multo ma-
gis hoc ius regi vel principi concedi potest. c. di
lectus. iĳ. extra de præben. dicto. c. Adrianus. &
c. in synodo. lxiĳ. distinc. & apertius continebat
decre. ex diligenti. extra de iure patro. quæ ex li-
bris remota est, vt suprà dixi post Archid. in di-
cto. c. imperium. x. distinct. & in. c. cùm inter. in
parte decisa. extra de consuetu. & in. c. cùm lon-
ge. lxiĳ. distinct. Et idem notat Anto. in dicto. c.
quanto. extra de iudic. Ioan. Andre. & Domi. in
c. ĳ. de præben. in. vj. multomagis cũ iusto titulo
& bona fide præscribi. d. c. j. de præscript. in. vj.
Vnde sublatum est omne dubium. Sed vt suprà
dixi, hoc priuilegium singulari ratione regi con
cessum est. Verum est autẽ dignitati soli conces-
sum esse. d. c. Adrianus. Et ob id per se, non autẽ
per aliũ exerceri possit, vt in simili glos. dicit in
priuilegio decimarum in. d. c. quãuis. in verbo,
concesserit. extra de deci.

Tertiò principaliter ad id confirmandũ opti-
mum simile induci potest quod de episcopo le-
gitur in. c. aqua. extra de conse. eccle. vel alta. &
in. c. quãuis. &. c. pontifices. xvĳ. q. j. quo etiam
Lucas de Pen. vtitur in. d. l. contra publicam. vj.
363 colum. C. de re milita. lib. xĳ. † sicuti, inquit, epi
scopus ea quæ sunt ordinis committere non po-
test, sic neque rex quæ ratione suæ regiæ dignita
tis conceduntur, cõmittere potest: cùm illi velu-
ti præcipua suæ regiæ dignitatis, & coronæ ad-
hæreant. Et idem cũ Luc. de Pen. tenet Abb. Si-
cul. in sua disputatione incipiẽte, Augerio. vj. co
lum. in prin. dum Archid. in. c. hortamur. lxxj. di
stin. defendit ab impugnatione Ioã. Andre. in. c.
quod alicui gratiosè. de reg. iur. in. vj. in mercu-
riali. Dicit eñ in his priuilegĳs quæ de iure per
præscriptionem quæsibilia nõ sunt, quale id est
quod regibus conceditur præbendas & alia be-
neficia cõferendi, etiã si ille qui cõmitteretur rex
esset illo iure vti non poterit. c. sanè. extra de pri
uile. quoniã nullo pacto alteri cõmitti possunt.
c. petĳsti. vĳ. q. j. ibi, hoc nulli concedi alĳ pati-
mur quod tibi charitate cogente largiri censui-
mus. Cuius etiam Felin. meminit in dicto. c. cau
sam quæ. j. colum. in fin. extra de præscript. Ter-
tiò quòd priuilegium istud Regiæ dignitati sic
concessum sit, vt illi sit præcipuũ, dicto. c. Adria
nus. lxiĳ. distinc. ibi, à rege laudetur, & inuestia-
364 tur. † Sed quæ singulariter dignitati commissa
sunt, per alium explicari nõ possunt. c. quoniam
abbas. vbi plenius per Inno. & Feli. extra de of-
fic. delega. præsertim dum tractant de compro-
misso aliquando per Sabaudiæ ducem in regem
Franciæ facto de. xliĳ. castris feudalibus, cuius
suprà memini dum allegaui Bal. in. c. j. in verbo,
marchio. collatio. x. qui feudum dare pos. in qua
Bal. dicit cõsilium dedisse. Et vltra ea quæ suprà
annotauimus addo Roma. qui illam quæstionẽ
examinat in. l. ĳ. §. sed & si quis. ff. de donatio. &
Floria. in. l. quarta. ff. de seruitu. Pro quibus est
lex, quod principi. ff. de lega. ĳ. l. annua. §. finali.
ff. de annuis legat. Moderni de ea scribunt in. l.
more maiorum. & in. l. & quia. ff. de iurisdictio.
omnium iudicum. Pro eis facit. c. si gratiose. ex-
tra de rescriptis. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu-
cis tollen. Hoc tamen dictum singulariter Bald.
declarat in. d. c. j. in verbo, marchio. xj. colum.
qui feudum dare possunt. & in. l. fina. §. sed & si
quis. C. communia de lega. quando conessioni
talis qualitas aut causa expressa est, vt verè per
concedentẽ videatur fuisse pro causa finali con-
siderata: vt inquit. l. secunda. §. finali. ff. de dona-
tio. tunc per alium exerceri nõ potest: imò quan
doque transmissibilis non esset etiam ad suos. l.
sordidorũ. C. de excusa. mune. lib. x. Idem Bald.

dixit in.c.primo.de inuestit.in mari.facta.colla. x. Et istud in præcedente exemplo cōsiderari po
365 test: quoniam † compromissum quod in regem factum erat, magis cōtemplatione qualitatis accidentalis quàm regiæ factum fuerat, secundùm eos. Vnde licet in cōpromisso de dignitate mentio facta sit, tamen illa qualitas non tam considerari debet, quàm singularis prudētia quæ in principe erat, quæ in successore infante non erat: & sic vltra regiam dignitatem aliquid cogitatū est. l.cuius bonis.versic.nam tunc.ff. de cura. furio. ibi, cùm accidere posit vt negotio vel propter sexus fragilitatē, vel propter ætatis infirmitatē, vel propter dignitatem maiorem minoremve ꝙ in priore curatore spectanda erat, habilis nō sit. hoc etiam innuere videtur.§. ne autem. in dicta l. vnica.C. de cadu.tollen.ibi, ex facti natura, vt quod relictum est ab alio adimpleri non posit. & in his verbis: quia hoc neque ipsa natura concedit, neque testator voluit. & in versic. sequen. ibi, quæ omnia testatoris voluntas, in ipsius solius personā intelligitur conclusisse, cui & suam munificētiam relinquebat. & in ea opinione fuit Feli.in dicto.c.quoniam abbas.reprobata Imolæ opinione contrarium sentientis in.c.fin. eod.
366 titu. de offic. delega. dum † voluit compromissum ad successorem in dignitate transire, si cum dignitatis adiectione fiat. Neque obstare Bart. fundamētum positum in.l. qui liberis.§.hæc verba.ff. de vulga.substitu. quod est de confidentia personæ electæ. quod Ioan. de Imola dicebat lege non probari, sed pro huiusmodi illustribus personis iuris præsumptionē esse. Sed ad id Feli.respondebat: Tu Imola dicis, præsumitur pro illis in dignitate cōstitutis: verum est, inquit Feli.de scientia, sed non de cōscientia. Et propterea ait, siue in arbitriis loquamur vel alijs actibus, compromissum vel concesio in successorem nō transit. Sed quæso aduerte Feli.hoc argumētum à Ioan. de Imola vsurpasse in dicta.l. qui liberis. §.hæc verba.vbi Ioan. de Imo.hoc præcipuo argumento vsus est secutus Bar. opinionem. Propter confidentiā enim quæ in electo arbitro esse potest, quam eligēs in successore in dignitate habere non potest, non esse ad successorem transmissibile, per dictam.l.cuius bonis.ff. de cura.furio. Et Moder. Papien.Ias. in eadem.l. pedibus & verbis it in illam sententiam. Et ad.ll.per Rapha.Cuma.Areti.& Alex. allegatas, respondet, præsertim ad.l. quod principi.ff. de lega.ij. Pri-
367 mò, inquit, † vt intelligatur illa lex, in legato, quod facililer acquiritur, quoniam & ignoranti acquiritur.l.à Titio.ff.de furt. Non mirum si facilius legatū quàm hæreditas transmittatur, quæ nisi adita non transmittitur.l.ventre.ff.de acqui. hæred.dixi in capite huius.l.& in.l.præcedente. Secūdò respōdet vt intelligatur in legato, quod hominis industriam non exigit: in compromisso secus est. Videamus parumper, si lubet, an respōsiones Iaso. dictæ.l. quod principi. satisfaciant. neque existimaui reliqua argumenta quæ referri solent aduersus sententiā Rapha.Cuma.Francis.Aret.& Alex.recensere, cum eis mea sententia plus æquo Francis.Aret.respondeat in dicto §.hæc verba. Non enim puto primam Iasonis solutionem seu magis euasionem posse subsistere, imò omnino dictæ legi contradicere in his verbis, qui antequam dies legati cedat. pariter &.l. si augustæ.ff. de lega.ij. si tam faciliter legatum acquiratur, quare non acquirit augusta quemadmodum Augustus, vt ad successorem transmittat? Certe nō videtur vlla ratio vrgere: cùm etiā dicat tex.in.l.si tibi homo.§.cùm seruus.ff. de le-
368 ga. primo. † non acquiri legatū, nisi ex die aditæ hæreditatis. Iunge Accursij declarationem in dicta.l.quod principi. pariter & Barto. qui clarius Accurs.absoluit. siue, inquit Barto. de iure Digestorum loquamur, siue de iure codicis legatum prius non transmittitur, quàm dies legati cedat.l.ij.&.iij.ff.quando dies lega.ced.l.vnica.§. sin autem aliquid.C.de caduc.tollen. de lege Papia clarum erat legatarium non transmittere legatum, donec adita esset testatoris hæreditas, dicta.l. vnica.§.j.&.ij.C. de caduc.tollen. Cæterū per Iustinianum lex Papia emendata est in eadē l.§.cùm igitur.&.§.in nouissimo. voluit enim Iustinianus legatum purè vel ad certum diem factum statim à morte testatoris etiam non adita eius hæreditate acquiri legatario. Idē in.l.si post diem.ff. quādo dies leg.ced. Excipitur legatum vsusfructus & aliarum seruitutum personalium, quod non nisi cedente legati die acquiritur, dicta.l.si post diem.&.l.ij.ff.quādo dies lega.ced. & dicta.l.vnica.§.libertatibus.versi.excepto.C. de cadu.tollen. Et vide quod legitur in.l. vnica. §.fina. ff. quando dies vsusfruct.lega.ced. Vnde iurecōsultus in dicta.l.quod principi. in eo casu loquitur quo legatum ad hæredem legatarij nō transmittebatur, donec dies adiectus legato cederet. Et si desideraueris clarius habere, dic.l.si augustæ. quæ.l. quod principi. statim sequitur,
369 hoc probare, † si augustæ legatum factum est, et augusta prius testatore moriatur, augusta non transmittit legatum: si tamen augusto sub certo die factum erit, & ante diē legati decedat, nihilo minus ad successorem transmittit, & successori debetur. Ecce quomodo differt legatum principi sub dignitatis nomine factum ab eo quod inferiori à principe factum est: quia princeps trāsmittit prius quàm dies cedat, non autem inferior à principe. Et hac ratione ductus Accurs. in eadem.l.dixit in principe speciale esse vt transmittat antequam dies legati cedat, quod in priuato secus est.l.vnica. §.in secundo. C.de cadu.tollē. legatum enim principi relictum statim principi acquiritur, nisi viuens testator reuocauerit. l.si imperatorem.C.qui testamenta facere pos. Non sic est in priuato, qui nō acquirit, nisi post mortem te

tem testatoris, dicta.l. à Titio.ff. de furtis.l.ij. & iij.ff. quando dies lega.ced. Et illam glos. solutionem sequitur Alex.in apostil.ad Bartol.in.l. non ambigitur.ff. de legi. Ego vltra glos. & ad eius cõfirmationem induco.l.vnicam.§. primo. C.de caduc.tollen.lege enim Papia donec tabulæ apertæ essent, & adita hæreditas legatum non transmittebatur, sed fisco acquirebatur: pariter & hæreditas. quod in legato principi facto esse non poterat, cùm princeps ipse fiscus sit, & iura fisci sua sint.l.bene à zenone.C.de quadrieñ. præscript.§.res fisci.Instit. de vsucapio. quare longe diuersa est principis & priuati ratio. Vel sic, secundùm Accur.intellectum in eadem.l. quod
370 principi. † si principi sub incerto die vel conditione legatum factum est, principi acquiritur, licet priuato non acquiratur, donec conditio vel dies aduenerit.l.ij.&.iij.ff.quãdo dies lega.ced. Ex his non procedit Iasonis solutio, dum distinguit legatum ab hæreditate duplici ratione. Prima, quia in.l. quod principi. &.l. si Augustæ. quæstio tantũ erat de transmittendo legato, non autem de transmittẽnda hæreditate. Secundò, si tam faciliter in dignitate legatũ trãsmitti debet, Augusta trãsmittere debebat sicut & Augustus transmittit. Quamobrẽ Bar.in eadẽ.l. discedens ab Accursio dixit in principe nihil esse speciale, sed hoc in quocunq; in dignitate cõstituto regulare esse, quando principi sub dignitatis nomine aliquid relictum est, quoniã ad successorẽ trãsit. l.annua.§.fin.ff.de annu.lega.sed si sub proprio principis nomine legatũ relictum est, & verũ dicit Accurs.speciale esse in principe per illũ text. Et vt mentẽ Bar. clarius intelligas aduerte Bart. sic voluisse dicere, quotiescunq; alicui in dignitate cõstituto cuiuscunq; dignitatis extiterit sub dignitatis nomine legatum relictum est, acquiritur & successori, per.d.l.annua.§.fi.& in hoc regalis vel imperialis dignitas ab alijs dignitatibus non differt. in quo videtur conuenire dictum.c. quoniã abbas.&.c.fin.§.verũ.extra de offi. dele
371 ga. † sed si alicui in dignitate constituto factum est legatũ sub nomine proprio, licet cum nomine proprio dignitas adiecta sit, vt si dicatur, Sempronio regi vel duci seu comiti vel baroni do lego castrum seu feudum vel fundum: in hoc princeps ab alijs differt, quia quantũcunq; princeps nomine proprio sit nominatus, vt si testator dixerit, christianissimo Francorũ regi Frãcisco do lego castrũ.adiectio proprij nominis nihil à priuilegio detrahit, quoniã ad successorẽ transmittet, dicta.l. quod principi. Non sic est in alio in dignitate cõstituto inferiore à principe: quoniã non transmittit, sicuti neque alius priuatus. Sed Bart.distinctio nõ videtur rectè probata in.d.l. quod principi.quoniã in ea non probatur legatum factum fuisse principi cum adiectione nominis proprij ipsius principis, in.d.l. si Augustæ. quæ non transmittit, si antea inter homines esse desijt quàm testator decederet. Bart.tamen dicit illam.l.si Augustæ. nõ vrgere, eo quòd iure suo Augusti dignitatẽ non haberet. sed ista consideratio non videtur plurimũ vrgere, cùm non soleãt reges & imperatores vxores habere, nisi natas aut sanguine regũ vel principũ, quæ suo sanguine illustres sunt, & in dignitate constitutæ. Tametsi Angliæ rex Henricus modernus duas successiue vxores duxerit nõ regũ aut principũ filias. Secundò illa Bar. consideratio non subsistit, per.d.l. annua.§.fi.in qua sacerdotes nõ sua gratia sed templi dignitate accipiunt. & glos.est in.c.at si clerici.extra de iudi. & tamen ad successores transmittunt. Et ideo Accur. plures inuoluit solutiones, quas nũc prætermitto. Vnum in-
372 terea non omitto circa prædicta, † principem legibus subditorũ ex his quæ à testatorum voluntate procedunt velle eisdem legibus regi & gubernari, quibus & sui subditi reguntur. d.l.si imperatorem.C.qui testa.face.pos.l.non dubium. C.de testa.l.Papinianus.§.si imperator.ff. de inoffic.testa.§.fi.Instit.quib.mod.testa.infir. solẽt allegari.l.digna vox.C.de legi.&.l. princeps.ff. de legi. Vnde consideratio Bar.non videtur esse congrua. Secundò, quantũ ad legati petitionem & transmissionem nõnullæ sunt differentiæ etiã inter priuatos, quas glos. aperit in.l.ij.ff. quãdo dies leg.ced. Tertiò ad.l.annua.§.fi.ff. de annu. leg. dici potest ex illo text. rectè probari nõ personæ priuilegiũ sed concedentis intentionẽ spectandam esse, An is qui seruientibus templo cõcedit, per nominationẽ eorum illis specialiter cõcedere intendat, an verò templo & templi consideratione seruientibus templo concedat. Secundo casu acquiritur templo: & hoc pacto ministerium nominatorũ in consideratione non est, per illũ tex. Primo autẽ casu si testator personam nominatã considerauerit, licet fortè templi mentionem fecerit, illi tantũ, non etiã tẽplo acquiretur: quia alij cõcedi non potest: & datũ alteri soluentem non liberat.l.Mæuius.ff.de conditio.& demõstra.ibi, quid enim interest vtrũ tali personæ dare iubeatur, an aliquo loco ponere vel in mare deijcere.l.qui hæredi.eo.tit. vbi alia ratio datur, quæ eadẽ ponitur in.§. sed cùm factũ.Instit. de stipul.seruo. Sed propius accedit.l.sed si plures.§. in arrogato.ff. de vulga. substitu.l.aditio. §.præterea.in verbo, propter me.ff.de acqui.hæredi. Et hanc considerationẽ habere voluit text. in.c.quoniã abbas. extra de offi.deleg.in his verbis, quia sub expressis nominibus locorũ & nõ personarũ cõmissio emanauit.l. sed & si donec. in fi.ff. de vsufruc. Adde Bald.in.l. cum te.C. de dona.ante nup. Eundem Bal.& Alex.in.l.si verò.§.illud.ff.soluto matrimo.Paul.& Alex.in.l. si mihi & Titio.§.fin.ff.de verb.obliga. Sed hæc
373 distinctio † in principe superiorẽ non recognoscente non recipitur: quia quomodocunq; clausula apposita erit, ad successorẽ transmittit, dicta

l.quod principi.ff.de lega.ij.
Quare ex his quæ post Accurs.& Bart.colle
cta sunt ex dicta.l. quod principi. nõ videtur ab
Iasone recte responsum. Primo dum dicit lega-
tum faciliter acquiri, verùm est, quãdo purê &
simpliciter vel ad certum diem factum est, non
autem si sub incerto die vel conditione: quæ pa-
ria sunt. l. dies incertus. ff. de conditio. & demon
stra. & idem dicitur in dicta.l.ij.&.iij.ff.quan-
do dies lega.ced. Neque in hoc differt priuato-
rum conditio à regum & principum cõditione,
secundùm glos. distinctionem in dicta.l.ij.& in
l.si tibi homo.§.cùm seruus.ff.de legat.primo.
dum per eam concordatur illa lex cum dicta.l.à
Titio.ff.de furt. Et facit lex, si post diẽ.ff.quãdo
dies lega.ced.l.vnica.§.sinautem aliquid.C.de
caducis tollendis.

Sed siue adhæreamus Accursio siue Barto.in
dicta.l.quod principi.alia ratione non est vera
Iasonis solutio. Nam secundùm Accurs.qui di-
cit in principe speciale esse vt transmittat, etiam
si anteꝗ̃ dies legati cedat princeps cui legatum
sub incerto die vel cõditione relictum est, tam-
etsi.l.quod principi.non aperit an sub die certo
vel incerto legatum principi factum erit, simili-
ter nec.l.si Augustæ.& in quibus terminis iure-
cõsultus locutus est in dicta.l.quod principi.in
eisdem æstimauit in.l.si Augustæ. Et tamẽ inter
374 vtrunꝗ differẽtiam facit. † Et tamẽ si princeps
decedat vel à dignitate expellatur, sicut ille text.
ait in his verbis, qui antequam dies legati cedat
ab hominibus eiectus seu reiectus & ereptus
est, successori eius debetur: quod non est in Au-
gusta, dicta.l.si Augustæ. multo minus in priua-
to dicendum est, dicta.l.ij.&.iij.ff.quãdo dies le
ga.ced. Igitur faciliter legatũ nõ acquirit. qua-
re Iaso.ratio nihil in hoc concludit. Si cum Bar.
sentias, & minus Iasonis solutio recipi debet.
Nam hoc regulare dicit esse in quocunꝗ in di-
gnitate constituto, vt ad quencunꝗ in dignitate
successorem transmittat, dicta.l.annua.§.fi.ff.de
annu.lega. dicto.c.quoniã abbas.extra de offic.
lega.igitur nõ erit legati ratio habenda, sed eius
cui legatum relictum est, per illum tex.quod nõ
facit alius legatarius qui princeps non est vel in
dignitate constitutus.

Et minus secunda Iasonis solutio ex prædi-
ctis recipienda est, si nihil specialitatis est in prin
cipe, sed regulare sit in qualibet alia dignitate,
dicta.l.annua.§.fina.ff.de annu.lega.secundùm
Barto.interpretationem illa lex, quod principi.
generaliter recipienda est. Ideo siue legatum fa-
ciliter, siue cum difficultate acquiratur, eadem
erit principis & alterius in dignitate cõstituti ra
tio: & ideo ad successorem transmittit. Idem in
compromisso in personam alicuius in dignitate
cõstituti nominatim facto, siue nominatim per-
sona cum dignitate, siue dignitas tantum expres
sa sit, ad successorem transmittit. vnde non valet
hæc differentia. Et idem tenet Cardi. Alex.in.c.
fi.circa fi.de prohi.feudi aliena.per Frideri.col-
la.x.& tamen.l.si Augustæ: aperte in Augusta
quæ in dignitate constituta est vt mox doceba-
mus, quæ dicit quod ad successorẽ Augustũ ne-
que ad quemcunꝗ alium successorẽ transmittit.
375 Secundo, Si † ad consequẽdum legatum per
legatarium, cuius personæ industria electa est,
aliquid faciendum, inter principem & priuatum
nulla erit differentia. In principe ratio Barto.in
d.l.quod principi.eiusdẽ Bar.in.d.l.qui liberis.
§.hæc verba.ff.de vulga.substi. Per quam idem
Iaso illic post Alex. & Aret. subscribit se Bart.
pariter & Feli.in.d.c.quoniam Abbas.& in.c.
fi.§.cæterũ.de offi.delega. Idem Feli.in.c.si gra-
tiose. extra de rescript. in priuato cõcludit ratio
l.vnicæ.§.ne autem.C.de caduc.tollen. Et tamẽ
princeps ad successorem trãsmittit, in.d.l.quod
principi.quare ergo & priuatus nõ transmittet,
aut etiam is qui aliàs in dignitate est constitutus,
vel qui dignitatis augmentum ex alterius perso-
næ dignitate accipit, qualis est Augusta, quæ ta-
men ad successorem legatũ non trãsmittit, dicta
l.si Augustæ. Præterea in dicta.l.quod principi.
potuit testator singulari ratione personæ princi-
pis moueri, quæ in successorem non cõtingeret,
ob quam nõ fuisset testator motus successori cõ
cedere, argumento.l.quidã cùm filiũ.ff.de hære
di.insti.& repeti possent Bart. & Bal.cõsidera-
tiones quas induxerũt in quæstiõe de cõpromis
so in regẽ Frãciæ facto.nõ debuisset igit ad suc-
cessorem principis legatarij transmitti. Cuius cõ
trarium dicit illa lex, quod principi. Et ob id
Aretin.in dicta.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de
vulga. substitu.dicit æque concludere in quæ-
stione Bald.quam de compromisso in regẽ Frã-
ciæ facto induxit. Et Bartol.de compromisso in
Abbatem facto proponit in dicto.§.hæc verba.
Ego autem vltra quàm alius dicat illam.l.quod
376 principi induco. † Nam vbi legatum factum
est alicui, qui postea fit indignus vel incapax
propter delictum, non transmittit, sed caducum
legatum efficitur.l.si in metallum.ff.de his quæ
pro non script. haben.l.vnica.§. & cum tripli-
ci. versi.ea etenim.C.de caducis tollendis. Et ta
men in principe secus est: quoniam ad successo-
rem in dignitate transmittit, dicta.l.quod prin-
cipi.in qua pondera hæc sequentia verba, ab
hominibus reiectus, & ereptus est. Et sic super-
ueniens principis indignitas non reddit cadu-
cum legatum. Nec obstat.l.annua.§. finali.ff. de
annuis legatis. quoniam dignitatis adiectio ma-
gis ad demonstrationem seu designationem fa-
cta esse videtur, quàm quòd testatoris voluntas
coarctari videatur. hoc dicit illa lex in his verbis,
ministerium quidem nominatorũ designatum,
cæterũ datum templo. Et sic dignitatis adiectio
in consideratione esse nõ potest, siue dignitas cũ
personarum nominatione, siue absque ea fiat,
excepta

excepta principis dignitate, quæ quocũque modo fiat, transmissionem operatur, dicta.l. quod principi.&.l.si Augustæ.non rectè facta seu cõposita videtur, imò dici posset iniustitiam conti-
377 nere,& id duplici ratioue. † Prima cùm Augusta ijsdem priuilegijs gaudere debeat quibus & Augustus, dicta.l.princeps.ff.de legi.l.fœminæ. ff. de senator.l.mulieres.C.de dignita. libro.xij. Secunda est, quoniam post Augustæ mortem in prioris dignitatis memoriam deberent successores eius relictũ accipere. Nam & mulieribus inferioribus ab Augusta idem priuilegiũ mortuis quod viuis conceditur, vt ad hæredes transmittant.l.fina.versi. ita tamen.& versi.simili videlicet forma.C. de præposi.agen. in reb.lib.xij. in versic. tamen dixit. ita tamen vt priuilegia quæcunque centenarijs seu ducẽtenarijs, seu chartularijs, seu viris clarissimis principibus post depositam quoque militiã iam per dispositiones principales impertita, & nunc vsque obseruata esse, noscantur intacta inuiolataq; custodiant. Et rationem quæ in versicu.sequenti ponitur, considera,& lege, quam prætermitto.& in versi.simili videlicet forma.dicitur, simili videlicet forma pro matribus & vxoribus eorum, necnõ liberis sub eorum potestate constitutis.l. principes.C. de princi.agenti.in reb.eo.lib.l.apud Celsum.§. aduersus.ff. de except. doli.ibi, nanque cõuenit tam viuo quàm mortuo patrono honorem exhiberi.l. vnius.§.seruus in eius.ff.de quæstio.l.seruos.&.l.nihil.in fine.C.eod.l.fin.ff. de decurio. de quo per Roma.in.l.iij.§. de his quoq;.suprà eo.fortiori ratione dici debebat in dicta.l. si Augusta. Et tamen nõ transmittit sicut & princeps. Ex qua elicio conclusionem per nos suprà reci-
378 tatam, † ius quod singulariter ossibus principis adhæret non esse in aliam personam quantũcunque priuilegiatam transmissibile neque cessibile, dicta.l. sordidorum.C.de excusa.mune. libro x. Et præsertim quãdo illud ius aliunde processit quàm ex dignitatis ratione, tametsi dignitati concessum sit, secundùm Hostien.post Innoc.in c.quãto.extra de iureiur. Nam hoc casu ad prohibitionem translationis & cõcedentis authoritas operatur,& rei consequentia. Et ad id induci potest.l.fi.C.de falsa mone. Et melius quauis alia lege probat dicta.l. si Augustæ. iuncta dicta.l.quod principi.ff.de lega.ij. Nam licet Augusta ijsdem priuilegijs vti debeat quibus Augustus, illo tamen transmissionis priuilegio non vtitur Augusta. quẽ intellectum Accurs. & Bartol. rectè amplexi sunt in dicta.l.princeps.ff. de legib. dicunt enim quòd quanquam princeps eadem priuilegia Augustæ concedat quæ soli Augusto conueniunt, nõ tamen omnia. Plura enim sunt quæ Accurs. illic commemorat quæ solus princeps expedire potest quæ alteri non concedit. Et plura Lucas de Penna recenset in dicta.l. l.contra publicam.C.de re milita.lib.xij. Intellige ergo secundùm Barto.dictam.l. quod principi. de his quæ ossibus principis sic adhæreat vt alij concedi non possint. Et idem secundùm eundem Barto. dixit Din.in.l. quod principi. Non reperio Din.sic dixisse, sed ego puto libellũ Dini, qui nouissime publicatus est & qui diu recon-
379 ditus fuit, imperfectũ esse. † Pariter dico in hoc iure conferendi beneficia, quod ex singulari gratia contra omnes iuris diuini & humani regulas concessum est, sicut de decimis omnes notant in c.à nobis.extra de deci.non posse cedi: licet per ipsam concessionem ad successores transmissibile sit, tametsi non sine causa, & quidem iusta.c. Valentinianus. &.c. vota.§. principibus. &.c. Adrianus. &.c.seq.lxiij. distinct. Cui conuenit quod glos.notat in dicto.c.quãuis. extra de deci.dũ dicit pari ratione laicis decimas, quas deus singulariter sibi in signum vniuersalis dominij reseruauit.c. decimæ.xvj.q.j.&.c.tua nobis. extra de deci. & Nume.xviij.c. & Deuter.xxvj.c. Et Anto.de Butrio in dicto.c.à nobis.dicit non
380 dissimile Gallicis decimas concessas esse: † cùm hodie omnes istæ causæ cessant, pariter & priuilegia cessare deberẽt, atque ob id à laicis retineri non posse.c. prohibemus. extra de decimis.c. cum apostolica. extra de his quæ fiunt à præla. sine consen.capit. Pro eo est.l. his honoribus.§. auctis.ff.de vaca. mune.l.cura.§. deficiẽtium.ff. de mune.& hono.l.si plures.§. quãuis.ff. de administra.tuto. sed intellige verũ dicere glos. nisi concessio ab ecclesia perpetuò regibus facta esset, dicta.l.annua.in fin.in verbo, in perpetuum. ff.de annu.lega. dicta.l.sordidorum.C.de excusa.mune.libro.x.Notant Moder.in.l.fina.ff.de constit. princi.& in.c. cùm accessissent.extra de cõstitu.quibus addo.l.neque Dorotheum.versicu.liberos.l.neminem. & duas leges seq.C. de decurio.libro.x.c.secundum.in verbo, in perpetuum.vbi per Bal.de pace Constan.colla.x. Secundo, nisi causa, propter quam concessio facta est, tam grauis esset, vt remuneratione digna esset, dicto.c.vota.§.principibus.et dicto.c.Adrianus.ij.&.c.sequenti.lxiij.distinct. Tertio nisi ob benemerita priuilegium concessum sit, iuxta.l.
381 Aquilius Regulus.ff. de donatio. † cùm neque prælatus prohibeatur ob benemerita donationem facere, dummodo immensa non sit, secundùm Feli.in.c.ad audientiam.ij.colum. extra de præscrip.post Oldra.in consil.ccxxvj. incipien. quidam episcopus. per.c. ad hæc.&.c. relatum. extra de testa.& Bal.in.l. præses.C. de transact. neque prætextu ingratitudinis reuocari potest. l.si pater.§.finali.ff.de donatio. Et ideo cano.in dicto.c. quanuis. extra de deci. cum glos. plurimum non insistunt, sed fatendum est hoc beneficium regis ossibus adeo hærere vt à se abdicare non possit, secundùm Bald.in.c.in causis.§. amplius.in verbo, successorum nostrorum.de pace Constan.collatio.x. Et si secus fecerit, reuocabit

F 2

successor, argumento. l. si optio. ff. qui & à quib. manumis. liber. accipi. imò ipse idem reuocabit. l. si procurator. ff. de except. rei iudi. l. si paterfamilias. ff. de adoptio. dicam fortè aliquid infrà.
382 † Quartò, priuilegium certo & determinato generi concessum personas generis excedere non potest. l. prima. C. de natura. libe. l. prima. ad municipal. l. Doctitij. & dicta. l. neminē. & duabus ll. sequenti. C. de decurio. libro. x. l. libertis. ff. de conditio. & demōstratio. c. primo. de aliena. feudi pater. l. prima. ff. de constitu. princip. & §. sed quod principi. Institu. de iure natura. gent. & ciuili. Est & alia & trita iuris regula, Priuilegium certæ personæ concessum, personam non excedere. Regula est, priuilegium. de regulis iuris. in sexto. l. maritum. & l. sequen. ff. solu. matrimo. l. sunt qui. & octo legib. sequen. & l. sciendum. ff. de re iudica. c. ex parte. extra de deci. c. abbate. extra de verbo. signific. Sed hoc priuilegium regibus cōcessum est istiusmodi: igitur &c. Et isto argumēto Lucas de Pen. vtitur, & illud per tres colum. prosequitur in. l. cōtra publicam. colum. v. ad fi. C. de re milita. Dum quærit an princeps comiti seu baroni regalia concedere possit. Ego
383 autem addo, † licet ius istud conferendi pleno iure rex Franciæ habeat vt cuicunque beneficia conferre velit, duntamen capaci conferat, ius tamen installandi non habet, sed persona quædam ecclesiastica est quæ installat, à qua secūdùm Innocen. & Compostel. in dicto. c. quod sicut. extra de electio. ius potius quàm ab ipso rege recipiunt. si adeo strictum est, quomodo alteri committere potest, nō videtur posse per supradicta. Ego verò excipio illustrissimum Delphinatus principem primogenitum regis filium, cui de iure committere posse arbitror, argumento. l. etiā. in princip. ff. solu. matri. vbi priuilegium marito cōpetēs, licet personale sit, & ob id de iure personam eius non egrediatur. l. quia personale. ff. solu. matrimo. ad liberos tamen extēditur, in dicta. l. etiam. idem probatur in dicta. l. neminem. & l. seq. & l. fina. C. de decurio. libro. x. quoniā & viuo patre, vt dictum est, semirex est, dicta. l. in suis. ff. de liber. & posthu. & §. sui. Institu. de hære. quali. & differentia. Nec prædictis obstare potest quod in cōtrarium deductum est, principem vbique interesse non posse. l. magistros. C. de profes. & medicis. lib. x. quia potestas priuilegium excedere nō potest. secus autem in his quæ quis suo iure habet. Vnde ius illud licet ex priuilegij potestate transmissibile sit, non tamen cessibile est, argumento. l. si stipulatus fuerim illud. ff. de verbo. obliga. ibi, hæc electio personalis est. & in versic. seq. In hæredes tamen transit obligatio. & ante electionem mortuo stipulato-
384 re. Ex quo tex. Ang. & Alex. inferunt † facultatem eligendi Potestatem, id est, ordinarium loci iudicem, non esse cessibilem, etiā si cum electione admixta sit iurisdictio. c. is cui. vltimo respōso. de offic. delega. lib. vj. quia personæ qualitas vel industria circa electionem singulariter consideratur. dicta. l. vnica. §. me autem. C. de cadu. tollen. erit autem transmissibilis per. d. l. si stipulatus fuerim illud. dixi plenius in repetitione. l. dudum. C. de cōtrahen. emptio. in ea quæstione per me disputata, an retrahendi facultas cessibilis sit: de qua Moder. Papien. tractant in. l. j. §. fi. ff. de no. oper. nuntia. Ex his cōgrue responsum esse videtur glos. in. c. si. de offi. ordi. dum de Archidiacono Bononiensi loquitur. Et addé quæ scribūtur per Pet. de Ancha. in. c. vnico, ne sede vacan. lib. vj. & in. c. fi. de testa. eo. lib. Et dic supradicta præcipuè locum habere, quando priuilegium personæ de iure incapaci concessum est, neque illo iurè vti potest: nisi quatenus in priuilegio expressum erit. d. l. neque Dorotheum. & l. Doctitij. & l. neminem. §. sed obligatos. & l. diuæ memoriæ. & l. fin. C. de decur. lib. x. l. nō tantum. §. Iliensibus. ff. de excusa. tuto. l. j. ff. ad mu-
385 nicipa. † quoniam ad successores transitoriū nō est, nisi quatenus priuilegij verba permittūt. d. l. neminem. & l. diuæ. & l. seq. & melius in. l. sordidorū. C. de excusa. mune. lib. x. l. vacatio. ff. de muner. & honori. Priuilegium autem Carolo & demum Ottoni primo Teuthonicorū regi concessum suis etiam successoribus cōcessum est, in d. c. Adrianus. & c. in synodo. lxiij. distinctio. factumq; est Carolo cum expressione dignitatis: vnde ad successorem trāsit, dicta. l. quod principi. ff. de lega. ij. l. annua. §. fi. iuncta Bar. interpretatione. ff. de annu. lega. c. quoniam abbas. extra de offi. delega. Nec ex eo solo iure patronatus, quod rex Francorū per ecclesiarum cōstructionem, seu, vt aiunt, fundationē consecutus est, beneficiorū collationē obtinuisset, seu præsentādi ius quod patrono tantū competit, longe ab institutione & collatione different, dicto. c. cùm Bertholdus. extra de re iud. c. cùm in illis. §. j. de præben. lib. vj. & c. j. de institu. eo. lib. c. ex frequentibus. extra de institu. c. ex insinuatione. extra de iure patro. Necesse ergo est dicere cum ea dotationis & constructionis ecclesiarum seu templorum causa priuilegium cōcurrere. Et idem glos. sentit in dicto. c. imperium. x. distinctio. Et Ar-
386 chidiac. post eam. † Dicunt enim ex priuilegio & consuetudine nō tantum ex fundatione prouenientem, vt inquit illic Archi. verūetiam ex ipso ecclesiæ priuilegio ius cōferēdi obtinuisse: cùm hoc ius collationis beneficiorū soli papæ & episcopis, & quibus ab ecclesia cōcessum est, cōpetat: quia hoc ius spiritus sancti donum est, dicto c. bene. xcvj. distinct. c. sacrosancta. & c. Messana. extra de electio. Accedit quod glossa notat in dicto capit. Valentinianus. lxiij. distinctione. dum vult hoc ius in laicum principem nō posse subsistere. secus autem si istius iuris laicus absque dispensatione aut priuilegio capax esset iuris dispositione. Et ita intellige glossam in dicto

dicto.c.fina.extra de offi.ordina. Cui adde Luc.
de pen.in dicta.l.contra publicam.C.de re mili.
libro.xij. Sed princeps non magis istius iuris ca
pax est absque dispensatione, quàm quiuis alius
laicus, dicto.c.si quis deinceps. &.c. seq.xvj.q.
vij. &c. Cæterum cum dispensatione & priuile-
gio potest, dicto.c.dilecto.extra de testi.&.c. si.
extra de conces.præbend.&.c.dilectus.extra de
præben. Et ita notat Anto.de Butrio in.c. quan
387 to.extra de iudi.dum dicit in.ij.colum. † ius cō
ferendi beneficia cadere in laicū ex dispensatio-
ne papæ, per dictum.c.Adrianus.lxiij.distinc.c.
quod sicut.extra de electio.c.pen. extra de con-
ces.præben. Et his medijs dico ius istud confe-
rendi beneficia adeo regis ossibus & ipsi coro-
næ hærere, vt cedi non possit. Excipio superillu
strissimum Delphinatus principem primogeni-
tum regis filiū, per ea quæ suprà dicta sunt: quo-
niam is solus patris hæres est. intelligo respectu
coronæ, cùm, vt aliquando dixi in.l.iij.§. si cùm
omnes.suprà eod.duos corona non admittat, Sa
lica lege, & inueterata regni consuetudine resi-
stentibus.c.præterea ducatus. de prohibi. feud.
aliena.per Frideri.colla.x. Debent enim, inquit
illic Bald.regna in sua integritate permanere.c.
maioribus.&.c.nisi essent. extra de præben. sed
& quia rex dicitur patre viuo, in dicto.c. cepit
Ermigildus.xxiiij.quæst.j.& ita notat Andr. de
Iser.in rub.colum.ij. quæ sunt regal.colla.x. Et
Luc.de Pen.in.l.vnica.in princip.C.de conduc.
& procur.prædio.fisca.lib.xj.Ermigildus enim
à Gregorio papa viuo adhuc patre rex iuuenis
388 vocatus est. † Non mirum si rex pater filio semi
regi committat, recte commisisse dicatur, vt su-
perius ostendimus. hic cumulari possent tracta-
tus qui à plerisq; facti sunt super ea triuiali quæ-
stione, an regis filius viuo patre rex dici debeat:
qui cum omnibus ferè pateant, consultò omitto.
Et ideo huic primæ quæstioni colophonē addo.

Nec longe abest aliud singulare priuilegium
coronæ regiæ adhærens, sicuti ab agētibus in fo
ris plerunque confirmare noui, vt non tantū pe
dibus, sed & verbis in vnam sententiā eatur. hoc
est, Nobilium pupillorū tutela (vulgus gardiam
appellat) potissime ducum, comitum, marchio-
num, & aliarum dignitatum, de quibus in titulo
quis dicatur dux, comes vel marchio.collatio.x.
quos mentis conceptus eorum substantiam diui
dere nescit, quanuis eorum commoditatem diui
dere possit: vt in simili dicitur in.l.nam satis.§. si
ergo.ff.quemadmo.seruit.amitta.l.qui aliena.§.
fi.ff.de nego.gest. Per quos tex.idem notat Bal.
in dicto.c.præterea ducatus.colum.ij.de prohi-
bi.feud.alie.per Frideri. colla.x. Et melius pro-
batur in clemen. statutum.de electio. quāquam
hoc puto longe ab illo differre: cùm princeps iu
re suo habeat non alieno.l.vnica.C.quando im-
perator inter pupil. & vidu. Et Andre. de Iser.
in.c.si quis decesserit.si de feu.fue.cōtrouer. in-
ter domi. & agna.colla.x. Dicit idem in regno
Siciliæ obseruari, vbi curia regis accipit balliatū
comitum pupillorum bonorum & feudatario-
rum, & certam fructuum partē pro seruitio feu-
389 di retinet, secūdùm formam balliatuum: † & in
vniuersa Neustria nunc Normania vulgo nūcu-
pata integros fructus feudi consequitur: pariter
& alij nobiles suorum vasallorum pupillorū cu-
stodiam seu gardiam habent, & fructus feudorū
in propriam vtilitatem cōuertunt, idq; legis seu
consuetudinis authoritate, quam veluti numen
incolæ obseruant. Tametsi in plerisque eiusdem
capitibus defectuosam aut agētium vitio depra-
uatam esse puto, aut vt inquit glos.de statuto Vi
centinæ ciuitatis, nō ex ratione Codicis scriptā,
in.c.fi.qualiter olim feud. aliena.poter. colla.x.
in verbo, per refutationem. quòd iudicantiū spi
ritus anxios facit. Pro cuius prouinciæ benefi-
cio vtile fore putarem si regis imperio comitijs
calatis in lucidiorem formam restitueretur, vt li
tibus & iurgijs & fori disceptationibus finis im-
poneretur: vltro ad institutū progrediamur. Di-
co plures istius iuris gardiæ fructus esse. Aliqui
enim sunt honoris tantum, aliqui vtilitatis tan-
tum, alij honoris & vtilitatis simul: alij sunt one-
ris tantum, alij sunt oneris & honoris.

390 In primis † fructus honoris sunt, quibus ius
ciuile honoris nomē imponit.l.ij.§.eodem tem-
pore.ff.de origi.iur.ibi, honorariū dicitur quod
ab honore prætoris venerat: vnde ius honorariū
prætorium dictum est, ab honore prætorum. de
eo in.l.in honorarijs.ff. de actio. & obligatio.l.
prima.§. in honorarijs.ff. de vari. & extraordi.
cognitio.& alibi sæpe. Et imperator hoc hono-
re iudices suos vult honorari.l. & virtutum.C.
de statu. & imagini. & in.l.vnica.C. de quæsto.
& magistris offi.lib.xij. vbi vult officiales à prin
cipe in prouinciam missos cum acclamatione à
prouincialibus recipi: ne, inquit, prætereātur in-
cogniti.l.obseruare.§.antequam.versi.est enim.
ff.de offi.proconsul.vult etiam eos salutari, in.l.
prima.C.de silentia.lib.xij.ibi, quàm in salutan-
dis administratoribus, & reliquis prædicti hono
ris priuilegijs.l.ij.C.de proxi.sacro. scrinio.lib.
xij.ibi, aut si reuerentia non fuerit in salutatione
delata.l.j.C.de domesti.& protect.eo.libro.ibi,
pœna enim sacrilegij similis erit, si his honorificē
ria non deferatur.l.fi.C.de offi.diuer.iudic.quæ
sumpta est ex illa.l.ij.C. de proxi.sacro. scrinio.
E diuerso quomodocunque sit: vbique transposi
ta & transcripta est illa lex, de hac salutatione
meminit.l.prima.C.de præposi.sacri cubi.libro
xij.l.prima.C. de sentē.pas. quæ meminit Anto.
imperatorē à Datiano Auento & Opellio præ-
fectis prætorio salutatum fuisse.

391 Principi † autem secundùm leges imperato-
rum adoratio pro salutatione debetur.l. secun-
da.C.de fabricen.libro.xj.ibi, per biēnium ado-
raturus æternitatem nostram. Idem in dicta.l.j.

C.de domestic.& protect.&.l.prima.C.de præposi.sacri cubic.l.prima.C.de silentia.eodem libro.vbi imperator eandem adorationem in suo consistorio sedentibus exhiberi iubet:ibi, necnon in nostro cōsistorio his honor omnifariam obseruetur.l.vnica.C.de præpo.labo.eodem libro. Et cum eadem acclamatione qua princeps excipi debet, dicta.l.vnica.C.de quæsto. & offi. magist.offi.eodem libro.Idem de principe dicitur in dicta.l. secunda.C. de proxi. sacro.scrini. libro.xij. Imperatores enim cùm tyranni essent diuinos honores sibi exhiberi postulabant. Pri-
392 mus autem eorum, vt Tranquillo placet, † Domitianus fuit qui dominum & Deum se vocari iussit, & cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit, Dominus & deus noster sic fieri iubet. Vnde institutum est posthac, vt ne scripto quidem ac sermone cuiusquam appellaretur aliter. Idq́ Orosius libro vij. de Domitiano confirmat. At contra Octouianus Augustus vt idem Tranquillus in Augusto scribit, domini appellationē vt maledictum & opprobrium semper exhorruit. Cumq́ spectante eo ludos pronunciatū esset à mimo, O dominum æquum & bonum. & vniuersi quasi de ipso dictum exultātes comprobassent, statim manu vultuq́ indecoras adulationes depressit, & in sequenti die grauissimè corripuit edictoːne à liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est, atque huiusmodi blanditias etiā inter ipsos prohibuit. Quæ eadem Tranquilli verba Orosius transcripsit sexto suæ historiæ libro. Dominatio enim ad tyrannidem spectat.c. finali.xciiij.distinctio.l.neminem.ibi, velut con cussionum dominatione. vbi Lucas de Pen.C. de susceptor.& Arca.libro decimo. Pontificem autem in pede hodie pro eiusdem veneratione omnes osculantur, inquit glos. in dicta.l. prima. C.de domestic.& protect.libro.xij.quod credit Luc. de Pen. papam id admittere quòd paterna charitate moueatur.

393 Aliud honoris † genus quod soli principi debetur est auri coronarij concessio. l. vnica.C.de auro coro. libro.x.l.Iudæorum. de Iudæ. idq́ à Iudæis in iocunda imperij susceptione debetur, inquit ille textus, ei etiam soli aurum spargere licet: quod aliquando consulibus, & prætoribus concessum fuit, quod hodie non licet.§. primo. & fina.in authent. de consuli.collatio.iiij.l.ij.C. de consul.& non spargen.ab his pecu.libro.xij. Et ea dicebantur missilia in vulgus.§. hoc amplius.Institu.de rerum diuisio. vbi Accurs. tantūdem dixit Romæ in papæ coronatione vidisse. Idq́ etiam honorarium appellari solet quod à decurionibus pro introitu dari debet.l.bis verbis.§.alumno.ff.de legatis tertio.

394 Alius honor † regi debitus est, quoniā ab ecclesia in iocundo aduētu, ab ea aut eius ministris honorificè excipi debet, cùm omniū regni ecclesiarum patronus sit, secūdùm Hostien.in.c. à nobis.per illum tex.extra de iure patro. c.pie.&.c. seq.xvj.q.vij. Et Bald.in.l.fin.C.de bo.libe. refert se aliquādo archiepiscopo Rauennati sic respondisse. quandoque etiam dixi eundem bonorem regijs magistratibus deberi, dum vices regis agunt, in choro ecclesiarum cathedralium sedendo, & dum processionaliter (vti dicunt) cum ecclesia eundum est. Pondero text. dictæ.l.j.C. de silentia.lib.xij.ibi, vt tam in adoranda nostra serenitate, quàm in salutādis administratoribus & reliquis prædicti honoris priuilegijs, necnon in nostro consistorio his honor omnifariam obseruetur.hic repeti possent leges suprà relatæ, cum quibus induci potest.c.cū inter vniuersas.in verbo, vice regia. extra de electio. Neq́ ille honor remitti potest, sicuti de episcopo Bald. meminit, in dicta.l.fi.C.de bo.libert. Plus in episcopo Feli.ait in.c.cùm nō liceat.circa principiū.extra de præscrip. Licet episcopus cuidam ecclesiæ exemptionem concedat, vt illi obuiam processionaliter non eat, quæ tamen prius ire solita erat: concessionem tamen huiusmodi contra solitam consuetudinem ecclesiam non eximere. ponderant Bald.& Feli.tex.dictæ.l.fi.in verbo, reuerentia.

395 † quoniam neque gratis neque per pactum huiusmodi reuerētialis honor remitti potest.l.alia. §.eleganter.vbi hoc Angc. notat.ff.solu. matri. cùm sit cōtra naturale vinculum.l.venia.C.de in ius vocan.c.constitutus. extra de religio. domi. Secus autem vbi à summo pontifice exēptio cōcessa esset, cùm plenaria sit, secundùm Felinū & Abba.in.c.cùm inter.v.colum. extra de re iudi. per.c.cùm olim.ad fi.extra de priuileg. per eundem Feli.in dicto.c.cùm nō liceat.extra de præscript. Eundem Feli.in rubrica.iij.&.iiij.colum. extra de maiorita.& obedien.

Alius honor in iure patronatus regi debetur, qui alteri inferiori à principe non conceditur: licet de iure institutio vel collatio spreto patrono facta nulla sit, vt cōmunis canonistarū est sententia in.c.j.extra de iure patro.per.c. decernimus. xvj.q.vij.c.cùm Bertholdus.vbi pulchrè per Feli.extra de re iudi. Verum est reclamante patrono, secūdùm Henri. Bohic in.c. auditis. extra de elect. sicut in electione dicitur in.c. quod sicut.
396 extra de electio. † Potētius & firmius est ius patronatus regi competens: quoniam etiam si per mandatū apostolicū prouisio facta sit cum adiectione illius clausulæ, etiā si patronatus laici esset. Non releuat hoc mandatum, nisi specificè de rege mentio facta sit, per regulam apostolicā.xl. Et idem copiosius Feli. prosequitur in tractatu quādo literæ apostolicæ.in viij.ampliatione. Ecce quomodo maior fauor iuri regis attribuitur, q̄ alterius inferioris à principe. In eo autē q pōtifex dicit se posse iuri patronatus laico etiam regis derogare, nusq̄ regula recepta est. Et id absque ratiōe nō est, cū ius patronatus laicū quadā conuen

conuentione constitui videatur: alioqui patroni non essent concessuri, nisi simul & præsentandi facultas eis tributa salua semper esset, argumento. l. qui cum vno. in princip. ff. de in diem adiectio. l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrahenda emptio. Et id retinere de iure licet. Pariter & census aut alias iuris recognitiones. capit. Eleutherius. xviij. quæstio. ij. cap. præterea. ij. & cap. nobis. & cap. quoniam. vbi hoc notant omnes post glos. extra de iure patro. Domi. in capi. ex eo. de electio. lib. vj. Felin. in dicto tracta. quando litte. apostoli. colum. ij. & iij. ca. quanto. extra de censi. ca. filijs. xvj. quæstio. vij. Idem notat Hostien. in summa de iure patro. §. quid competat patrono. & ratio huius est duplex. prima secundùm Hostien. in loco prædicto, & in dicto cap. quo-

397 niam. † vt laici ad dotandas seu fundandas ecclesias facilius inuitentur, illave spe allecti & inuitati sua expectatione non fraudentur: quod ecclesiæ honestati non conueniret, neque congrueret, dicto ca. constitutus. extra de religios. domi. quoniam iustitiæ cultrix est. capi. vnico, de alienatio. feudi. collatio. x. clemen. vnica. de renunciatio. l. meminerint. C. vnde vi.

Secunda & potissima ratio est, quæ etiam fuit Feli. in dicto tracta. in quinta ampliatione, quoniam ius patronatus laico competẽs in bonis est patroni. clemẽ. si plures. de iure patro. c. illud. & c. ex parte. extra eod. de iure patro. Et sicut non potest imperator absque iusta & rationabili causa ius alienum tollere. l. item verberatum. ff. de rei vendicatio. & l. Lucius. ff. de euictionib. imò protector est. l. bene à zenone. C. de quadrien. præscript. §. fin. in authen. neque virum quod ex dote. colla. vij. & in ca. conuenior. xxiij. qõ. viij. Fortiori ratione non potest Papa ius patrono competens tollere & eum suo iure, nisi cum causa, priuare, secundùm Anton. de Butrio in dicto capi. constitutus. iiij. colum. extra de religio. domi. Feli. abundantius in ca. ad audientiam. ij. colum. iiij. & sequẽ. extra de rescrip. Cæterum Canonistæ transpadani quærentes inter Laudem et Placentiam ambulare, vt verbis Pij papæ antea Aeneæ Siluij nũcupati vtar, in epistola ad Vorsium Ferrariæ ducem, cuius etiam Feli. meminit in ca. si quando. v. colum. extra de rescript. secus sentiunt authoritatem illius regulæ apostolicæ xl. confirmantes, dum in ea dicitur, & de hoc in literis prouisionis vel mandati de prouidẽdo de dicto beneficio mentio facta non fuerit. Igitur vbi mentio facta erit iure derogatio fit, secundùm eos. & Feli. in dicto capi. cùm Bertholdus. extra de re iudica. multis similibus comprobare nisus est. & in dicto tracta. quando literæ apostolicæ. Abb. in capi. illud. extra de iure patro. hoc

398 argumento potissimum vtitur † omnia ecclesiastica beneficia Papæ manualia esse, in potestatéque illius esse pro arbitrio de illis disponere. hoc dicit Hostiens. in dicto capitulo, quoniam. extra de iure patrona. Cæterùm, inquit, tametsi papa pro arbitrio conferre possit, tamen non facit, neque fieri expedit, ne laici à fundatione ecclesiarum reuocentur, aut tardiores reddantur. cap. cùm dilectus. extra de iure patrona. Si fortè mihi clerico tantum coniugato de ratione huius constitutionis disputare liceret, vtique ambitiosam esse iudicarem: secundùm. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. facien. Nec longe in hoc à Cino differrem in. l. eos. §. ne temere. C. de appel. dum

399 inquit † curiam papæ non modicè desiderare vt mundus totus ad eam influat, tanta in ea est auri & argenti sacra fames. & Archidia. in simili tantundem dixit in capi. hoc videtur. colum. ij. xxij. quæstio. v. & glos. in cap. si clericus. extra de foro competen. vnde sequitur quod Bartol. commemorauit in. l. prima. ff. de pœn. iudices temporales maiorem ansam assumere, vt pariter cum ecclesiasticis in iura ecclesiastica manus imponant, ducuntur ergo hac ratione laici ad ecclesiarum constructionem & dotationem spe futuri præmij, vt dum illud erunt consecuti veluti concessi priuilegij immemores reuocare studeant, contra id quod scribitur in cap. ij. extra de priuileg. sicut inquit ille text. in iudicijs laicorum priuilegia turbare nolumus, ita eis præiudicantibus nobis moderata volumus authoritate resistere, & præsertim in regibus & sublimioribus potestatibus minus quàm alijs recipiendum est. Quibus iura plerunque fauent, in capitu. de multa. extra de præben. in extrauagan. execrabilis. ibi, ac regum filijs. & non inficiatur ratio regulæ apostolicæ. xl. quæ regum & principum conditionem considerare curauit, maximè cùm hæc iura de scientia pontificis consequentur. & Anton. de Butrio notat in dicto capitu. quanto. extra de iudic. per dictum capi. Adrianus. ij. & capitu. sequen. & capitu. cum longe. lxiij. distinct. capi. fina. extra de concess. præbend. ca. dilecto. extra de testib. Innocen. & Compostel. in dicto ca. quod sicut. extra de electio. Domi. in capi. vt circa. §. edicto. de electio. lib. vj. Hic repeti possent quæ copiosæ scripsi in repetitione. l. donationes. C. de donatio. inter virum & vxorem. in prima parte nostræ disputationis post Bald. in. l.

400 princeps. ff. de legi. † papa vel princeps tametsi legibus soluti sint, suis tamen legibus, id est, conuentionibus soluti non sunt. l. Cæsar. ff. de publica. & vectiga. dicta. l. donationes. C. de donatio. inter virum & vxorem. illic dixi. Et si secus per pontificem fiat, reclamare licet, & si opus est resistere. argumento est. §. licentiam. in authenti. vt determi. sit numer. cleri. collatio. j. ibi, licet iussio de palatio veniat. §. deinde competens. in authenti. de manda. princi. collatio. iij. vbi glos. in verbo, nuntios. prælatos arguit & increpat, qui à literis papæ, si iustæ fortè sibi non videantur reclamare non audent. §. fin. in authen. apud quos opor. monach. aut assist. coll. vj. de quo per Bal.

in.l.rescripta. &.l.nec damnosa. C.de preci.im-
pera.offeren.& in.l.fina.C.si contra iusvel vtili.
public. Et præsertim quando in legem conuen-
tionis nulla peccati ratione subsistente per pon-
tificem contrauenitur.argumento est.l.prohibi-
tum.C.de iure fisci.libro.x. &.l.deuotum. C.de
meta.& epide.libro.xij. Idem notat Bald. in di-
cta.l.rescripta. idem Bald.in.l.prima. ff.de con-
stitu.princip.& in.c.j.de pace Constan. colla.x.
401 † Clarum est autem contractu vel quasi cum pa
trono sic conuentum esse, vt nullus alius ab eo
beneficio absque patroni præsentatione præsen
tate posit,nisi data negligentia patroni præsen-
tandi intra tempus iuris,vt in capi.vnico.de iure
patrona.libr.vj. vel nisi in ecclesiam peccauerit,
vt in dicto capi.cùm Bertholdus. extra de re iu-
dica. vel alijs casibus à iure exceptis in dicto ca-
pi.quoniam.& capi.eam te. extra de iure patro.
Et idem per multa tenet Cardin.in consil.cxlix.
incipiente, sanctissimus dominus noster.Cuius
disputationem Feli. refert in ca.quæ in ecclesia-
rum.xij.colum. extra de constituti. Et illis adde
Ioan.Andr.in capi.de multa.extra de præbend.
Archid.in ca.consequens.xj.distinctio.quorum
meminit Felin. in capi.ad audientiam.ij. iiij.co-
lum.versicu.sed si non apparet.extra de rescrip.
Et ad argumenta recitata post Hostien. Abb.&
Felin.omnia beneficia manualia esse Papæ,intel
lige cum causa, vt respondet Cardi.in dicto con
silio cxlix.vt euitetur inconueniens, & ne alicui
fiat iniustitia.& Innocen.in dicto capitu.quæ in
402 ecclesiarum.† dicit non valere rescriptum per
quod ius, quod alicui competit ex conuentione
seu ex contractu vel obligatione tollitur.ca.pri-
mo. extra de probatio.l.fina. C.si contra ius vel
vtilita.publi. hoc prosequere vt per Abb. in di-
sputatione sua incipiẽte,episcopus. Addo quod
Innoc.de manualibus beneficijs notat in.c.insi-
nuante.extra qui cleri.vel vouen.dum dicit,sine
causa non posse tolli à monacho.

Aliter & secundò respõdeo vt intelligatur de
quibuscunq; beneficijs etiam patronatis eccle-
siasticis, sed non laicis, in quibus ius quoddam
temporale retinent, cum ea vendi cum vniuersi-
tate & donari posint.ca.de iure. &.c.ex literis.
extra de iure patron. Et quanuis ius patronatus
laicum spiritualitati sit annexum,tamẽ plus cum
temporali participat,cum ad successorem trans-
eat,etiam singularem.& in illis text.& in cap.il-
lud.& cap.ex insinuatione.& plerisque alijs ex-
tra de iure patrona.alioquin si omnino spiritua-
le esset laicus istius iuris incapax esset. c.causam
quæ.extra de præscript. & dicto capitu.illud.&
idem notat Hostiens. in dicto capi.ex literis.ex-
403 tra de iure patron. † Et istud ius ad quemcunq;
hæredem,etiã ad fiscum transire potest cum vni-
uersitate,per dictum capit.ex literis. & cap.cùm
seculum.extra de iure patro.Et idem tenet glos.
in cap.filijs.xvj.q.vij.Ioan.Andr.& Abb.in ca-
pi.nobis.extra de iure patron.& in cap.quanto.
extra de iudic. licet glos.in clemen.pastoralis.§.
fina.in verbo,subiecta. de re iudica.contrarium
sentiat per illum text.cum qua Bald. transit in di
cta.l.j.C.de bon.liberto.Felin.in dicto.c.quan-
to.extra de iudi. Imola in dicta clemen.pastora-
lis.Archid.autem in dicto capit.filijs. xvj.q.vij.
dicit non licere iudici laico de eo cognoscere,
cum laicus illud ius à papa habeat.c.consideran
dum.eadem causa & quæstione.& in cap.frater.
xvij.q.j. dicit applicandum fisco ecclesiæ, & ob
id ecclesiam remanere liberam. cap.significauit.
extra de testib.c.in quibusdam. extra de pœn.c.
felicis. §.si quis vero.eod.titu.in.vj. Et quanuis
tres in hoc articulo variæ sententiæ reperiantur,
communior & frequentior est opin. vt publica-
ri posit cum vniuersitate. Et id tribus rationi-
404 bus. Prima est, † quia ius patronatus,licet ali-
quid spirituale annexum habeat. ca.de iure. ex-
tra de iure patron.tamen plus temporalitatis ha-
bet, quàm spiritualitatis: quia aliàs in hæredem
extraneum sine consensu episcopi deuolui non
posset,dicto cap.illud.extra de iure patronatus.
Quibus adde dictum capitu.considerandum.in
verbo,cohæredes.& in dicto cap.filijs.in prima
glos.vbi hoc notat.xvj.quæstio.vij. dicto ca.fra
ter.xvij.quæstio.iiij.dicto capi.ex insinuatione.
extra de iure patro.& dicta clemen.plures.de iu
re patro. Nam inter cohæredes etiam extraneos
diuiditur,per illos tex.Secundò vẽditur & trans
fertur quocunque titulo cum vniuersitate,dicto
ca.ex literis.& dicto ca.cum seculum.in his ver-
bis,vel etiam alio modo, ius patronatus in eccle
sijs parochialibus acquisituris. qđ aliâs sine ipso
non liceret,vt dictum est per.c.illud.eo.titu.
405 Tertiò, stat vera iuris regula, † bona quæ in
extraneum hæredem transferri possunt, eadem
publicari posse,& fisco acquiri.l.j.ij.&.iij. ff.de
bon.damnato.Bart.notat in.l.si finita.§.si de ve
ctigalibus.ff.de dam.infecto.sed ius patronatus
ecclesiasticum extraneo hæredi acquiri potest,
vt dictum est,igitur & in fiscum per publicatio-
nem transferri. Et hoc argumento vsus est Car-
dina.Florenti. in dicta clemen.plures.viij.quæ-
stione.Et licet Rochus Curtius in tracta.de iure
patronatus. in his verbis,ipse vel is à quo. quæ-
stione. xxix. copiose hunc articulum examinet,
existimaui tamen nonnulla dictis suis addere,&
tandem cum glos.prima in dicto capi.filijs.con-
uenire,à qua Curtius nõ dissentit. Et antequam
repetam argumenta vtriusq; opinionis huic con
trariæ dicam fortè opin.glos.in dicta clemen.pa
storalis.in verbo,subiectæ.de re iudica. posse,in
eo iure patronatus fundo non adhærente susti-
neri,& non nisi per papam tolli posse, sicut vo-
luit Archidia.in dicto.c.filijs. & solum iudicem
ecclesiasticum idoneum & competentem esse iu
dicem.c.quanto. extra de iudi. vel melius à filijs
& nepotibus auferri non posse, neque cum reli-
quis

quis bonis publicari, quasi sanguini ius illud affectum sit, argumento.l.pro hærede.§.si quia tamen quasi hæres.ff.de acquirē.hæredi. Anto.de Butrio in dicto.c.frater.xvij.q.iiij.qui huic opinioni adhærere videtur, allegat.l.adoptio.§.sed

406 si iusiurandum. ff.de in ius vocand. † Sed forte ratione dotatiōis acquisitum sit ius patronatus, non tamen quod certo fundo vel hæreditati addictum sit. Et vera erit glos.opin.in dicta clem. pastoralis. quia nulli rei assignatum est. Pro quo est text.in.l.iura. ff.de iure patrona.l.familiaria. cum.l.sequen.ff.de relig.& sumpti.funer. c.j.de aliena.feud.collat.x. Secus autem vbi certæ hæreditati aut fundo adiunctum est, per dictum capi.ex literis.& ca.cùm seculum.extra de iure patrona. Secundò glos.in dicto ca.filijs.xvj.q.vij. aliter respondet, & bene: aut, inquit, ius patronatus per se venditur vel aliter alienatur: & nulla erit distractio.& licet nihil alleget, est text.in capitu.quia clerici. extra de iure patrona. & idem glos.notat in dicto cap.de iure. si verò cum vniuersitate vendatur, vel aliter alienetur, valet, etiam si sine episcopi consensu fiat, dicto capi.cùm seculum.& cap.ex literis. extra de iure patrona. Sed cùm plura in contrarium adducta sint, congruum, imò necessarium existimaui singulis argumentis respondere vltra quàm Curtius meminerit in dicto suo tractatu. Et ideo iuuabit ea repetere. In primis dicitur per Anton. de Butrio in dicto capit.quanto. extra de iudic.& Ioan.de Imola in dicta clementi. pastoralis. circa finem.

407 † non posse laicum iudicem directe vel indirecte de iure patronatus laico cognoscere, neque iudicare, dicto capi.quanto. sicut nec vendi potest, dicto capi.de iure.extra de iure patron. Addit Ioan.de Imola post Anton.non esse in spiritualibus receptum hoc argumentum, videlicet, quod non possum in specie, possum in genere, in his quæ ex iurisdictione pēdent.l.cùm omnis. §.fina. ff.de bon.authoritate iudic.possiden.capi.vt animarum.§.fina.de constitu. in.vj. Imò si dicas bonum esse argumentum de genere ad speciem, iuxta capitu.secundum, de confess.in.vj.in specie non potest laicus de iure patronatus iudicare, dicto capi.quanto.extra de iudi. Igitur nec in genere iudicabit: quare in generali bonorum publicatione non veniet ius patronatus: quia neque directe, neque per indirectum laicus spiritualia iudicat.capi.tuam.extra de ordi.cognit. & quod ex defectu potestatis præcipuè in iure patronatus, per rationem dicti cap.quanto.quia ius patronatus adeo coniunctum & annexum est spiritualitati seu spiritualibus causis, vt non nisi de eo à iudice ecclesiastico diffiniri possit. Et sic de patronatu laico non aliter, quàm de re mere spirituali iudicandum est, neque sub simplici veniet mixtum. Et idem notat glos.in capitulo, piæ mentis. circa princip.magnæ glos. xvj.quæstio. vij. Et præsertim secundum eos & Cardinal. in

408 dicta clemen.pastoralis. † vbi causa ecclesiæ est fauorabilis, clemen.secunda. versic.inquisitoribus.de hæreti.sicut ista est, quæ ecclesiæ priuilegia tuetur. Ideo pro religione, & ecclesia iudicandum est.l.sunt personæ.ff.de religio.& sumptibus funer. Præterea natura seu causa iuris patronatus laici est accidentalis, & ex quadam ecclesiæ dispensatione.capi.quoniam. extra de iure patrona.non debet hæc gratia in damnum ecclesiæ retorqueri.capitu.quod ob gratiam.de regulis iuris.in sexto.capit.sanè.extra de priuileg. capitu.quod dilecto.extra de consangui.& affinita. Et istis duobus argumentis Felin.mouetur in hanc sententiam declinare in capitu. quanto. extra de iudicijs. Licet illic contrarium Abbas affirmat & Domini.in capitu.primo. x.distinct. tamen Felin. contrarium tenet in capi.significauit.in princip.extra de testib. Pariter & Anton. in dicto capitu.quanto.extra de iudic.& Philip. Decij respondet duobus argumentis, vt paulo pòst dicetur. dicit etiam Anton.in dicto capitu.quanto. si personali actione pro iure patronatus agatur: fortè, inquit, coram seculari iudice conueniri posset. Idem in causa sepulchri dicendum esse ait: cum per Innocen.in dicto ca.quan-

409 to. † causa sepulchri & causa iuris patronatus æquiparentur. alleg. pro Innocen.l.primam. ff. de mort.inferen. sed priua gloss. meminit in dicto capitu.quanto. Secundò, plurimùm secundùm eos obstat dicta clementi.pastoralis.§.rursus.de re iudic. Papa enim sententiam Henrichi imperatoris in regem Robertum latam reuocat, in eo quòd imperator regno Siciliæ priuauerat, quāquam ecclesiæ & non imperij patrimonium esset: vnde falcem in alienam messem immittebat. Pariter & laicus iudex dum de iure patronatus cognoscere putat, nequaquam ergo publicatio eius per secularem iudicem fieri potest. Tertiò, modi, per quos ius patronatus acquiri potest, exprimuntur in dicto capitulo, cum seculum.extra de iure patronatus. & in capit.vnico, de iure patronatus. in sexto. Iste autem modus expressus non est: igitur ad eum extendi non debet. l.si vero. §.de viro. &.l.si cùm dotem. in principio.ff.soluto matrimonio. §.causas.in authentica, vt cùm de appellatio. cognosc. colla-

410 tio.viij. † In causis enim ecclesiæ damnosis extensio facilius extra causas expressas fieri non debet, per.l.cùm quidam. ff.de liberis & posthumis. Hoc etiam voluit Ioan.de Imola in.l.in insulam. in principio.ff.soluto matrimon. Quartò obstat dicta clementina, pastoralis. §. rursus. iuncta sua glossa, in verbo, subiecta. de sententia & re iudicata. sententia Henrichi imperatoris in Robertum Siciliæ regem prolata per Clemētem reuocata est, quia imperator regem præfatum regno prædicto, & alijs multis terris, quibus imperatori subditus non erat, priuabat: multo minus seculari iudici licet de re spirituali

cognoscere, cùm omnino incapax sit, siue quæstio sit principaliter intentata siue incidat, dicto capi. tuam. extra de ordi. cognitio. & capi. lator. extra qui filij sint legi. dicto ca. quanto. Et optima ratio redditur per glos. in dicto cap. quanto. quare cognitio soli iudici ecclesiastico competit, quanuis ius patronatus mere spirituale non sit, sed spirituali tantum annexum, dicto capi. de iure. extra de iure patro. Et ratio est, quia ex illa cohærentia assumit naturam rei mere spiritualis. ca. super eo. extra de iure patrona. Quibus adde l. si is qui duos. ff. de liber. lega. l. si communem. ff. si serui. amitta. l. liberis. §. si duo. ff. de libe. causa. Et magis dignum ad se minus dignum trahit. capi. per tuas. extra de arbitr. etiam si principale sit dignius, per. l. quæ religiosis. ff. de rei vendicatio. de quo per Felin. in cap. quàm sit. extra de

411 Iudæ. † Præterea mixtum naturam simplicis dignioris sequitur. ea. cùm in dubijs. extra de consecra. eccles. vel altar. sequi ergo debet qualitas laica digniorem qualitatē, quæ ecclesiastica est. Et ideo, inquit glos. in dicto capi. quanto. talis causa per iudicem ecclesiasticum tantum tractari debet. cap. ij. & dicto cap. quanto. extra de iudic. & ita sentit Ioan. de Imol. in dicta. l. in insulam. in princip. ff. soluto matrimo. Quintò si admitteretur vt iudex secularis cognosceret, nulla subesse posset spes reuersionis ad ecclesiam: & sic perpetuò ius illud apud laicos remaneret. quod absonum & absurdum esset. hoc dicit Cardina. Florenti. in dicta clemen. plures. viij. quæstio. in fin. de iure patron. Et hanc partem tutiorem esse dicunt Imo. in dicta clemen. pastoralis. §. fina. de re iudica. & in dicta. l. in insulam. ff. soluto matrimo. Cardina. in dicta clemen. plures. viij. quæstione. in fin. de iure patrona. Feli. in dicto cap. quanto. post Anton. de Butrio extra de iudic. Quæ omnia argumenta non obstant & faciliter euitari possunt. Et illi ijdem Anto. & Cardin. dicunt hanc opinionem in prædictis iuribus non probari. sed cùm hæc opinio ecclesiæ fauorabilis est tenenda est. Quod quàm alienum à ratione hoc dictum sit, iudicet vnusquisque vt contra iura & iuris rationem ecclesia quæ cultrix, vt dictum est, iustitiæ esse debet, dicto capi. primo. de alienatio. feudi. collatio. x. ecclesia, inquit ille text. cultrix & auctrix iustitiæ non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se vel in alterum. Si adhæreamus illis contra ius & iustitiam consequetur quod suum non est.

Quare cùm ex eorum iudicio veritas satis elucescat, vt respōsione opus non esset, congruum tamen visum est singulis argumentis respondere. In primis clemen. pastoralis. §. rursus. de senten. & re iudica. respondet Abb. in dicto capit.

412 quanto. extra de iudic. † imperatorem Henricum specificè & nominatim in sententia de rebus ad ecclesiam spectantibus iudicauisse. Non abs re igitur esse, si sententia à pontifice infirmata est, cùm falcem in alienam messem imperator immisisset. Non sic est, si priuatio à iudice fiat sub nomine vniuersitatis. Hæc solutio non est visa tuta Philip. Decio in dicto capi. quanto. duplici ratione. Prima, quoniam priuatio per imperatorem vniuersaliter facta erat omnium bonorum, terrarum, iurium, & iurisdictionum, tam perpetuarum quàm temporalium, quæ vniuersitatem importare videntur, secundùm doctrinam Abb. in cap. ex literis. extra de iure patron. quam Decius ad id citat. Fatetur autem imperatorem in sententia de bonis ecclesiæ nominatim non diffinisse. Quare aliter respondendum esse censuit, non valuisse imperatoris sententiam, cùm de alterius interesse in illo iudicio tractaretur, merito in alterius præiudicium bona illa includi non debebant. Secus autem vbi de iuris prohibitione agendum esset. Hæc Decij solutio diuersa non est à solutione Abba. Imò ego puto rectius seu clarius Abba. locutum fuisse. Et ideo Rochus Curtius in dicto tractatu, in his verbis, ipse vel is à quo respondebat post Abb. in dicto cap. quanto. in dicta clemen. pastoralis. mentionem non fieri de iure patronatus. Et quāuis hoc verum sit, considerandum tamen est glos. in argumētum tantum illum text. trahere hoc modo,

413 † quemadmodum sentētia per imperatorem de rebus ad ecclesiam spectantibus lata non valuit, quia suæ ditionis non essent: pariter non potest iudicis secularis sententia de iure patronatus lata subsistere, cùm de eo solus ecclesiasticus iudex diffinire possit, dicto cap. quanto. per rationes suprà relatas, & præsertim ratione connexitatis & coniunctionis, quam ius patronatus cum ecclesiastico iure habet. Hac ratione ecclesia ad se illius iuris decisionem trahit, per dictum capi. quanto. & propter hanc rationem Feli. in dicto capi. quanto. ab opin. Abba. discessit.

Aliter & secundò Curtius respondet non reperiri iure cautum, feudum ecclesiæ æquè accessorium ad alia bona esse, sicuti est ius patronatus ad ipsum feudum: & proprerea secundùm eum non obstat illa clementi. Hæc ratio non sa-

414 tisfaceret capitu. quanto. extra de iudic. † quia quanquam ius patronatus feudo sit annexum, dicto cap. de iure. extra de iure patro. non obstante illa connexitate vult cognitionem iuris patronatus soli ecclesiastico iudici cōpetere: cùm potior sit connexitas quàm ipsum ius patronatus, quod cum ecclesiastico iure habet: quoniā adeo coniuncta est feudo illa connexitas, vt funditus ius patronatus iuris spiritualis & ecclesiastici esse dicatur. & si de re prophana ecclesiastica imperatori diffinire non licuit, multo minus laico iudici licet de re quæ merè spiritualis est & ecclesiastica diffinire vel iudicium reddere. Sed quicquid illi dicant, mihi placet Abba. solutio. Nam re vera non potest esse bona illatio ex illa clem. pastoralis. quoniam nemo est qui inficiari potest iud

test iudicem secularem idoneum & competentē esse feudi iudicem.c.verum.extra de foro cōpeten.capi.nouit.&.c.cæterum.extra de iudi.Non
415 enim papa in dicto.c.nouit.† inficiatus est regē Franciæ verum fuisse iudicem regis Angliæ ratione comitatus Pictauensis & Burdegaleñ. totiúsve ducatus Vasconiæ: cùm rex Angliæ vasallus regis Franciæ esset: neque etiam papa voluit aliter inter reges quàm de fide non obseruata, non autem de ipso feudo cognoscere: si rex Franciæ competens iudex non fuisset, non potuisset illius iudicium ad ius regaliæ, quod in ecclesia Pictauensi & Burdegaleñ.alijs've ecclesijs regi competens sub suo iudicio constitui, multo minus ecclesiarum, quæ iuris patronatus regij sunt: & sic non rectè papa in cap.nouit.dixisset, nolle se iudicem occasione feudi esse, saltem pro iuribus regaliæ et ecclesijs patronatis, sed debuisset inter vtrunque regem quæstiones diffinire, an in consequētiam criminis læsæ maiestatis per regem Angliæ in regem Franciæ commissi rex Angliæ illo iure regaliæ, & patronatibus simul priuatus esset: quod quàm ridiculum sit dicere, cogitet vnusquisque. Aliàs enim dignitates rei feudali adhærentes pariter & iura quibus res honestantur, & quæ rei accessiones sunt.l.si in emptione.in princip.ff.de contrahenda emptio.l.si quis intra.C.de bo.proscript.l.lex quæ tutores. C.de administra.tuto.diuerso iure iudicarentur. quod falsum est, argumento.l.fin.§.quoniam vero comperimus.C.de re milita.libro.xij.l.si con uenerit.§.si nuda.ff.de pignora.actio.quem tex.
416 Barto. inducit † ad comitatum Tholosanum regno Franciæ vnitum, qui non potest diuerso iure censeri, quia eum integro statu transit.l.si quã do.§.C.de bo.vacan.libro.x.dixi in repetitione l.donationes.in xij.& xiij.fundamētis.C.de donatio.inter virum & vxor. alioqui, vt dicit text. in dicta.l.fina.C.de re milita.libro.xij.forte contingit diuersa sequi iudicia: quod non fuit intentionis Clementis papæ in dicta clemen.pastoralis.§.denique. imò neque aliter imperatoris sententiam infirmare, nisi quòd de regno Siciliæ inconsulto pontifice diffinierit, cùm patrimonium sit ecclesiæ.cap.felicis.de pœn.in.vj. Et sic in regno ipso nullum sibi ius erat. quod non sic est in iure patronatus annexo feudo, seu ab eo dependente: quia verum est, regem dominum esse, vasallum verò subiectum, si de feudo iudicare potest, eum omni suo integro statu iudicare debet, dicta.l.si quando.§.C.de ho.vacan. l.peculium. ff.de lega.ij.l.secunda.ff.de pecu.lega.l.seruitutes.ff.de seruituti. Et super feudo iudicando vel fundo, cui ius patronatus inhæret, nemo est qui inficiari possit, rectè secularem iudicem iudicare, dicto capitu.nouit. & capi.cæterum.extra de iudi. At clemen.pastoralis. loquitur in eo quod imperator de re ecclesiæ nominatim iudicauerat, cuius in nulla sui parte iudex erat. Ego autem attentare possum & audeo non rectè pontificem iudicasse. Aut enim Robertus rex Siciliæ Ligius erat imperatoris, aut non erat: si nō erat,
417 † clarum est non potuisse crimen læsæ maiestatis in eum commisisse, cùm subditus non sit, excepto vno casu, si subditos ad defectionem solicitauerit, vt aduersus dominum rebellarent, argumento. l.vtrum. ff. ad legem Pompeiam. de parricid. ibi, proinde conscij etiam extranei eadem pœna afficiendi sunt. Idem textus in.§.alia deinde lex. Institu. de public.iudic. ibi, vel conscius criminis existit. Licet extraneus sit, pœna parricidij punietur. & ita illum textum, ad id notat illic Ioan. Fab. & rectè. dicam amplius in.l. penul. infrà eodem titu. in quo videtur Robertum regem in imperatorem peccasse: vt probatur in verbis sententiæ per imperatorem latæ, & per Clementem pontificem relatæ in dicta clementi.pastoralis. in princip. ibi, quod cum quibusdam ipsius subditis rex confœderationes & conspirationes fecerat in ipsius maiestatis offensam, quódque tractauerat & ordinauerat vt ciuitates quædam sub imperij & imperatoris eiusdem obedientia consistentes, contra eum & imperium rebellarent. & plura alia referuntur eiusdem effectus: quæ prosequere in eadem clementina. Et id verum puto, quicquid dicat Bartol. in extrauaganti, qui sint rebel. in verbo, rebellando. & dicam in. l. penultima. infrà eodem.
418 † Secundò, in eadem sententia exprimitur, Robertum regem occasione aliquarum terrarum et prouinciarum vasallum fuisse imperij & imperatoris: & id papa Clemens non diffitetur in eadem clementi. §.denique. dum ait, denique licet rex ipse terras aliquas ab imperatore tenere dicatur in feudum, non tamen in eis, sed in regno præfato domicilium suum souebat: quæ ratio nullius saporis est. Vasallus enim vbicunque locorum intellexerit dominum periclitantem, aut insidias aduersus eum parari, statim domino detegere debet, & ei auxilium ferre: ne forte in personam aut in dignitatem vel honorem, aut bona damnum aut periculum patiatur. l. finali. C. de his quibus vt indignis. l. prima. §.hoc autem. versicu.eodem autem tecto. & in.§.si quis in villa. &.§.cùm dominus in itinere. suprà eodem.vbique dixi. Facit propius ad casum tex.in capitu.item qui dominum. §. præterea si vasallus.& capitu.porro. quæ fuit prima causa benefic.amitten.capitulo, licet. versicu.si tamen.si de feudo fuer.conten.inter dominum & agna.capitu.ad hoc.versicu.si tamen.&.§.fina.in fine.hic finitur lex, deinde incip.consuetu.regni. capitu. vnicum. de noua forma fideli. & lege integrum capitulum, & capitu. vnicum.de forma fidelita.
419 † Vbi lex debet vasallus domino, in quibus si peccauerit, reus est in dominum. capitulo, similiter, quibus modis feudum amittatur. Et quantumcunque Robertus rex Siciliæ Ligius esset

pontificis, occasione tamen fidelitatis quam imperatori debebat, à pœna læsæ maiestatis nõ eximitur, quia securitatem imperij turbauit. l. j. & tribus seq. ff. ad legem Iuliam maiesta. Plura dicam in. l. penul. infrà eod. titu. Quanquam nulla tunc dubitatio esset, aut quæstio inter papam & imperatorem, vt ratione vel sub velamine præstandi subsidij pontifici imperatorem offenderet. Non enim papa Clemens ob id sententiam imperatoris infirmat, quòd Robertus rex, vt partes põtificis aduersus imperatorem tueretur, imperatorem deseruerit, hostemq́ pro põtifice aduersus imperatorem fecerit, vt inquit text. in ca. vnico, de natura feudi. collat. x. sed solum quòd confœderationes & conspirationes in imperatorem cum subditis imperatoris tractauerat, vt

420 rebellarẽt: † quare puto imperatorem iure aduersus Robertum regem iudicasse, & sentẽtiam læsæ maiestatis pronuntiasse. Sed si vtriusq́ fuisset vasallus Ligius, disputari debuisset, cui primo fidelitatem iurauerat, & sic vter eorum antiquior esset dominus, secundùm cap. fin. hic finitur lex. & ca. illud quoque. de prohib. feud. aliena. per Frideri. colla. x. dixi in. l. si quis in graui. §. si cum omnes. suprà eo. titu. nisi fortè volueris papam excipere, cuius imperator fidelis esse debet, vt Bart. hoc argumento vsus est in dicta extrauagã. qui sint rebel. in verbo, rebellando. sed non comperio dissidium tunc inter papam & imperatorem fuisse, propter quod Robertus excusari debeat: sed ratio damnationis erat propter conspirationes & coniurationes per eum cum subditis imperatoris factas, per quas status imperij non modicè lædebatur, et imperatoris persona offendebatur. Tertiò, quòd potuerit non tantum bona imperij, & quæ ab imperatore tenebat in feudum, sed & quæcunq́ alia bona publicare, duntamen sub generalibus verbis sententia concepta fuerit, sicut re vera concepta & pronuntiata fuit, vt refert Clemens papa in dicta clemen. pastoralis. §. j. ibi, priuationis omnium dignitatum quocunque comprehensarum titulo, & quibus se intitulabat rex ipse, authoritatumq́, bonorum, prouinciarum, terrarũ, iurium & iurisdictionum tam perpetuorum quàm temporalium. Et ad id me mouet quæstio plenè examinata per Petrum, Cinum, Guli. de Cun. Ioan. Fab. Bart. Bald. & reliquos tam antiquos quàm neotericos quotquot in. l. primam. C. de summa trinita. & fide cathol. scripserunt, dum quærunt, vtrum pœna publicationis bonorum effectum suum extra iudicantis territorium se extendat.

421 Tolle exemplum, † In ciuitate sentẽtiam publicationis latam fuisse, an ad bona in alia ciuitate vel territorio existentia publicata erunt, & cum fisco applicabuntur. In qua omnes conueniunt, omnia bona, vbicunq́ locorum sita sint, publicari, & cuilibet fisco cuiuscunq́ territorij applicari exclusis suis & legitimis hæredibus, per. l. inde Neratius. secundo responso. ff. de vsufruct. accrescen. l. si quis presbyter. C. de episc. & cler. l. forma. §. si quis agrum. ff. de censi. l. primam. & l. si quando. ij. C. de bon. vacan. §. fina. Institu. de legiti. agna. tutela. l. mercatores. vbi hoc notat Bald. C. de commerc. & merca. Et de hoc est casus indubitatus in. c. cùm secundùm. §. fin. in fin. vbi hoc notat Domi. de sancto Gemin. de hæretic. lib. vj. Si ergo publicare potest, non tantum de imperatore dicam, sed & quilibet alius iudex inferior à principe iurisdictionem habens, cum mero & mixto imperio, & qui aut legis communis vel consuetudinis authoritate publicare potest, vbi tale est crimẽ propter quod publicatio de iure imponitur, vt inquit. l. fina. in princ. ff. de bon. damnato. quale est crimen læsæ maiestatis. authen. bona damnatorum. C. de bon. damnato. §. fina. in authen. vt nul. iudi. lice. habe. loci conserua. collat. ix.

422 † Communis est opinio vt lata publicationis sententia omnia bona vbicunque erunt publicari, & fisco loci, vbi sita erũt, acquiri, per supra dicta, & l. j. ff. de iure fisci. Valuit igitur imperatoris sententia hoc respectu, quanquam Bald. in. l. executorem. C. de execu. rei iudica. Trepidus tamen papæ sententiam in dicta clemen. pastoralis. de sententia & re iudica. laudauerit in hoc quod existimauit imperatorem libidinose magis quàm iuris ratione, & iustitiæ fomite aduersus præfatum Robertum Siciliæ regem processisse, & quasi inordinate seu iuris ordine minime seruato iudicasse. Et idẽ dixit Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, figura iudicij. & in extrauagan. qui sint rebel. in verbo, rebellando. quòd autem imperator inordinate processerit, declarat Clemens papa in dicta

423 clemen. pastoralis. † Primò, quòd Robertum regem citauerit compariturum Pisis, quæ Roberto suspectissima erat, quod de iure prohibitum est. ca. hortamur. iij. quæstio. ix. c. siue alias. xxxiij. quæsti. ij. l. sciendum. ff. de lega. per Bart. in. l. recusare. ff. ad Trebel. Nec enim tenebatur rex comparere, etiam cum saluo conductu, vel etiam cautione de non offendendo sibi præstita. Non enim tenebatur periculo cautionis se submittere. l. qui ita. §. j. & l. cogi. §. si pater. versicu. idem quærit. ff. ad Trebel. capit. accedens. extra vt lite non contesta. Secundò, quòd aliàs tutus non patebat sibi accessus: quoniam cum imperatore valida militum manus erat, qui tremor illi iustum metum inducebat. l. iij. in princip. ff. de vi & vi arma. dixi in. l. diuus. suprà eo. Tertiò, non legitimẽ citatum. de quo in. l. j. & l. consentaneum. C. quomodo & quãdo iud. quod prosequere vt per Bart. in dicta extrauagan. ad reprimendum. in verbo, figura iudicij. Aliter nunc non contendo. sufficit mihi papæ Clementis sententia seu declaratio in dicta clemen. pastoralis. circa prædicta. Alioqui non puto sententiam imperatoris reprehensione dignam fuisse, per prædicta.

cta. Nec mouere potest ratio, quam Bart. induxit in contrariam ire sententiam, & cum Clementē sentire, quòd origine subditus non esset imperatoris, quòd in territorio eiusdem crimen commissum non fuisset: verum est, nisi in præmisso casu quando penitus extraneus cum subditis cōiurat & cōspirat. l. vtrum. ff. ad legē Pompeiam. de parric. ibi, proinde conscij etiam extranei eadem pœna afficiendi sunt. §. alia deinde lex. Institu. de publi. iudi. ibi, vel cōscius criminis extitit, licet extraneus sit. Secundò nisi aliàs vasallus sit domini, & fide media obligatus. c. vnico, de no. for. fideli. colla. x. & alijs de quibus in. l. penult.
424 infrà eod. titu. † sequeretur aliàs vnum prorsus absonum & à iure alienum, nō posse quem duorum diuersorum dominorum vasallum esse: vel necesse esset vasallum duorum dominorum vni tantum efficaciter obligari. quod falsissimū esse puto, per. d. c. illud. de prohibi. feud. alie. per Frider. & c. fin. hic fini. lex. et dixi in. d. l. iij. §. si cùm omnes. suprà eo. & est tex. in. c. grandi. de suppl. negligē. prælato. lib. vj. in his verbis, si aliquibus forte præfato regi vel cuicunq; alij personæ tenemini. Verum est autē si vni primo iurat, posse eum secundo domino iurare, excepta tamen primi domini fidelitate: si forte vnum dominorum in alterum bellum mouere contingat, secundum glos. in dicto. c. fin. hic finitur lex. & d. c. grandi. in fin. vel si iurat imperatori, papam excipere potest, cui imperator fidelis esse debet, quia coronā ab eo recipit, & ei iurat. c. venerabilem. extra de electio. & c. Ludouicus. & c. tibi domino. lxiij.
425 distinc. † quemadmodum de eo qui fidelitatem inferiori à principe seu imperatore facit, quoniā imperatoris vel regis personas excipere debeat, dicto. c. vnico. in princ. de no. for. fideli. c. fin. de prohib. feud. aliena. per Frider. colla. x. quia papa superior est dominus, cùm imperatorē deponat. c. ad apostolicæ. de re iudica. lib. vj. & dicto c. venerabilem. extra de electio. Hac ratione vbi papa & imperator contendissent, & Robertus rex vtriusq; fuisset vasallus, propter eam reuerētiam quam vnusquisq; catholicus ecclesiæ debet, forte Robertus rex excusatus fuisset, si relicto imperatore papæ suppetias tulisset, quanquam papæ officium sit exemplo domini quod imperatoris esset reddere, nō autem bellum mouere, dicto. c. conuenior. & c. sequē. xxiij. q. viij. & c. causam quæ. extra qui filij sint legi. quæ dei deo, quæ Cæsaris Cæsari. Sed in dicta cle. pastoralis. nulla inter pontificem & imperatorem quæstio
426 erat. † Exceptis igitur causis inordinati processus, non puto sententiam imperatoris potuisse infirmari, & id per viā nullitatis: de quo in. l. si expressim. ff. de appel. l. prolatam. C. de senten. & interloc. omnium iudi. c. quoniam cōtra falsam. extra de probatio. quanquam Feli. in dicto cap. quāto. extra de iudi. dixerit hac sola ratione iudicium imperatoris infirmatum fuisse, q; de re ad ecclesiam spectante iudicauerit. In confesso est Clementem in dicta cle. pastoralis. §. rursus. de senten. & re iudi. motum illa ratione fuisse imperatorē falcem in alienam messem immisisse, cum imperator sub generalitate verborū in condēnatione Roberti regis expressorum terras et personas ecclesiæ Romanæ subiectas à fidelitate regis liberasset, & ob id terminos suæ potestatis imperatorem excessisse. Sed in ea solum Clemens reuocationem nō firmauit, sed in nullitate ex processu resultante, quoniam illa non fuisset concludens ratio, vt suprà dictum est. quibus addo tex. in. c. fin. de capi. Corra. colla. x. Non enim feudū ecclesiasticum censendum est, quod ab episcopo aut rege nomine etiā ecclesiæ teneat, si forte ab imperatore vel rege originem habuerit, si cōclusioni transmōtanorum adhærere velimus, imperatorem totius mūdi dominū esse, iuxta. l. depre
427 catio. ff. ad legē Rhod. de iactu. † quinetiā episcopus aut alius in regem vel imperatorē cōmittens, vtilitate feudi quoad viuet priuari possit: licet fortè post eius mortem ad successorem reuertatur, dicto. c. fin. de capi. Corra. & facit ratio dicti. c. cæterum. extra de iudi. c. verum. de foro cōpetē. & quod notat glos. in. c. dilectus. in verbo, regis. extra de præben. Non enim quia ecclesiæ dedicatum est à principis potestate eximitur, nisi princeps ad id specificè consenserit. c. j. de prohibi. feud. alien. per Frider. colla. x. ibi, vel pro anima iudicare sine permisione illius domini, ad quem feudum spectare dignoscitur. ca. donare. qualiter feudum olim aliena. poter. quod de regno Siciliæ expresse iure scriptum non est, præterq; in cōstitutionibus pontificū, qui hoc declarauerunt, videlicet Bonifacius in dicto. c. felicis. de pœn. in. vj. & Clemēs in dicta cle. pastoralis. vbiq; in imperatores irritati, videlicet Frideric. & Henrichū. Non omitto quod Feli. notat in. c. solitæ. iij. colū. versi. inquantum. dicit hic singulariter Innoc. extra de maio. & obediē. primo post
428 Inno. † illic in clerico tēporalē iurisdictionē iure feudi habēte, ab eo ad superiorē secularē iudicem posse appellari. Secundò quod Bart. in. l. si quādo. C. de appel. dixit, si rex iudicat vt comes, appellatur ad superiorē in comitatu, non attēta regia dignitate. c. Romana. §. debet. iuncta glos. in verbo, alio. de appell. in. vj. quod hodie dedignatur Carolus Romanorū imperator regi Frāciæ pro comitatibus Flādriæ & Arthesij. de hoc aliàs. sic nec ratio illa sufficiēs esset, si regnū Siciliæ aliquādo imperatoris fuit. Secundò etiam si non fuerit imperatoris, sed ecclesiæ tātum, vt dicitur in dicto ca. felicis. de pœn. in. vj. & in dicta clemē. pastoralis. tamen adhuc coram imperatore à quo conueniebatur tanquam subditus & vasallus suæ maiestatis reus comparere tenebatur. neque pontifex in dicta clemen. pastoralis. inficiabatur Robertum regē imperatoris vasallum esse, occasione aliarum terrarum. Quare coram

eo vt vaſallus & ſubditus comparere tenebatur
propoſiturus aut defenſiones aut excuſationes.
Felin.plures addit in dicto.c.ſolitæ.cum Bart.
dicta.l.ſi quando.concordantes.dicã forte aliàs
ſi tempora cõcedant,& ſpiritus hos regat artus.
Secundò,non obſtabit clemen.paſtoralis. huic
noſtræ concluſioni:quoniã Clemẽs Papa infir-
mauit imperatoris ſentẽtiã, eo quòd Robertus
rex non eſſet imperatoris ſubditus, neq; in im-
peratoris territorio repertus neq; requiſitus, iu-
xta.l.ſi cui.§.fina.ff.de accuſa.de quo etiam per
Bald.in.c.iniuria.de pace tenen. & iura.firmã.
429 colla.x. † vbi ergo Robertus rex ſubditus fuiſ-
ſet imperatori ratione feudi, & in territorio re-
pertus & ordine iuris ſeruato proceſsiſſet, non
inſiciatus fuiſſet pontifex quin imperatoris ſen-
tentia in Robertum regem exequi potuiſſet, &
omnibus inſignibus regijs alijs've dignitatibus
exui,& exauctorari,etiam ſi cum ea aliqua pri-
uilegia annexa fuiſſent. Et id argumentum ſumi
tur ex.§.deniq;.in eadem clemẽ.& in verſi.ſeq.
ibi, verũ eſt quidẽ ſi eodem diſtrictu fuiſſet in-
uẽtus delinquẽs,vel ad illud de more remiſſus.
Et prius dixerat quod ſi punitio criminis intra
diſtrictũ imperialem cõmiſſi ad imperatorẽ for
ſan pertinuiſſe aſſeratur:verũ eſt quidem ſi eo-
dem diſtrictu &c.vt ſuprà relatum eſt.Præterea
in propoſita quæſtione ſi ſuper iure patronatus
quæſtio tantum fuiſſet, forte ſubſiſteret ratio
dicti.c.quanto. extra de iudi. vtpote ſi ius pa-
tronatus nulli feudo ſeu fundo annexum eſſet,
ſed nulli rei adhærens per ſe ſtaret,vt ſuprà di-
ctum eſt argumento.l.iura.ff.de iure patrona.l.
familiaria.&.l.ſequen.ff.de religi.& ſumpti.fu-
ner.l.pro hærede.§.ſi quid tamẽ quaſi hæres. &
§.fina.ff.de acquiren. hæredi.in quo caſu.c.de
iure.&.c.quoniam clericis.extra de iure patro-
430 na. verificari poſſet. † Sed vbi cum fundo &
vniuerſitate rei eſt,non puto verum eſſe, ſecula-
rem iudicem non poſſe cum ipſa vniuerſitate dif
finire,ſed quemadmodum cum vniuerſitate per
laicum alienari,& de eo quoquo modo diſponi
poteſt, dicto.c.cùm ſeculũ.extra de iure patro.
Igitur per delictum alienat,& veluti rerum ſua-
rum omnium iudicem facit, ſi tale delictum ſit
quod bona delinquẽtis publicet,per illum tex.
Et argumentum eſt concludens: quia ſi ratio.c.
quanto.in quocunq; iure patronatus conclude-
ret,abſurditatem induceret. Et ideo dico iuris
patronatus laici duas eſſe ſpecies: vnã quæ per
ſe ſubſiſtit,vt eſt in eo qui ad ædificãdam de no-
uo eccleſiam vel eam dotandam omnia ad id ne
ceſſaria adminiſtrat,propter quod baſilicæ pa-
tronatum conſequitur: ex ipſa iuris patronatus
conſecutione alicui fundo ius patronatus non
afficitur,dicto.c.nobis.in princip.&.c.quoniã.
vbi per gloſ.extra de iure patrona.& dicto.c.fi
431 lijs.&.c.piæ.vbi gloſ.xvj.quæſt.vij. † Et in hoc
dici poſſet ius patronatus mere ſpirituale eſſe,
licet ad ſucceſſores fundatoris perueniat qui ge
neris fundatoris erunt.d.c.filijs.&.c.piæ mẽtis.
& dicto.c. conſiderandum.xvj.quæſtio.vij. di-
cta.l.iura.ff.de iure patro.de quo in.c.primo.&
dicto.c. quoniam.extra de iure patro. & de eo
poteſt decret. quanto. extra de iudi. intelligi
quia ſine gleba eſt, & id vendi neque etiã aliter
alienari poteſt,dicto.c.de iure.&.c.quoniã.ex-
tra de iure patro.imo plus dicit Hẽric.Bohic in
c.ex inſinuatione.extra de iure patron.non poſ-
ſe hoc caſu patronum in præiudicium legitimo-
rum hæredum illi iuri patronatus quoquo mo-
do renũtiare,etiam ſi illius hæredes non eſſent.
l.filij.ff.de iure patrona.dicto.c.cõſiderandum.
vbi hoc notat Archidia.xvj.quæſtio.vij.& in.c.
præſens.xx. quæſtio.iij.quanquam Laurentius
contrarium dicat,ſecundùm eum.& prius eo di
xit Archidia.in locis prædictis.Lauren.ſubſcri-
bit ſe Henric.Bohic per.c.ſignificauit.extra de
teſti. ſed ille text.nihil facit, imò præcedentem
Archidiaco.ſententiam confirmat; quia loqui-
tur in eo, qui in ipſa fundatione nihil iuris pa-
tronatus retinere voluit,ſed eccleſiam voluit re-
manere liberam: quare mirum non eſt,ſi ſibi &
ſuis hæredibus præiudicat. Et in hoc pondera
caput illius decretalis ibi, volentes fundatio-
nis tempore ſe in ea nihil iuris retinere dixerũt.
432 & ne probationis copia deficeret, permittit pa-
pa teſtes ad æternam rei memoriam examina-
ri, fundatore & eius hæredibus vocatis. Imò
plus etiam ſi pro crimine perduellionis patroni
bona publicarentur,in fiſcum hoc ius patrona-
tus non tranſiret, dicta.l.iura. &.l.filij.ff.de iu-
re patronatus. Et ratio ponitur in.l. eum qui.
ff.de interdictis & relega.quia filij hoc ius pa-
tronatus à patre non habent, ſed à genere, à
ciuitate, à rerum natura, aut aliàs. Idem in
dicta.l. pro hærede.§. ſi quid tamen quaſi hæ-
res. &.§.finali.ff.de acquirenda hæreditate. Et
iſtud eſt quod de iure dici ſolet in patrono
antiquo, vel in quo quis ex fundatione ius ſi-
bi & hæredibus ſuis acquirit, dicto.§.ſi quid
tamen quaſi hæres. & in dicta.l.eum qui. in
principio.ff.de interdict.& relega.& dicta.l.fa-
miliaria.&.l.ſequenti.ff.de religio.& ſumpti.fu
ner.gloſſa. plures illis ſimiles refert in.l.finali.
in verbo,parentis.ff.de bonis damnatorum. de
quo etiam in capitulo finali. epiſcopum, abba-
tem vel abbatiſſam.collatione decima. Et iſta
eſt mera veritas,quicquid Henrichus poſt Lau
rentium dicat in dicto capitulo, ex inſinuatio-
ne. Et ob id veriorem eſſe puto Archidia-
coni ſententiam in locis prædictis. Et de hoc
iure patronatus debet capitulum,quanto.extra
de iudicijs. intelligi & regulari ſecundum di-
ctum capitulum, de iure.& capitulũ,quia cleri-
433 ci.extra de iure patronatus. † Aliud eſt ius pa-
tronatus cohærens & adhærens feudo vel fun-
do ſeu alicui alij prophanæ rei: & iſtud ius
patron

patronatus,quantum ad cessionem, transmissionem,& omnimodam aliam translationem rei naturam cui adhæret retinet: cùm hoc ex conuentione proueniat. & quanquam spiritualitati sit annexum, non tamen sic annexum est, vt tollat feudi naturam: vt quemadmodum feudum ipsum alienabile est transmissibile et cessibile,sic & ius patronatus cū eo,quocunq; modo transferatur, transit,dicto ca.cùm seculū. &.c.ex literis.extra de iure patro.Res enim semper cum integro suo statu transit.l.ij.C.de bo.vacan.lib.x.argumēto est.l.j.§.cùm vrbē.ff.de offi.præfec.vrb. l.si conuenerit.§.si nuda. cum illic notatis per Barto.& Alexand.ff.de pignora.actio. Et adde prædictis pulchrum text.in.l.via.§.si fundus.ff.de seruitu. rustic.prædio.fundo seruiente & dominante publicatis,cum sua conditione quisque fundus publicabitur.Et hanc sententiam Floria.de sancto Petro amplexus est: & allegat,ca.cùm Bertholdus.& quod illic glo.fin.notat extra de re iudic. dum allegat.l.in modicis.ff.de contrahen.empt. quæ cum dicto.c.ex literis.&.c.cùm seculum.recte conuenit.Et hanc distinctionem admittit.l.si sepulchrum. C. de religio.& sumptibus funerū.

434 † Alioqui in facultate vnius vasalli esset inuito domino, feudi naturam, conditionem & dignitates,cōtra iura feudi alterare,seu mutare: quod non licet,dicto ca.j. de prohibi.feud.aliena. per Frider. & de hoc iure patronatus nō puto posse dictum ca.quanto.intelligi.& dum dicitur adeo spiritualitati annexum esse,vt spirituale omnino censendum sit,sicut dixit illic glos. & in dicto capitu.piæ.xvj.quæstio.vij.verum est quando nulli alteri rei adhæret,sed per se solum est.Licet laico competens & propriè aduocatio dicitur in dicto capi.quia clerici.& capi.de iure.extra de iure patrona.quæ decretalis hac ratione quod per se subsistit vel separatum est à fundo prohibet vendi,quia est spirituali annexum. Imò,vt glos. voluit in dicto cap.piæ.xvj.quæstio.vij.& in dicto capi.quanto. pro simpliciter spirituali accipiendum est.Non sic est,si cum vniuersitate vendatur,dicto capi.ex literis. extra de iure patron. Et idem dicit glos.in dicto cap.quia clerici.& in capi.cùm Bertholdus. extra de re iudica.& in dicto capi.filijs.xvj.quæstio.vij.Et ego puto hanc conclusionem recte probari in dicto capit.cùm seculum.extra de iure patrona. quem tex.considerauit etiam Decius in dicto capi.quanto. [illegible] in illa Decretali dicitur ibi,emptorum, aliter ve acquisitorum, vel etiam alio modo ius patronatus in ecclesijs parochialibus acquisieritis. & sic omnes modos, quibus in alium trāsferri potest, ille text.amplectitur,nullo inter modos translationis habito discrimine. Addo prædictis duas alias considerationes ad dictam clementi.pastoralis.de re iudica. Prima † quia non ex eo quòd

435 imperator de iure patronatus diffinierit,sententia eius irrita fuerit,sed in eo quòd regno priuauerat, quod feudum erat ecclesiæ. si ergo non fuisset ecclesiæ,sed imperatoris, cuius occasione subditus fuisset, non sic papa intellexisset: quia papa de feudo quod ad regem spectat, & cui notio & diffinitio soli competit,semper remittit,& protestatur de eo cognitionem non assumere,dicto capi.causam quæ.extra qui filij sint legit.capitu.secundo.extra de priuileg. & dicto capitu. nouit.extra de iudicijs.Non est igitur verisimile papam iudicium eius alia ratione voluisse interuertere,dicto capit.nouit. extra de iudic.si ergo princeps iudex est idoneus rei principalis,id est, ipsius feudi,pariter & omnium dignitatum & iurium ad ipsum feudum spectantium. Et ita declaratur in dicto capitu.nouit.& in capi.causam quæ. & in dicta.l.in modicis. ff. de contrahenda emptio.&.l.via.§.si fundus. ff.de seruitu.rustic. prædio. Secundò in dicta clemen.pastoralis.reclamabat Robertus rex ab imperatore quòd in eum sæuire volebat,& iure hoc poterat.l.si vindicari. C.de pœn. ca.cùm apud Thessaloniçam. xj.quæstio.iij. §.deinde competens.in authenti. de manda.princi.collatio.iij. Et in hoc consideratur ratio dicti capi.nouit.dixi in dicta.l.donationes. C.de donatio.inter virum & vxor. in re-

436 peti. † Ex alio capite pontificis intererat vasallum suum à tyranno conseruari,ne iniuria afficeretur: imò secundùm feudi naturam tenebatur omnino vasallum adiuuare:quoniam fides inter dominum & vasallum est reciproca.capi.vnico, in fine.de for.fideli.collatio.x. Si ergo pontifex Robertum regem eximere curauit, mirum non fuit. sed omnia hæc in quæstione proposita locum obtinere non possunt: quia iudex de feudo cognoscens, secundùm feudi legem iudicat, dicto capitu.nouit.& capitu.cæterum.

Secundò si de principali cognoscit,accessorium non iudicat, sed tantum in consequentiam principalis venire dicitur. & ita Iureconsultus respondet in dicta.l.in modicis. ff.de contrahē. emptio. inquit ille text. quia non specialiter locus sacer,vel religiosus venit, sed emptioni maioris partis accessit. Præterea dicta.l.via.§.si fun-

437 dus.ff.de seruitu.rustic.prædio.ait, † quia cum fundus publicatur,cum sua conditione publicatur.Et est ratio capi.cum literis. extra de iure patrona. & dicti capi.cùm Bertholdus.in princip. extra de re iudica. & cum vniuersitate transit. & glos.addit.l.si aquæ ductus.&.l.dolia. ff.de contrahenda emptio.facit.l.quædam. ff.de acquirē. rerum domi. Ad secundum argumentum quod fuit gloss.in dicto capitu.quanto.extra de iudic. quod illic Anto. Feli. & alij sequuti sunt, & fuit etiam gloss.in dicto capi.piæ.xvj.quæstione.vij. quod ratione annexitatis sit iurisdictionis ecclesiasticæ ad illud idem Feli. respondet in capitu. significauit.in primo notabili, extra de testibus. Licet enim causa iuris patronatus sit spiritualibus annexa, dicto capitu.quanto.non tamen sic

est annexa, quando de excludendo patrono à iure patronatus agitur. & ratio, secundùm eum, est quia de patronatu non habet cognoscere secundum ipsum. alleg. Barto. in. l. Titia. ff. soluto matrimo. l. omni nouatione. C. de sacrosanct. eccle. l. quoties. C. de iudic. l. ij. ff. de iurisdi. omni. iud. Et ita dixit Frider. tenuisse in consil. cxcij. incipiente, facta est lex. & consil. ccxlvij. incipiente, Domino Andreæ. Allegat etiam Ioan. Andr. Anton. de Butrio in capitu. tuam. extra de ordi. cognitio. & in capi. cùm sit. extra de foro competenti. dum dicunt de quæstione spirituali in iure
438 consistente, puta, † an matrimonium legitimum fuerit, secularis iudex non cognoscit, sed de spirituali in facto consistente, vt puta, an Seia Titio desponsata fuerit. Hoc idem dixit Anto. de Butrio in dicto capi. quanto. in fine. extra de iudic. quorum dictum ampliori stylo paulo pòst examinabo. Cùm nostra ætate Romæ disputatum fuerit, eo quòd Galliæ praxis illorum dicta amplexa est. Et istorũ solutio, quæ suprà diximus, plurimum confirmat. Et per am alteri argumẽto istius consecutiuo patebit responsio, dum dicitur non esse bonum argumentum de specie ad genus in istis iurisdictionalibus. vel si conuerteres vis argumentum eorum, vt suprà dixi, bonum esse argumẽtum de genere ad speciem negatiuè: quia si in specie cognoscere non potest laicus iudex de iure patronatus, similiter nec in genere. Et ad confirmationem primi argumenti inducitur capi. primum. de confes. in. vj. ille tex. in primis contradicit eis, si rectè consideretur: quoni-
439 am plerique † doctores non admittebant negatiuæ positionem, ex eo quòd per testes improbabilis est. Alij verò volebant eam admitti: cum per aduersarij confessionem probari possit, vt in clemen. constitutionem. in fine. de electio. Et Modern. Papiens. tractat in. l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiuran. propter illorum disputationem facta est à Bonifacio Decretalis prima de confes. lib. vj. quæ voluit posse per aduersarij confessionem probari. & sic licet in genere videtur positio illa improbabilis, tamen in specie probationis facta est probabilis. Ego huic argumento do plures instantias, per quas constabit, non esse concludens hoc argumentum. Si dixeris, latrũculator in genere de causa ciuili cognoscere non potest. l. solennis. §. latrunculator. ff. de iudic. ideo in nulla specie de causa ciuili cognoscere potest. contradicit text. in. l. sed & loci. §. si dicantur. ff. finium regund. si dicantur, inquit, termini direpti vel exarati, iudex qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest. Idem in. l. defuncto. §. fina. vbi per Barto. & Ioan. de Imola. ff. de publie. iudi. hic repeti posset. l. quoties. C. de iudicijs. Secundò, si dixeris
440 econtrario, † iudicem ciuilium causarum non esse criminalium capacem, si tamen crimen incidit, de crimine cognoscit. l. nullum. C. de testib. quia iudicis religio offensa est. l. nulli prorsus. & dicta. l. quoties. C. de iudic. & quod notatur in l. ij. ff. de iurisdi. omnium iudic. Secundò ex. §. & iudicare. & §. nulla. circa fin. in authenti. de defens. ciuita. colla. iij. non habens alicuius speciei iurisdictionem, igitur in genere priuatus est iurisdictione: non concludit argumentum, defensor non cognoscit de causis meri vel mixti imperij, neque iurisdictionis maioris, in specie tamen vsque ad trecentos aureos cognoscit: pariter in magistratibus municipalibus dicitur in. l. magistratibus. ff. de iurisdi. omnium iudic. Ediuerso causas inferiores supremi magistratus ad inferiores iudices causas minimas remittere debent, dicto. §. & iudicare. Idem in præfectis annonæ, quibus cura est annonæ, in. l. j. C. de offi. præfe. ann. Addo prædictis q Marianus Soci. notat in. c. ij. colũ. iij. vers. octauo fallit. extra de plus petitio.
441 dum dicit, † si per seculareẽ iudicem plures complices eiusdem criminis apprehensi sint, & in carcerem coniecti, & eorum aliqui clerici sunt, remittẽdi erunt omnes ad ecclesiasticum iudicem puniendi: ne, inquit, ratione eiusdem criminis diuersa contingat fieri iudicia, per. l. si is qui duos. ff. de libe. lega. l. si communẽ. ff. quemadmo. ser. uitus amit. sed melius facit. l. fin. §. quoniam verò cõperimus. C. de re milit. lib. xij. cuius suprà meminimus. Et clerici propter dignitatem trahent ad se laicos, argum. c. per tuas. extra de arbi. Cuius tamẽ authoritas nõ obseruatur, & sæpissime furcis suspẽduntur qui laici sunt, qui verò clerici ab episcopis impunes remittuntur. Non prætermittam obiter circa id q sedẽte laudatissimæ recordationis Ludouico huius nominis inter Frãcos reges xij. in Gallicana synodo quæ Turonis suo nomine cõgregata fuerat anno. x. suprà millesimũ & qningẽtesimũ, mẽse Septẽbri, querela grãdis per generalẽ regis procuratorẽ in omnes epõs & archiepõs in eadẽ synodo existentes hac occasione facta est, q paucis antè diebus laici iudices nonnullos sacrilegos suspendio vitã finire coẽgerãt, clerici autẽ qui ecclesiastico iudici remissi fuerãt, quotidie cũ amicis & cõsanguineis cõuersari videbanẽ: abhinc pluries & pluries pariter cõtingere perpẽdimus. Nũc ad institutũ redeamus, quicqd de iure dici & sustineri posset, nõ improbabiliter tamẽ praxis Gallica defendi posset. sed Mariani sentẽtia nõ illaudãda est, & Fel. eã prosequitur in. c. placuit. extra de pscrip. text. est in. c. quã sit. extra de Iudæ. in his verbis,
442 tuisq socijs. † Ille ergo qui iudex per se competens nõ est, ratione adiuncti competẽs est. Excipitur inter incidentes causas hæ quæ mere spirituales sunt. de his diffinire necesse est: quia forte præiudiciales sunt. c. tuam. extra de ordi. cogni. c. lator. extra qui filij sint legiti. sed si quid est in facto consistens, propterea iudicis laici cognitio non supersedebitur, dicto ca. causam quæ. extra qui filij sint legi. quem tex. copiosius explicabo.

Tertiò

Tertiò, addo aliam instantiam. c. de iure. extra de iure patro. simpliciter prohibet ius patronatus, quod est spirituali annexũ alienari. Et glos. illic quærit qualiter annexum erit. respõdet: dic vt in. c. quãto. extra de iudi. si ergo ius canonicũ simpliciter & in genere prohibet ius patronatus vendere, quod est annexum spirituali, secũdùm formam. d. c. quanto. & prout illic glo. explicat, & suprà retulimus, similiter & quælibet eius species debet esse prohibita: quia causa iuris patronatus est adeo coniuncta & annexa spiritualitati, vt separari nequeat. Male ergo permissum est cum vniuersitate vendere, in. d. c. ex literis. & c. cùm seculum. extra de iure patro. quoniam in vtroq; eadẽ ratio militat: imò grauius peccatum est venditionibus, donationibus, & quibusuis alijs contractibus & modis, sacra & religiosa & mere spiritualia in cõmercium deducere, vt in. l. sed Celsus. in princ. ff. de contrahẽ. emptio. l. inter stipulantẽ. §. sacram rem. ff. de verbo. obli. ꝙ per iudicem laicũ sua sentẽtia diffinire: cùm hoc sit iuris positiui illud verò iuris diuini. Imò expresse à Christo prohibitio processit, dũ nũmularios, & mercatores de tẽplo eiecit, Matth. xxj. ca. & Marci. xj. & in. c. qui studet. j. q̃õ. j. & in. c. sicut. extra de simonia. Christus autem dominus noster Iesus passus est se à Pilato iudicari, & morte cõdemnari, quoniã potestas ei à domino deo data est, vt scribitur Ioã. xix. c. Non haberes potestatẽ aduersum me vllam, nisi tibi datũ esset desuper. Et Paul. apost. in epistola ad Roma. c. xiij. Nõ est potestas nisi à deo. Et pontifex quãdoq; reginæ Franciæ iudicium, seu criminis Mẽnæ episcopo impositi purgationem remisit, in. c. Mennam. ij. q. iiij. quanquam de ecclesiæ potestate in disputationem trahere nõ audeam, neq; volo: quia cum ea quam sentit ecclesia eam supplex veneror & obseruo: & quicquid hic inferitur non nisi disputationis gratia ad cõfirmatio-
443 nem nostræ disputationis recenseo: † quia verè grauius est vendere spiritualia, quàm de his iudicare: quanquam neq; vnum, neque alterum liceat. Non ergo ius patronatus feudo adhærens & annexum tam cõiunctum est spiritualitati, sicuti in argumẽtis suis Anto. & Feli. considerauerunt: quia nec cum vniuersitate liceret. sed si genus ipsum prohibitum est, quælibet eius species prohibita esset. Siue econtrario argumenteris prout etiam Philip. Dec. meminit in. c. quãto. extra de iudic. Vbicũq; enim aliquid in specie fieri prohibetur, in genere fieri nõ potest. c. ij. de constitu. in. vj. illi tamẽ facta instantia resistit. c. de iure. & c. quia clerici. extra de iure patro. in specie prohibet ius patronatus vendi: in genere ergo prohibitio facta est. & sic cum vniuersitate vẽdi non poterit. quod falsum est. d. c. ex literis. & ca. cùm seculum. quomodocũq; igitur argumẽtum resumatur, non cõcludit. & sufficit hæc instantia ad tollẽdam argumenti consequentiã: vt in. c. sicut vrgeri. j. q. j. Et ideo rectè & plus iusto respõsum esse puto argumẽtis per Feli. cõmemoratis in. d. c. quanto. vt intelligatur de iure patronatus adeo coniunctum & annexũ spiritualitati, quale est illud quod per se sine fundo vel feudo subsistit, vt vendi nõ posset. d. c. de iure. & c. quia clerici. extra de iure patro. Pariter per iudicẽ secula rem diffiniri nõ posset, per. d. c. quanto. extra de iudi. l. iura. ff. de iure patro. & alijs legibus suprà
444 relatis. † Secus autem est vbi fundo aut alteri rei temporali annexũ & vnitum erit: quia & vẽdi, & quoquo alio titulo cũ vniuersitate rei cui adhæret seu coniunctum & annexum est, transferri & acquiri poterit. c. cùm seculum. & c. ex literis. extra de iure patro. dicta. l. in modicis. ff. de contrahen. emptio. l. quædam. ff. de acquirẽ. rerum domi. etiam per publicationem, dicta. l. via. §. si fundus. ff. de seruitu. rusti. prædio.

Quarto, Non obstat quod supradictũ est, ius patronatus laicis ex quadam dispensatione concedi. hoc verum non puto, sed ex quadam quasi conuentione, & in remunerationem beneficij à patrono in fundatione vel dotatione ecclesiæ accepti: vt in. d. ca. piæ. ca. filijs. xvj. quæst. vij. & c. nobis. extra de iure patrona. Et cũ facultate trãsmittendi ad quoscunque extraneos hæredes. c. ij. & c. quoniã. & c. ex insinuatione. extra de iure patro. clemẽ. plures. de iure patro. c. considerandum. & c. filijs. xvj. quæst. vij. c. præsens. in princip. ibi, in locum eius succederet. xx. quæst. iiij. quẽ tex. Archid. ad id notauit in dicto. c. considerandum. hic repeti possent quæ suprà dicta sunt de donatione remuneratoria, secũdùm. l. si pater. §. fi. & l. Aquilius. ff. de donatio. & sic cõcessa est non simpliciter illa qualitas, sed cũ causis suis, & potissime cum potestate transmittẽdi quocũq; titulo seu modo, etiam ad extraneum, in dicto. c. cùm seculum. & reliquis. c. suprà relatis. alioquin donationis id erat. l. fistulas. §. fi. ff. de contrahen. emptio. l. qui cũ vno. in princi. ff. de in diem adiectio. Confirmatur hæc conclusio
445 optimo simili. Pone † enim patronum absq; legitimis hæredibus decedere: clarum est fiscũ esse hæredem, authen. hoc amplius. C. de fideicõmis. vel si vasallus sit non existẽtibus hæredibus, feudum ad dominum reuertitur. c. & quia. & c. seq. qui feudum dare pos. c. rursus. de controuers. inuesti. c. fin. de succes. feud. c. vnico, de feudo marchi. vel duca. vel comita. c. vnico, de benefi. frat. Et reuertitur feudum ad dominum cũ fructibus cum distinctione posita in. c. fin. hic fin. lex. & c. vnico. de natura succes. feud. colla. x. c. firmiter. & c. insuper. de prohibi. feud. aliena. per Frider. Possent plerĩq; alij tex. hic congeri, & leges feudales papa nõ improbat, vt sæpe dictum est per d. c. cæterum. extra de iudi. c. verum. extra de foro compet. c. quo iure. viij. distin. Sed qui de publico crimine damnatur, propter quod de iure vel cõsuetudine publicatio bonorum sequitur,

vt in crimine læsæ maiestatis, authen. bona dãna torum. C. de bo. damna. l. Panthonius. §. rei perduellionis. ff. de acquirẽ. hæred. l. quisquis. C. ad legẽ Iuli. maiesta. & alijs criminibus quæ bonorum publicatio suapte natura sectatur seu comitatur, vt in. c. deniq. & in. c. porro. quæ fuit prima causa benefi. amitten. colla. x. d. c. insuper. de
446 prohib. feud. aliena. per Frider. † & sic passiue filij alijq; sui & legitimi hæredes intestabiles sũt. Et sic fiscus vel dominus à lege vel cõsuetudine, qui iure & ratione naturali non erat hæres. l. fin. ff. de bo. damnato. si in consequentiam publicationis feudi vel bonorum ius patronatus non cõprehenderetur, quod sua natura consecutiuum, imò annexum & coniunctum fundo, priuaretur dominus iure suo, contra legem & consuetudinem, quod prohibet text. in. d. ca. quo iure. viij. distinc. Neq; vt dictum est, principaliter dicitur super eo iudicium fieri: sed accedit tantum rei iudicatæ & damnatæ. d. l. in modicis. ff. de contrahen. empt. l. via. §. si fundus. ff. de serui. rusti. prædio. l. ij. ff. de pecu. lega. l. illud. ff. de hæred. insti. l. quædam. ff. de acquir. rer. do. Secus autẽ fortè dicendũ est si ius ipsum nulli rei coniunctum vel annexum est. d. l. iura. vbi hoc notat glo. ff. de iure patron. Et ita intelligantur dictum. c. quanto, extra de iudic. c. de iure. &. c. clerici. extra de iu-
447 re patron. † Et istud ius sicut renuntiatione in alicuius fauorem facta non transmittitur. l. filij. ff. de iure patro. sic nec publicatione transfertur, quocunq; crimine patronus damnatus sit, dicta l. iura. ff. de iure patron. quæ in perduellione loquitur. Addo glos. in dicto ca. considerandum. circa fin. glos. & in dicto capi. piæ. xvj. quæstio. vij. Neque in iure comperio modos transferendi iuris patronatus specificè expressos & limitatos, sicut de iure causæ ingratitudinis limitatæ reperiuntur in. §. causas. in authent. vt cùm de appella. cognosci. collatio. viij. Pariter & amissionis feudi: vt in capi. porro. & capi. sequen. & per totum titulum quæ fuit prima causa benefi. amitten. & in titu. quibus modis feud. amitt. colla. x. glos. memorat in ca. Quintauallis. extra de iureiuran. Non sic expressè limitatum est in iure patronatus: imò, vt suprà dictum est, de iure cõtrarium deciditur in dicto capi. cùm seculum. extra de iure patrona. vbi text. vult ius patronatus acquiri vel transmitti posse, ijsdem modis & vijs, quibus de iure vel consuetudine transmitti & acquiri potest, dum in illo text. post expressionem aliquorum specialium contractuum dicitur, vel etiam alio modo ius patronatus in ecclesijs parochialibus acquisieritis.

Addo præterea aliam instantiam in capi. inter
448 cætera. extra de immunita. ecclesia. † duo crimina tantum excipiuntur, propter quæ papa vult reos illorum criminum ecclesiæ immunitate priuari: cæteros verò reos cuiuscũq; qualitatis sunt impacti, vult ecclesiæ immunitate gaudere. & tamen extra illa crimina alia sunt in iure canonico scripta, propter quæ beneficio immunitatis exuuntur in. c. j. de homici. in. vj. in. c. j. extra de homici. in. c. penul. & fin. extra de immunita. ecclesia. In incorrigibili in clemen. j. de vita & honesta. cleric. indecens non est neque à iure alienum alios esse transmittendi iuris patronatus modos, præter eos qui per gloss. in dicto capi. cùm seculum. exprimuntur. & in dicto cap. piæ. xvj. quæstio. vij. Nam hic nouissimus modus expressus est per glos. in dicto capi. considerandum. & in dicto capi. filija. xvj. quæstio. vij.
449 Secundò Axioma vnum addo, † vbicunq; casus emergentes in iure expressè decisi non inueniuntur, in iudicum arbitrio remittuntur. §. sed quia natura. quæ fuit prima causa benefi. amittẽ. quem tex. Roma. signauit in. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infecto. Cui addo similem in. §. j. in princ. in authen. de non eligen. secundò nuben. colla. j. vbi glo. prima addit aliam in. l. ij. §. sed quia. C. de vete. iure enuclean. Plures aliæ recenseri possent: nunc pro complemento eius sufficiet. l. non possunt. ff. de legi. & l. natura. ff. de præscript. verbis. Natura enim plura negotia quàm vocabula induxit. Igitur sic iura coarctare satis à ratione alienum est: Et cùm plerique alij modi inueniantur, vt dixi suprà.
450 Tertiò clarum † est ad hæredes etiam extraneos ius patronatus quales quales sunt posse transmitti. & id nemo Canonistarum inficiatur in dicto ca. ij. &. c. quoniã. &. c. ex insinuatione. extra de iure patro. & in dicto ca. piæ. &. c. filijs. &. c. considerandum. vbique glos. & Archi. notant. xvj. qõ. ij. Neque distinctio fit, quales facti sunt à lege scripta vel municipali seu consuetudinaria: sicut in causis feudalibus suprà dictum est, quæ à consuetudinibus & legibus municipalibus originem traxerunt. c. & quia. &. c. sequẽ. qui feudum dare pos. Possent hic plures tex. cumulari, vnde canon non prohibet illos ad successionem vocari quos consuetudo vocat. imò vult illam omnino seruari, vt dixi per dictum. c. quo iure. viij. distinct. & dicto capi. cæterum. & capi. nouit. extra de iudic. sed nomen hæredis est nomen iuris: quoniam is qui ad successionem alicuius vocatur iure hæres dicitur. l. hæredis appellatione. &. l. hæreditatis appellatione. ff. de verbo. signifi. nisi expressè à lege vel consuetudine à successione personæ aliquæ inueniantur prohi
451 bitæ, † sicuti de iure Digestorũ seu legis. xij. tabularum, filij exhæredati non succedebant pariter neque emancipati, vt plenè in. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. dixi plenè in authenti. ex causa. C. de liberis præteri. vel exhæreda. Licet de iure prætorio hoc immutatum sit, præsertim in emancipatis & in nõ exhæredatis, vel non male mẽte exhæredatis: vt in. l. iij. §. si emãcipatus. & l. non putauit. ff. de bo. pos. cõtra tab. Per omnes in. l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. testa. l. multi.

ff. de

ff.de libe.& posthu.l.maximũ vitium.& authen. non licet.& authen.ex causa.C.de libe. præteri. Pleni sunt nostri Codices. Ex feudorum consue tudine fœminæ non succedunt, licet iure Roma no succedãt, dicto.c.& quia.&.c.seq. qui feud. dare pos.c.fin.de succes.feudi. & plerisque alijs titu. quos consulto prætermitto. In adoptiuo filio,idem in.c. adoptiuus. si de feudo fuerit conten.inter domi.& agna.colla.x. qui aliâs de iure succederet.l.prima.§.liberos.iuncto.§.in infinitum.ff.de lega.præstan. dicta.l.si te parens.C.de suis & legi.hæredi.l.fin.C.de adoptio.§.primo. Instit.eod.Idem in naturalibus liberis.c.naturales.si de feudo fuerit cõten.inter domi. & agna. collatio.x. qui tamen in aliqua parte succederẽt. §.fin.in authen.quib.mod.natur.effic.legiti.col latio.vj. Et in clerico idem,in.c. vnico.de vasal. qui ar. bel.depos. & tamen illa lex dura videtur de iure canonico,in.c.fin.xix.q.iij.glos.notat in d.c. præsens. in verbo,in locum.xx.quæstio.iij. plura illis similia recenseri possent,quæ omitto.

Sed iuris dispositione secũdùm Ioan.de Imo. in dicta.l.si finita.§.si devectigalibus.ff.de dam.
451 infecto. † quotiescunque per inuestituram vasallo conceditur vt ad quencunque extraneum hæredem contra propriam feudi naturam feudũ transmittere seu peruenire possit,vt in.c.primo. qui feudum dare pos.& in.c.vnico.de feudo nõ haben. propri.natur.feudi.ad fiscum etiam tunc transmittetur. Et Bar. prius eo alleg.glos.fin. in dicta.l.prima.C.de bo.liber. & recte illũ tex.ad id inducit: sed pro ea melius facit dicta.l.hæredis appellatione.ff.de verbo.significa.quoniam fiscus inter hæredes annumeratur in dicta authẽtica,hoc amplius.C.de fideicommis.Addo glos. primam in.l.iij.ff.de interdic.& relega.quæ allegat.l.vnicam.§.sed & si sub conditione.C.de latı.liber.tollen.Plus idem Ioan. de Imo. in dicto
453 §.si de vectigalibus. † ait discedendo à Bar. opinione, in publicatione bonorũ venire etiam emphyteusim ecclesiæ:nec obstare.§.primum,in authen.de alie.et emphyt.colla.ix.in quo dicit esse speciale in ecclesia Constãtinopolitana.Non sic est in alijs ecclesijs. & istud dicit probari in illo tex.si recte inspiciatur.Et licet Ioan.de Imo. nõ declaret,aduerte imperatorem à principio illius tituli vsque in.§.hæc verò iubemus. eodem titu. nullo pacto de alia ecclesia quàm de maiore ecclesia Constantinopolitana alijsq; ecclesijs in ea dem ciuitate & eius circuitu, & tota illius regiæ ciuitatis prouincia existentibus statuere & differe,in dicto.§. hæc verò iubemus. apertius declarat,dum ait,hæc verò iubemus vt excepta ma iore ecclesia regiæ ciuitatis &c.& in versic.licen tiam esse omnibus sanctissimis ecclesijs & venerabilibus domibus , necnon & monasterijs tam in hac regia ciuitate quàm in diuersis prouincijs cõstitutis permutationes adinuicem facere &c. Ex quibus constat singulari quadam prærogatiua & fauore ecclesiam Constantinopolitanam aliasve ecclesias in ea & circuitu eius & in tota prouincia existẽtes præter & super alias omnes ecclesias prosequi & ex cõmunibus cõstitutionibus excipere. vnde verum dicere videtur Ioan. de Imola in dicto.§. primo. speciale aliquid esse in Cõstantinopolitana ecclesia:quod in reliquis ecclesijs nõ est regulare. Sed istud non est verũ.
454 † Nam licet aliæ ecclesiæ in empbyteusim concedere possunt vsque in secundam & tertiam generationem,non autem vt in extraneum hæredẽ transeat.§.emphyteusim.&.§.quod autem.in authenti.de non alienan.aut permutan.reb.eccles. collatio.ij.authenti.præterea.C.de sacrosanc.ecclesijs.Et propterea Barto. in dicta.l. si finita.§. si de vectigalibus.ff.de dam.infecto.dicit in ecclesiastica emphyteusi si sic concessa esset vt ad extraneum hæredem deuoluatur , & publicatis bonis, pariter ecclesiastica emphyteusis publicabitur, per dictam.l.primam.C. de bonis liber.l. primam, secundam & tertiam.ff. de bo. damna. quoniam secundùm Bar.fiscus est hæres,& ipso iure, duntamen bona soluendo sint.l. prima.ff. de iure fisci.l.secunda.C.ad legem Iul. de vi publi. Imò commoditas temporis , quæ damnato priusquam damnaretur competebat,fisco acquiritur.l.Statius Florus.§.Cornelio Felici.ff.de iure fisci.l.pcto.§.prædium.&.l.cùm pater.§.hære ditatem.j.ff.de lega.ij. argumento est.l. sed & si mors.§.primo.ff.de donatio.inter virum & vxorem.Et transeunt bona ad fiscum cum causa sua. l.ex facto.§.Iulius Longinus.ff. de vulga.substi
455 tutio.l. Marcellus.§.fina.ff. ad Trebel. † Secus autem vbi emphyteusis ad extraneum hæredem transmitti nõ potest:quoniam à fisco ecclesia indubitanter repetet,per dictum.§. emphyteusim. & dictum.§.quod autẽ.&.§. alienationis.in authen.de non alie.reb. eccle.colla.ij. Manet autẽ Bar.conclusio vera,vbiq; ab omnibus approbata,vt quicquid ad extraneũ hæredem transitoriũ est, pariter ad fiscum transire potest , secundùm glos.in dicta.l.j.C.de bo.libert.& in.l.eum qui. ff.de interdic.& relega. Quare si ius patronatus ad extraneũ transit,fisco acquiri potest, sed non omne ius patronatus ad extraneũ hæredem trãsitorium est , sed aliquid est generi & familiæ addictum,& id publicari nõ potest.l.iura.ff.de iure patro. Aliud autem publicatur.l. prima.in fi. C.de bo.liberto. Vt igitur huic nostræ disputationi colophonẽ addam, dic in iure patronatus, siue ecclesiastico siue tẽporali, castro, villæ, vel fundo, seu feudo,vel cuiuis alteri iuri vniuersali cõiuncto vel annexo, seu inhærente etiã si de co nulla expressio in contractu,cõcessione,cessione,seu trãsmissione fiat, quod etiã specifice nuntio faciẽda nõ est cũ ipsa re vẽdita cessa vel trãsmissa trãsire.d.l.in modicis.ff.de cõtrahẽ.empt. l.quædam.ff.de acquir.rer.domi.l.ij.ff.de pecu. lega.Et ratio est,quia per quandam necessariam

consequentiam cum ipso toto integrali transit, argumento. l. illud. ff. de hæredi. instit. l. si in emptione. in princi. ff. de contrahē. emptio. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignora. actio. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. Melius in. l. si quando. prima. C. de bo. vacan. lib. x. secus si separata esset: quia inalienabilis foret, quod sacra vel religiosa esset, dicta. l. si Celsus. in princi. ff. de contrahen. emptio. Et ita dicit illa l. in modicis. Et non tantū per viam contractus, vt in dicta. l. in modicis. sed etiam publicationis bonorum. dicta. l. via. §. si fundus. ff. de seruitut. rustic. præd. Et id etiam obtinet in iure patronatus ecclesiastico annexo seu adhærēte fundo, castro, vel villæ. intellige de iure patronatus laico tantum ratione feudi competente: cùm illa ratio quæ posita est in dicta. l. in modicis. & in. l. via. §. si fundus. de iure canonico recepta sit, dicto. c. ex literis. & c. cùm seculum. extra de iure patro.

456 † & in iure patronatus libertorum idem dicitur in. l. prima. in fi. C. de bo. libert. nulla enim inter vtrunque diuersa ratio inueniri potest, vt ex prædictis satis constat. quibus adde. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Addit prædictis optimum simile Hostiē. in summa de iure patronatus. §. qualiter trāsferetur. de iurisdictione quā comes vel marchio habent. Si enim merum imperium habeāt, tamen alteri concedere non possunt, argumento l. primæ. ff. de offi. eius cui māda. est iurisdi. Vbi Alexan. & Moder. post Bal. hoc dictum prosequūtur, & in. l. iubere cauere. & l. imperium. ff. de iurisdi. omnium iudic. tamē per venditionem comitatus vel marchionatus quicquid iuris in eo habent transferunt. l. prima. §. cùm vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. l. Iulianus. §. fi. cum quatuor ll. seq. l. granaria. ff. de actio. empti. l. si mihi Mæuia. & l. quæsitum. §. peto. l. prædijs. §. balneas. ff. de lega. tertio. l. si cui. l. Seia. §. prædia. & §. fi. & l. prædia. §. pen. ff. de fundo instruc. & instru. lega. l. Caius Seuerus. ff. de legatis. ij. de quo per Bart. in. l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infecto. eundem in. l. quominus. colum. fin. & Alexan. post eum. ff. de flumi. & in. l. inter eos. ff. de acquir. rerū domi. Eundem Bart. & Roma. in. l. sequitur. §. si viam. & l. si aliena. §. j. ff. de vsucapio. Inno. in. c. cùm ad sedem. extra de restit. spoliato. Feli. in. c. primo. colū. fi. extra de offi. ordi. Moder. Papien. copiose in. l. fi. ff. de cōsti. prin.

Prædictis addo quod Bal. notat in. c. præterea ducatus. colum. ij. de prohibi. feud. aliena. per

457 Frideri. colla. x. † Dicit enim feuda & alia iura incorporalia, quæ per se diuisionē non recipiūt, qualia sunt ducatus, comitatus, seruitutes, iurisdictiones, & similia, quæ naturaliter diuidi non possunt, in consequētiam tamen diuisionem admittūt, si alicui rei corporali misceātur. l. arbor. §. aquarum iter. ff. communi diuidun. l. quoties. ff. de vsufruc. l. Lucio. iuncta gloss. in verbo, vtile. ff. de aqua quoti. & æstiua. Tolle exemplum in iurisdictione quæ indiuisibilis est sua natura. l. imperator Titius. ff. ad municipa. quia pro parte explicari non potest. l. in hoc iudicio. ff. famil. erciscundæ. facit in simili. l. in executione. §. pro parte. ff. de verbo. obliga. Tamen clarum est per tempora & species iurisdictionem diuidi posse: quia vnus merum imperium exercebit, alter mixtum, alius verò simplicem iurisdictionem. §. & iudicare. in authen. de defenso. ciuita. l. imperiū. & l. iubere cauere. & l. j. & l. magistratibus. ff. de iurisdi. omnium iudi. l. ait prætor. in princi. in verbo, notionem. ff. de re iudi. sicut de vsufructu dicitur in. l. prima. §. si vsusfructus. ff. ad legē Falcid. dicta. l. quoties. ff. de vsufructu. hoc etiam dicit glos. per illum tex. in dicta. l. Lucio. in verbo, vtile. vel per subalternationem seu limitationem territorij, dicta. l. arbor. §. aquarum iter. ff. communi diuidun. l. nam satis. in princip. versi. Celsus respondit. ff. quemadmodum seruit. amitta.

458 † sicut tutela inter tutores per regiones diuisa. l. si plures. §. fina. & l. seq. ff. de administra. tuto. vel si diuisio sic facta est vt alterius annus vnusquisque exerceat vel iurisdictionis fructum consequatur. l. si conuenerit. in princip. ff. communi diuidun. Similiter in patronatu dicitur in clemē. plures. de iure patro. c. mandatum. iuncta glos. de præben. lib. vj. dicta. l. quoties. ff. de vsufruc.

Secundò hic repeti posset vnum, cuius suprà meminimus, eum iudicē capacem ex consequentia rei litis vel causæ fieri posse, qui naturaliter competens non esset. l. quoties. l. nulli. C. de iudic. l. nullū. C. de testib. sed ius patronatus si rei temporali annexum non esset, iudex laicus fortè de patronatu cognoscere non posset, dicto. c. quanto. extra de iudi. sed vbi rei temporali annexum est, cùm ius & qualitatem potentiorem retineat, videlicet rei temporalis, cui annexum est, à parte prædominante sic iudicium sumere oportet. l. quæritur. ff. de sta. homi. de quo per Barto. & Moder. in. l. fi. ff. de condic. ob causam dato.

459 † ecclesia autem in iure patronatus solam institutionem cum examine præsentati reseruauit. c. primo. de instit. lib. vj. c. ex frequentibus. extra de insti. Et nihilominus voluit ecclesiam rē, cui ius patronatus annexum & cōiunctum est, suas qualitates ex integro retinere, vt possit illud ius vendi, donari, & quocunque alio titulo transferri, dummodo cum vniuersitate rei, cui inhæret, transferatur, dicto. c. ex literis. & c. cùm seculū. extra de iure patron. igitur potior illa causa est, Alioquin simoniacū esset vendere, dicto. c. quia clerici. & c. præterea. & c. de iure. extra de iure patrona. & dicam infrà.

Tertiò, Aliud consecutiuum præcedentis argumēti est quotiescunque duæ qualitates simul concurrunt, quarum vna permissiua est, altera prohibitiua, in dubio permissiua potius attenditur, vt dictum est in. l. præceden. post Bart. sic est etiam in iure patronatus. potius enim illa quæ permittit

permittit cum vniuersitate ius transferre attendi
tur, quàm quæ spirituali reddit annexum: quia si
ea quæ spiritualitati illud cõiungit potius atten
deretur, nõ deberet posse vendi, donari, aut alio
modo transferri, quia spirituale, vel spirituali
principaliter annexũ, dicto.c.de iure. &.c. quia
clerici. extra de iure patrona. Et hoc pacto tan-
quam de mere spirituali dicendũ esset, sicut glos
sa dixit in dicto.c.quanto. per illum tex. extra de
460 iudi.&.c.piæ.xvj.quæstio.vij. † Nec iuuaret ec
clesiæ permissio contra legem diuinam prohi-
bentem rei spiritualis commer[illegible]um, vt suprà di-
xi.l. si Celsus. in principio.ff.de contrahen.em-
ptio. vel si ipsum ius patronatus per se solum cõ
sideraretur: quoniam sicut de simplici iudican-
dum esset, non autem sicut de mixto, dicto.c. de
iure. quia nec diuisionem etiam inter hæredes re
ciperet.c.primo.extra de iure patronatus. aliter
quàm per formam clemen.plures.de iure patro-
na. Et ratio, quia diuisio similis est emptioni.l.
prima.C.communia vtriusque iudi. Et sicut per
se non potest vendi, pariter neque inter hæredes
diuĩdi. Et subsistit alia ratio, cuius suprà memini
mus, quia incorporale est, & hoc pacto indiuisi-
bile.l. in hoc iudicio.ff. familiæ erciscun. Simo-
niacum igitur esset sic diuidere, vel aliter de eo
contrahere.c.querelam.&.c. de hoc.extra de si-
monia. & in dicto.c. quia clerici. & cap. de iu-
re. Sed vbi cum vniuersitate transit, magis qua-
dam accessione transit, quàm quod in cõtractu
comprehensum esse videatur, dicto capitulo, ex
literis.& cap. cùm seculum.extra de iure patro-
na.dicta.l. in modicis.ff. de contrahen. emptio.
per quos tex.glos.in.c.volumus.xvj.quæstione
461 iiij. dicit † ius Romanæ ecclesiæ quadragintá
annis cum vniuersitate, vel in consequentia alte
rius rei præscribi posse, licet per se non, nisi cen-
tum annis præscribi posset.l.fina.C. de sacrosan
ctis ecclesi. Et textus est clarus in dicto.c. volu-
mus. ibi, fines de quibus certatio mota est incon
cussos quadraginta annis possedisse nullam de-
inceps etiam, si quid Romanæ ecclesiæ cõpete-
re potuit, patiaris sustinere calumniã, sed quietẽ
eorum incõcussam omnibus modis procurare.

Si verò nulli rei cõiunctum vel annexum est,
sed per se stat, vel generi aut familiæ concessum
est, & illud ius sicut vendi aut aliter ab agnatio-
ne vel genere seu familia abdicari quoquo quæ-
sito colore non potest.l.filij.ff. de iure patrona.
vt neque etiam inter hæredes diuidi possit.l.fin.
ff. de iure patrona.l.si sepulchrum.C.de religio.
& sumpti.funerum. de quo in.l. familiaria. &.l.
sequen.ff.de religio.& sumptib. funerum.l. pro
hærede.§.si quid tamen quasi hæres. &.§.finali.
vbique per Franciscum Areti. & Modern. post
Barto.ff.de acquiren.hæredita. Idem in iure pa-
tronatus ecclesiastico dicendum est, vt nunc nr̃e
annotauimus, dicto.c. primo.&.c. quoniam.&
c.quia clerici.&.c.de iure. extra de iure patrona
462 tus. † Similiter nec pro quocunque crimine pa
tronus impactus sit, etiam si perduellionis, seu
læsæ maiestatis fuerit, publicari non poterit.l.
eorum.ff.ad legem Iuliam maiesta. dicta.l.iura.
ff. de iure patrona.&.l.tertia.ff.de interdi. & re-
lega. Et ita glos.notat in.l.finali.ff. de bonis da-
mnato. Pari ratione nec ius patronatus ecclesia-
sticum publicabitur. Et istud est quod dicere vo
luit glossa in dicta.l. prima.C. de bonis liberto.
& Bartol. post eam in dicta.l.si finita.§.si de ve-
ctigalibus.ff.de damno infecto.non esse hoc ius
neque alia iura in fiscum transitoria, quæ in ex-
traneum hæredem transferri nõ possunt, quia di
uisim etiam in suo transferri non possunt, dicta
l.fina.ff. de iure patronatus.&.l. si sepulchrum.
C.de religio. & sumptibus funerum. Et cum eis
conuenit ratio iuris feudalis, quod potius agna-
tis acquiritur, quàm domino.cap.denique. quæ
fuit prima causa benefic.amitten. cap. si vasallus
culpam.si de feudo fuerit contentio inter domi-
num & agnatos.collatione.x.l.secunda. vbi per
463 Baldum.C.de liber.& eo.liber. † Similiter ius
patronatus ecclesiasticum fortiori ratione publi
cari non poterit, sed potius agnatis vel filijs ac-
quiretur quàm ecclesiæ, dicto.c. filijs.xvj. quæ-
stione.vij. Licet plerique variauerint, vt per Car
dina.in dicta element.plures.in.vj.&.viij.quæ-
stionibus.nisi ecclesia esset offensa: quia tũc pro
pter offensam in ecclesiam commissam remane-
ret libera, secundùm doctrinam glos.in dicto.c.
quia clerici.extra de iure patrona. Et Archid.in
dicto.c.considerandum.xvj.quæstio.vij.intelli-
ge in præiudicium eius qui deliquerit tantũ, non
autem domini temporalis superioris, cui nõ po-
test vasalli delictum nocere.c.insuper.de prohi-
bi.feud.aliena.per Frideric. & idem pro rege &
viro nobili Rothomagi iudicatum est.

Non prætermitto vnum quod fuit Hostiẽ. in
464 dicto.c ex literis.extra de iure patro. † ius pa-
tronatus cum hæreditate vendita transire, & em
ptori hæreditatis acquiri. Licet fortè non sit fun
dus cui hæreat, sed cum vniuersa hæreditate ven
dita transibit, dicta.l.in modicis.ff.de contrahen
da emptione. Et hoc considerato modus est per
quem ius patronatus non hærens fundo seu feu
do aliquo vendi potest, vt cum ipsa tota hæredi-
tate vẽdatur, cùm in bonis hæreditatis sit. alleg.
l.item videndum.§.fina.cum duabus.ll. sequen.
ff.de petitio.hæredi. Pro eo argumẽto est lex, in
venditione.in princip.ff.de bo.autho.iudi.pos-
si.l.secunda.§.fin.versic.& si seruitutes.ff.de hæ
redi.vendi. Et intelligo de illo iure patronatus,
quod nominatim generi vel familiæ addictum
non est, & sicut cum hæreditate vendi potest, se-
cundùm Hostien.pariter & publicari, per regu-
lam suprà relatam, quicquid vendi, & ad extra-
neum transmitti potest, & publicari potest. & id
verum puto.

Sed cùm à plerisque dubitatum fuerit circa id

quod Anto. de Butrio in dicto. c. quanto. in fin.
465 extra de iudic. dixit, † vbi pro iure patronatus actione personali ageretur, quia promisisset aliquis ius patronatus alteri donare, forte hanc actionem coram seculari iudice tractandam esse. Ideo nõ existimaui incõgruum esse, si fortè huic nostræ disputationi quæstionem aliquam adderemus, quæ auditoribus Rotæ dubia semper visa est, quæ etiam Leone. x. pontifice sedem pontificiam regente plenissimo cornu, sicuti à plerisque accepi in palæstra Rotæ examinata fuit, dũ Leo decimus à Frãcisco christianissimo Galliarum rege deficere voluit, coactusque est christianissimus rex legatum mittere non obscuri nominis virum Rogerium Barmæ regium tunc in Parisiẽsi curia aduocatum, qui de ea cum auditoribus Rotæ dissereret. Gauderem itaque si rationes & iuris tam ciuilis quàm canonici argumenta quæ in vnam & alteram partem nõ minus copiose quàm eleganter proposita, sicuti arbitror, extitere, recensere possem. Sed cùm fugiant me vtriusque partis axiomata, libuit posteris meis disputandi occasionem relinquere. Tametsi omnem disputationẽ praxis vniuersæ Galliæ tollat quod pedibus, verbis & manibus cõtra communem omnium Canonistarũ opinionẽ sentiat.

Quæstio igitur hæc est, An causæ beneficiales vel etiã merè spirituales possessoriæ seu personales, quales sunt beneficiorum, decimarum, matrimoniorum, iuris patronatus, etiam ecclesiastici, aliorúmve spiritualiũ vel spiritualibus adiunctorum vel annexorum iurium coram seculari iudice tractari possent.

In primis omnis canonistarum Academia seu ad summum communior & frequẽtior illorum
466 opinio est, † vt neque principaliter neque incidenter huiusmodi quæstiones siue super possessorio, siue super proprietate introductæ fuerũt, coram seculari iudice moueri, examinari aut terminari non posse, sed omnino iurisdictionis esse ecclesiasticæ, sublatamque esse omnem disputationis causam per Decret. quanto. extra de iudi. vt nulla possit super ea tergiuersatio tolerari, cùm ille text. inquit, causam iuris patronatus ita coniunctam & annexam esse spiritualibus causis, vt non nisi coram ecclesiastico iudice diffiniri valeant. Addit illic Bernard. ius patronatus ex tali cohærẽtia naturam spiritualium sic assumere, vt nequeat ab alio iudice quàm ecclesiastico diffiniri, per illum text. &. c. secundum. eo. titu. Et sic ille text. causam iuris patronatus ad similitudinẽ aliarum spiritualium causarum voluit regulare: quasi ille text. apertè sentiat omnes causas spirituales, & spiritualibus quoquo modo cõiunctas vel annexas iurisdictionis ecclesiasticæ omnino esse. Et hanc communem opinionẽ affirmat Anto. de Butrio in. c. literas. in fi. sui commentarij. extra de calum. & dicit esse Lappi in alleg. lvj. Est etiam Baldi sibi contrarij in. l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccle. Cardin. Flor. in clementi. dispendiosam. de iudi. Philip. Decij in. c. decernimus. xxj. & duabus seq. colum. extra de iudi. Plures commemorat Alex. in. l. Titia. ff. solu. matrimo. Moder. Papien. in. l. quoties. C. de iudi. Cano. ferè omnes in. c. tuam. extra de ordi. cognitio. & in dicto. c. quãto. extra de iudi. glos. in. c. piæ. xvj. quæst. vij. Nõ enim faciẽda est, se-
467 cundùm eos, differẽtia † siue personali siue reali actione pro re spirituali aut spirituali annexa agatur. plures alias extẽsiones à Decio in vnum coactæ sunt in dicto. c. decernimus. quas vnusquisque sedulus lector videre potest. Et ob id eas non transcribo. Et ad confirmationẽ huius opinionis plura referũtur. Primò Anto. de Butrio & alij sui sequaces citant dictum. c. literas. extra de calum. &. c. ex quæstione. extra de restitu. spoliato. in quibus probatum esse ait, causam matrimonialem, siue possessoria sit, siue super proprietate vel validitate aut inualiditate matrimonij introducatur, coram solo ecclesiastico iudice tractandam esse. Quibus, secundùm eos, conuenit c. tuam. extra de ordi. cognitio. &. c. lator. extra qui filij sint legiti. ibi, in causam ille præsumpserit obijcere quòd pater eius non esset de legitimo matrimonio natus. Et sic petitio hæreditatis quæ coram seculari iudice introducta fuerat suspensa est, donec per ecclesiasticum iudicem decisum extitisset, An actor ex legitimo matrimo-
468 nio natus esset. Secundò causa † possessoria proprietatis causam annexam habens, qualis est matrimonialis, vel beneficialis, omnino spiritualis esse censetur. c. accedẽs. extra vt lite non contesta. c. de iure. extra de iure patro. in his verbis, spirituali annexum. Et ratio vltra Anto. est, quoniã difficile, imò impossibile est, causam possessoriam beneficij tractare, quin simul de titulo cognoscatur, saltem agens probabiliter de titulo fidem facere debet, secundùm glos. in. c. in literis. & in. c. ex transmissa. extra de restitu. spoliato. & c. primo. vt lite penden. libro. vj. Et de viribus tituli ad effectus possessionis discutitur, cùm beneficium sine canonica institutione obtineri nõ possit. c. beneficium. de regu. iur. in. vj. c. ex frequentibus. extra de insti. cognoscendo igitur de meritis tituli, de proprietate notio assumitur. c. primo. extra de restitu. spoliato. l. iij. §. genera. ff. de acquiren. pos. Mirum igitur non est, si Anton. de Butrio, dixit omnes causas beneficiales proprietatis causam semper annexã habere. Idẽ in matrimonio dicas. c. ex parte. &. c. ex trãsmis-
469 sa. vbi glos. ij. extra de restit. spoliato. † Difficile enim est, imò potius impossibile de illa exceptiõe, an ex legitimo matrimonio quis natus sit, discutere, quin cognitio ad matrimonij radicem attingatur: vt inquit tex. in dicto. c. ex parte. Igitur propter tam propinquam tãmve cõiunctam & annexam causam possessorij cum proprietate licere nõ debet iudici laico de possessorio, sicuti

neque

neque de petitorio ius dicere, dicta cle. dispendiosam. de iudic. Idem dicas in causa vsurarum, per illum tex. secundùm Lappum in dicta alleg. lvj. Allegat ad id duas glos. primam in. c. ex literis. extra de iureiur. dum glos. final. dicit causam vsurarum quasi spiritualem esse. Altera glos. est in. c. cùm sit. in glos. fin. extra de foro competen. quæ dicit causas vsurarum, hæresis, simoniæ, & adulterij esse ecclesiasticas. c. primo. extra de offic. ordi. & dicta clementi. dispendiosam. de iudi. vbi causa matrimonialis, & causa vsurarum paritate rationis iudicantur. Si igitur mere spirituales sunt, quomodo secularis iudex competēs esse potest. c. qualiter & quādo. & dicto. c. quanto. extra de iudi. l. omni innouatiōe. C. de sacrosanc. eccle. §. primo. in authen. apud quos opormo. aut assister. collatione sexta.

470 Tertiò, causa † beneficialis possessoria cùm annexam secum habeat spiritualem causam, sapere omnino debet naturam spiritualis, & propter vtriusque causæ continentiā, qui de possessione cognoscit pariter & de proprietate diffinire debet. l. nulli prorsus. C. de iudi. Nemo autem inficiatus est vnquam, secularem iudicem non esse idoneum iudicē proprietatis seu quæstionis petitorij alicuius beneficij, aut alicuius causæ spiritualis. Obstarent enim contrarium asserenti omnia iura ciuilia, canonica, & humana. c. causam quæ. extra de præscriptioni. c. si iudex laicus. de senten. excommunica. in. vj. dicto. c. qualiter & quando. extra de iudic. dicta. l. omni innouatione. C. de sacrosanct. eccles. Diuisum enim imperium cum Ioue Cæsar habet. c. per venerabilem. & c. causam quæ. ij. extra qui filij sint legitimi. c. conuenior. xxiij. quæst. viij. sed si possessoriū beneficij coram laico iudice tractari posset, causæ continentiam diuidere necesse esset cōtra casum dictæ. l. nulli. C. de iudi. Et idem secundùm eundem Anto. tenet Inno. in. c. cùm dilecti. extra de electio. & Archi. in. c. frequens. de restitu. spoliato. lib. vj. cùm eis est Andre. Barba. in. c. fin. extra de iudic. vbi ad confirmationem huius argumenti tria alia recenset, quæ etiam Frācisc. Curt. in tracta. suo feud. in. vij. parte, quæstione. vj. repetit; quæ hic non transcribo. Et vltra quàm dicant, addo vnum cuius suprà meminimus, neque

471 pudebit repetere, quia hic plura addam. † Vbi duo sunt tam propinqua & connexa, maius dignum minus dignum ad se trahit. c. per tuas. extra de arbi. vbi compromissum in duos laicos de re ecclesiastica factum non fuit nullum declaratum, eo quòd cum eis adiunctus esset tertius vir ecclesiasticus. Et Mathesellanus in notab. cxliiij. incipiente, si in causa indiuidua. dicit, si quis in causa indiuidua laicum cum clerico vult conuenire, tenetur vtrunque coram ecclesiastico iudice conuenire, per regulam prædictā. c. quod in dubijs. extra de consecra. ecclesia. vel alta. l. præcipimus. §. j. C. de appellatio. quanquam Bar. contrarium dicat in. l. iij. ff. de colleg. illicit. non recordatus eorū quæ dixit in. d. l. præcipimus. Addit Pet. de Ancha. c. cura. & c. laicis. extra de fo. cōpet. Addo quod Bar. scribit in. l. j. §. si quis in

472 appellatione. ff. de appel. dum quærit, † si duobus iudicibus commissa est causa, quorum vnus ecclesiasticus est, alter verò secularis, si ab eis appelletur, nō erit superior iudex laicus adeūdus, sed ecclesiasticus superior, qui de causa appellationis diffiniat, ne causæ cōtinentia diuidatur. l. ij. C. de quib. reb. ad eundem iudi. eatur. l. nulli. C. de iudi. l. si communem. ff. quemadmo. seruit. amitta. Idem dixit Salice. in dicta. l. præcipimus. Quibus adde Bart. in. l. solent. colum. ij. ff. de alimen. & ciba. lega. Eundem in. l. iurisperitos. §. j. ff. de excusatio. tut. Roma. in. l. prima. §. primo. ff. de noui ope. nuntia. Cin. & Paul. de Castro in l. fina. C. de iurisdict. om. iudi. l. prima. C. de offi. præfecti vrb. Prædictis addo quod Abb. notat in. c. fin. extra de iure patrona. si laicus ius patronatus cōmune cum clerico habeat, semestre ad præsentandum beneficio adiuncti concedetur. c. vnico. de iure patro. libro. vj. Adde text. in. l. si post mortem. §. fin. ff. de bono. posses. contra tabul. l. fina. ff. de libe. & posthu. Et si vis hoc vulgatum adagium alijs non dissimilibus extensionibus augere, lege Felin. in. c. placuit. iij. colum. extra de præscript. & in. c. quàm sit. in primo notabili. extra de Iudæis. Moder. Papiē. in. l. imperium. in primo notabili. ff. de iurisdictio. omniū iudic. si igitur spiritualia temporalibus digniora sunt. c. solitæ. extra de maioritate & obedientia,

473 c. duo sunt. xcvj. distinctio. † Causa igitur possessoria ad iudicem quæstionis proprietatis capacem, qui est ecclesiasticus iudex, solùm trahi debet, quoniam iurisdictio eius in iure communi fundata est. §. primo. in authen. de alie. & emphyteusi. argumēto est. l. prima, & epistola, inter claras. C. de summa trinita. & fide catho. Et maximè secundùm Anto. cum laicus ex quadā gratia ab ecclesia concessa effectus sit iuris patronatus capax, qui aliàs spiritualium iurium incapax est. c. causam quæ. extra de præscript. & c. sacrosancta. & c. Messana. extra de electio. Non licet igitur in damnum ecclesiæ cōuertere. verum est enim laicos gratiam ab ecclesia accepisse, argumento. l. tertiæ. ff. de obseq. patron. præstand. c. vnico. de allodijs. collatione decima. vbi hoc notat Baldus.

Quartò, plurimùm vrget dictū Inno. in. c. cæ-

474 terū. circa prin. extra de iudi. dū dicit, † clericū vasallum spoliatum, propter spoliationē agere posse interdicto recuperandæ possessionis, aut alio remedio possessorio corā iudice ecclesiastico, cùm per eam cōmissum sit sacrilegiū. c. cùm sit. extra de foro compet. & ex hoc capite ecclesiasticum crimen est. c. in canonibus. xvj. quæst. §. cognoscere ergo debet ecclesiasticus iudex de huiusmodi spoliatione. c. si quis de potentibus.

xxiiij. quæstio.iij. & in ea summariè procedere. c.primo.extra de eo qui mit.in pos. causa rei ser uandæ. Pariter & causam proprietatis diffinire, secūdùm Anto.de Butrio in dicto.c.literas. extra de calōnia.qui allegat ad id Archid.in.c.vnico.de eo qui mitti.in pos. causa rei seruand. lib. vj. Et hanc Inno.opinionem Cardi. in dicta cle. dispēdiosam.in.x. quæstio. de iudicio cōfirmat,

475 † cùm is qui possessorio agit probabiliter fidē de titulo suæ possessionis facere debeat, secundùm glos.in dicto.c.ex literis.extra de restit.spoliato.& in.c.primo.vt lite penden.lib.vj. Secundò quod causæ cōtinentia diuidi nō debet. quæ duo dicta suprà declarauimus, & iterum succinctè repeto.ecclesiasticus iudex solus de proprietate vel quasi tituli beneficij vel iuris spiritualis diffinire potest,dicto.c. quanto. extra de iudic. Et illorum incapax est laicus iudex, & causa possessoria cum petitorio iudicio continens est, dicta.l.nulli prorsus.C.de iudi. Et illi tituli qui ad petitorij diffinitionem necessarij sunt, pariter in possessorio etiam summario tractari & examinari debent,imò necessario conferunt, vt possit in vno iudicio sententia lata iudicati exceptionem parere in altero.l.fundi.&.l.fundum.ff.de exceptio. Non licet igitur possessoriū à petitorio distinguere, ne fortè contingat diuersa in eadem re sequi iudicia.l.finali.§. quoniam.C. de re milita.libro duodecimo.

476 Confirmatur & secundò. † Omne antecedens consequentis necessarij naturam sequi debet,& secundùm illam regulari.l. illud.ff. de acquir.hæred.l.j.&.ij.ff.de pecul.si consequentis, id est petitorij laicus iudex idoneus non sit diffinitor,quomodo potest possessorij esse discussor & terminator,cùm causæ continentiā,id est, possessorij & petitorij diuidere iura nō permittant, dicta.l.nulli prorsus. Et Rochus Curtius notat in dicto suo tractatu iuris patronatus. & solet ponderari tex.in dicta clemen. dispendiosam. in verbo,tangentibus. de iudi. quem tex. illic rectè considerauit Cardi.in.xj.notabili.& in.x. quæstione. Et per hæc duo fundamēta Curtius dixit tutius esse hanc sententiam sequi propter fauorē ecclesiæ, pro qua in dubio iudicandum esse ait, cùm clericis laici oppidò infesti sunt.c.laicos. & c.laici.ij.quæstio. vij.c. clericis.de immunita.eccles.libro.vj. Addebant & tertiò aliam iuris re-

477 gulā ad huius opinionis cōfirmationē: † quia quæ religiosis adhærent religiosa sunt.l.quæ religiosis.ff. de rei vendica.l. inter stipulantem.§. sacram.ff.de verbo.obliga. quæstio autem possessoria adeo annexa est petitoriæ, vt continens esse dicatur, in dicta.l. nulli prorsus. Imò,vt dicit illa clemen.dispēdiosam.quæ causas illas spirituales tangunt,quales quidem sunt,eodem iure regulari debent,dum ille tex.ait, & eas quoquo modo tangentibus. Et idem dicit glos.in iure patronatus in dicto.c.quāto.extra de iudi. & in.c. piæ mentis.xvj.quæstio.vij. Additur & quartò, quoniam annexorum seu connexorū eadem est ratio, & idem iudicium fieri debet.c. translato. extra de constitu.l.j.&.ij.ff.de pecul.lega.& dixi suprà. quod autem cōnexa sit causa possessionis & proprietatis, satis suprà dictum est dicto c.quanto.extra de iudic.l.omni innouatione.C. de sacrosanc.eccle.c.de iure. extra de iure patrona. Et ideo diuerso iure iudicāda non sunt, dicta l.nulli prorsus.C.de iudi.

Quintò,qui huic opi.adhærent, dicunt aduersam opinionem quæ potissimè Barto.fuit in dicta.l. Titia.ff.de solu.matri.& in dicta.l.omni innouatione.C.de sacrosanc.eccle. in hoc solum con-

478 sistere,quia † quæstiones possessoriæ sunt meri facti, neque habēt iuris quæstionem admixtam. Tolle exemplum in.c.lator. extra qui filij sint legiti. Si in iudicio petitionis hæreditatis exceptio hæc incidat quod is qui illo iudicio agit ex legitimo matrimonio natus non sit: Certè illa non erit iuris sed facti quæstio. dubium enim non est in iure illum actorem legitimum non esse, neque successionis capacem, vbi constiterit ex illicito coitu natum, vel eum non esse cōstante matrimonio natum. hoc autem quòd sit ex illicito coitu vel nullo existente matrimonio natus, iuris non est,sed facti tantum, dicta.l. Titia.ff.solu. matri. Cui ego addo meliorem tex.in.l. in bonæ fidei. §.in contrarium. versi. hoc enim ad ius.ff. de acquiren.rerum domi. Inquit ille tex. hoc enim ad ius,id est,ad vsucapionem, illud ad factum pertinere, vt si quis bona fide, aut mala fide possideat. Igitur dicunt illi, si quæstio iuris emergat, laicus iudex huius quæstionis cōpetens esse non potest. Sed causa possessoria beneficij vel alterius spiritualis iuris omnino à causa possessoria rei prophanæ diuersa est: quia illa sine titulo iusto & vero obtineri neque decidi potest, dicto.c. ex frequentibus.extra de institu.&.c. beneficiū. de regu.iur.in.vj. Non potest ergo alibi tractari quàm coram ecclesiastico iudice, cùm de iuris canonici interpretatione tantum tractetur, dicta.l. omni innouatione.C.de sacrosanct. eccles.&.c. qualiter & quando.&.c. quanto.extra de iudic. c.tuam.extra de ordi.cognitio. Neque potest Barto. opinio subsistere, nisi super illo mero facto spoliationis, An clericus de facto spoliatus sit: vt in.c.consultationibus. extra de iure patrona. Non autem posset iudicare an iure spoliatus esset. Ita glos.sentit in.c.literas. extra de iuramen. calum. Et Cardi. in dicta clemen. dispendiosam. in.x.quæstione.de iudi. vbi dicit non procedere

479 Bertrandi † opinionem dicentis in possessorio iudicio necesse esse saltem de titulo fidem facere, quoniam,inquit Cardi. non est opus in iudicio spoliatorio de titulo fidem facere. per tex.in dicto.c.in literis.extra de restitu. spolia. sufficere enim debet spoliato dicere se spoliatum, quia etiam prædo restituendus est. c. reintegranda.

iij.quæst

iij.quæstio.§.l.j.§. qui à me.ff. de vi & vi arma.
vbi ergo causa possessoria talis sit, in qua de titu
lo docere oportet, qualis est in interdicto retinē
dæ vel adipiscendæ possessionis, vt in.c.pastora
lis.extra de causa posses.vel proprieta.Non po-
test laicus iudex cōperens esse. Quod autem vl-
timum dictum declarat, vt per glos. Bartol.Bal.
& reliquos in.l.si de vi.ff.de iudic.dixi in.l.si qs
vi.§.differentia.ff.de acquiren.posses.
Sextò, Philippus Decius in.c.decernimus.xx.
colum.versic.quartò fallit.extra de iudic.dedu-
cit vnū, cui dicit non fuisse hactenus responsum.
dicit enim ad cōfirmationem præcedentis argu-
480 menti † ex facto ius oriri.l.si ex plagis.ff. ad le-
gem Aquil.Non potest igitur secūdùm Philip.
Decium aliqua facti quæstio esse, quin etiam iu-
ris quæstio ex ea resultet, super qua iudex neces-
sario ius dicere debet. Quomodo, inquit, pote-
rit secularis iudex de quæstione facti, quod ha-
bet iuris quæstionem annexam, diffinire, quin il
lud factum cum spirituali iure mixtum sit? Et de
spirituali iure non recte diffinit, dicto.c. quāto.
extra de iudi. Et ad suæ opinionis confirmatio-
nem citat Bart.in.l.præcipimus.C. de appel. Et
quanquam Iason in.l.quoties.C.de iudi. secun-
dùm eundem Philip.Decium nisus sit huic argu
mento solutionem præstare facta aduersus hoc
argumentum instantia. Quoniam, inquit Iason,
si argumentū subsisteret, lex potius verbis quàm
rebus imposita esset, contra.l. primam.§.fina.C.
communia de lega. docereturq; lex mentiri. Nam
qui vellet secularis iudicis notionem interuerte-
re, semper iuris exceptionem aut quæstionē op-
poneret, vt ad ecclesiasticum iudicem omnia tra
heret. quod non laudat glos. in.c. si clericus. in
uerbo, de consuetudine. extra de foro competē.
481 Licet secūdùm eandem glos. † Papa hodie pas-
sim literas huiusmodi effectus cōcedat: & ita as-
sumit sibi iurisdictionē aliorum, contra id quod
dixit in.c.nouit.extra de iudi.& male, inquit Ar
chidia.in.c.hoc videtur.ij.colum.xxij. quæstio.
v. Et Bartol.in.l.j.§.fin.ff.de pœn. Et hoc argu-
mento prius Philip.Decio vsus est Anto.de Bu
trio in.c.fina.iiij.colum.extra de iudic.Pro quo
adde tex.in.c.causam.extra de rescrip. Tandem
Decius in loco prædicto ait nō esse bonum, ne-
que verum Iaso.respōsum, neque instātiam eius
tollere argumētum, eo quòd ius ex illo facto re-
sultans spirituale est, & causa, ex qua factum ori
tur, spiritualis est, cuius incapax est iudex secula
ris, per supradicta. Vlterius addens, ius patrona
tus quantumcunque fundo vel villæ hæreat, ta-
men spirituale est, saltem spirituali annexum.c.
de iure.extra de iure patro.sed quæstio illa iuris
patronatus adeo spiritualitati connexa & anne-
xa est vt separari nequeat, dicto.c.quanto.extra
482 de iudi. † sed vbi quæstio facti inseparabilis est
à quæstione iuris, idem fieri debet de quæstione
facti iudicium quod & de iuris quæstione fit, se-
cundùm Barto.in.l.solent.ff.de alimen. & ciba.
lega. Et vltra quàm dicant, induco tex.in.c.con-
uenior.xxiij.q.viij. ibi, noli grauare te impera-
tor, vt putes te in ea quæ diuina sunt imperiale
aliquod ius habere. Non videtur ergo iure susti
neri posse laicum iudicem capacem esse iudicem
quæstionis possessoriæ, cuiuscunque qualitatis
sit, etiam recuperandæ possessionis, cùm ea diui
na & spiritualia esse dicātur, quæ quomodocun
que spiritualia tangunt, dicta clemen.dispendio
sam.de iudi.clemen.vnica. de causa pos. & pro-
prieta. Alia etiam plura cōgerit Frācis. Curtius,
in septima parte dicti tractatus feuda. quæst.vj.
quæ non repeto neque transcribo. Ex aduerso
Bar. cui ferè tota legistarum academia se subscri
psit in.l. Titia.ff.soluto matri.& in dicta.l.omni
innouatione.C.de sacrosanct.eccle.& in.l.quo-
483 ties.C.de iudic. dicit † secularem iudicem recte
& iure de quæstione facti seu possessorio benefi
cij seu alterius rei ecclesiasticæ posse cognoscere
& diffinire. Alioqui si secus sentiremus, sequere
tur vnum quod à iure deuium esset, quòd eccle-
siastici iudices ad suum tribunal omnia trahere
possent, sicuti facere solēt, vt suprà recensui post
glos.in.c.si clericus. extra de foro competen. &
Archid.in.c.hoc videtur.ij.colum.xxij.q.v.sicu
ti & Bonifacius sua cōstitutione statuere voluit
in.c.quoniam.de immunita.ecclesia.lib.vj. obli
tus eorum quæ scripta sunt in.c.ij.extra de priui
leg.& in.c.nouit.extra de iudi. Et ideo Bonifa-
ciana constitutio in Gallia nūquam recepta est,
& quam cùm aliquādo officialis Rothomagen.
aliqua synodali constitutione repetere, & susci-
tare nisus fuisset, die sibi à curia dicto multam su
stinuit, quæ curiæ iudicio illi indicta est. Neque
secundùm Barto.& qui eum sequuntur, obstare
potest, dicta.l.omni innouatione. quæ sic legi &
484 interpretari debet, † vbi super canonis vel de-
cretalis vel alterius ecclesiasticæ constitutionis
dubitatio oritur, hoc ad sacrosanctum Romanū
antistitē, vel canonis, seu decretalis epistolæ con
ditorem remittendū & referendū esse.hoc aper-
tè, & sole clarius, in eadē lege probatur. Primò,
dum in capite legis dicitur, vetustatem & cano-
nes pristinos ecclesiasticos, qui vsque nūc tenue
runt, etiam per omnes Illyrici prouincias obser-
uari. Et sequit̄ in tex. vt si quid dubietatis emer-
serit, id oporteat cōuentui sacerdotali, sanctoq;
iudicio reseruari. Sed vbi clari erūt canones, seu
ecclesiæ cōstitutiones, super quibus dubitari ne-
quit, nō prohibet illa lex laico iudici secundùm
eos diffinire & iudicare, iuxta.c.primū & secun-
dum extra de noui ope.nuntia.& in.l.j.&.l.nul-
lus.C.de sum.trini.& fide catholi. Licet cōstitu
tio imperialis aliud statueret: vt notatur per om
nes in.c.nulli.extra de reb.eccles.nō alienan.dū
de Leonina cōstitutiōe illa decretalis loquitur,
& præsertim secundùm Accur.in dicta.l.j.C.de
sum.trini.& fide catho. quando materia peccati

discutitur, dicto.c.nouit.extra de iudi. & ita Pe-
trus sentit in dicta.l. omni innouatione. tametsi
per Bald. & Paul. de Cast. aliter conclusum esse
videatur. Et hanc sententiam Andre. de Iser. pro-
sequitur & approbat in.c.vnico, in verbo, con-
trahentium incestas nuptias. quæ sunt regal. col
485 latio.x. Dicit enim † si agatur in causa matrimo
niali, vt matrimonium separetur quo ad thorum
propter adulterium, vt in.c.tuæ. extra de procu-
ra. vel si dicatur matrimoniũ non potuisse de iu-
re celebrari vel cõtrahi, vel quòd vsurarius pro-
pter vsuram cõmunione & Christiana sepultu-
ra priuetur, vel alia ecclesiastica pœna propter
vsurã puniatur.c.quia in omnibus.extra de vsu-
ris. vel quòd excommunicatio iure imposita nõ
sit, cùm excõmunicationem non præcesserit mo
nitio, vt in.c.sacro.extra de senten.excommuni.
& in clemen.prima.de vita & honesta.cleri.hoc
totum ad ecclesiasticum iudicem spectat, foriq;
erit ecclesiastici cognoscere & iudicare. Si verò
ad pœnam ciuilem, id est, à iure ciuili impositam
agatur, quia de adulterio aliquis accusatus sit,
vel quòd vsurarij publici bona publicentur, &
fisco acquirãtur, vel quod per vsuram ablatum
est restituatur, vel si excommunicatio propona-
tur ad impediendum litis ingressum coram secu
lari iudice, vt in.c.j.de exceptio.in.vj. vel an ali-
quis excommunicationem maiorem incurreret
propter facti cõtingentiam, quia sacerdotẽ quis
violenter percusserit, vt in.c.si quis suadente dia
bolo.xvij.q.iiij. & proponatur percussorem nõ
incurrisse canonis sentẽtiam, cùm is qui percus-
sus est in tonsura & habitu clericali inuentus nõ
esset: de his omnibus secularis iudex cognosce-
re & diffinire poterit secundùm eum: neque se-
cus in iure canonico scriptum inuenitur. Et dicit
Andr. de Iser. in loco prædicto, simili argumen-
tatione vsum fuisse põtificem in.c.is qui.de sen-
ten.excõmunica.lib.vj.ibi, cùm id nõ sit expres-
sum in iure. & in.c.j.de supplen.negligẽ. præla.
486 eo.lib. † ibi, cùm non inueniatur à iure conces-
sum, intelligitur, inquit Andr. de Iser. ecclesiasti
co iudici prohibitum quod in iure nõ reperitur
expresse concessum.c.inter corporalia.§.sed ne-
que.extra de transla.episco.c.dilectus. extra de
tempo.ordina. Cum non intendat papa iurisdi-
ctioni seculari derogare.c.ex tenore.extra de fo
ro compe.dicto.c.nouit.extra de iudic. & dicto
c.ij.extra de priuileg. Facti autem quæstio in po
testate iudicis est, iuris executio sub legis rema-
net potestate. Allegat.l.primã.§.j.ff. ad Tertul-
lia. sed voluit allegare.l.j.§.j.versi.si autem pro-
nuntiauit. & versi.seq.ff.ad Turpil. senatuscon.
Et in eadem opinione est Anto. de Butrio in di-
cto.c.tuam.in colum.pen. & fina. extra de ordi.
cognitio. & in.c.cùm sit.extra de foro competẽ.
Alex.in.d.l.Titia.ff.solu.matri. Et Moder. Pa-
pien.in.d.l.quoties.C.de iudi. Ex eorum autem
doctrina elici necessariò videtur voluisse dicere,
487 † iudicem secularem competẽtem esse tantum
eorum quæ sunt facti, seu quæ in facto non in iu
re consistunt. & sic secundùm Cardi. opinionem
in dicta clemen. dispẽdiosam. de iudi. de posses-
sorio recuperandæ, non autem retinẽdæ posses-
sionis posse cognoscere: quia cùm in hoc reti-
nendæ vel etiam adipiscendæ possessionis inter-
dicto de iure doceri debeat, non videatur iudex
secularis idoneus esse iudex: vt paulo pòst decla
rabimus. Licet à Cardi. Flor. pleriq; discedant.

Ex aduerso plura sunt per quæ iustè dici, imò
concludi debet laicum seu secularẽ iudicem cõ-
petentem esse iudicem omnium & singulorũ in-
terdictorum adipiscendæ, retinendæ, & recupe-
randæ possessionis cuiuscunq; spiritualis seu ec-
clesiastici iuris, nulla distinctione eorum facta.

In primis hæc conclusio prorsus absoluta vi-
detur, in.c.causam quæ.ij. extra qui filij sint legi
ti. Cuius decre.tex. curaui in omnibus suis parti
bus designare. Prima erit in his verbis, verum
quia literis nostris inseri fecimus vt sæpe fato R.
possessione omnium quorum possessor extitit,
quando auus suus proficiscẽdi Hierosolymam
iter arripuit ante principalis causæ ingressum fe
ceritis restitui, si eadem possessione fuisset per
488 violentiã spoliatus. † Ecce quomodo papa suis
delegatis iudicibus mandauerit spoliatum ante
initium principalis causæ, quæ super legitimita-
te matrimonij erat, rebus suis, quibus spoliatus
erat, restitui, quod molestè grauiterq; tulit An-
gliæ rex, neq; permisit delegatos iudices de hu-
iusmodi spoliatione cognoscere, questusq; est
apud pontificem. hac ratione põtifex ductus epi
stolam suã decretalem Londonẽ. & Vigoriẽ.
episcopis rescripsit, qua mandauit regi possesso
rium iudicium relinqui. Et quæso attende ratio-
nem illius decretalis cõstitutionis. Nos, inquit,
attendentes quod ad regem pertinet, non ad ec-
clesiam de talibus possessionibus iudicare, ne vi
deamur iuri regis Anglorũ detrahere, qui ipsa-
rum iudicium ad se asserit pertinere. Ob id præ-
fatis episcopis mandat vt de principali causa tan
tum, quæ est, vtrum mater prædicti R. de legiti-
489 mo sit matrimonio nata. † Licet incõgruum si-
bi videatur vt matrimonium genitoris præfati
R. impetatur quod ea viuente non fuit, vt dici-
tur, impetitum. Ecce quomodo clare pontifex
iudiciũ spoliationis rerum ad laicũ iudicẽ remit
tit: licet super eo diffiniri difficile imò impossibi
le est, quin de illegitimitate matrimonij tractet.
quomodo enim illi restitutio fiet quæ illegiti-
mè nata est? Obstat authentica, ex complexu. &
l.cũ ancillis.C. de incest. nupt. plura dicã infrà.

Secundò vrget.c.finale. extra de iudic. etiam
si discedamus ab opinione & interpretatione
Tancredi antiqui glossatoris, quam condem-
nant Hostiensis, Ioannes Andreas & reliqui o-
mnes Canonistæ in eo quod voluerit Tancre-
dus dicere illam decretalem intelligi debere de
quæstio

quæstione rectoris parochialis ecclesiæ de Sina, vel sanctæ Mariæ de Florentia, non autē rectoris castri de Sina. quod Hostiē. Ioā. Andr. & reliquis non placuit. voluit enim debere de rectore castri non parochialis ecclesiæ intelligi. Et mouentur, cùm in fine eiusdem decretalis dicatur, tempus regiminis electi inutiliter eluda-
490 tur: quæ necessariò nō arguunt, † quoniam nō solent castrorū custodes, rectores nominari, sed aut castaldini, vel gardiani, vel capitanei: vt in.c. vnico. de feud. gard. vel castal. coll.x.c.§. quis dicа. dux, comes vel march. ead. colla. vel stationarij vel curiosi vel cohortales: vt in titu. C. de curio. & statio. & in titu. de cohorta. lib. xij. Circa autem istud diu non insistam. Conuertam igitur hoc argumentum ad aliud, quod ex illa decretali assumo. Nam ille tex. vult absonum non esse, imò iure licere iudicium possessorium eiusdem coram vno iudice tractari, corā altero verò petitorium diffiniri. Nam in illa decretali possessorium illius rectoriæ castri de Sina coram Florentino Potestate decisum fuit, coram quo voluit cōmunitas de eiusdē rectoriæ proprietate procedere, vt de illa per eum diffiniretur. Mandat pōtifex episcopo Bononiensi & T. & B. Praueñ. Bononiæ cōmorantibus, si eis de sententia prædicta constiterit vt communitatem moneant, & compellant electum ab abbate & conuentu sanctæ Mariæ de Florentia, in cuius fauorem sententia super rectoriæ possessorio lata erat, possidere, & in possessione remanere, donec per eos super illius proprietate diffinitum erit. Quibus proprietatis causam terminandam committit.
491 † Nihil igitur in hoc commune habebit possessio cùm proprietate: vt in.l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. pos. alioqui si insisteremus interpretationi datæ ad.l. nulli prorsus. C. de iudi. non fuisset iustum neq; verum pontificis iudicium in dicto capitu. fina. quia quemadmodum Florētinus Potestas de possessorio rectoriæ cognouerat, pariter & de proprietate iudicare debebat, nō autem ab eo proprietatis cognitio auferri: imo nec poterat proprietatis cām suis iudicibus committere, cùm sui fori nō esset, sed temporalis iurisdictionis & fori. c. causam quæ. extra qui filij sunt legitimi. & plura dicam infrà. dicāt forte aliqui esse patrimonij ecclesiæ, quod inficiatur imperator populúsque Florentinus: vt in tractatu pacis videri potest in titulo de pace Constantiæ. collatio. x.

Tertiò, confirmatur capitu. ex parte. extra de foro competenti. Ad cuius inductionem præ-
492 mitte † in causa feudali solum dominum feudi etiam ecclesiastici iudicem esse competentem, ca. nouit. & c. cæterum. extra de iudi. ca. verum. extra de foro competen. cùm, vt suprà dixi, diuisum imperium cum Ioue Cæsar habeat. dicto. c. conuenior. & c. tributum. xxiij. quæstio. viij. Et hac ratione pontifex suam commissionem reuocauit, in dicto. c. causam quæ. extra qui filij sint legiti. inquit pontifex in dicto. c. ij. extra de priuileg. in iudicijs laicorū priuilegia turbare noluimus, ita eis præiudicātibus nobis, moderatè voluimus authoritate resistere. Secundò, non licet vasallo domini iudicium refugere, imò requirere debet. c. præterea si inter duos. de prohibi. feud. aliena. per Frideric. c. vnico. an apud iudi.
493 vel curiam domini quæst. feud. termi. deb. † Et si forte dominus vasallum obaudiret, & negligeret vasallo iustitiā ministrare, debet vasallus superiorem dominum adire. c. vnico. in fi. de mili. vasal. qui contu. est. collatio. x. Et secundùm iura canonica data vtriusque domini negligentia, licet tūc vasallo ecclesiasticum adire iudicem, & non aliàs. c. ex transmissa. extra de foro compet. clarum est autem ex his quæ in eadem decretali, ex parte. versi. idem quoq; adierit. recensentur, causam feudalem fuisse, neq; feudi dominum à vasallo fuisse requisitum: vnde ex negligētia accusari non poterat. nihilominus Honorius pōtifex non obstātibus illis exceptionibus quæ in petitorio potius quàm in possessorio quod regitia contra nobilem virum Gulielmum de Segrey intentabat, locum habere videantur, voluit archiepiscopum, decanum & archidiaconum Turonēses suos delegatos iudices, iuxta literarum suarum continentiā in possessorio procedere. Ex his alterum duorum necessariò ex illa decretali colligitur, aut pontificem contra iuris dispositionem iudicasse, aut debuisse causam illam possessoriā feudi domino remittere, iuxta dictū. c. causam quæ. extra qui filij sint legi. cùm domini feudi negligentia in nullo argueretur.
494 † Et si de causa petitoria debeat feudi dominus iudicare, dicto. c. verum. extra de for. competen. & dicto. c. nouit. & c. cæterum. extra de iudi. pariter & possessoria eiusdem feudi coram eodē terminari debebat, dicta. l. nulli prorsus. C. de iudi. per ea quæ in prima parte suprà dicta sunt. Non enim potest deuolutioni locus esse, nisi data iudicis laici negligentia. c. licet. extra de foro competen. Secūdo, licet immediatus feudi dominus neglexisset iustitiam vasallo ministrare, non poterit causæ cognitio ad ecclesiasticum iudicem deuolui, nisi & superior dominus, scilicet rex Franciæ pariter requisitus neglexisset iustitiam ministrare, vt suprà dictum est. c. vnico. in fi. de mili. vas. qui cōtu. est. Non cōstat autem in casu dictæ decretalis, ex parte. regem Frāciæ, qui superior erat dominus, requisitū fuisse: non poterat igitur pontifex delegatis suis iudicibus causam cōmittere: dicto. c. ij. extra de priuileg. & dicto. c. nouit. extra de iudi. per ea etiam quæ copiosius scripsimus in. ij. parte nostri tractatus, an rex Franciæ superiorem in temporalibus recognoscat. quæ hic repeti possent. Sed cùm pon-
495 tifex secus in ea diffinierit, quasi dicere velit † rerum prophanarū non tantū secularem iudicem,

verum etiam ecclesiasticũ competentem esse iudicem, dummodo de possessorio eius quæstio sit, non autẽ super petitorio, vt longe sit diuersa ratio possessorij & petitorij, & in possessorijs iudicijs omnes iudices tam seculares quàm ecclesiastici adiri possint, cuiuscũq; qualitatis illæ causæ fuerint, ciuiles & ꝓphanæ, seu spirituales vel ecclesiasticæ. Et ita notat illic glo. fin. & omnes post eam. Et si forte dixeris in illa decretali, ex parte. aliquid speciale esse, quia causa viduæ, & sic miserabilis personæ, tractatur, & illũ tex. ad id singularem esse affirmant. Et quod in illo tex. duo concurrebant, scilicet viduæ & miserabilis personæ: secũdò quod super restitutorio possessorio agebatur. Sed facilis & in promptu est
496 responsio. † Nam in causa etiã feudali quantũcunq; vidua agat, aut cõueniatur, laici seu secularis iudicis cognitionem & iurisdictionem interuertere non potest, nisi vbi secularis iudex negligens esset. c. ex tenore. extra de foro cõpeten. Et ita notat Inno. in. c. significãtibus. per illum tex. extra de offic. delega. Præsertim quando vidua nobilis est & diues, vel etiam si nobilis non sit, diues tamen est. Et dictum Inno. sequitur Ang. in. l. vnica. C. quando imper. inter pupil. & vidu. Imò plus secundùm eosdem, & præsertim Inno. in dicto. c. ex parte. extra de foro competen. vbi causa viduæ pauperis tractaretur de castro, aut alio feudo alicuius magnæ importãtiæ, non posset vidua iudicis secularis notionem vel iudiciũ refugere, nisi ob denegatam iustitiam, & in pari esset negligentia superior iudex illius qui postulatus & requisitus est, iustitiam denegauerit, dicto. c. verum. c. ex tenore. &. c. licet. extra de foro cõpet. dicto. c. significantibus. extra de offic. deleg. c. cæterũ. extra de iudi. Plus Roma. in. l. j. §. & post operis. iiij. col. in fine. ff. de noui oper.
497 nuntia. † dicit non esse in vasalli facultate alterius iudicis iurisdictionem absq; domini cõsensu prorogare. c. per venerabilẽ. §. insuper. extra qui filij sint legiti. dicto. c. ex transmissa. extra de foro cõpeten. dominus enim feudi aliam quàm iurisdictionis habet qualitatẽ, quæ est fidelitatis, propter quam ad id quod vtile est domino vasallus obligatur. c. vnico, de forma fideli. &. c. vnico, de noua for. fideli. coll. x. & hac ratione Feli. in. c. solitæ. iij. col. versi. inquantum post Innoc. illic, extra de maior. & obedien. dicit regem habentem comitatũ ratione cuius superiorem habet, si ab eo prouocetur reclamare nõ debet. In hoc enim regia dignitas in cõsideratione esse nõ potest. l. si quando. vbi hoc notat Bar. C. de appel. c. Romana. §. debet. de appel. in. vj. Ponderatur tex. in cle. pastoralis. §. denicq;. de re iudi. si per otium licet, dicã aliquando: cùm inter duos principes totius Christianitatis primos disputatio quãdoq; contigit. Ad institutum redeamus.
498 † Debebat potius regina Britãniæ seu Angliæ ad regem Franciæ refugere, vt ius, & iustitiã illi ministraret: cùm ratione feudi quod in Turonensi prouincia esset, illi subdita esset. capitulo, hæc quippe. iij. quæstione. vj. Neque obstabit quod secundo loco suprà relatum est, causam fuisse possessoriam interdicti recuperandæ possessionis; quia regina vidua spoliata erat: quoniam huic argu. obstat dictum. c. causam quæ. ij. extra qui filij sint legi. Et in hoc cõtrauenit pontifex in casu dicti. c. ex parte. extra de foro competen. his quæ scribit in. c. ij. extra de priuileg. & in. c. nouit. extra de iudi. dixi plura in. ij. pte nostri tractatus, quæ hic repeti possent. Neq; hac ratione video quomodo saluari posset decisio Honorij papæ in dicto. c. ex pte. nisi dixerimus cum Bernardo glossatore iuris canonici in dicto
499 c. si clericus. extra de foro cõpetẽ. † papam sæpissime literas ecclesiasticis iudicibus aduersus laicos scribere, cõtra id quod scribit in dicto. c. nouit. Ob id, inquit, mirum non est, si totus iudiciorum ordo peruertatur. tantũdem dixit Bar. in l. j. §. si. ff. de pœn. Et expressius Hostien. & post eum Ioan. Andr. in dicto. c. solitæ. iij. colũ. extra de maiori. & obediẽ. dicũt enim & spiritualem & regalẽ gladios hodie reciprocare. Nanq; in multis locis tẽporalis gladius sacerdotalis effectus est, ecclesiasticos & res ecclesiasticas pariter vt laicos & res temporales iudicans, contra id quod scribitur in authen. vt cleri. apud propr.
500 episco. §. si verò ecclesiasticum. colla. ix. † Similiter spiritualis gladius ex leui causa nõ tantum per alios, sed & per seipsum mouens guerras & nutriens factus est militaris, cõtra iura. c. j. extra de treug. & pace. c. ex multa. §. de clericis. extra de voto & voti redemptio. Neq; secundũ eosdẽ hæc pestis cessabit aut deficiet, donec vterq; suis terminis contentus sit. c. j. §. fin. extra de sepultu. super quo salubre esset specialem cõstitutionem facere. hæc illi. Alia vide per eundem Hostiẽ. in c. vnico. extra de sacra vnctio. Si autem huic põtificis decisioni insistere canonistæ & ecclesiastici iudices desiderant, transeat cum cæteris canonistarum erroribus. Ex eo autem cõstabit aliam esse possessorij & aliam petitorij causam, & vnã ab altera plurimum differre, quicquid dicat Decius & alij per dictam legẽ, nulli prorsus. C. de iudic. & abundantius haud multo post aperie-
501 mus. Quartò clarius † inter vtrunq; iudicium possessorium & petitorium differentia probatur in capitu. literas. §. præterea. in verbo, iuramento. extra de restitutio. spoliato. vbi in iudicio restitutorio vult calumniæ iuramentnm deferri. in spiritualibus autem causis iura antiqua canonica exigi prohibent, neque deferri permittunt, capitu. literas. extra de iuramento calumniæ. Licet per Bonifacium antiqua iura correcta fuerunt. voluit enim in spiritualibus, sicut & in temporalibus calumniæ iuramentum exigi, capitu. j. de iuramento calumniæ. lib. vj. Ecce quomodo iudicium possessorium inter causas spiri

ſpirituales & eccleſiaſticas nõ annumeratur. Et
ad id nõ taccbo gloſ.in.c.cùm dilecti. in verbo,
iuramẽto.extra de electio. Cuius verba tranſcri
bere non pudebit,inquit illa gloſ. Vel dic quòd
licet cauſa ſit ſuper re ſpirituali,quod etiam dire
cte agens præſtabit iuramentum calumniæ, vt ſi
agatur ad reſtitutionẽ rei ſpiritualis: vt infrà de
reſtitu.ſpolia.c.literas. Et Inno.in eadem decre-
ta.colum.ij.quem illic Hoſtien.& Ioan.Andre.
ſequuntur, dicit, ſed certe aliqui dicunt, & non
502 male, † quod non eſt mere ſpiritualis cauſa vbi
agitur ad reſtitutionem ſpiritualium, ſed & po-
pularis eſt. Illam gloſ. ſequitur Ioan. Andre. in
c.primo.de reſtitu.ſpoliato.in.vj.& in ead.opi-
nio.illic fuit Archid.per illum tex.dicebat enim
Archidia.ſecundùm Ioan. Andre. quoſdam di-
cere, non eſſe cauſam mere ſpiritualem quando
agitur de reſtitutione ſpiritualium. & iſti nõ ma
le dicunt,vt notat Innocen.de electio.c.cùm di-
lecti. Et recte probat illa decretal.prima.de re-
ſtitutio.ſpoliato.libro.vj.ibi, quòd ſpoliationis
exceptio nõnunquã in iudicijs calumnioſe pro-
poſita cauſas eccleſiaſticas impedit et perturbat.

Quintò,non valet conſequentia, Cauſa ſpiri
tualis eſt ſeu eccleſiaſtica, de ea igitur ſecularis
iudex non tantum principaliter,ſed neque inci-
denter cognoſcere poteſt.huic enim conſequen
503 tiæ obſtabit hæc inſtantia. † clarum enim eſt ſa-
crilegium crimen eſſe eccleſiaſticum.c. conque-
ſtus.extra de foro competen.c. ſi quis cõtumax.
&.c.quiſquis.in verbo, coram epiſcopo ſatiſfa-
cere detrectauerit.& in verbo, & velut ſacrilegi
canonicæ ſententiæ ſubiugentur.c.ſi quis dein-
ceps.& per totam penè quæſtionem.xvij. quæ-
ſtione.iiij.Et tamen tex.in.c.cùm ſit.extra de fo
ro competen. dicit laicum iudicem de ſacrilegio
poſſe cognoſcere.

Imò plus Anto. de Butrio in.c.fin.ij. colum.
verſicu.nota hic apertum.extra de iudic.dicit in
illo textu aperte probari pro ſpoliatione iurium
eccleſiæ coram laico iudice agi poſſe.& ſic ſecũ-
dùm eundem Anto.de Butrio pro ſacrilegio,&
ex facto ex quo ſurgit crimen ſacrilegij electio
eſt eccleſiæ, an agat corã eccleſiaſtico iudice, an
laico.Ad hoc ſecundùm eũdem facit.c. cùm ſit.
in verſi.vtrum.extra de foro competen. Et idem
notat Bald.in.c.quanto.extra de iudic.vbi dicit
504 Bal. † ſecularem iudicem poſſe de poſſeſſorio
iuris patronatus cognoſcere:quia licet ius patro
natus ſpirituale ſit,cauſa tamen poſſeſſoria iuris
patronatus non eſt ſpiritualis. Secundò, ſecun-
dùm eundem Bal.in.l.ſecunda.ff.de iuriſdictio.
omnium iudicum.quoniam eſt meri facti.l.con-
ſilio.ff.de cura.furio.l.prima.§.ſi vir.ff.de acqui
ren.poſſeſ.l.cùm hæredes.eo.titulo. Si ergò ſe-
cularis iudex de ſacrilegio iure cognoſcit,de his
quæ ad notionem & diffinitionem eius ſpecta-
bunt, cognoſcere oportebit.l.ij.ff. de iuriſdi. o-
mnium iudicum.argumento eſt.l.cognitio.ver-
ſicu.imperatores.&.l. fina.ff. de officio eius cui
manda.eſt iuriſdictio.hoc etiam notat gloſ.in di
cto.c.literas.extra de iuramẽ.calum. & in dicto
505 c.literas.extra de reſtitutio.ſpoliato. † impoſſi-
bile enim eſſet ſeculari iudici pœnam ſacrilego
imponere, donec ei legitime conſtiterit altero
ex illis modis expreſſis in dicto.c. ſi quis contu-
max.&.c. ſequenti.xvij. quæſtione.iiij.l. ſi quis
in hoc genus.C.de epiſcopis & clericis.l. ſacrile
gij capite.ff. ad legem Iuliam pecul. vt ſciat iu-
dex pœnam diſtinguere. dicto.c.ſi quis contu-
max.& capitulis ſequentibus. vel eam quam le-
ges in ſacrilegos ſtatuunt.l.tertia.C.de epiſcopa
li audientia.l.aut facta.§.locus.ff. de pœnis. di-
cta.l. ſacrilegij capite.&.l. ſacrilegij pœnam. &
plerisque alijs legibus illius tituli.ff.ad legem Iu
liam pecul.& dicta.l. ſi quis in hoc genus.C. de
epiſcopis & clericis.ex facto enim ius oritur, vt
dixi, & fortè infrà repetemus. Idem dico in cri-
mine adulterij. Tolle exemplum in.l. ſi hi qui.
506 C. ad legem Iuliam de adulter. † vir de adulte-
rio accuſatus erat,cæterum accuſatus excipit nõ
poſſe de alterio accuſari, quod ea quam cogno-
uit cõſanguinitate vel affinitate ſibi iuncta erat:
nónne iudex de illa præiudiciali exceptione co-
gnoſcet? certe ſic.l.quoniam Alexandrum.C.ad
legem Iuliam de adulter.l. præſes prouinciæ.C.
ad legem Flauiam de plagia.l. nullum.C. de te-
ſtibus. Et ita pulchrè notat Bald.in.l.filium. cir-
ca finem primæ lecturæ.ff. de his qui ſunt ſui
vel alieni iuris. quia hic non agitur de validitate
matrimonij ſeu de habilitate vel inhabilitate cõ-
trahẽtium, ſeu nullitate matrimonij,cuius diſpu
tatio fori eſſet eccleſiaſtici.c.tuam. extra de ordi
ne cognitio. &.c.lator. extra qui filij ſint legiti-
mi.ſed iſta eſt ſola facti quæſtio.l.Titia.ff. ſolu-
to matrimonio.& idem notat Bartol.in.l. omni
innouatione.C.de ſacroſanct. eccleſ. Quare,in-
quit Bald.in dicta.l.filium. erunt ſecularis iudi-
cis aures impoſſibiles ad huiuſmodi quæſtionẽ
audiendam. ſoluat Apollo. Nam de iure certi
ſunt affinitatis & conſanguinitatis gradus, vt in
toto titulo.ff. & Inſtitu. de grad. affinita. quod
proſequere vt illic per Baldum & Ioannem An
dre.in.c.finali, de foro competen.in ſexto. poſt
507 Hoſtiẽ.in.c.tuam.extra de ordi.cognitio. † Di
cit adulterium tunc eccleſiaſticum crimen eſſe,
cùm de thori ſeparatione agitur.c.tuæ. extra de
procura.tantundem dixit in dicto.c.cùm ſit.ex-
tra de foro competenti. vbi igitur de thori ſepa-
ratione non tractabitur, ſecularis iudex de cau-
ſa illa incidente cognoſcere poteſt. Idem in per-
iurio ſeu deiurio cenſeo:tametſi gloſ.in dicto.c.
cùm ſit generale.extra de foro competen. dixe-
rit deiurij ſeu periurij cauſam ſpecialẽ eſſe:quod
non placuit Ioan. Andreæ in.c.licet. de iureiu-
ran.in ſexto.& recte, & eum ſequitur Alexand,
in apoſtil.Bart.in dicta.l.omni innouatione.C.
508 de ſacroſanct.eccleſ. † Nam ſecundùm eos ſecu

laris iudex de periurio cognoscit. Alioqui si se-
cus sentiremus, incōueniens absurdissimum in-
de procederet: cùm hodie omnia & singula in-
strumenta sint iurata, ratione iuramenti de omni
re etiam prophana cognosceret ecclesiasticus iu-
dex, quoniam passim diceretur peccati materiā
tractari: sicuti dicitur in.c. nouit. extra de iudic.
Et tamen pontifex cognitionem feudi ad Fran-
ciæ regem remittit in dicto.c. nouit. & in.c. per
venerabilē. extra qui fil. sint legiti. & in.c.ij.ex-
tra de priuileg. & ad Anglorum regem in dicto
c. causam quæ.ij. extra qui filij sint legiti. & quā-
uis Moder. Papien. Ias. in dicta.l. nulli. in.v. limi-
tatiōe absolute dicat crimē periurij omnino ec-
clesiasticum esse, & solum iudicem ecclesiasticū
posse de illo cognoscere, fretus authoritate Ioā.
Andr. in.c.fi. de foro cōpetenti. lib.vj. & quod
ille tex. absolute statuere videtur, hoc non dicit
illa decre.fi. de foro cōpeten. neq; etiā Ioan. An
509 dreas illic hoc sentit. verum est autem † periu-
rium addere forum foro, per illum tex. vt ratio-
ne periurij possit quis coram ecclesiastico iudi-
ce conueniri, vt iuramentum obseruet, sed quod
ob id iudicis laici iurisdictio sublata sit, ille text.
hoc non sentit, imò Ioan. Andr. in illa decretali
sic distinguit: aut sacramentum est pœnitentiale
aut iudiciale: si pœnitentiale, & nulli dubium est
fori esse ecclesiastici. & ita secūdum eundem in-
telligatur. c. prædicandum. xxij. quæst. j. Si iudi-
ciale, & iterū distinguit: aut de alterius interesse
tractatur agendo aut excipiendo: si agendo, &
vterq; iudex tam laicus quàm ecclesiasticus co-
gnoscit, quemadmodum de sacrilegio dicitur in
d.c. cùm sit generale. extra de foro compet. Et ra
tio in iudice ecclesiastico quare cognoscere po-
test secundum eundem Ioan. Andr. est, quia ra-
tiōe periurij dei reuerētia offenditur: & ideo co
gnoscere potest. Intellige si primo iudex eccle-
siasticus adeatur. & ita intelligēdum est dictum
510 c.fi. de foro cōpetēti. in.vj. † quoniam haud du-
bie de eo recte iudex laicus diffinit. clarius sole
probatur in. d.c. licet. de iureiuran. quem tex. re
cte Ioan. Andr. animaduertit. Secundo etiam co
gnoscit ecclesiasticus iudex si forte is qui fide
fracta aut deiurio impetitur talis sit, qui superio
rem non recognoscit: & cognoscit summus pon
tifex. & ita secūdum eum intelligi debet decret.
nouit. extra de iudic. in qua secundum Ioan.
Andr. tractabatur de fide fracta. & quod rex
Franciæ superiorem non habebat, dixi plura in
ij. parte tractatus an Rex Franciæ superiorem in
temporalibus recognoscat. Si autem excipien-
do periurium proponatur: & istud est indubiū,
quia laicus iudex cognoscit: sed circa illud ob-
seruare debet iuris canonici dispositionē, iuxta
dictum.c. licet. de iureiurā. in.vj. &.c. quanuis.
de pact. eo. lib. Si verò, inquit Ioan. Andr. du-
bium est an iuramentum licitum sit, ad ecclesia-
sticum iudicem cognitio spectabit.c. venerabi-
lem. de elec. & ita dicit intelligenda esse ea quæ
Hostien. illic scripsit, & in.c. tuam. de ordi. co-
511 gnit. ego verò puto aliter dicendum: † aut sacra
mentum, quod factum est, interuenit circa res
prophanas, aut in cōtractibus, qui de rebus pro
phanis fiunt, & inter personas nō priuilegiatas,
quæ à seculari iudice coërceri possunt: & puto
huiusmodi deiuria, siue incidenter siue principa
liter in iudicio introducantur, fori esse tempora-
lis vel secularis. vbi verò iudex secularis negli-
geret pœnam de periurio exigere, vel periuriū
personam ecclesiasticam concerneret, vel super
re spirituali interueniret: & de eo iudex ecclesia
sticus cognoscere posset. d.c.fi. de foro compet.
in. vj. quod loquitur de persona ecclesiastica,
quæ pro laico intercesserat, qui indemnem eum
ratione intercessionis reddere promiserat: & in
hoc reus sequitur forū actoris, secundū cōmunē
doctorū sententiam in.c. at si clerici. extra de iu-
dic. §.j. in authen. vt clerici apud proprios episc.
collat. vj. & in. §.j. & fi. in authen. apud quos
oport. monach. aut assist. eadem coll. & in.c. cle
512 ricum nullus. ij. q.j. vbi glo. † plus ait, clericū de
euictione conuentum non teneri venditorem in
foro seculari defendere, non obstante decisione
l. venditor. ff. de iud. & illam glo. secutus est illic
Paul. de cast. post Specul. in titulo de primo &
secundo decreto. §. restat. versic. quod si domi-
nus. cuius contrariū tenet Ioan. Andr. in.c. quo-
niam frequenter. vj. col. extra vt lite non cōtest.
& facit.c.fi. vt lite pendē. lib.vj. in.c.fi. extra de
empt. & vend. & alij quorum meminit Lancelo
tus Decius, & illos sequitur in. d.l. venditor. sed
casus illius decretalis fi. de foro cōpet. in.vj. est
diuersus: quia loquitur in clerico fideiussore lai-
ci, qui laicum voluit cōuenire coram iudice lai-
co ratione iuramenti in contractu interuenti, in
quo promiserat clericū indēnem seruare: hac ra-
tiōe pontifex ait, de iure poteris cōuenire: quo-
niam in hoc reus forū actoris sequitur. Nam in
hoc principaliter clerici interesse versatur. Idem
dico vbi persona, quæ ratione iuramenti conue-
nitur, talis esset, quæ superiorem non recogno-
sceret in tēporalibus: vt in.c. nouit. extra de iud.
Et nō dissimilem distinctionē tradit Ioā. Andr.
513 in.c.j. col.ij. de vsur. in.vj. † dicit em̄, aut crimē
est omnino ecclesiasticū, quale est hæresis.c. vt in
quisitionis. §.ij. de hæreti. lib.vj. & cognoscit ec-
clesiasticus. Si verò aliud sit crimen: & tūc aut à
laico cōmissum est, & cognoscit laicus: aut perso
na est ecclesiastica, & cognoscit ecclesiasticus:
Et hoc pacto puto sic declarandam esse dictam
decreta. fi. de foro compet. in.vj. licet fortè dicat
aliquis Bonifaciū illius decret. cōpilatorem &
authorē apertius attestari causam iuramenti fori
esse ecclesiastici, dū ait, ipsum corā ecclesiastico
iudice, ad cuius forum ratione iuramenti causæ
huiusmodi cognitio noscitur pertinere: & ideo
permittat cuicunq; laico posse super deiurio ec-
clesiast

clesiasticum iudicẽ etiam in prima instãtia adire, per illã decretalẽ fi. quæ vna est ex Bonifaciania cõstitutionibus, quibus oẽs penè iurisdictiones, nõ dixerim tẽporales tm, sed etiam ecclesiasticæ turbatæ sunt, sicut et ampliori cõstitutione expo suit in.c.fi.de immuni.eccle.lib.vj.quæ in regno Frãciæ antiquatæ sunt. Ratio autẽ ex annalibus pontificũ & Francorũ regum facilimè colligi potest: quoniã propter eas per Clementẽ quintũ ex trauag.meruit.de priuile.facta est.sed ne videar illius Decretalis argumentum hac solutione absoluere, dico post Ioan.And. intelligendam esse de foro pœnitentiali & non contentioso: quia eiusdem Bonifacij cõstitutione in dicto ca.licet.

514 de iureiurand. in.vj. † constat seculares iudices posse de periurio cognoscere & diffinire, dummodo secundum illam Decretalem iudicet.probatur dum in eadem Decretali dicitur, quia tamen quidam iudices seculares eas contra præfatas alienationes audiunt, quanuis eis constet legitimè de huiusmodi iuramento: nos animarum periculis obuiare volentes, eosdẽ iudices ad seruandum hoc ius canonicum per locorum ordinarios censura ecclesiastica decernimus compellendos. per quam duo probantur in his verbis, animarum periculis obuiare volẽtes.primò Ioã. And.distinctio.secundò, quod suprà dixi nõ prohiberi seculares iudices de periurio cognoscere, dummodo Bonifacianam constitutionem obseruent: quoniam ad id tantum facta est illa Decretalis, vt ad obseruationem iuramẽtorum iudices seculares suos subditos compellãt, & in eos animaduertant secundum iuris canonici dispositionem: vt in.l.omni innouatione.C.de sacrosanct. ecclesi.Et id satis Ioan.Andre.recognouit in illa decreta.licet.vt suprà diximus. Et hac ratione illa vltima Decretalis, de foro competenti.regulanda est secundum cap.fina.xxij.quæst.j.Et pariter, vt dixi suprà respondet Ioan.And.in eadẽ decreta.ad.c.nouit.extra de iudi.per quod Bernard.in dicto.c.cùm sit. extra de foro competẽ.

515 † dixerat periurium ecclesiasticum crimen esse: sed in ea pontifex plus satis declarat & protestatur de materia peccati tantum velle cognoscere, non quod extra causam peccati iurisdictionem regis Frãciæ præuertere seu interuertere intellexerit. & vlterius secundum Ioan.Andr.causa regis Franciæ agebatur, qui superiorem non recognoscebat: neq; existimabat pontifex regem Angliæ potuisse tunc aliud obtinere remedium aduersus regẽ Franciæ: quãquam, vt copiosius exposui in secunda parte tractatus, an rex Franciæ superiorẽ in temporalibus recognoscat. non potuisset de iure, neq; debuisset regis iurisdictionẽ in ea quæstione quæ feudalis erat, turbare: cùm rex Angliæ, qui tunc rebellis erat, nõ poterat regis iudicium refugere, neq; declinare, eo quod à Paribos regni cum ipso rege iudicandus erat: vt rectè notat Innoc.in.d.c.nouit. cuius memini in tractatu. Nõ prætermitto Goffred.antiquũ glo.

516 in.d.ca.cùm sit. dixisse † in omnibus criminibus per glo.in illa decre.expressis, videlicet hæresis, periurij, vsurarũ, sacrilegij, secularẽ iudicẽ cõpetentẽ esse sicut et ecclesiasticum iudicẽ, per illum tex.& idẽ dixit illic Ioã.And.quẽ sequunẽ penè omnes alij.Idem Ioã.Andr.in.c.j.de vsur.in.vj. vbi dicit post Barthol.Brixiẽ.vsurariũ de vsura conuictum posse per laicũ iudicẽ puniri, tametsi pœnã ab ecclesiastico susceperit, per.c.fi.§.fi.de pœ.in.vj. sed posset forte ille tex.euitari, cum loquitur de crimine priuilegiato in iure ppter offensam Cardinalis personã legati apostolici officium implentẽ. Ego igitur pro eo pondero meliorẽ text.in.d.c.si quis cõtumax.§.fi.xvij.q.iiij.

517 ibi, † sacrilegiũ duplicẽ continet pœnã, pecuniariam videlicet & excõicationis. Pecuniaria quæ ab eis persoluẽda est, ad sacrilegij querimoniam pertinet. In crimine hæresis dico longe dissimilẽ esse rationẽ: qa re vera etiã ab initio & ex sua natiua origine crimẽ est ecclesiasticũ.d.c.vt inquisitionis.§.prohibemus.de hæreti.in.vj.c.ad abolẽdam.&.c.vergẽtis.&.c.excõicamus.extra de hæret.neq; puto.§.si crimẽ.in authẽ.de sanct.episc. coll.ix.quẽ Bart.in.l.magistratibus.ff.de iurisd. om.iudi.notat in crimine hæresis locum habere, quia quẽ ecclesia hæreticũ iudicat, nõ potest seculare forũ absoluere, vel vt catholicũ reputare, per illos text.Licet nostra ætate de eo pleriq; disputare nõ erubuerunt: & absq; ratione esse nõ videẽ, cũ in illo crimine tã priuilegiato iuxta.l.ij. C.de hæreti. iudex ecclesiasticus aduersus hæreticum iudiciũ præsente seculari iudice facere debeat.d.c.excõicamus.j. in prin.vers.dãnati verò præsentibus seculi Potestatibus aut eorũ Baillíuis &c. extra de hæret. videre enim potuit laicus quo ordine in hæreticũ processum sit, & an legitimè de crimine cõuictus fuerit. Tamẽ per Bonifacianã cõstitutionẽ in.d.c.vt inquisitionis.§.prohibemos. omnis cognitio & disputatio post latã ab epõ & fidei inquisitore sententiã sub excõicationis pœna interdicitur: quare ratio.d.§.crimẽ. cessat. ob id dixi hoc crimẽ lõge ab alijs differre. idẽ etiam sentit Ioã.And.in.d.c.j.de vsur. in.vj. & in.d.c.cùm sit generale. extra de foro cõpe.& in.c.fi.de foro cõpe.in.vj.quãobrẽ nõ valet hæc

518 cõsequẽtia, † crimen esse ecclesiasticũ, igitur de eo sola ecclesia cognoscit: qm ecclesiæ interest plures habere iudices ad coërcendos eos qui in ecclesiã aut eius præcepta delinquũt: vt suprà docuimus, et paulisper aliquid repetemus. Sextò quia natura possessorij in re eccl'iastica non sit alia aut diuersa à possessorio rei, pphanæ, ex põtificũ decisione pbaẽ. Nã sicut eccl'iasticũ bñficiũ sine canonica institutiõe, & sic sine titulo idoneo, obtineri nn potest.c.beneficiũ.de reg.iur. in.vj.c.ex frequẽtibus. extra de instit.similr neq; res pphana.l.iij.§.genera.ff.de acqui.pos.quia in eis dicere nõ sufficit, possideo quia possideo.l.nunq̃ nu

da.ff.de acquir.rer.dominio. & dicta.l.iij.§.genera.ff.de acquiren.possess.l.j. & fin. ff.pro suo.
519 † & sicut ad possessionis acquisitionē causa seu titulus necessarius est, sic & ad manotentionem eius.l.fina. C.de edicto diui Adria.tollen.ibi,& ei possessio acquiratur qui potiora iura ex legitimis modis ostenderit. & tamen possessio facti est,dicta.l.consilio. ff.de curat.furio. l.in bello. §.factæ.ff.de capti.& postlimi.reuers.l.denique. ff.quibus ex caus.maio. l.j.§.fina. ff.si quis testa. liber esse iuss.fuer.& idem tenet Ioā.Andr.post Hostiens. in ca.quoniam frequenter. vj.colum. extra vt lite non contesta.dum ait,iudicialē possessionem plus facti quàm iuris habere:quia,inquit,in quolibet iudiciali processu iudex intendit alteri ius suum reseruare.c.super eo. extra de offic.deleg. & quia forma huiusmodi processus inuenta est vt obuietur fraudibus quas dominus & is qui possidet machinare possent, quia vnus diceret se non possidere,alius diceret se alio nomine possidere. Secundò, licet titulus requiratur ad effectum acquirendæ possessionis, & ad effectum proponēdi interdictum possessorium, quale sit siue adipiscēdæ seu retinendæ vel recuperandæ possessionis,tamen interdicta persona-
520 lia sunt.l.prima.ad fi.ff.de interdict.ibi, † interdicta omnia licet in rem videantur concepta: vi tamen ipsa personalia sunt. Et vlterius non sufficit titulum interuenire,sed & oportet possessionem ipsam vitiosam non esse, saltem ab initio.l. prima.ff.vti posside. l.clam possidere. in princi. &.§. qui ad nundinas. ff.de acquiren. possessio. dicit Ioan.Andr.post Hostiens.in dicto.c.quoniam frequenter. vj.colum.possessionem violentam nihil iuris habere.l.fin. C.si per vim vel alio modo. In hoc solum differt ius canonicum à iure ciuili,quia ius ciuile initiū nactæ possessionis tantum spectat, an bonæ fidei, an verò malæ fidei sit. l.nam ergo. ff. quod vi aut clam. l.vnica. C.de vsucap.transfor. dicta. l. clam possidere. in princ.Ius autem canonicum continuò bonam fidem desiderat. c.si diligenti. &.c.fina. extra de præscript.regula,possessor. de regu.iuris. in.vj. præsertim in beneficialibus,vt suprà nostro.§.dixi post Innocē.in.c.constitutus.extra de rescrip. super verbo, irritum. & in.c.illud. & illic Felin. post eum, extra de præsumpt. vt etiam quandocunq; constabit aliquem iniuste beneficium obtinere etiam post sententiam in possessoris fauorem latam, tamen à possessione beneficij expelli
521 possit. capi.cùm olim. extra de re iudica. † quia in consequendis beneficijs omnis puritas interuenire debet, & omnis macula & obiectio abesse.ca.si quis neque.§.quæstio.j.c.ex parte A. extra de testib.c.bonæ.extra de ætate & qualit.ordinā. Et tamen ius ciuile,quod in hoc capite nullam statuit inter omnia interdicta differentiam in dicta.l.j.ff.de interdi.dicit nihil commune habere possessorium cum proprietate,dicta.l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acquir.possessio. In eis enim considerat solum qui potiorem prima figura & imagine possidendi causam habet: & sic in facto potius quàm in iure consistit,dicta l.fin.in princi.C.de edicto diui Adria.tollen.Et ideo est quod sententia in illo iudicio lata præiudicium in petitorio non parit.l.fundi.l.fundum. ff.de exceptio. Dicam abundantius infrà.

Septimò aliud argumentū prioris consequu-
522 tiuum facit. † Nam interdictum retinendæ possessionis etiam pro vi turbatiua cōpetit. In quo secundum communem omnium interpretationē intelligitur.c.literas.extra de restitu.spoliato.& æquè est fauorabile atque recuperandæ possessionis interdictum. l.prima. §. illud enim. ff.vti posside.cum per illum tex.recuperandæ possessionis interdictum vi amissam possessionem restituat:retinendæ verò possessionis sic possessionem tuetur, ne amittatur. Nemini autē dubium esse potest, vtilius esse possessionem tueri, quàm post amissam possessionem remedium quærere. l.fina.C.in quibus caus.in integr.restitu.non est necess.l.j. C.quando liceat vnicuique se sine iudi.vind.l.si seruus.in verbo, protegeris.C.quod cum eo qui in aliena potestate est. quem textum Bald. illic singularem esse dicit ad probandam communem iudiciorum praxim, quæ circa manutentionem possessorum introducta est. Et licet in multis interdictum recuperandæ interdicto retinendæ fauorabilius sit, vt Alexand.commemorat in dicta.l.naturaliter. §.nihil commu-
523 ne.ff.de acquiren.possess. † in hoc tamen retinendæ interdictum fauorabilius & vtilius est interdicto recuperandæ, præsertim in beneficialibus ne diu litigiosa maneant beneficia, & ob id ruinis ædificia deturpentur & deformentur, diuinusq; cultus diminuatur, clemē.vnica, de sequestra.possess.& fruct.& hæc fuit concilij Basilieñ. consideratio in titu.de collat. & in titulo de causis.facit clemen.dispendiosam.in princi. de iudi. c.finem litibus.de dolo & contumacia.authent. si verò.C.de iudic.§.illud. in authenti.de appel. & intra quæ tempora.colla.iiij.§.j.in authent.vt omnes obediant iudi.prouin. colla.v.Et nisi ita cōtingeret vt possessoria coram iudice laico tractarentur,cum ecclesia gladium in vaginam conuersum habeat aut habere debeat,Ioan.xviij.ca. cùm non ab homine.extra de iudi.neque habeat ecclesia modum quo ecclesiæ vtilitati subueniat, expedit, imò necesse est gladio temporali vti,vt voluit Frider.de Senis in consilio.cclxv.& post eum Romanus in dicta.l.Titia. ff.soluto matrimo.quod omnino sequitur Felin.in cap.causam
524 quæ.colum.vj.in fi.extra de præscript. † dicunt enim magnum non esse peccatum dicere in huiusmodi causis ecclesiam duos habere iudices, ecclesiasticum videlicet & secularem, iuxta dictum cap.cùm sit.extra de foro competen.clem. fina. §.fina. de pœn. hac ratione ducti,cum lites coram

coram ecclesiasticis iudicibus motæ medio appellationis quæ cõtinuò ad sedem apostolicam deuoluuntur, immortales fiant, & ob id ecclesiæ vniuersoq; populo multa ac multa incommoda contingant expressa in concil. Basilien. titulo de cauf. quæ non prætermittit Bonifacius octauus in.c.j. de iuramen. calum. lib.vj. dum inquit, nos tamen quia frequẽter calumniari videmus in ipsis &c. Quæ ratio cõsideratur in dicto.§. si verò contigerit. in authen. vt differ. iudi. colla.ix. & in authen. si verò contigerit. C. de iudic. expressius in dicto.§.j. in authen. vt omnes obediant iudic. prouinc. ibi, & non respiciunt ad millia & decies millia exempla, quia sero tandem & in personis innumerabilibus ex impotentibus videmus potentes procedere, ex non diuitibus diuites: in omne autem æuum penè ex potentibus processerunt inanes, authent. habita. C. ne filii. pro patre. l.fin.C. de iurisdi. omnium iudi. l.j. C. de off. præfecti vrbis. & quod notatur in.c. fin. extra de foro compet. fauorabilis, imò necessaria est pro beneficio ecclesiæ huiusmodi conclusio, dum nihil sit quod ab ecclesiæ authoritate detrahat sed vtilitatem eius auget. Octauò ad confirmationem
525 præcedentis argumẽti † dico respectu fauoris iudiciarij à pari procedere interdicta adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ possessionis. l. vnica. C. vbi de possef. agi opor. glos. est in. l. fin. C. qui legi. perso. habe. standi in iudi. in glo.j. & Anto. de Butrio vnum dicit quod tacendum esse non existimo, in.c. tuam. extra de ordi. cogni. quoniã interdicto adipiscendæ possessionis assistit aliud edictum, Ne vis fiat ei qui in possessionem mittendus est. vt si de facto prohibeatur, cognoscatur à iudice laico an iure prohibeatur, & id in auxilium brachij ecclesiastici. Secundò, quia omia interdicta factum potius quàm ius considerant, vt suprà dictum est. l. consilio. §. fin. ff. de cura. furio. & ideo inquit illa. l. vnica. C. vbi de poss. agi oport. siue de vi expulsiua vel turbatiua, aut momẽtaria seu momẽtanea possessione agatur, corã eo iudice loci agẽdum est, in quo is, qui turbauit vel expulit, habitat: & sic vis illa personã, non au rem rẽ afficit, & cõcomitatur eã quocunq; vadar, per illũ tex. Non est igitur mirum si iudex laicus de causa possessoria rei spiritualis cognoscit.

Nonò confirmatur ex.c. post miserabilẽ. extra de vsuris. quem texr. ad id Alexand. inducit in. l.
526 Titia. ff. solu. matri. † & rectè causa vsurarum, licet per glos. in. d.c. cùm sit. extra de foro cõpetẽ. ecclesiastica dicatur. & prosequitur plenius Lappus in allegatio. lvj. & Io. And. in. d.c.j. de vsur. in.vj. Principibus tamen permittitur Iudæos cohibere vt ab vsuris abstineant. Et idẽ notat glos. in.c. quãto. in verbo, immoderatas. extra de vsuris. per tex. in. d.c. post miserabilem. Et si dicatur hoc ideo esse, quia Iudæi sententiam excommunicationis à canone latam non verentur, principes verò in bonis solẽt multare, & sic metu amissionis bonorum facilius reuocantur quàm excõmunicationis, cùm excommunicatio non sit eis pœna, sicut nec infamibus infamiæ nota. l.ij. C. vt intra certum tempus quæst. crimina. termine. Hæc ratio in consideratione esse non potest. Pri
527 mò quia † papa non tantùm censura excommunicationis, sed & pecuniaria propter vsuras & alia crimina à Iudæis commissa aduersus ipsos Iudæos vtitur, in ca. quanto. extra de vsur. & in ca. postulasti. &.c. & si Iudæos. extra de Iudæis. neque dici potest id speciale esse in Iudæis vsurariam prauitatem exercentibus: quia prohibitio à lege euangelica ortum habet. ca. consuluit. extra de vsuris. & in Exodo.c. xxij. non fœneraberis, inquit, fratri tuo. Deutero. xxiij. Et iterum scribitur Luc. vj. Mutuum dantes, nihil inde sperãtes. Hocq; non tantùm Christiano, verum etiam Iudæo dictum esse certum est: quare æquè princeps Christianos cohibebit quemadmodum & Iudæos, vt suprà dictum est.

Decimò, queadmodum interdictum retinendæ possessionis exceptionẽ dolo facis, admittit, vbi conuẽtus interdicto retinendæ possessionis statim de dominio docet, secundùm Alexand. in d.l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. pos. per rationes quas allegat in secũda parte distinc. Bart. reprobata illic Bart. opinione contrarium asserẽtis post glos. in. l. si de eo. in fi. ff. de acquir. poss. præsertim quãdo de iure possidẽtis cõstat. motus Bart. & hi qui Bart. se subscribũt, duplici
528 ratione. † Prima quod facilius restitutio quàm retẽtio prohibetur vel impeditur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Secundò licet is, qui interdicto retinendæ aliquẽ conuenit, agẽtis partes sustinere videatur. §. tertia diuisio. Instit. de interdi. tamẽ, inquit Alexã. re vera reus & defensor est: quia ad id agit ne turbetur. l.j. §. huius autẽ. ff. vti possid. Secundò interdictum recuperandæ dominij exceptionẽ quãdoq; admittit, vbi is, qui dñs est, statim de dñio & possessiõe sua legitima docet. c. si. de resti. spolia. in. vj. c. significasti. extra de diuor. in argumentũ est. l.j. C. vnde vi. dum ille tex. ait, rectè possidẽti ad defendendã possessionẽ quam sine vitio tenebat inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim ꝓpulsare licet. nõ igitur absq; ratiõe ille tex. dicit rectè pos-
529 sidẽti. † Nam si conuẽtus interdicto vnde vi, statim vult de sua legitima possessiõe docere aduersus eũ qui rectè nõ possidebat, audiẽdus est, neq; agentẽ interdicto vnde vi audiendũ esse, nisi antea rectè, & sic iustè possideret. & per illũ tex. dicit illic Ioan. Fab. maximũ esse in laicos decimas possidẽtes argumentũ vt spoliati decimis restitui nõ debeãt. d.c. si. de resti. spoli. in. vj. de quo per glo. & Archid. in summa. xiij. q.j. & Cano. in.c. causam quæ. extra de præscrip. & quod notatur in.c. ij. extra de capel. monacho. & in.c. ex parte. iij. post gloss. in verbo, commodo. extra de resti. spoli. De hoc tamẽ articulo quomodo spoliatus

veniat restituendus, dic vt in.c.in literis.extra de restitu.spolia. & in.l.si fundum. C.ad legem Iuliam de vi publi. Bart.Socinus plenè in repeti.l. rem quæ nobis.ff.de acquiren.possess.examinat. Quare in prædictis pro eadem'que esse videtur vtriusque interdicti ratio & consideratio: vnde quod in vno statuitur, in alio cōcessum videtur. & maximè stante illa Barto. & sequacium consideratione in dicta.l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquiren.poss. quod is qui agit retinendæ possessionis interdicto ad id agit ne turbetur iniustè quæ in possessione vexetur, dicta.l.j.§.huius autē.ff.vti possidε. & ob id reus magis quàm actor censendus sit. & ita declarat. §.tertia diuisio.Institu. de interdict. Sed id intellige quando is qui in possessione rei est, agit vti possidetis interdicto ne turbetur: alioqui secus.§.retinendæ. in fine. Institu.de interdict.l.is qui destinauit.ff. de rei vendica.induci potest.l.j.§.j.versicu.inter litigatores.ff.vti possid.in his verbis, fieri autem potest vt possessor idem & dominus sit, & sic lex eum tuetur qui dominus & possessor est. In facto igitur magis quàm in iure consistunt, & hac ratione personalia & non realia iudicantur in.l. prima.§.fina.ff.de interdict.

Vndecimò, ad confirmationem præcedentis
530 argumenti aliud succedaneum est, † lex canonica & ciuilis in hoc solū possessori fauent vt eum in ea conseruent, dummodo canonicum habeat ingressum, aut saltem coloratum, vel (vt Iurecon sultorum verbis vtar) dūtamen possessor iustam possidendi causam habeat, non autem violētam, aut aliter vitiosam. In beneficialibus probatur in clemen.vnica.de sequestr.poss.& fruct.& in regula apostol. xxxiij. quæ de triennali possessore loquitur, cui Basilieñ.concil.conuenit, tit.de pacific.possess.c. licet. de præbend.in.vj.glos.est in c.contingit.extra de dolo & contuma. Intellige etiam dummodo possessor bonam fidem habeat ca.cura.& ca.consultationibus.vbique glos.extra de iure patron.glos. in.c.volumus.in verbo, possessorium.xvj.quæst.iiij. dum glos.per illum tex.aut in his verbis, dominio rei apud possessorem, sicut hactenus possessum est videlicet, permanente. quoniam glo. inquit, ille qui in possessione est, vsq; ad finem in possessione manebit, ca.nonne. viij.quæstio.iiij. & iterum in fin.eius
531 dem gloss.dicitur, † res ante sententiam non est auferenda possessori. ca.quia res.xj.quæstio.j.illis conuenit lex, is qui destinauit.ff.de rei vendica.§.retinendæ.versi.commodum.Institu.de interdict.dicta.l.si seruus. in verbo, protegeris.C. quod cū eo qui in alie.potesta.est.& dicta.l.fin. C.de edicto diui Adria.tollen. neque ad confirmationem & manutentionem possessionis amplius quàm annus desideratur: vt in.l.j. ff.&.C. vti possidε.sed id speciali ratione in beneficialibus fauorabilius est, vt suprà retulimus, ne occasione litigij contingat ædificia ruinis deformari: & ideo pro ecclesiarum beneficio est, vt iudex secularis potius de possessoria facti quæstione cognoscat, quàm quod per deuium ecclesiæ sty-
532 lum coram ecclesiastico iudice tractetur: † quoniam in eo foro causæ & lites pene fiant immortales.per tot enim ambages distrahuntur, vt nullus, quantumcunq; diligens fuerit litigator, litis finem obtinere possit, dicta clement.dispendiosam.de iudic.&.c.vnico, de iuramen.calum. lib. vj.& per hanc rationem Bald.in.l.j.in fine.C.de senten.quæ sine certa quātit.proferuntur. quam Alexand.sequitur in dicta.l.Titia.ff.soluto matrimo.dicit iudicem secularem remissionem non debere de huiusmodi causis facere, vt ambages litium tollat. Ex his facilis erit primo loco oppositis solutio. In primis ad.c.lator.extra q filij sint legiti.& cap.tuam. extra de ordi.cognit.quibus
533 plus æquo responsum est, † causas matrimoniales tunc ecclesiasticas esse, vbi cognitio seu litis iudicem matrimonij attingit, quia de validitate seu inualiditate eius disputatur: secus autem vbi de his non tractatur, sed de mera rerum possessione.c.causam quæ.ij.extra qui filij sint legit.& ita respondet Bal.& bene in dicta.l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur. Et Alexand.in apostil. Bartol.in dicta.l.omni innouatione. C.de sacro sanct.eccles.dicit Bald. melius locutum fuisse in dicta.l.filium. quàm in dicta. l.omni innouatione.& hanc sententiam amplectitur And.de Iser. in ca.vnico, in verbo, contrahentium incestas nuptias.colum.ij.in fin.&.iij.&.iiij.quæ sint regal. collati.x. vbi amplissimo stylo hanc opinionem prosequitur. Prædictis addo Baldum in.l. si de proprietate.iij.colum.C.si à non competen.iud. vbi dicit causam possessoriam alicuius iuris spiritualis non esse spiritualem, licet petitorium in se spirituale sit. Allegat glos. in dicta clementi.dispendiosam.de re iudica. & idem sentit Alexan. in dicta. l.Titia. ij.&.iij.colum. ff.soluto matrimon. quorum opiniones rectè probantur in dicto ca.causam quæ.ij. extra qui filij sint legiti.& pro eis facit lex.iij.§.duæ causæ.ff.de Carboniano edicto.ex qua rationes elici possunt, quibus
534 † expedit potius causas seu lites possessorias coram secularibusquàm ecclesiasticis iudicibus tractari. Prima, quòd summariæ sunt. Secunda, quòd cognitio summaria esse debet, vt periculis quæ illic commemorantur, occurratur. cui conuenit l.fina.C.de edicto diui Adria.tollen.in confesso autem erit si in huiusmodi possessorijs iudicijs quæstio aliqua emergat cognitioni possessoriæ taliter præiudicialis, vt nisi incidens præiudicialis prius terminetur, possessoria nequeat terminari, superſedēdum esse possessorium iudicium, donec per ecclesiasticum incidens illud decisum fuerit.argumento est dicta lex, quoniam Alexādrum.C.ad legem Iuliam de adulte. & ita intelligantur ca.literas. &.c.in literis. extra de restitu. spoliato.c.tuam.extra de ordi.cognitio.c.lator. extra

extra qui filij sint legi. alioquin vbi præiudiciale non erit possessorium iudicium, supersedere nō debebit, dicto.c.causam quæ.ij.&.c.per venerabilem.extra qui filij sint legiti. vbi pontifex causam possessoriam voluit ad Angliæ regē remitti ante principalis causæ ingressum.& idem notat Alexan.in dicta.l.Titia.ff.soluto matrimonio.

Ex his secūdo argumento in oppositam partē
535 adducto satisfactū esse videtur. † quoties enim causa possessoria sic annexā habet petitorij causam vt vna ab altera distingui non valeat, si principalis causa ecclesiastica est, pariter & possessoria: sed vbi sic annexa non est quin distingui possit, neq; lata in vno iudicio sententia rei iudicatæ exceptionem parere in altero non possit, iuxta.l. fundi.&.l.fundum. ff.de exceptio.tunc vtraque causa ecclesiastica erit, & soli ecclesiastico iudici cognitio spectabit, per illos text. Tolle exēplum in casu dicti.c.literas.versic.præterea.ibi, in gradibus à lege prohibitis.&.c.in literis.extra de re
536 stitu.spoliato. † Si mulier à viro offensa est, quia dubitat iterum à marito offendi, atq; ob id cogēda nō sit ad maritum redire, etiam cum cautione à marito præstita de ea non offendēda: cùm non teneatur se cōmittere periculo cautionis, per illū text.&.l.cogi.§.idem quærit.ff.ad Trebel.ca.ex transmissa.extra de restit.spoli. causa ipsa matrimonialis ex integro diffinienda erit, priusquam mulier compelli possit ad maritum redire. Et sic causa principalis matrimonialis suspenso causæ matrimonialis possessorio diffinietur. Et hac ratione frustra secularis iudex vires suas interponeret. Alioqui secus dicēdum est cùm nihil commune possessoriū habeat cum proprietate, vt suprà dixi.l.naturaliter.§.nihil cōmune. ff.de acq. poss. Tota vis igitur istius disputationis erit in l.nulla.C.de iudic. quæ omnino differt à.c.fina. extra de iudic. & alijs secundo loco recitatis, eo quòd.l.nulli. non admittat possessorium coram alio iudice terminari quàm eo qui petitoriū diffiniet: sed indubitati iuris est petitorias causas spiritualium rerum vel ecclesiasticorum iurium fori esse ecclesiastici & non secularis: non potest igitur causa spiritualis neq; in possessorio neque in petitorio alibi quàm in foro ecclesiastico tractari. sed, vt suprà videre potestis, iura ciuilia & canonica contradicunt: quomodo igitur illa lex, nulli. euitari possit, videndum est. In primis illa lex vario modo ab Accursio & legum interpretibus intellecta est: sed vt eam breuius absoluam quid in ea sentio dicam. Primò dico illam.l.de delegatis iudicibus intelligendam esse in ea parte quæ de causa possessoria loquitur, in his verbis, pœna ei ex officio iudicis imminēte qui contra hanc supplicauerit sanctionē. & iterum in fi. ibi, alium super principali quæstione iudicē po-
537 stulauerit. † Secundò primam partē legis de cōtinētia causæ non diuidēda intelligendā esse, sed coram illo eodē iudice finiendā esse litem coram quo cœpit. Tertiò, idē in eadē.l. iudiciū fieri de cōtinētia causæ & cōtinente, vt queadmodū continētia causæ diuidenda non est, pariter & causæ inter se cōtinētes diuidi nō debeant, sed in eodē tribunali coram eodē iudice tractandæ erunt. Et ideo cū pœnæ interminatione prohibet imperatori supplicare, vt ab alio iudice possessoria quæstio diffiniat, quàm à quo principalis causa examinari & diffiniri debet. In quo illa lex omnino cōtradicit.d.c.fi.extra de iudic.& sic possessoria quæstio & petitoria eiusdē fori esse cēsendæ sūt. Addo ad illā.l.nulli. alteram sibi cōcordantē in l.cognitio. ff.de libera.causa. ne, inquit, variè in vtroq; iudicio iudicetur.l.fi.§.quoniam.C.de re mili.lib.xij. tametsi plerunq; euenire viderim ex eisdem actis & ex eisdē titulis, rationibus & scriptione nihil prorsus addito seu mutato, nō tantū dixerim varia, sed omnino cōtraria sequi iudicia: vulgo arresta nūcupamus. quid in causa fuit aut esse potuit, nescio: nisi repetamus quod aliquando diximus esse notatū in.c.Nabuchodonosor. in princ.xxiij.q.iiij. Et in epistola ad Corinthios ij.ca.ij. Bonus odor vni est odor vitæ in vitā, alij verò odor mortis in mortē. Ad rem reuertamur.
538 Alia ratio in eadē.l.nulli. assignatur † quare possessoriū et petitoriū coram diuersis iudicibus tractari nō debeant dum in ea dicitur, & ex bñficij prærogatiua.id quod in vno eodē iudicio poterat terminari, apud diuersos iudices voluerit vētilare. quæ ratio accōmodata secundæ parti illius.l. quæ de cōtinētibus causis, scilicet possessoria & petitoria tractat, plurimū stringere videtur pro Reipublicæ & litigantium beneficio esse, vt corā eodē iudice possessoriū et petitoriū tractēt, quo fortè cōtingere pōt vt eodē iudicio non tm̄ possessoriū, sed & petitoriū simul terminari possint, & sic lites amputabūtur. licet papa in.d.c.fi. extra de iudi. aliter finxerit. nisi dixeris.l.nulli.in delegato iudice intelligēdam esse, &.c.fi.in ordinario iudice. Et id suaderi optima rōne pōt. Pri-
539 mò q; † in cā possessoria cùm psonalis sit, actor forum rei sequi debeat, nec alibi cōueniri possit, d.l.vnica.C.vbi de poss.agi opor. sicut etiam de quibuscūq; alijs personalibus dicit̄ in.l.quod legat.in prin.ff.de iudi. Si de pprietate quæstio sit corā iudice loci vbi res sita est intentari & terminari poterit.l.fi.C.vbi in rem actio.&.d.l.quod legatur.in fi.&.l.sed & si susceperit.in fi.ff.de iudi. Et ob id Salic. & ferè oēs dicūt pœnam illius legis extra casum suū extendi nō posse: argumēto.l.cùm quidā.ff.de libe.& posthu.c.in pœnis. de regu.iur.in.vj. secus igitur in ordinarijs iudicibus dicendū esse, quoniā corā vno petitoriū & corā altero possessoriū psequi licebit: quia possessoriū nihil cōmune cū pprietate habet.d.l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acquir.poss.nō facta inter possessoria interdicta differētia. Intellige tamen cū declaratiōe Bart.& Angeli in dicta l.nulli.& in.l.incerti.C.de interd.quæ fuit Petri

ante eos in.l.si de vi.ff.de iudicijs.quam Henric. Bohic approbauit in.c.pastoralis.extra de causa posses.& proprie.& Bertran.Capriolus doctor Aurelianus in dicta.l.si de vi.cuius memini in re petitione.§.differentia.in.l.si quis vi.ff.de acqui ren.possess.Si interdictum retinendæ possessionis pro turbata ciuili possessione intẽtatum fuerit,sicuti fieri potest.l.j.§.&.iij.ff.vti possid.et tex. est quem Accurs.illic ad id induxit in.l.fin.ff.vti possid.in verbo,alter possessionem.tametsi aliter senserit in dicta.l.si de vi.ff.de iudic.& Bernard.in dicto.c.pastoralis.extra de causa posses.

540 & proprieta. dum illic text.ait,† si duo vsufructuarij inter se contendant, vnus possessionem petat,alter verò vsumfructũ defendat, & sic qui vsumfructum defendit pro turbata ciuili possessione agit interdicto, sed qui in naturali possessione turbatur,etiam illo interdicto agit. sed ille text.hoc non admittit: quia eorum alter ad consecutionem vsusfructus agebat, & sic petitorio agit, alter possessorio. licet glossa in verbo, alter.non sic sentiat, sed dicat vnum ex fructuarijs pro ciuili possessione,& alterum pro naturali scilicet possessione hoc interdicto agere.sed verba legis hoc non admittunt, dum in ea dicitur,alter vsumfructum,alter possessionem defendat.idem in versic.idem erit.& in versic.proinde.nam vbi duo sunt qui de vsufructu contendunt, quorum alter dicit vsumfructum ad se spectare, alter verò possessionem vsusfructus vult defendere,tũc interdictum necessariũ est:quia inter eos de possessione vsusfructus discutietur, similiter de vsu ait. Et non puto interpretationem glos.& Bart. veram,dum illam.l.intelligunt in his verbis, alter possessionem sibi defendat.& iterum dum in eadem.l.dicitur, & si vsumfructum quis sibi defendat,alter possessionem.vt intelligatur de possessione rei quam alter vult defendere, non autem possessionem vsusfructus:quoniam vsufructuarius non est capax defensionis possessionis rei,sed soli domino hoc ius competit.l.j.§.fin.ff. de noui oper.nuntia.l.vti frui.ff.si vsusfruct.peta.Secundò si hoc verum esset,iam inter fructuarios quæstio non esset:& tamen ille text.in capite legis intendit inter fructuarios tantum ius facere,dum in ea dicitur, in summa puto dicẽdum & inter fructuarios hoc interdictum reddẽdum. exemplũ dat Iurecõsultus si alter vsumfructum, alter vero possessionẽ defendat. Intellige ergo possessionem vsusfructus, non autem rei,vt cognoscatur quis in possessione vsusfructus conseruari debeat. sed quis partes petitoris obtinebit,declarat text.in.l.sicut.§.sed si quæratur.ff.si

541 seruit.vendice.† non inficior quum aliquis pro possessione ciuili conseruanda agere possit interdicto retinendæ & pro vendicanda naturali possessione rei vendicatione agere posse. l.officium.&.l.qui restituere. ff.de rei vendic. & dixi in repeti.§.differentia.in.l.si quis vi.ff.de acquiren.possess. post Petrum & Cinum in.l.si de vi. ff.de iudic. & Henric.Bohic in.c.pastoralis. extra de causa propriet. non inficiabor etiam eum qui ciuiliter tantum possidet, posse interdictum vti possidetis proponere:similiter & naturaliter possidentem.l.si duo. ff.vti possid.& glos.hoc dicit in dicta.l.fin.in verbo,alter. ff.vti possid. & causam possessorij à petitoria differre, & coram diuersis tractari debere,nisi possessorium taliter petitorio annexum esset,vt sententia in vno lata exceptionem rei iudicatæ in altero pareret, iuxta.l.fundi.&.l.fundum.ff.de exceptioni.licet glos.in dicto ca.fina. extra de iudic. dixerit non posse neque licere duos iudices adire,pro possessorio vnum,& alterum pro petitorio : mota per ca.j.extra de causa possess.& proprieta.sed male

542 mea opinione. † Primò,quia contradicit tex.illius ca.fina.extra de iudic.alioqui summus pontifex cum iniustitia partis causam petitoriam episcopo Bononiensi & duobus alijs iudicibus Bononiæ commorantibus delegasset, & post iuris vel quasi eligendi rectorem in castro de Sina qđ abbas & conuentus sanctæ Mariæ de Florẽtia, & ex diuerso communitas illius castri sibi competere asserebant, quoniam iudicium possessorium illius iuris eligendi à Florentino Potestate diffinitum erat, per eundem Potestatem petitorium debebat diffiniri, per rationem illius legis, nulli prorsus.C.de iudic.et hac ratione cognitio petitorij nõ poterat illi auferri, & alijs iudicibus committi cum iniuria partis & iudicis. l.cognitio. ff.de libera.causa. ne instantia possessorij ab instantia petitorij diuideretur. Et tamen papa abbati & conuentui in illa Decretali præcepit coram illis delegatis iudicibus super proprietate vel quasi illius iuris agere,& prædictæ cõmunitati respondere. Et hoc pacto non obstabit.c. j.de causa possess.& proprieta.quia illa Decretalis quæ relatiua est tantum cõstitutionis legalis, de nulla alia intelligi potest, quàm de ea quæ in dicta.l.nulli. expressa est: quæ tamen in delegatis, non autem ordinarijs iudicibus intelligenda est,vt suprà ostẽdimus. & eodem modo dico ad ca.j.de sequestra.possess.& fructu.& clarè in eodem ca.probatur in verbo,delegata.& ex pluri-

543 bus alijs partibus illius Decretalis. † alioqui nõ posset papa aliter in illo.c.fin.de iudic.ab iniustitia excusari, nisi dixeris prout glos. voluit in dicto ca.si clericus.extra de foro competẽ.Papam quotidie literas clericis aduersus laicos pro quacunque causa concedere causarum cognitionem assumendo contra ea quæ dixit in.c.nouit.extra de iudic.& in.c.ij.extra de priuileg. & sic liberũ erit pontifici vnicuiq suam iurisdictionem non tantum interuertere,sed & tollere.neq vera esse potest alia glos.solutio in dicto cap.fin.extra de iudic.& in dicto ca.j.extra de causa possessio.& proprieta.quod rei & actores diuersi erant fori: ideo actor super proprietate forum rei sequi debet.

bet.ſeruis autem in cauſa poſſeſſoria: & hoc du-
plici ratiõe, quia in cauſa petitoria in optione eſt
actoris aut ſequi forum rei, vel reum conuenire
coram iudice loci in quo res ſita eſt.d.l.fi.C.vbi
in rẽ actio.& notatur in.d.l.quod legatur.ff.de
iudi.Secundò non eſſe verũ quod reus & actor
in caſu dicti.c.fi.extra de iud.fuerint diuerſi fo-
ri, quia ambæ partes Florentino Poteſtati ſubdi
tæ erant occaſione illius iuris realis vel quaſi, &
ſic iuris tẽporalis, quod fori eſt ſecularis.c. no-
uit.extra de iudicijs. &.c. cauſam quæ.ij. extra
qui filij ſint legiti. & ob id poteſtas Florentinus
abbatem & conuentum abbatiæ ſanctæ Mariæ
de Florentia cogebat cõmunitati prædictæ re-
ſpondere, neq; abbas & conuentus hoc refuge-
re poterant, ſecundũ glo.prædictarũ concluſio-
544 nem. Et ratio, † quia corã eodẽ iudice tractari
debent poſſeſſorium & petitorium.c.j.extra. de
cauſa poſſ.& propriet. Nec diſtinguitur an reus
& actor diuerſi ſint fori: imò.l. cùm Papinianus
C.de ſenten.& interloc. omniũ iudic. alleg. per
illas glo.etiã inter eos, qui diuerſi ſunt fori, non
permittit coram diuerſis iudicibus litigare. pari-
ter.l.cognitio.ff.de lib.cauſa.&.l.fi.C.de re mi-
lita.lib.xij.per rationes in hiſdem legibus dedu-
ctas. Quare tantũ cõmunitatis intererat coram
Florẽtino Poteſtate litigare, cùm in ciuitate Flo
rentina cõmunitas illa ſita non ſit, abbatia verò
ſic, & ob id extra territorium ſuum trahebatur.
Neq; dici poteſt cauſam eccleſiaſticam eſſe, imò
prophanã, & fori ſecularis eſſe. Nam ſecundum
glo.Inno.Ioan.And. Hoſtien.Anto. de Butrio
& reliquos canonũ interpretes rectoria illa quæ
litigioſa erat, ſed temporalis, & ſic omnino fori
erat ſecularis. d.ca.cauſam quæ.ij. extra qui filij
ſint legiti. Secundò quomodo poterat cauſa illa
petitoria à pontifice ad partis inſtãtiam alteri iu-
dici delegari, cùm omnino ſupplicare prohibea-
tur in.d.l.nulli.C.de iudi. vt cauſa petitoria corã
alio iudice tractetur, q̃ coram eo qui poſſeſſoriũ
diffiniuit. quæ cõſtitutio à pontifice approbatur
in.d.c.j. extra de cauſa poſſ.& propriet.& in.d.
545 c.j. de ſequeſt.poſſeſ.& fruct. † niſi dicas licere
pontifici iura omnia interuertere, & vnũquenq;
etiã ſecularẽ iudicem ſua iuriſdictione priuare,
omnemq; cauſarum cognitionẽ aſſumere, ſicuti
Bonifacius ſua cõſtitutione facere conatus eſt in
d.c.fin.de immuni.eccle. lib.vj.vt gloſ.meminit
in.d.c.ſi clericus.extra de foro cõpet. & pluries
ſuprà dictum eſt poſt Bart. in.d.l.omni innoua-
tione.C.de ſacroſanc.eccleſ.& in.c.j.§.fin.extra
de pœn.Ioan.Andre.& Hoſtien. in.c.ſolitæ.iij.
colum. extra de maiorita.& obedien. Hoſtienſ.
in ca.vnico.extra de ſacra vnctio. Archidia.in.c.
hoc videtur.ij.colum.xxij.quæſtio.vj.

Quare Anto.de Butrio plurimũ circa id labo
rauit in.d.c.fi.iiij.colum.extra de iudic.vbi poſt
multas ambages in hanc ſententiam declinauit,
546 † Vbi poſſeſſoriũ & petitorium cõpatibilia nõ
reperiunt, corã diuerſis iudicibus tractari poſſe.
Ita intelligatur.c.fi.extra de iudi. Alioqui ſecus.
Sed hæc ſolutio minus illi ca.fin.ſatiſſacit: q̃m in
ea nulla incõpatibilitas ex illo text. eligi poteſt,
quare poſſeſſoriũ & petitoriũ illius rectoriæ co-
ram Florẽtino Poteſtate tractari non debuiſſet:
cauſa em̃ prophana erat & tẽporalis: neq; em̃ ali
quid ex illo tex. colligi põt quod ꝓhibere pote-
rat Florẽtinũ Poteſtatẽ de cauſa cognoſcere. Et
ſi dixeris abbatẽ & cõuentũ perſonas eccleſiaſti
cas eſſe, cõcedo, ſed cauſa ſpiritualis nõ erat, ſed
tẽporalis, & ꝓphana, imò iuris erat realis, cuius
cognitio ad laicum cõpetit. c.cauſam quæ.extra
qui filij ſint legi.c.nouit.extra de iudi. Et Anto.
de Butrio in eadẽ decre.fi.ij.colũ.dicit notandũ
eſſe ſingulr̃ illũ tex.& in eo ꝓbari ꝑ ſpoliatione
iuriũ eccleſiæ corã laico iudice agi poſſe, & ſic ꝑ
ſacrilegio, et ex facto, ex quo ſacrilegij crimẽ ſur
git, electionẽ eſſe eccleſiæ corã quo iudice agere
velit, iuxta.c.cùm ſit.extra de foro cõpe.ſed hoc
notabile Anto.de Butrio verũ eſſe non põt, ſecũ
dum rationẽ gloſ.in illo.c.fin.extra de iudi.& in
c.j.extra de cã poſſ.& ꝓprie. dũ dicit ad illũ tex.
547 † actorẽ in cã poſſeſſoria teneri ſequi forũ rei.
& ſic actor, quãtuncũq; perſona ſit eccleſiaſtica,
eligere non põt quẽ velit iudicẽ habere, eccleſia
ſticũ an laicũ, ſed neceſſariò rei forũ ſequi debet.
Secũdò ex illo tex. nõ cõſtat qđ interdicto recu
perãdæ poſſeſſionis actũ fuerit: q̃nimò oppoſitũ
colligi põt: q̃m vtraq; pars dominiũ & poſſeſſio
nẽ vel quaſi iuris eligẽdi rectorẽ in illo caſtro ad
ſe ſpectare cõtẽdebat: quare potius dicendũ eſt
interdicto retinẽdæ q̃ recuperãdæ actum fuiſſe,
dũ in illo tex. dicit̃, ſuper poſſeſſiõe vel quaſi iu-
ris ibidẽ eligẽdi rectorẽ. & in fi.ſecũdi reſpõſi di
cit̃, quæ partes ſuper ꝓprietate vel quaſi p̄dicti
iuris ducerent ꝓponẽda. Quare dico ſatis cõſta
re aliã eſſe cãm poſſeſſorij & aliã petitorij.l.et an
eadẽ.§.fi.ff.de excep.rei iud. in facto em̃ tm̃ cõſi
ſtit, nõ aũt in iure, ſicut ſuprà dictũ eſt. Et idẽ gl.
ſentit in.d.c.fi. in verbo, ſup̱ ꝓprietate.extra de
iudi. Neq; obſtare põt vna ratio, qua Decius
veluti præcipua & capitali vſus eſt in.c.decerni-
548 mus.extra de iudi. † ex facto ius oriri. ad quam
Moder.Papiẽ.Iaſon in.l.quoties. C.de iudi.rñ-
det.dicit em̃ verũ eſſe ius ex facto oriri, ſed illud
ius, inquit Iaſon, nõ erit ſpũale, prout eſt q̃n con
tẽdit̃ an de iure ſit vſura vel ne. quod nihil eſt di
cere. nã ſi ago ad reſciſſionem cõtractus vſurarij
corã iudice laico, oportet neceſſariò iudicẽ diffi
nire an potuit de iure cõtractus fieri, & ſic an vſu
ra in cõtractu interuenerit. quẽadmodũ de ſacri
legio dicit̃ in.d.c.cùm ſit.extra de fo.cõpet. Imò
ſi turbatus in poſſeſſione rei ſpũalis petat ſe reſti
tui, iudicabit iudex an is qui petit ſe reſtitui, recte
poſſideret, vt dixi ſuprà per.l.j. C.vnde vi. & ſic
ſup̱ iure oportebit cognoſcere, in quo venit co-
gnitio tituli, aut coloris tituli, qui in iure cõſiſtit
549 c.ex frequẽtibus.extra de inſti.p̄ſertim † in bñfi

cialibus hoc procedit, quæ nisi cū canonica insti
tutione obtineri nō possunt.c.beneficiū.de reg.
iur.in.vj.&.d.c.ex frequētibus. Sed ista non est
cōueniens neq; cōgrua respōsio. Et ideo melius
glo.respōdet in.l.si ex plagijs.§.in cliuo. in ver-
bo,in causa.ff.ad legē Aquil. licet em̄ ius cū fa-
cto implicitū sit,nihilo minus facti magis quàm
iuris quæstio esse dicitur,per illū tex. dū inquit,
respōdeo,ius in causa esse positū.facti ergo, in-
quit gl.potius quàm iuris est quæstio. Ego vltra
quàm dicat illa glo.pondero iterū ad id.l.j.§.fi.
ff.de interdict. dū illic dicitur,interdicta omnia
licet in rem videantur cōcepta, vi tamen perso-
nalia sunt. Et licet ille text.modum nō declaret,
neq; formā quomodo personalia sint & in facto
cōsistant,neq; ob id realia dici debeant,sicut cla
rè aperit.d.l.& an eadē.§.fi.ff.de except.rei iud.
ibi,si qs interdicto egerit de possessione,postea
in rem agens nō repellitur per exceptionē:quo-
niam in interdicto possessio,in hac actione pro-
prietas vertitur. Idem in.d.l. naturaliter.§. nihil
cōmune.ff.de acquir.posses.do tibi vlterius tex.
qui recte hoc declarat in.l.ij.§.Pomponius.ff. si
seruit.vendi.ibi,alibi enim de iure,id est in con-
fessoria actiōe. Et alibi de facto, vt in hoc inter-
dicto quæritur. Et sic licet ius super interdicto
& sic super facto fiat vel reddatur,nō tamen sup
iure rei fit:quia per eam ius nō diffinitur,sed tūc
550 solū quādo reali actione agitur: † & sic propter
illud ius quod ex eo facto oritur, ius in re cōpe-
tens nō alteratur, neq; in actione, neq; in nomi-
ne,neq; in iudicio : quoniā in interdicto posses-
sio,in reali actione proprietas vertitur. d.l.& an
eadē.§.fi. Alioqui esset verbis potius quā rebus
legem imponere.l.j.in fi.C.cōmunia de leg.imò
frustra diceret,eū qui egit possessorio posse etiā
rei vendicatione agere,in qua ius reale venit.l.is
qui destinauit. & per totū titulū.ff. de rei vēdic.
§.cōmodissimū. Insti.de interdict.d.l. naturali-
ter.§. nihil cōmune.ff. de acquir. possessio.cùm
per possessorij definitionē proprietas terminata
& decisa esset.quod falsum est, vt ex p̄dictis sa-
tis clarè patet. Ego vlterius declaro, quāquam
ex p̄dictis satis tibi cōstet, ex.l.mora.ff.de vsur.
ibi,an mora facta intelligatur, neq; cōstitutione
vlla,neq; iuris authorū quæstione decidi posse,
cùm sit magis facti quàm iuris quæstio. Idē in.l.
j.in fi.&.l.ij.ff.de iuris & fac.ignorā. & licet sen
tentia super eam feratur, per quā dicit̄ ius oriri,
nō dicitur super iure reddi, sed quatenus iudicā
tis religio suggerere potest.& ita declarat.l.eū q
551 temere.ff.de iudi. † de facto,inquit,cōsulētibus
non debēt præsides cōsiliū impartiri,verū iube-
re eos prout religio suggesserit sententiā profer
re.& sic sentētia,quæ vnicuiq; quod suū est red-
dit,super facto tātū, & quatenus factū postulat,
reddit. Aliter & tertiò ex.l.fin.ff. vti possidetis.
vsufructuarius dominus nō est.l.eorū. in princ.
ff.de dam.infecto.tamen quatenus in possessio-
ne vsusfructus turbatur, interdicto vti posside-
tis agere potest:& tamen vsufructuarius natura
liter tantū possidet.d.l.naturaliter. in prin.ff. de
acquir.possessione.l.certe.§.is qui rogauit.ff.de
preca.& licet super possessione ius reddatur,nō
autē super iure vsusfructus, neq; sup iure reali,
quæ longe inter se differūt.d.l.vti frui.ff.si vsus-
fruct.petat.&.l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si ser-
uit.vendi.& id verū est:non ergo ius quod ex fa
cto oritur,qualitatē causæ mutat. Perfunctoriè
autem obiter vnū non omittam, quod Hostien.
scripsit in.d.c.quāto.extra de iudi. de rege An-
gliæ,vt licet de iure per dictū.c.quāto. quæstio
552 † iuris patronatus coram ecclesiastico iudice ter
minari debeat, tamē id Angliæ rex cui de facto,
inquit Hostien.omnia licent,nō admittit,sed cō
trarium obseruat, nescio quid in causa est. Nec
obstat quod supra dictū est, causam possessoriā
cum petitoria esse cōtinētem,vt inquit glo.in.c.
j.extra de causa pos.& ꝓprie. & in.d.l. nulli.C.
de iudi.quia nō sic dicuntur cōtinentes, vt corā
eodem iudice terminari debeant, cū diuersi sint
effectus,neq; omnis qui in possessione obtinet,
in petitorio obtinebit. quid em̄ si is qui agit in-
terdicto post annū agat? certe inutiliter agit.l.j.
ff.de interd.quia interdictū illud annale est, per
illum tex.&.l.vnicam.C. vti possidet.vel quod
actor de possessione nō doceat, & ꝓpterea reus
in possessione conseruatus est, ob id tamen iure
proprietatis non priuabitur : quoniam si in pe-
titorio recte de dominio doceat, obtinebit. Et
hac ratiōe ductus Bal.in.c.j.apud quē cōtrouer.
feudi termi.deb.colla.x. ait Bernard. in.c.cæte-
553 rū.extra de iudi. † dicere possessoriū causæ spiri
tualis nō esse spirituale:qa nō tangit medullā ve
ritatis.c.literas.extra de iura.calū.clemē. dispen
diosam.de iudi.præterea,inquit post gl. magnā
in.l.extat.ff.quod met.causa.p actus turbatiuos
difficilis redditur possessionis probatio, in quo
magis factū quā ius cōsistit. Et ideo nō solet sen
tētia in possessorio lata exceptionē rei iudicatæ
in petitorio producere.d.l. & an eadē.§.fi.ff. de
except.rei iudi. Et ita sentiunt Bart. Bal. Ioā. de
Imola, Paul.de Castro, cæteriq; legū interpretes
in.d.l. Titia.ff.solu. matri. & in.d.l. omni inno-
uatione.C.de sacrosanct.eccles.post Bernard.in
d.c.literas.extra de iura.calū. Ioā.And.in.d.cle.
dispēdiosam.de iudi.Anto. de But.in.d.c.fi.ex-
tra de iudic.& in.c.cùm sit.extra de foro cōpet.
Bal.in.d.l.si de proprietate.iij.col.C.si à nō cō-
peten.iudic.in.d.c. vnico, apud quem seu quos
quæstio feudi diffi.debeat. colla.x. & in.l.j.C.
de bonis liberto. Anto.de Butrio in.d.c. tuam.
extra de ordi.cognit. Andre.de Iser.in.c.vnico,
in verbo,contrahentium incestas nuptias. quæ
sint rega.colla.x. Felin.in capit.causam quæ.vj.
colum.in fin.extra de præscript. Luc.de Pen. in
lege,si coloni.xiij. colū.versic. nouissime quæ-
ritur. C. de agricolis & censitis. libro. xj. vbi
dicit

dicit,in regno Siciliæ duas formas pro stylo traditas fuisse, quibus secularis iudex vti deberet, quas dicit de iure necessarias non fuisse,cùm circa rerum restitutionem iura modum & formam tradiderint. Dicta eius,cùm tibi pateant,non curo recensere, cùm etiam non videntur mihi illæ formæ plurimum necessariæ neq; conducibiles: consultò igitur eas trãscribere omitto. Non me fugit nonnullos neotericos Gallos dicere ad tol-
554 lendam † oẽm disputationẽ à Martino summo põtifice regibus Frãciæ cõcessum fuisse vt regij iudices de causa possessorij quorũcunq; iuriũ spiritualium cognoscere & diffinire posśint, eámve cõcesśionẽ anno salutis dominicæ.xxviij. supra millesimum & quadringẽtesimum, kalẽdis vero Maij factam fuisse. Tametsi à chalcographis in scriptis tradita sit hæc cõcessio,sed non tã illi privilegio q̃ iuri scripto inhæreo. Verum vbi privilegiũ à iure cõmuni cõfirmatũ est,solidius est,& cum maiori difficultate dissolui aut tolli potest. l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mil.glo. in.l.sed et si quis.§.quæsitũ.ff.si quis cautio.glo. in.c.præterea.de prohibi.feud.alie. per Frideri. colla.x.Feli.copiose in.c.sicut Romana.ij.colũ. extra de rescrip.idẽ Feli.in tractatu qñ lit.apost. in.vij.amplia. Et ex præcedentibus dico non tm̃ ex privilegio id regi cõpetere,sed & quibuscũq; laicis iudicibus de iure licite de possessorio iuriũ spiritualiũ cognoscere & diffinire. vbi autem hic rex ex privilegio obtineret,ad alios iudicare extẽdi non posset.l.ius singulare.ff.de legib. Cæterũ Gallia nõ tam largẽ hanc cõclusionem admittit, quasi ex privilegio tm̃ hoc ab ecclesia regi cõcessum sit, & ob id solis regijs iudicibus licere de causis possessorijs cognoscere,non etiã alijs secularibus iudicibus quantũcunq; merũ & mixtum habẽtibus imperiũ cũ omnimoda iurisdictione. & hac ratione practici(vt illorũ vocabulo vtar) dicere solent,iste casus est regius, id est qui solo regi præfectisq; provinciarũ ab eo cõmisśis singulari iure & prærogativa authoritate legis regiæ reservaẽ cũ alijs plerisq; multis,quos regios vocamus.nostra autẽ tẽpestate Alecõnij iudices regiorũ casuum cognitionẽ vsurpauerũt,&vltra q̃ suprà dictũ est,nõ puto omittendũ esse singulare dictũ Hostiẽ.in.c.verũ. extra de foro cõpe. quod Ioã. Andr. illic approbauit,& quibus cõmunis Canonistarum schola se subscribit. dicũt enim.c.qualiter & qñ.extra de iudi.de personalibus causis,non autẽ de feudalibus intelligẽdum
555 esse,† et ideo feudi dñm de feudo clerici et inter clericos cognoscere & diffinire posse.multo magis in principe dicendũ est,qui in sua monarchia vniuersaliter dominus est, qui & imperator recte & iure dici potest & debet, vt in tractatu fusius explicauimus. Et forte plura, dum tempus adfuerit,demonstrabimus.

Aliud est ius regiæ dignitati cohærens, quod nulli alteri cõpetit,creãdorũ videlicet magistratuum supremorum potestas.e.vnico.quæ sint regal.colla.x. Et id Luc.de Pen.nõ inelegãti stylo prosequiẽ in.l.cõtra publicã.v.colũ.ad fin.vers. sed pone,rex cõcesśit comiti.C.de re mili. li.xij. cuius dictis me subscribo,paucis tm̃ additis. Pri-
556 mò clarũ esse † omnẽ iurisdictionẽ & potestatẽ à populo in principẽ trãslatã fuisse, vt in eũ solũ omis populi ptãs resideret.l.fi. C.de legib.§.sed quod principi.Instit.de iure natu.gent.& ciui.l. j.ff.de cõsti.prin. Sed cùm difficile erat principẽ circa tãta tamq; varia occupatũ negotia omibus intẽdere.l.magistros.C.de profess.& medic.lib. x.l.præcipimus. C.de appel.& in extrauag.Ioã. xxij.incipiẽte,super gẽtes & regna.in tit.de consuetu.necesse fuit magistratus creare,qui vice regia ius populo redderent. §.igitur. &.§.nulla.in authẽ.de defensõ.ciui.colla.x.l.iubemus.C.de appel.queãdmodum & populo Romano post exactos reges cõtigit.l.ij.§.nouisśime. ff.de origine iur. Si ergo princeps solus hoc habeat, quomodo alius põt. & hoc argumento vsus est Alex.in l.j.circa princ.ff.de offic.eius cui mãd.est iurisd. argumẽto est.§.cumq; hoc deo.in proœm.Institu.ibi, nostra authoritate nostrisq; suasionibus. ca.cùm inter.in verbo,vice regia. extra de elect. neq; alius à principe cõmittere põt.§.j. in authẽ. vt nulli iudi.lic.hab.loc.cõser.coll.ix.d.§.nulla. in authẽ. de defen.ciui.coll.iij.quos text. Alexã. ad id notat in rubr.ff.de offi.eius cui mãda.est iurisd.colũ.iiij.cui adde.l.j.§.à præfectis.ff.de leg. iij.& illi soli iurant.§.j.in authẽti.iusiuran.quod præsta.ab his.coll.iij. Et si secus fiat nõ recte fit, quasi desiderent hi altisśimo similes esse,vel regi se adæquare,cõtra id quod scribitur in.c.solitæ. extra de maior.& obed.& Esaiæ xiiij.c.facit qđ notat Inno.in.c.cùm P.tabellio.extra de fide in-
557 strumẽ. † dum ait solũ principẽ posse tabelliones creare. Induci põt.l.j.&.ij.C.vt nemo priuatit.&c. Quod autẽ dictũ est post Innoc.principẽ solũ posse tabelliones creare, nõ placuit Guliel. de Cu.in.l.nõ aliter.ff.de adopt.motus authoritate.§.ex ,puinciali.in authẽt.de defen.ciui. coll. iij.&.§.nullo.in authẽt.de iudi.coll.vj.in vers.is qui causas.qui statim illũ.§.sequiẽ.& cũ Guliel. sentit Nicol.Spin. in.l.actuarios. C.de numera. & actua. lib.xij. quod prosequere vt per Cardi. Alex.in.c.vnico.quæ sint rega.colla.x.Si cũ Innoc.sentire vis dic ad illos text.de tabellione nõ posse intelligi sed de signatore cuius meminit Iurecõsultus Venuleius in.l.curẽt magistratus. ff.
558 de testib. † quos grapharios vulgò nũcupamus, qui actuarij recte dici possunt, qm̃ acta apud iudicẽ suscipiãt & conficiãt. d.l.actuarios.C.de numera.& actua.lib.xij.qui & exceptores nominãtur in.l.exceptores.eo.tit.similiter in.d.§.in provinciali. vt paulò post aperiemus, qui & scribæ vocanẽ in.l.j.C.de tabu.lib.x.et Liuius lib.ij.de Cornelio Mutio ait,ibi cùm militibus stipendiũ forte dabatur, & scriba cum rege sedẽs pari ferè

ornatu multa agebat. Canonistæ tabellionẽ vocãt in.c.quoniã cõtra falsam.extra de ꝓbatio.Iuuari põt ex.§.j.in authẽ.de tabel.colla.iiij.ibi,q litẽ audiebat quærebat à tabellione cognoscere negotij veritatẽ.& Accur.ita interpretatus est in l. inter eos.versi.eos q notis.ff.ex qb:cau.maio. sed ideo sic accipif quod publica sit ꝑsona, inqt
559 illa decret.quoniã cõtra falsam. † Et distinguo tabellionẽ ab actuario seu scriba vel graphario q præficitur à iudice ad scribenda causæ vel litis acta quæ corã eo fiũt.l.iubemus.C.de defenso. ciuita.ibi,scribas,tabularios,& cætera officia publica cõmonẽdi,per quæ libellũ colligi oportebit atq; inuitis suprà memoratis ꝑsonis sub acto rũ cõfectione ingerẽdi.Et tex.in.d.§.in prouinciali.satis indicat dũ ait,ex ꝓuinciali autẽ officio habere exceptorẽ eis administrantẽ.simil'r in.d. versi.his qui causas.ibi,vnoquoq; tñ iudice duobus quidẽ exceptoribus vtẽte.tabelliones autẽ, de qbus hic nõr fermo est,hi sunt q ad instrumẽta recipiẽda ꝑfecti sunt,quorũ rectẽ meminit totus ille tit.de tab.coll.iiij.nõ ꝓhibet aũt iudici tabelliõẽ loco exceptoris vti,sicuti & canonũ interpretes volũt,pariter & Acc. intellexit & in tota penè Italia cõis loquendi vsus ita obseruat. Nã & in Parisiẽsi curia grapharío astãt quatuor notarij q curiæ acta graphario absente vel recu-
560 sato cõficiũt. † de his aũt exceptoribus vel actuarijs nõ intendit Inn.loq;,sed de tabellionibus ad cõficiẽda instrumẽta ꝓpositis, quos Accur.in.l. ij.ff.de iud.chartularios iudices vocat.Nã ꝑsonã sigilliferi in vnaquaq; culonia ꝑfecti iudicẽ loquentẽ veluti ꝑsentẽ introducũt.§.vt tamẽ.&.§. fi.in authẽ.de tabel.coll.iiij. & qbus nomina varia secũdũ gẽtis aut ꝓuinciæ morẽ imponũtur.l. fi.C.de tabel.lib.x.in Gallia verò Guliel.de Cuneo opinio ꝓualuit. passim nãq; hi qbus à rege merũ & mixtũ imperiũ cũ iurisdictione concessa sunt in districtibus suis seu intra limites cõcessæ iurisdictiõis tabelliones q inter suos subditos instrumẽta cõficiant præponũt & instituũt.Nã & tex.in.d.§.vt tamẽ nõ vehemẽter. in authẽ. de tabel.coll.iiij.dicit magistrũ cẽsus tabellionẽ habere,& quẽ suo offi.ꝑficit. Nã & Andr.de Iser. in.c.j.in verbo,scriba.de ꝓhib.feud.alie.p Frid. coll.x. idẽ dicit in regno Siciliæ obseruari ꝓ terris domanij principis. Et instrumẽta quæ ab eis cõficiunt vulgo garẽtigionata dicunt: quoniã executionẽ parant aduersus eos q corã eis cõtraxerũt,videlicet in districtibus suis. Regij autẽ tabelliões quos etiã notarios à notis & ꝓtocollis appellamus,q̃a notas & ꝓtocolla de q̃buscunq; cõtractibus corã eis factis cõficere debẽt.d.§.fi. in authẽ.de tabel.colla.iiij. passim oẽs obligare possunt,& inuim illorũ instrumentorũ executio parata est aduersus oẽs obligatos, eorũq; hære-
561 des quocũq; diuertãt,vel quò loci eant. † Istorũ officiũ vile à plerisq; reputatũ est: q̃a reipublicæ seruire necesse habeãt ob idq; serui publici dicãtur secũdũ Accur.in.§.serui autẽ.in verbo,serua re.instit.de iure ꝑsona.per.l.non em̃ aliter.ff. de adoptio.& ij sub magistratuũ appellatiõe nõ cõprehẽdũtur.d.l.fi.C. de tabula.lib.x. sed publicis necessitatibus officiũ addictũ exercere dicuntur,ꝑ illũ tex.&.§.fi.in authẽ.de tabel.coll.iiij.ꝑ Iustinianũ autẽ publica ꝑsona nuncupatur,in.§. cũ autẽ impubes.instit. de adoptio.ibi, publicæ ꝑsonæ,id est tabellioni.& alibi seruus publicus in.l.ij.C.de adoptio.&.l.ij.ff.rem ratã haberi.& d.l.nõ em̃ aliter.ff.de adoptio.& ideo largo modo officiũ dicitur,nõ quod sit officiũ, sed publica seruitus.Ideo ꝑ Guliel.de cuni.rectẽ dici potest non esse mirũ si ei, cui à principe iurisdictio cõcessa est, liceat aliquẽ cõstituere q inter subditos instrumẽta & ꝓtocolla cõficiat qbus possit iudicibus de cõtractibus inter subditos factis apparere vt facilius de cõuentis inter eos diffinire possit,argu.dicti.§.fi.in authẽ.de tabell.de quo dic vt ꝑ And.de Iser.in.d.c.vnico,in verbo,potestas creandorũ magistratuũ.q̃ sint regal.& Luc. de Pen.in.d.l.cõtra publi.vj.col.C.de re milit.
562 lib.xij. † Sed axioma de magistratibus qui reipubl.administrãdæ curã habeãt,intellige vt soli principi potestas sit creãdorũ magistratuũ. & id ꝓbat.l.vnica.in princ.ff.de officio ꝑfecti prætorio. vbi tex.illo vtitur argumẽto,cuius in capite huius articuli meminimus in versi.nã cùm apud veteres.& versi.regimẽtis reipub.ad imperatores trãslatis.sed à quo trãslatis: à populo, cui potestas erat creãdorũ magistratuũ.l.vnica.in princ. ff.de officio quæsto.ibi,nõ sua voce, sed populi suffragio crearent. Ego verò nõ abs re de magistratibus superioribus dixi:cùm & hi quibus iurisdictio à rege vel imperatore cõcessa est facultas sit in suo territorio creãdi magistratus q suo nomine iurisdictionẽ exerceãt, argumẽto.l. cui iurisdictio.ff.de iurisdi.om.iudi.c.vnico, apud quẽ seu quos feudi quæstio terminetur.c.vnico an apud iud.vel cur.domini.colla.x. quod ꝑsequere vt ꝑ Bal.Alex.& Moder.in.d.l.imperiũ. ff.de iurisdi.om.iudic.lege tracta.Iacob.de sancto Geor.in verbo, & cũ mero & mixto imperio.Alex.in.d.l.j.ff.de offic.eius cui mãd.est iurisdi.sed general'r reipubl.ꝓuidere soli principi cõuenit.quẽ And.de Iser.in.d.c.vnico,quæ sint regal.dicit esse iudicẽ iudicũ.§.j.in authẽ.cõsti. quæ de dignit.coll.vj. Ego melius induco.d.l. vnicã in fi.ff.de offi.ꝑfe.ꝑto.ibi,nõ aliter iudicaturos esse ꝓ sapiẽtia ac luce dignitatis suæ quàm ipse foret iudicaturus.l.j.in princ.ff.à quib.app.
563 nõ lic.ibi,stultũ † illud est admonere à principe appellare fas nõ esse, cũ ipse sit q ꝓuocaĩ. dicit etiã secũdũ eũdẽ And.de Iser. summus magistratus,argu.l.ij.ff.de adopt. dixi aliàs suprà sic interpretando.l.ij.ff.de in ius vocan.non repeto. His addo tantã esse principis rationẽ habẽdam circa magistratuũ creationẽ, vt nemo cẽseatur à principe magistratus ordinatus,donec princeps literis

literis suis authēticis sua manu subscriptis & suo arbitrio præstitis manifestauerit.l.ij.C.de cohorta.lib.xij.l.probatorias.C.de diuers.offi.eodem lib.xij. vide quod notat Ioan.And.in proœmio sexti.j.&.ij.columna.Et dum aliquando in curia Rothomagi casus occurrisset de duobus circa idem officium à principe prouisis, & vterq; postularet in consortium admitti numeroq; candidatorum ascribi,quorum vnus diploma regis solito more expeditum subsignatúmve & sigillatum producebat:alter verò subscriptum tantùm primo antiquius.Senatusconsulto is qui probatorias literas ꝓ solito more expeditas afferebat, altero prorsus excluso,receptus est,per illū text. &.l.in his officijs.eodem tit.de diuer.offi.C.lib.
564 xij. † non enim ante gratia à principe perfecta censenda est quàm literæ illo ordine fuerint expeditæ,per illos tex. primo in.l.probatorias.dicitur,non passim nec liceāt solis authoritatibus vel sacrarum militarium literarum exēplaribus, sed ex authenticis tantum sacris probatorijs manu nostra subscriptis et nostro arbitrio præstandis. & in.d.l.in his. dicitur, nisi eum emissa sacri scrinij probatoria cōsecrauerit.non enim probatoria est donec diploma sigillo confirmatum fuerit,licet subscriptum sit, sicuti vsus in diplomatū regiorum expeditione obseruare solet,in.l.ij.C. de cohorta.lib.xij.dicitur, nullus iudicū quenq; sine sacra ꝓbatoria ꝓbare audeat vel ꝓuehere.

Idem in generali lege condenda dicēdum esse puto.l.leges generales. &.l.fin. C.de legi.quod prosequere vt per Bart.& Moder. in.l.j.in princip.ff.quod quisq; iur.Licet dicatur senatum ius facere posse,in.l.nō ambigitur. ff.de legib.& in
565 l.j.§.de qua. ff.de postul. † Dicitur autē à nõnullis curias parlamentorū Franciæ restituere posse seu restitutionē cōcedere,sicut olim senatus Romanus poterat.l.j. §.de qua. ff.de postulā.sed id verum non est.Ius quidē facere possunt,sed non generale vel quod vniuersum populū ligare possit,nisi principis cōsensus accedat,qui procerum cōsilio in huiusmodi arduis causis vti solet.l.humanum.C.de legi. licet aliter Papiē.Moder.dicat in.l.j.colum.ij.ff.de officio eius cui māda.est iurisdi. verum est autem exactis regibus, consulibus à magistratu expulsis,dictatore postea electo, qui post consules summum in populo magistratum obtinere cœpit, & decēuiris pariter, ob Appij Claudij libidinem,ē magistratu depositis, iterum ad senatum constituendæ Reipublicæ curam & administrationem à plebe omni've populo deuolutam fuisse: vt Liuius rectè meminit.ij. &.iij.lib.primæ Decadis,seu abvrbe condita.& Pompo.Iureconf.in.l.ij.§.deinde quia difficile. ff.de orig.iur. Et illo runc senatus ius constituere cœpit, & id ius senatusconsultum appellatum est,quod seruare necesse erat. Dum autē ab Vlpiano dicta.l.non ambigitur. composita est,iam tota vis & potestas senatus in principem solum translata est,neque amplius senatui licuit legem facere sed soli principi hæc potestas attributa est dicta.l.fina.C.de legib.l.prima. §.cùm enim antiquitas.C.de veteri iure enuclean.neque mouere potest Accursij interpretatio ad illam. l.fin.in verbo,solus. C.de legib.dum ad eam supplet,&
566 nullus alius solus. † quoniam nemo alius siue solus siue plures in vnum leges facere potuerūt, imò nec populus ipse totushoc potuit,quicquid Paulus de Castro aliter in.l.non ambigitur. dixerit, dum ad.l.primam. ff.de constitu. princip. dicit solum legis condendæ vel totius imperij vsum, non autem ipsum imperium translatum fuisse.hoc enim rectè Paulus de Castro non sensit.Cæsar nanque dum imperium vsurpauit omnem à senatu potestatem ademit, quam tamen paulo ante Cæsarem Sylla & Marius depresserant vt Plutarcho in Sylla placet. Cæsar autem procedente tempore tyrannidem Syllæ & Marij adauxit, omnemq; senatui potestatē ademit, neque vltra senatus post vsurpatum à Cæsare imperatoris nomen in decernēdis prouincijs,mandandis exercitibus, legibus condendis,aut faciundis senatusconsultis, admittendis, dimittendisq; legationibus constituendáve Republica occupatus fuit, sed sublata omnis senatorij muneris potestate solus imperandi potestatem assumpsit.& sic ad vnius imperium ciuitas ipsa tota redacta est, vt ex Cicerone in secundo & tertio Officio.lib. ex Liuio in secundo & tertio. & Tranquil. satis vnusquisque legere potest in Iulio & Nerone & Caligula & Domitiano.& Plutarchus in Cæsare. quandoque etiam per Cæsares aucta. Et sæpius pro cuiusque imperatoris libidine diminuta fuit, donec Cæsarum inertia potestas eorum minuta & penè ablata est. Neque prædictis.l.prima. ff.de constitutio.princip. aduersatur,dum in ea dicitur,populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem concessit. quod & repetitur in.§.sed quod principi. Instit. de iure naturali,gent.& ciuil. Licet in eis sit verbum,concessit.quod Paul.de Castro post Bald. & Angelum induxit, vt sic populus imperium & potestatem non transtulerit,sed solum concesserit:quoniam vis verbi vsum seu exercitium imperij tantum,non etiam imperij translationē admittere potest,secundum eos.l.ad eum.vbi Ro-
567 ma.idem notat. ff.de donatio. † verbum,concedo.inquit Romanus,aptum est solùm ad simplicis vsus translationem.Igitur imperium apud populum remansit,quanquam eius exercitium imperatori concesserit. & eorum opinioni assentire videtur Vlpia.in dicta.l.non ambigitur.quod suis adhuc temporibus senatus ius facere poterat.& in dicta.l.j.§.de qua. ff.de postulā.Vlpianus dicit senatum posse restituere. Idem Vlpianus in.l.prima.ff.à quibus appell.non licet.dicit à senatu ad principem non licere appellare.Ego propius ad huius interpretationis confirmatio-

nem pondero text. dictæ.l.ij.§.deinde quia diffi cile.ff.de origine iur.ibi,quia difficile plebs con uenire cœpit, populus certe multo difficilius in tāta turba hominum:necessitas ipsa curam Rei publicæ ad senatum deduxit: & ita cœpit sena tus se interponere.Iterum in versic.sequēti eius dem.l.ibi,nam senatus non perinde omnes pro uincias prouide regere poterat. Igitur constitu to principe datum est ei ius vt quod constituis set ratum esset.Ecce quomodo princeps circa iu ris cōstitutionem solum populi authoritate fun gitur, non priuatiuè,sed cumulatiuè.

568 Quare non rectè sentire videntur † qui impe ratorem à papa imperium obtinere dicunt. non enim à papa sed à populo potius habet. nam & ius quod in ciuitate Roma pōtifex habet,vt ple risq; placet,à Constantino habere dicunt.c.Con stantinus.xcvj.distin. sed verius tamen esse dico à Carolo Martello primùm, demum à Pipino, postremo à Carolo magno cæteris've regibus Franciæ habuisse, vt latius in tractatu, An rex Franciæ superiorem in temporalibus recogno scat, explicaui. Antequam enim Christus nasce retur iam Cæsar imperatoris nomē vsurpauerat, cui Augustus successit, quo imperante Christus natus est. Si vlterius Romani populi annales cō

569 sideremus & illis cōsentiendum est † septingen tis & sexdecim annis ante Christum incarnatum condita Roma fuit,nec tunc summi erant ponti fices,sed omnis ferè natio quæ sub cœlo est, vti dicūt,Christo nato Octauiano obediuit, & pax in cœlo & in terra habita est: quia pacis rex de virgine nasci voluit, vt multo amplius ostēdere curabimus. Præterea vsq; ad Caroli Martelli tempora Romana imperialis sedes semper fuit: donatione autem à Carolo Martello pōtifici fa cta,& à Pipino & Carolo magno successiuè cō firmata pōtificibus statim Romanorū pontificū sedes perpetuò stabilita est. non inficiabor ple

570 rosq; dicere † Iulium imperatorē non fuisse,cu ius opiniōis est Plutarchus in Apophtheg. neq; ob id in imperatorum catalogo ascribi, tametsi primus imperatoris nomen vsurpauerit,sicuti te stis est Tranquillus in Cæsare. c.lxxvj. dum ait, Non enim honores modò nimios recepit,vt cō tinuum cōsulatum,perpetuā dictaturam, præfe cturamq; morum,insuper prænomen imperato ris,cognomē patris patriæ, statuam inter reges, suggestū inter orchestra,sed & ampliora etiā hu mano fastigio decerni sibi passus est. Imperato ris igitur nomē iugiter postquā Cæsar imperato ris nomē assumpsit,inualuit, cum sibi & populo regis nomen exosum esset. Nam & plebi regem eum salutāti Cæsarem se & non regē esse respon dit.hæc Tranquillus & Plutarch.in Cæsare. nō diffitebor à diuo Hieronymo scriptum extitisse modum quo episcopi in ecclesia dei post aposto los esse cœperūt,qui transcribitur in.c.legimus. xcvj.distin.Quare vulgo dici solet post Ouidiū,

Diuisum imperiū cum Ioue Cæsar habere.cuius glo.meminit in.d.c.causam quæ.ij.extra qui filij sint legi. Accedit his.c.quo iure.viij.distin.c.cō

571 uenior.xxiij.q.viij. † Cæterùm,vt prædiximus, dubiū non est,populū vnius imperio sibi cōsule re voluisse,tametsi principio rerum gentium na tionumq; non popularis ambitio reges introdu xerit,sed spectata inter bonos moderatio ad re giæ maiestatis imperiū reges adduxit. Hæc Iusti nus in primo suæ historiæ in Trogū.quorū exē plo Hebræus populus regē postulauit, Regum j.c.viij.& Iosephus lib. Antiqui.vj.c.ij.Non in ficior summū pontificē Christi vicariū esse, neq; quisquā alius nisi male sentiens aliter dicere po test. & quanq; scribatur Psalmo.xxiij. Domini est terra & plenitudo eius. Et transcribit in.d.c. quo iure.viij.distin. Et sic summū pōtificē vices

572 dei,cuius terra est et plenitudo eius,agere: † sed nemo nō scit Christū dn̄m suis apostolis & disci pulis principatū non reliquisse,dum dixit princi pes gentiū dominan̄t earū. Matthæi xx.& Lucæ xxij.& iterū eodē.c. Filius hominis nō venit mi nistrari,sed ministrare. Vnde & Paulus se seruū seruorū Dei dixit:eius exemplo Gregorius eius nominis in pōtificū catalogo primus se seruū ser uorū Dei scripsit, cuius vestigia cæteri pōtifices imitati adhuc nostra ætate seruos seruorum se in diplomatibus seu literis & rescriptis(bullas vo camus) inscribūt.& sic nō terrenum sed cœleste voluit esse regnū suum & imperiū,Ioā.xviij. Re gnū meū, inquit Christus,nō est de hoc mundo. si ex hoc mūdo esset regnum meum,ministri mei vtiq; decertarēt vt nō traderer Iudæis. Et idē in sinuare videt̄ diuus Ambrosius in.c.conuenior. versi.respondeo. xxiij.q.viij. Allegatur,inquit,

573 imperatori licere om̄ia,ipsius esse vniuersa: † re spōdeo, noli grauare te imperator, vt putes te in ea quæ diuina sunt imperiale aliquod ius habe re &c. quod sequitur lege. vnde Barto.in.l.ho stes.in princi.ff.de capti.& postlimi.reuers.dicit populum Romanum iurisdictionem in eas gen tes & populos retinere, in quibus iurisdictionē aliquā exercet,præsertim hoc de ciuitatibus Tu sciæ & Lombardiæ dicit, quæ asserunt impera torem orbis dominum esse,& in quibus iurisdi ctionē in aliquo articulo exercet. Præterea Ro mæ quotannis populus aliquem in senatorem e ligit, qui populi vices agat, in quo populus Ro manus ius & dominium,quod antea obtinebat, retinere videtur.Item Barto.in.l.j.ff.si quis testa

574 men.esse liber iuss.fuerit. dicit † præfectum vr bis Romæ hodie imperatorē coronare, quibus actibus animo ius quod antea populus obtine bat retinet & cōseruat: vt inquit in simili Bal.in l.ij.C.de serui.& aqua.dum de Florētinis & Pi sanis loquitur.Nec dissimile exemplum præter mitto in eo qui diu mero imperio & iurisdictiōe vti non potuit,quia necesse non fuit ei vti, secun dum.l.in filijs.C.de decurio.libro.x.& capitu.j. de feud

de feudo sine culpa non amitten. colla. x. qui licet actu nō exercuerit, tamen erectas furcas animo retinendi imperium tenet, tunc cum imperio iurisdictionē retinet, & ex integro seruat, secundùm Florianum, & rectè in. l. hæc verba. argumento illius tex. ff. de seruit. vrbano. prædio. cui adde quod not. plenius Andre. de Iser. in. c. vnico, in verbo, monet. quæ sint regal. colla. x.

575 Ego verò nō puto prædicta vera esse: † quia non tantum cōcessum est imperium & potestas imperatori, sed re vera translatum. & satis verba dictæ. l. primæ. ff. de cōstit. princi. &. §. sed quod principi. Institu. de iure natura. gent. & ciuil. volunt, dum in eis dicitur, ei & in eum omne suum imperium & potestatem concessit. Sed ad id respondebat Ange. dicit enim verbum, cōcedere. in his actibus ad dominij translationem efficacibus seu potētibus ius transferre, vim translationis obtinere. alioqui nō. Secundò & melius posset addi vnum quod mea opinione fortius strin-

576 gitur. † Nam papa aut imperator æqualem iurisdictionem seu potestatē concedendo non sic concedere videntur vt seipsos sua authoritate & potestate priuent. c. dudū. §. nos igitur. de præb. lib. vj. ibi, nos igitur attendentes quòd & si memorato episcopo prædictam concessimus potestatē, penes nos tamen nihilominus remansit maior, licet eadē potestas etiā in prædictis propter quod nostra qui eādem præoccupauimus potestatē potior debet esse cōditio. Cui conuenit. l. j. versus finē. C. de offi. præfecti vrb. ibi, sed nō ita vt lateat officiū annonariæ. & quod in eadē. l. sequitur vsq; in fi. legis, quā omnino vide. quæ omnia tollūtur per. d. l. j. §. cùm enim antiqua. C. de vete. iure enucle. ibi, omne ius, omnisq; potestas populi Romani in imperatoriam trāslata sit potestatē. Et Aurelius iurecōsultus idē cōfirmat in. d. l. vnica. ff. de offi. præfe. præto. ibi, regimētis reipub. ad imperatorē perpetuò translatis. & in. d. l. fin. C. de legib. dicitur, si enim in præsenti tempore leges condere soli imperatori concessum est &c. Et sic priuatiuè concessio facta est à populo, quia in principem translata est. Et istius effectus verbum, cōcedo. probatur in eadem. l. fin. ibi, vel quis legū ænigmata soluere & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is cui so-

577 li legislatorem esse concessum est. † Et licet senatus quandoq; legem vel senatusconsultum faciat, non nisi principe permittente. hoc dicit eadem. l. fin. in fi. ibi, nihil bac lege derogante veteris iuris conditoribus: quia & eis hoc imperialis maiestas permisit. §. cumq; hoc deo propitio. & §. quas ex omnibus. in proœm. Instit. & l. leges generales. C. de legib. ibi, non in cōmune præiudicantibus nec his quæ specialiter quibusdā concessa sunt ciuitatibus vel prouincijs vel corporibus. Prædictis addo quod Iaco. de sancto Georgio meminit in tractatu in verbo, & cū mero & mixto imperio. ij. colum. reprehendendo Ange. in. l. imperiū. ff. de iurisdictione om. iudic. dicit, si princeps castrum nobili concedat cum iurisdictione, ob id tamen legem non poterit etiam inter subditos condere. intellige generalem. Pro vsibus autem suæ iurisdictionis, duntamen legi regiæ non deroget, facere poterit. alioqui nō potest. l. iij. §. diuus. ff. de sepulchr. viola. de quo dic vt per Barto. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Alex. & Moder. in. l. j. ff. de offi. eius cui mandata est iurisdic. & eosdem post Bart. in. d. l. prima. ff. quod quisque iuris in alium stat. Neq; his

578 obstat lex, non ambigitur. ff. de legib. † cōcedo ius facere senatum posse, non quod generaliter liget, nisi quatenus principis authoritate cōprobatum erit, dicta. l. fina. C. de legib. &. l. j. §. cùm enim antiqua. C. de veteri iure enucle. neque ab illo iure licere principem appellare: quia in reddendo iure vice & authoritate principis senatus fungitur, facturus principis nomine quicquid princeps facturus esset, dicta. l. vnica. in fin. ff. de offi. præfecti præto. nec mirum si de iure scripto senatus restituit. nam & prætor restituit, dicta. l. j. in princip. &. §. ait prætor. ff. de postul. tametsi hoc Gallia nō obseruet. Negatiua igitur cōcessi à principe magistratus cōtraria affirmatiua probabitur per diplomatis regij exhibitionem sicuti suprà dictū est, per. l. probatorias. & l. in his. C. de diuers. offic. libro. xij. Pariter in. l. regia dicēdū est, quæ publicatiōe omnibus palàm facta est. l. sed & si pupillus. §. de quo palàm. ff. de instit. actio. §. facietis. in authē. scriptū est exēplar. colla. ij. & in toto tit. vt fiāt nouæ cōstit. & in tit. hæc cōstit. innouat præcedē. & in tit. cōstit. quæ de digni. in authē. & per libri exhibitionē. l. ij. §. inspectio. ff. quēadmo. testa. aperian. dixi suprà interpretando. l. ab ea parte. ff. de proba. & l. iij. §. quod ad causam. & in. §. aperire. suprà eodem.

579 Aliud est † ius soli principi cōueniēs monetæ fabricatio. d. c. vnico, quæ sint rega. colla. x. & l. ij. C. de fal. mone. ibi, in monetis tm̄ nostris cudēdæ pecuniæ studiū frequētari volumus. vnde. l. fi. C. de vete. numisma. potestate. li. xj. æternales vultus qui in nūmis insculpti sunt appellat, quia ꝑpetuò monere debēt. & in. l. j. eiusdē tituli soli dos veterū principū veneratione, id est, imagine formatos, ab omnibus recipi iubet, dūmodo iusti pōderis sint. Et hac ratione Cin. in. d. l. iij. C. de fal. mo. nullū posse monetā cudere ait: & si à principe concessum fuerit, tametsi aliter consuetudo obtineat, & male secūdùm eum, & Bart. ad Cin. addit non valere priuilegium de fisco Genuensibus cudendæ monetæ concessum. Cuius dictū extollit Ias. in. l. hoc iure. iij. col. ff. de iusti. & iur. vnde diuus Chrysostom. sup Matth. c. xxij. ait, In solidis Cæsar videtur, & princeps cognoscit, sicut euāgelista illic meminit, cuius est hæc imago & eius superscriptio? dicūt, Cæsaris. At Christus, reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & q̄ Dei sunt, Deo. c. perlatū. de cōsecra. distinct. iij.

580 quemadmodum, inquit ille text. † scriptura do-
ctis sic idiotis figura facit. Igitur si principis vul-
tus tantum in ea insculpi debeat, quomodo po-
test alteri quàm principi hoc cōcedi? His potest
iungi ratio. l. primæ & secundæ. C. vt nemo pri-
uat. titu. & l. primæ. C. de sta. & imagi. & §. fi. in
authen. de manda. princip. Iuuare etiā potest ra-
tio. l. decernimus. versicu. vniuersos. C. de aquæ
ductu. libro. xj. ibi, singulis manibus eorum feli
ci nomine pietatis nostræ impresso signari decer
nimus. & haud multo pòst sequitur, nec à procu
ratoribus domorum vel quolibet alio ad vsus
alios auellantur. Et licet glos. in. l. fina. C. de fal.
mone. dicat à principe ex priuilegio cudēdæ mo
netæ facultatem obtinere posse. Cui legistæ ferè
omnes consentiunt. Imò plus consuetudine in-
troduci, sicuti frequētior est Canonistarum opi-
nio in. c. quanto. extra de iureiuran. Ego autem
cum Cino sentio in dicta. l. fina. C. de fal. mone.
Et dum dicit glos. illius. l. fin. intelligendum esse
illius. l. tex. de rescripto à principe per surreptio
nem vel obreptionē obtento, cum qua Bernar.
sentit in dicto. c. quanto. & glos. in dicta. l. ij. C.
581 de fal. moneta. † Dicit, ex priuilegio imperato-
rum Florentinis & Pisanis concessum fuisse. Et
ad id glos. illum text. signat in verbo, nostris. vt
non plectantur Pisani pœna flammæ, quæ in fal
sificantes principis monetam statuitur: cùm pe-
cunia ab eis fabricata principis non sit, sed sua.
Cui conuenit. l. quicunque. & l. sequēs. & l. qui
falsam. ff. ad legem Cornel. de fal. induci potest
communis doctorum interpretatio ad. l. primā.
C. de summa trinita. & fide catho. super his ver-
bis, quos clementiæ nostræ regit imperium. &
glos. fin. dictæ. l. secundæ, & l. primæ. in verbo,
capitali. C. de fal. mone. hoc sentire videtur. & l.
fin. in verbo, arripuerit. Ioan. Fab. dicit legendū
esse, eripuerit. atque ob id intelligatur iuxta Ac
cur. sententiam per subreptionem vlterius pon-
derari possit illa. l. fi. in his verbis, fructum pro-
582 priæ petitionis amittat. quasi dicere velit, † im-
petrātem petitionis suæ fructum amittere, quia
per subreptionem vel obreptionē, vel fortè pre-
cum importunitatem obtinuerit: nō si fortè mo-
tu proprio vel speciali personæ gratia princeps
cōcesserit, iuxta. l. primam. C. de peti. bono. sub-
la. libro. x. Et communitates Italiæ, Britāniæ &
Scotiæ pariter, & duces, marchiones, & comites
Italiæ & Alemaniæ sub suo quoque insigni mo-
netam cudunt. Sed non minus dico rescriptum
non valere non tantum dixerim per surreptionē
& obreptionem aut precum importunitatē ob-
tentum, sed quomodocunq; fuerit cōcessum. ea
enim quæ princeps singulari sui principatus ra-
tione habet, concedere non potest, maximè ea
quæ singularem totius populi vtilitatem concer
nunt, qualis est monetæ fabricandæ potestas, cu
ius vsus communem vniuersi populi commodi-
tatem concernit. l. prima. ff. de contrahen. empt.

hoc dicunt & Hostien. in dicto. c. quanto. extra
de iureiurā. Et id rectè probari puto in dicta. l.
fi. C. de fal. monet. neque veram esse Accur. Ioā.
Fab. & reliquorum interpretationem, siue in ea
583 dem. l. fi. legas eripuerit, siue arripuerit: † vtrū-
que enim vocabulum non modò subreptionem
vel obreptionem vel precum importunitatē si-
gnificat, sed vim quandam factam subintelligit.
nam & vis maxima fit reipub. & publicæ vtilita-
ti. Licet quandoque arripio pro attractione assu
matur: vis autem verbi potius impressionē quā-
dam demonstrat. Et ideo si arreptio secuta fue-
rit, lex pœnam addit. Plus dico priuilegium sic à
principe cōtra legis authoritatem obtentum di-
ci debere per subreptionē impetratum: quia ten
tatio illa cum pœnæ adiectione à lege prohibe-
tur. l. fin. C. de postul. l. decernimus. C. de aquæ
duct. libro. x. Et hac ratione imperator in. l. j.
& l. æternam. C. de murileg. lib. xj. dum de mo-
netarijs loquitur, quos suæ conditioni inseruire
vult vt viam similibus rescriptis præcludat, duo
dicit. Primò in dicta. l. prima. inquit, nec dignita
tis cuiuscunque priuilegio ab huiusmodi condi
tione liberari. in dicta. l. æternam addit, æternā
fiximus legem nevnquam bastangarijs militiam
suam deserere liceat vel aliam, antequā eum im-
plementum subreptitia impetratione tentare. Et
sic tentare prohibet, & quod attentatum fuerit
infirmat. Et vltra rescripti annullationem pœnā
falsæ monetæ aduersus impetrantē imponit. Nō
dissimilis est tex. in. l. diligēter. C. de aquæ duct.
lib. xj. Et in. l. authoritatem. C. vnde vi. l. rescri-
pta. & l. nec damnosa. C. si contra ius vel vtilita.
584 public. † eo enim quo principū rescripta in publi
cum damnosa sunt, ipso iure nulla iudicātur à le
ge. iuuat etiam ratio. l. tertiæ. §. vtrum. versicu. is
quoque. suprà eo. dum ille text. considerandum
semper esse ait quod in publico vtile est. l. de pu
pillo. §. si quis riuos. ff. de noui operis nuntia. Et
ob id lex dicit rempublicam damnū pati, vbi cō
modum amittit. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco
publico fiat. Et hac ratione. l. secunda. C. de fal.
mone. vt in monetis principis omne studiū con-
uertatur, ꝓhibet ne quid fiat, quod illi officiat,
aut eum offendat. & l. iij. impetrantem non tan-
tum fructu suæ petitionis vult priuari, sed vltro
pœnam imponit. Ecce quomodo nō tantum vis
rescripti quomodocunq; impetrati tollitur, sed
vlterius pœna exigitur. Idem in simili notatur
in. l. nō dubium. C. de legib. & in. l. quemadmo-
dum. C. de agrico. & censi. libro. xj. & in dicta. l.
probatorias. in fi. C. de diuer. offic. lib. xij. & di-
585 cta. l. fin. C. de postul. † Lex igitur monetam fal
sam esse declarat, quæ in vim talis concessionis
cusa est, & impetrantes pœna fabricatoris falsæ
monetæ iubet puniri: quia principis non est, sed
contra principis authoritatem facta. Et nō absq;
ratione est, quoniam in moneta multa in cōside-
ratione esse debent. Primò authoritas, dicto. c.
quanto

quãto.extra de iureiur.d.l.ij.C.de fal.mone.l.fi. C.de veteris numisma.potesta.li.xj. Secũdò forma per quã principis vultus & imago demõstretur,d.l.fi.C.de vete.numisma.potesta.li.xj. Tertiò vtilitas, vt iusti & debiti sit põderis.d.c.quãto.&.d.l.j.C.de vete.numisma.potesta. Quartò materia vt aurea sit vel argẽtea.l. lege Cornelia. ff.ad legẽ Cornel.de fal.nõ autẽ plũbea vel stannea,per illũ tex.de quo dicvt in.l.elegãter.§.qui reprobos.ff.de pigno. actio.in.l. numismatum. ff. de vsufruct.&.c.quod quidã.§.primo.versus finem.j.quæstio.j. Accursius tamen in rubric.C.
586 de veter. numisma. potesta. † dicit hodie reges non auream aut argẽteam pecuniam tantum cudere sed & æream. Adde prædictis aliam rationem quare nõ debent priuilegia à principe concedi,quæ mea opinione stringit. Princeps enim absque populi consensu non potest circa monetam aliquid statuere: cùm circa eius expositionẽ damnum nõ tantum regi, sed & populo afferat, dicto.c.quãto.extra de iureiur. in his verbis,induxerunt vt iurares irrequisito assensu populi, vsque ad certum tẽpus patris tui conseruare monetam. Imò principem non ligat huiusmodi concessio,& si iurata sit,secundùm Innoc.illic per illum tex.quia populo damnosa est. si cura principi esse debet vt legitima moneta fiat, quomodo curabit si alij facultatẽ concedat fabricandi? Iam neruus disciplinæ sublatus esse videtur, quoniã quod imperator in.d.l.ij.C.de fal.mone.voluit omẽ studiũ cudẽdæ monetæ circa monetæ principis fabricationẽ conuertendũ esse,cessabit hoc studium. Et hac ratione Anto.de Butrio in.d.c.
587 quanto. Dixit † principem vel regem circa pecuniæ fabricationem nihil absque populi cõsensu posse constituere,argumento.c.ad hæc.in fi. extra de offic.archid. & rationem addit illic Innocent.cui Hostien.se subscribit,pariter & reliqui canonum interpretes: quoniã pecunia quæ principis authoritate cudenda est,vbique exponi potest. nõ mirum igitur est,si populi consensus accedere debet,cùm etiam princeps nõ excusetur, si forte pecunia quæ suo nomine fabricata est minus legitima inueniatur. Et tanta habita est ratio Inno.& Hostien.vt ab omnibus iuris interpretibus dictum eorũ pro lege habeatur. Et Anto.de Butrio illic inducit.c.quæ in ecclesiarũ.&.c. ecclesia sanctæ Mariæ.extra de cõstitutio. Quare,
588 † secundùm eos,si præter vel cõtra populi assensum princeps facultatem cudendi monetam concedat rescriptũ, nõ videtur rectè neque iure concessum,ob id subsistere non debet, etiam si motu proprio à principe concessum sit: quia si solus absq; populi cõsensu nihil immutare potest, per obliquũ quod princeps non faceret suo nomine alius sub huiusmodi cõcessionis velamine fortè faceret. Quo factum est vt pleræq; gentes & nationes à regibus obtinuerunt vt princeps circa monetæ fabricationem absque populi consensu nihil immutare posit. Et id priuilegium potissimè prouinciæ Normaniæ à retroactis regibus concessum est: neque audiui contrario rescripto reuocatũ fuisse. Clarum est etiã nullum esse in regno Franciæ principẽ qui hanc cudendæ monetæ potestatem habeat. Itaq; Ioannes.xxij. in extrauagan.incip. prodiens. in tit.de crimine falsi.
589 † excõmunicauit omnes & singulos qui monetã Christianissimi regis falsificauerint, raserint, tinxerint, seu adulterinũ quid in ea signauerint. Nõ inficiabor per eãdem extrauag. à Ioan.xxij. contrariũ eorũ quæ nunc cõmemorauimus decisum fuisse, videlicet priuilegio & consuetudine facultatẽ cudendæ monetæ posse cõpetere. & illius extrauag. Io.xxij. Hẽric.Bohic in.d.c.quãto.extra de iureiurã.meminit. Plus Henri.addit principẽ posse ea cõmittere quæ soli principi cõueniunt.c.quod ad translationẽ. extra de offi.lega.l.si quisquã.ff.de diuer.& temp.præscrip.l.j. C.de fund.limitro.l.j.C.de pascu.public.lib.xj. Ego autem puto de iure nõ esse verum, per.d.l. fin.C.de fals.moneta.cùm hæc potestas soli principi ratione suæ regiæ dignitatis eõueniat: & ea quæ principis ossibus adhærent alteri committi non possunt,vt paulò pòst dicemus. Neque obstat principem cõmittere monetæ fabricationẽ. Nam id verum est. Alioqui oporteret principẽ ipsum monetarium esse.quod apud homines recti sensus ridiculum esset dicere. Primò nanque
590 † quæstores præponit,qui ærarij curã habeant, quẽadmodũ scribit in.l.j.§.deinde cùm ærariũ. ff.de origi.iur.ibi, quæstores creati sunt q inquirẽdæ, cõseruãdæq; publicæ pecuniæ præessent. Secũdò zigostates, qui auri & argenti qualitatẽ distinguere intelligãt.l.fi.C.de põd.& auri illat, lib.x.qui aliàs libripẽdes dicũtur,quòd põderibus præfecti sunt. Tertiò monetarios,qui cudẽdæ monetæ præficiuntur,vt scribitur in.l.j.&.l. edicimus.C.de murileg.lib.xj. pariter & conflatores seu signatores,tinctores,politores, quorũ omniũ meminit.l.quicunq;.&.l. seq̃ns.ff. ad legem Corne.de fal.hi omnes omne suũ studiũ ad pecuniæ fabricationẽ cõuertere debẽt, vt principis nomine fiat.d.l.ij.C.de fal.mon. & satis princeps agere dicit,argum.§.cũq; hoc deo.in proœmio Instit.l.vnica.§.si.C.de no.cod.cõpo. Et de his loquitur.l.ij.C.de fal.mone. neq; aliter fabri
591 care licet,p prædicta. † sed quæ per principẽ solum expediri possunt nullus alius potest.d.l.fin. C.de legib.extrauagãs autẽ Ioã.xxij.p extrauagãte erit. Neq; vlli dubiũ esse potest vsum & cõsuetudinẽ extrauagãtem admittere, satisq; vnicuiq; constare cõitates Italiæ,duces, & marchiones,reliquósve potentatus Italiæ pariter Alemaniæ, Britanniæ maioris, & Scotiæ illo iure vti, Sola Gallia est quæ monstris caret,vt diuus Hieronymus contra Vigilantium ait,sed suo principe gaudet. Si quis autẽ eo vti tentet sui mẽdacis diplomatis fructu carebit,pœnamq; falsificantis

eius maiestas in honore sit.l.prima. in verbo, veneratione formatos.&.l.fina.in his verbis,æternales vultus.C.de veter.numisma.potestate.lib. xj.vt videatur cuius imago et eius superscriptio sit,vt Matth.xxij.scribitur, neq; aliquid in principia obscœnitatem fiat.l. si qua in publicis.C. de spectacu.libro.xj. Secundò ne faciliter in eis damnum in publicum adferatur, dicto.c. quanto.extra de iureiuran.propter quod lex pœnam flammæ inuenit in eos qui falsam monetā fabricare putant,in.l.secunda.C.de fal. moneta. quæ pœna grauior est quacunque altera.l. prima.ff. de abige.l.sacrilegij pœnam.ff.ad legem Iuliam pecul.l.prima.C.de Nili aggeri. non rumpen.l. prima.C.de immunitate nemini conceden.libro x.in verbo,flammam.l.capitaliū.§. incēdiarios. ff. de pœnis. vt territio metu pœnæ alijs inferatur.l.prima.C. ad legem Iuliā repetun. Tametsi illorum cineres peti non prohibeat lex, vt sepulturæ tradantur.l.prima.in fine.ff.de cada. puni-
597 to. † Aliam pœnā illi nō longe dissimilem Gallia inuenit, cūm huiusmodi facinorosi nummorum decoctores in aqua feruente seu bulliente suffocantur.neque id à ratione deuium est. pœnæ enim de iure arbitrariæ sunt, secūdùm quod mos regionis pro qualitate criminum in eis frequentium instituit, vt in.l. saccularij.ff. de extraordina.crimi.dicta.l.prima.ff.de abige.l.sacrilegij pœnam.ff. ad legem Iuliam pecul. Secundò in admiratione id esse non debet, cùm vltra damnū quod reipubli. illud crimen adfert, principis maiestatem offendat,dicta.l.prima.C.de fal. moneta. ob id damnabile crimen & damnosum esse dicitur in.c.nouimus. extra de verbo. significatio. & dicto.c. quanto. extra de iureiuran.l. prima.ff.de contrahen.emptio.& dicta.l.prima. C.de veter.numisma.potestate. & sic duplex cri-
598 men cōmittitur. † Primum in principem,secundum in populum & rem ipsam publicam nō tantum indigenarum sed & exterarum nationum, cum quibus commercium est. Quæ ratio nō modicè consideranda est secundùm Innocen. in dicto.c.quāto.super verbo, assensu populi.& hac ratione princeps pater populi dicitur in.c.fin.in authentica,neque virum quod ex dote.collatio. viij. Vnde & Plutarch. ad Traianum imperatorem,cuius præceptor erat,ait, oportere primum principem se totum metiri, vt quicquid est in toto reipublicæ corpore,cuius vice fungitur, diligēter aduertat.& Bal.in procemio feud.colum. ix.post Archidiac.dicit principem,cùm promulgandæ legis authoritatem fortunæ sibi vendicet eminentia, debere super omnes cogitare quid agat,cùm nullus ei dicat, cur ita facis. Cui adde quod scribitur Ecclesiastes.viij.c.&.ij. Regum xvj.c.§.ad hæc.in authētica, de appella. & intra quæ tempora.collatione.iiij.glos. in.c.quanuis. in verbo,dei.de pœnitentia.distinctione.iij.memini in repetitione.l.donationes.C.de donatio.

599 inter virum & vxorē.colum.vj. † Tertiò monstruosum est in politicæ institutionis obseruantia regiæ que legi prorsus aduersans,vt princeps sibi parem faciat , vel secundum Aristotelem in politica , quod inferior cum superiore in decretis, & his quæ statum,nobilitatē eius & insignia contingunt, participet. Et si secus fiar,maiestatis suæ decorem & imperium deturpat: quod principi non licet lege regia ad id resistente.c.intellecto. extra de iureiuran.l.prima.C.de veteris numisma. potestate. ne forte dicat aliquis similem se esse altissimo, quemadmodū de Lucifero scribitur Esaiæ. xiiij. & æternitatem illam quæ in principe solo consistere debet, dicta.l. finali.C. de veteris numisma.potestate.libro.xj. alius inferior aut subditus sibi arroget: quod indignum est,vt inquit Bald.in præludio feudo. viij. &.ix. columna.hic repeti possent nonnulla quæ in repetitione.l.donationes.annotauimus. Quartò
600 † lex regia vult omne studium circa nummos principis fabricandos tantum conuerti, ne fortè contingat adulterinam pecuniam in publicum admitti,& ob id in ea respublica patiatur, dicta l.secunda.C.de falsa moneta.& ne principis imago suis dignitatibus defraudetur.l. si qua.C. de spectacu.libro vndecimo. ne silentio rebellandi occasio detur,secundùm Bald. in præludio feudo. & erecta in principem ceruice desiniat,sicuti plerique summa licentia freti quadam imperandi libidine ducti faciliter erumperent, sicut nostra ætate cum maximo tamē Reipublicæ dispendio contigisse nouimus. Hic repeti possent quæ Bald.in dictis præludijs feudorum,colum. viij.scripsit, & in.l. nec damnosa. &.l.rescripta. C.si contra ius vel vtilitatem publicā. Et hæc dicta intelligo in quocunque principe monarcha superiorem non recognoscente: tametsi non omnes monarchæ in sua monarchia tale ius aut imperium in suos habeant subditos, quale in suos Christianissimus rex noster iure obtinet. Supradicta de hoc cudendæ monetæ iure scripta sufficient.

Aliud haud contemnendum seu non prætermittendum ius est quo singulari ratione & au-
601 thoritate † Christianissimus rex sui've supremi magistratus suo nomine vtuntur in iudices ecclesiasticos ob denegatam ab ecclesiasticis iudicibus iustitiam , vel(vt nostro vocabulo vtar) ob abusum circa iurisdictiōis ecclesiasticæ exercitium per episcopos suos've vicarios seu officiales commissum, quibus de causis supremi magistratus vice regia suum impartiuntur implorantum auxilium , mulctant, coërcent've noxios vel insontes. quod cuiq; iurecōsulto absonum esse, & ab omni iure abhorrere videtur. Et licet plura hic cumulari possent , satis mihi erit triuiales canones & decretales recensere , que huic iuri regio prorsus aduersari pugnareque noscuntur. In primis capitulum,decernimus.capit. at si

clerici.&.c.qualiter & quando. extra de iudi.c. §.&.ij.&.c.si diligenti.extra de foro compet.hic repeti posset causa.xj.quæstio.j.§.ij.&.iij.c. clerici.&.c.fin.extra de immunita.ecclesia. in.vj.c.si iudex laicus.de senten.excommunica. eodē lib. Imò iudex secularis cognitionem vsurpās veluti sacrilegus puniri posset.c. conquestus. extra de foro compet.c.Christianus.& duobus capitulis sequen.xj.quæstio.j.De iure ciuili hoc clare expeditum esse videtur in toto titulo in authētica, apud quos oportet monach. vel assist. collatio. vj. & in titu. vt cleri. apud proprios episcopos. eadem colla.authen.clericus.C.de episco.& clerici. nam & sæpissime disputatur an clericus laicū pro re mere prophana coram ecclesiastico conuenire posset. de quo in.c.si clericus. extra de foro compe.c. super quibusdam.in fi.extra de verbo.significa.vbi commemorantur causæ & personæ quæ in foro ecclesiastico conueniri debēt. & in dicto.c.at si clerici.post glos.in verbo,non tenet. extra de iudic. glossa in cap.conuenior.in verbo,Christus.xxiij.quæstio.viij. quam disputationem Bonifacius octauus sua constitutione absoluisse videtur,in dicto.c.fina.de immunita.

602 ecclesia. libro.vj. † Et licet ecclesiasticus iudex ob neglectam vel denegatam à seculari iudice iustitiam iure canonum adiri possit.c. licet. extra de foro competen.& ob id glos.in.c. si clericus. extra eodem titu.de foro competē. dicat papam hodie passim laicorum causas & lites ecclesiasticis iudicibus cōmittere, etiam si negligēres non sint,contra ea quæ papa cōstituit in.c.nouit.extra de iudic.c.secundum. extra de priuileg. non sic est in laico seu seculari iudice, qui non potest officium suum etiam imploratū impartiri,quantumcunq; ecclesiasticus iudex clerico aut cuiuis alteri iustitiam denegauerit vel administrare neglexerit.c. qualiter & quādo.extra de iudi. quæ decretalis multa dote à canonistis illustrata multisq; authoritatibus confirmata est. Neq; illi decretali obstare possit.c. filij.xvj. quæstione.vij. cùm ille canon correctus & emendatus sit per constitutionem pontificum in dicto.c. qualiter. & quādo. Et hac ratione plerique legum interpretes in illam decretalem & similes insurrexerunt, tum primò Cinus in.l.eos.§. ne temere.C.

603 de appel. dicit enim Cinus † curiam papæ summopere desiderare vt totus mundus ad eā fluere possit.tanta est,inquit,in ea argenti & auri sacra fames.Et ob id idem Cinus in.l.qui cōtra.C. de incestis nupt. dicit permittendum esse ecclesiasticis in suo foro canones suos seruare,laici verò in suo foro legibus & cōstitutionibus suis ciuilibus vtantur. Idem Cinus scribit in.l. & si cōtra. C.de nupt. plura eo scribit Lucas de Pen.in.vj. vij.&.viij. colum.C. de incol.libr.x.cuius dicta longū esset recēsere:ea igitur ex proposito omitto.Similiter Bart.in.l.j.ad fin.ff.de pœnis.Et,vt suprà dictum est, non plurimùm à Cino, Barto, & reliquis iuris ciuilis interpretibus plerique canonum interpretes dissentiunt,quorū suprà meminimus,præsertim Bernard.glossator Decretalium in dicto.c.si clericus. extra de foro compe. Hostiē.in.c.vnico,extra de sacra vnctio. Archidiaco.in.c.hoc videtur.xxij.quæstione. v. Ioan. Andre.in.c.solitæ.iij.colum. extra de maiorita. & obediē. Hæc pauca ex multis hic annotare volui, tametsi potuissent hæc nostra scripta pluribus alijs authoritatibus prægrauari,quæ cū cuique lectori pateant,transcribere non curaui.Ad alteram verò partem progredior.

604 In oppositum igitur † quod propter neglectam ab ecclesiastico iudice cæterisve ecclesiasticis personis vel ministris vel denegatā ab eis iustitiam liceat regis officium & subsidium implorare & requirere.In primis mouet me dictum.c. filijs.xvj. quæstione.vij.qui in hoc videtur indubius, dum in eo dicitur, Si autē metropolitanus talia gerat,regis hoc auribus intimare non differant. Et quanquam dicant hi qui secus sentiunt, illum canonem correctum esse per.c.qualiter et quando. extra de iudi.ad miserorum subsidium refugere videntur. Transeat hæc scena sine correctione,sicuti Accursius ait in.l. damni infecti. §.si is qui vicinas.in verbo,aliquas.ff.de damno infecto. cuius dictum Roma. illic silentio non præterijt. Addo ad nostræ cōclusionis confirmationem.c.secūdum.extra de regula.ibi,si parentes ipsius intra annū non reclamauerint ad principem aut proprium episcopum, vel ad missum dñicū,in clericatu permaneat. Secundò.c.si quis à clerico. versic.sinautem.xj.quæstio.j.cuius canonis decisio ex Carthaginensi concilio sumpta est.Inquit ille text. sinautem noluerit episcopus litem dirimere,tunc ad ciuilem iudicem disceptatio causæ perueniat. De iure ciuili est text.in.§.si quis autem pro pecuniaria.in authen.de sanctis. episco.colla.ix. ibi, & episcopus distulerit inter eos iudicare,licentiam habeat actor ciuilem iudicem adire. Cuius meminit glos.in.§.fi.in verbo, licentiam.in authen.apud quos oportet monac. aut assist.collatione sexta.

605 Tertiò vrget aliud argumentum quod potissimè in regibus Frāciæ procedit. † Ex cōcessione enim synodi generalis Romæ in Laterano celebratæ Franciæ reges singulari ratione priuilegium obtinuerūt, vt episcopi omēs prius quàm electionis confirmationē consequi possint,inuestituram suorum episcopatuum à rege recipere debeāt.Imò nec consecrari permittit donec à rege laudata sit eorum electio. Et si secus attentatum fuerit, anathemate notari voluit. Vbi non resipuerint,bonorū publicatione compesci censet.c. Adrianus.&.c.in synodo.lxiij. distinc.neque abs re id priuilegium concessum esse puto, cùm Franci reges de ecclesia semper bene meriti fuerint,vt satis ex annalibus etiam Romanis cōstare potest: tametsi hi qui Romanas historias

texuerunt

texuerunt,deposita in hac re omni inuidia id fa- reri necesse habuerint. In tractatu scripsi,et si for te occasio per tempus concedat, diffusius expli- cabimus. Et ob id singulari titulo donati sunt,
606 † quoniam Christianissimi nuncupantur. Do- tes nanque quibus singulari religione totius re- gni sacella & omnis generis templa ornauerũt, istorum testimonium perhibent: quo factum est vt omnium ferè cathedralium ecclesiarum patro ni titulum iure merito consequuti sint: vt plenè ex decretali,ex diligenti. olim posita in titulo de iure patron. in antiquis plus liquido constabat: sed Romani, quibus Gallicum nomen semper exosum fuit, anserum semper memores, nescio qua ducti opinione ex libris decretalium cancel lare,&(vt verius loquar)tollere curauerunt, vt notat Archidiaco.in ca.imperium.x. distinctio. Corset.notauit in tractatu quæstio.xj. licet Ar- chidia.non alleget. Inuestituræ autem inspectio dominij ostendit essentiam.c. vnico, quid sit in- uestitura. colla.x.c.vnico, de forma fideli. &.c. vnico,de nou.for.fideli.eadem colla.c.de forma. xxij.quæstione.v.plenius in.c.secundo.extra de consuetud. Licet Archidiaco. in dicto.c. impe- rium.dicat regẽ non posse hoc ius spirituale ven dicare,nisi ex causa iuris patronatus,& non alio iure.e.si quis deinceps.&.c.per laicos.&.c. nul- lus.xvj. quæstio.vij.Ego autem dico duplici iu-
607 re habere. Primo † ex priuilegio sibi ab eccle- sia concesso,vt clarè probatur in dicto.c. Adria nus.&.c.in synodo. lxiij.distinc.& in.c.cũ inter. extra de consuetud.quod omnes ad id allegant, præsertim Archidiac.in dicto.c.imperium.Hen ric.Bohic in.c.præterea. extra de iure patronat. Sed ex illa decretali plura fuerũt adempta,vt ex eius lectione satis constare potest. Sed indubita ti iuris est vasallum propter denegatam domino vel subditis iustitiam à domino argui posse, & ob id feudo priuari.c.porrò. versicu.illud. quæ fuit prima causa benefic.amit. collatio.x.c.insu- per.extra de prohibi.feud.alie. per Frideric.col
608 latio.x. † pariter & dominus priuatur iure feu- di si vasallo iustitiam denegauerit.c.primo.ad si nem.vbi illic glos.in verbo, compellat. quid sit inuestit.colla.x.glos. in dicto versic.illud.c.do- mino.si de feudo fuerit cõtrouersia inter domi. & agnatos.& text.in.c.vnico,qualiter dominus propriet.feudi priuetur.c.primo. in fine. de no. for.fideli. collatio.x. Idem si in alios sibi subdi- tos peccauerit: quia dominus offendit eo quod beneficio sibi concesso vasallus abutatur, secun dùm Andre.de Iser. & Cardi.in dicto.c. porro.
609 §.illud.quæ fuit prima causa benefi.amit. † Sed cùm temporalis episcopi iurisdictio seu episco- palis sedis exercitium episcopis interdicatur, vt antè consecrari neque iura episcopalia qualia- cunque sint administrare possint, quàm à princi pe laudata sit eius electio & ab eo suscepta inue- stitura. de qua in.c. quod sicut. extra de electio.

& fides principi data. princeps igitur omnia ve- ri dominij iura exercet:quoniam interim canoni catus & præbẽdas cæteraq; beneficia curam ani marum non habentia pleno iure cõfert.dicto.c.
610 in synodo.lxiij. distinctio. Non mirũ est si † rex appellatus suo iure,id est priuilegio vtens ab epi scopo commissos iudices ob neglectam iustitiã coërceat,& censura distringat. Et hoc argumen to etiam vsus est Anto.de Butrio in.c.verum.v. colum.extra de foro competẽ. dicit enim ex ne- gligentia iudicis ecclesiastici regem vel impera- torem adeundũ esse, si ab ecclesiastico iudice ap pelletur rex vel imperator vel ad eũ querela por rigatur,dicto.c.verum.&.c.solitæ. extra de ma- iorita.& obedien.c.Romana.§.debet.de appel. libro.vj. Imò vasalli volentes coram alio iudice litigare quàm coram domino,vendicari possunt à domino,etiam eis inuitis.c.ex transmissa. &.c. ex tenore.extra de foro competẽ.l.de iure.ff. ad municipa.l.prima.§.per hãc.primo.ff.de rei ven di.vbi glos.plura alia similia congerit. Et in hoc neruus ecclesiasticæ disciplinæ nullo pacto offẽ ditur,dicto.c.verum.c. ex tenore. extra de foro competẽ. Nec absonũ esse potest:quia id in me- moriam & remunerationem beneficiorũ à Fran ciæ regibus acceptorum cõcessum esse videtur, argumento.c.constitutus.extra de religio.domi bus:l. Aquilius.&.l.si pater.§.fin.ff.de donatio. l.etiam cõditionis.ff.de manumis.vindicta.quẽ- admodum declarat ille canon, Adrianus.lxiij.di stinctio. qui rerum à Carolo Martello, Pipino, Carolo magno reliquis've Galliæ regibus gesta rum mentionem facit.& in tracta.copiosè scripsi mus.Imò plus tex.in dicto.c.in synodo.lxiij.di- stinctio.vltra anathematis sententiam, exilij, vel vltimi supplicij pœnam permittit in ausores in- ferri.c.secundo.vbi per Innoc.& Felin.extra de maiori.& obedien.Et iuris dispositione episco- pus quoad viuit feudo priuari posset.c.finali.de capit. Corra. collatio.x. de quo in.c. delictum.
611 de regu.iuris.in sexto. † & sæpissimè manus re- gia iniecta est nostra ætate in plures episcopos, qui à principe defecerant, imò factionis autho- res dici poterant.vna nanq; cum coniuratis abie rant bellum in principem vniuersam've Galliam mouentes,armatiq; cum ipso exercitu equo insi dentes ad bellum necessaria administrabãt:in re liquis autem causis priuatorum, in quibus eccle siastici iudices imploratum ab eis officiũ impar- tiri recusauerunt vel fortè falcem in messem re- giam imposuerunt,iura regia vsurpando,pro ca suum necessitate prouisum est.si verò perperam regis auxilium appellatum est, qui frustra appel lant multati ad ecclesiasticum iudicem remittun tur secundùm formam dicti.§. si quis autem pro pecuniaria.in principio.& in versiculo,si autem ecclesiastica causa est.in authentica, de sanctissi- mis episcopis.collatione.ix.& in dicto.§.primo. in principio.in authentica, vt clerici apud pro-

prios episcopos. & in.§.finali.in authenti. apud quos opor.monach.collatione.vj.de causis prædiorum ad clericos spectantium nulla dubitatio esse potest.c.si quæ causæ.§.fina.xj.quæstione.j. &.c.causam quæ.secundo. extra qui filij sint legiti.c.examinata.& dicto.c.ex tenore.c.verum. extra de foro competenti.c.cæterum.extra de iudic.nec prætermittam vnum quod est Innocen. Hostien.Ioan. Andreæ, Anto. & asseclarum in
611 c.super his.extra de accusa.dum dicunt † regem Franciæ posse electum in episcopum respuere si forte eum suspectum habeat.c.constitutū.& dicto.c. filijs.xvj. quæstio.vij. Idem per multa tenet Dominic.in.c.vt circa.§. edicto. de electio. libro.vj. Ex quorum authoritate constat verum non esse dictum.c.filijs.per.c. qualiter & quando.extra de iudic.correctum esse. Et licet plerique ad omnia supradicta dicere visi sint admitti posse, vbi ab ecclesiasticis iudicibus in causa feudali denegata esset iustitia vt princeps appellari posit,non autē episcopus:cuius opinionis sunt Iaco.de bello vis.& Bal. in.c. item qui domino. quæ fuit prima causa benefic.amitten. collatio. x.per dictum.c.cæterum.extra de iudi. nō sic in cæteris causis nō feudalibus,dicto.c.qualiter & quādo.extra de iudi.tamen hoc nō placuit Andre. de Isernia in dicto.c.itē qui domino. sed generaliter illum text. in quacunque causa intelligendum esse dixit. Cui cōsentire videntur Abb. & plerique alij,quorum in tractatu meminimus in.c.at si clerici.extra de iudic.dum de rege Angliæ tunc vasallo loquuntur, qui querelam pontifici de rege Franciæ porrexit, neque pontifex dubitauit cognitionem querelæ assumere, quasi peccatum rex Franciæ cōmisisset,iustitiam regi Angliæ contra pacis fœdera denegando.Sed alia ratione non potest hæc stricta limitatio recipi pluribus rationibus.Prima,quia.c.filijs.generaliter loquitur de quacunque causa qua rex appellatus est ob neglectam aut denegatam ab episcopo iustitiam. nam & ille canon in maioribus terminis loquitur quām dicant Iaco. de bel.vis. & Bald.in dicto.c.item qui domino. nam loquitur in sacerdote, qui dotē ecclesiæ fraudauerat, & episcopus filiorum & aliorum propinquorū querimoniam obaudiebat.&.c.si quis cum cleri
613 co.xj. quæstio. j. † adhuc generalius loquitur de quacunque pecuniaria causa qua clericus coram episcopo à laico conuentus fuerit: vt si episcopus iustitiam ministrare negligat, regem aut secularem iudicem adire permittit, qui iustitiam aduersus clericum administret. Verba illius tex. suprà recensuimus, & iterum repetimus, si quis cum clerico litigium habuerit, si quidem de causa pecuniaria,adeat prius episcopum, cuius iudicio clericus suppositus est. & paulò pòst sequitur,sinautem noluerit episcopus litem dirimere: tunc ad ciuilem iudicem disceptatio causæ perueniat. addi etiam posset quod ex primo Regū cap.viij. de filijs Heli scribitur qui declinauerūt post auaritiam,acceperuntq; munera & peruerterunt iudicium coegeruntq; populum Israeliticum reclamare & regem postulare qui illum iudicaret. Tertio ex prædictis alia consideratio cōsequutiua est. nam si episcopus iurisdictionis episcopalis exercitium non recipiat, nisi eius electio à rege laudata sit,et à rege inuestiturā assumpserit,propter interesse quod rex habere potest, vt inquit text.& glos.in.c.nullus.lvj.distinctione. maximè vt suis subditis per episcopum aut eius vicarios iustitia administretur, & iniustè ab eis non tractentur, ob id mirum non est si subditorum querelas aut querimonias per se aut suos magistratus audiat. Quartò inducitur textus dicti capituli,Adrianus.cum glossa finali.& capituli, in syno do.lxiij. distinctione. dum ille te
614 xtus ait † bona episcopi electi vel administrantis prius quàm eius electio à rege laudata & confirmata fuerit publicari, perpetuoq; exilio aut vltimo supplicio electum condemnandum esse. & glossa inquit,non quod huiusmodi condemnatio à pontifice fiat. Et ratio secundùm Innocentium,in dicto capitu. secundo. extra de maioritate & obedientia.& Felinum in cap.si quando. columna secunda. extra de rescriptis. quoniam pontifex tales sententias pronuntiando irregularitatem incurreret.c. sententiam sanguinis.extra ne cleri.vel monachi.hac ratione glossa in dicto capitulo,Adrianus. aut ille textus docet regem quid facere debeat. tales enim cōtemptores canonis iudicabit, & supradictis pœnis eos afficiet. Ecce quomodo regi Franciæ iurisdictio etiam animaduersionis aduersus episcopos à concilio tribuitur. Similem expositionem tradit glossa in cap.delatori.vj.quæstione sexta. Allegat glossa textum in capitu.si quis rapuerit. xxvij.quæstione prima. & in capit.illicita.xxiij. quæstione quarta.nec aliter,vt dixi, possunt illi
615 duo canones interpretari, † cùm pontifex exercitium gladij temporalis nō habeat, vt rectè inquit glossa in dicto capitulo, in synodo. in verbo, fit patrinus. & scribitur Ioannis.xviij. mitte gladium tuum in vaginam. Et plura inferius explicabimus.Interim non omitto quod Felinus in dicto capitulo, si quando. columna secunda. extra de rescriptis. post Paridem de puteo in tractatu syndicatus. fol.xxxij. refert coactum fuisse Ioannem.xxij. quendam Romanum à morte liberare,quem decapitari iusserat.populus enim in Ioannē.xxij. acclamare cœpit papam irregularitatem cōtraxisse.Similiter Hostiensi cōtigit, vt refert Ioan.de Lignano in dicto.c.si quando. dum Bononiæ Legatus esset et occurrisset ei insignis fur, qui ad furcas ducebatur, postulauit se à morte liberari. quod cùm renuerit Hostiensis iusseritq;

fuisset, eorumque de eo iustitiam fieri, reclamauit ille & improperauit ei, quòd irregularis esset. Hac ratione ductus Hostien. hominem à morte libera-
616 uit. † non enim potest papa aut episcopus aut alius ecclesiasticus iudex pœnam mortis inferre vel adiudicare, nec præcipere inferri. c. his à quibus. xxiij. quæstio. viij. Imò nec iudicio assistere. c. clericus. &. c. sententiam sanguinis. extra ne clerici vel monachi. Neque tacendum esse existimaui, non tam singulare quàm elegans dictum Lucæ de Pen. in dicta. l. mulieres. viij. colum. C. de incol. dum ait, sententiam ab ecclesiastico iudice prolatam iuris infamiam irrogare non posse, sed facti tantum. glos. est in. c. si aduersus. extra de hæretic. in glos. fina. quæ ad id text. notat in. c. huic igitur. ij. quæstione. iiij. quare nō possint verba illorum duorū canonum, Adrianus. &, in synodo. lxiij. distinctio. papæ accommodari. & hac ratione veram esse Ioan. Theuto. glossatoris sententiam, vt hæc regibus Franciæ dirigantur, doceanturque quomodo in episcopos animaduertere possint: & id à subtilitate prouenit quam episcopi Regi facere debent, & ab eo in-
617 uestituram assumere, vt suprà dictum est. † Ex his cōstat regni episcopos & archiepiscopos nō nisi per regis inuestituram iurisdictionis nō tantum temporalis sed & ecclesiasticæ exercitiū accipere, dicto. c. conuenior. xxiij. quæstio. viij. c. si quæ causæ. §. fin. xj. quæstio. j. Et ideo dubium esse non potest si fortè episcopus aut iudices ab eo commissi sua iurisdictione abutātur si ab eis ad principem reclamatur seu appellatur quo minus rex aut eius magistratus de ea appellatiōe iudicent, vt plenius Ioan. Andre. & Anto. de Butrio prosequuntur in dicto. c. verum. extra de foro competen. Henric. Bohic in. c. clericus. extra ne clerici vel monachi. c. ex parte. extra de foro compet. & quod notatur in. c. episcopus. ne clerici vel monachi. libro. vj. similiter si in exercitio ecclesiasticæ iurisdictionis malè versantur, vel negligunt subditis regis iustitiam administrare, vel abusum circa exercitium eius committunt, & maximè vbi iura regiæ vsurpāt, in his iure potest rex aut supremi eius magistratus appellari vel eorum officium seu authoritas implorari & imploratum impartiri, præsertim si ecclesiastici iudices regis iurisdictionem interuertant vel intercipiant, contra id quod scribitur in. c. ij. extra de priuileg. & in. c. nouit. extra de iudic. c. causam quæ. ij. c. per venerabilem. extra qui filij sint
618 legiti. sicuti sæpissime cōtingere nouimus. † ecclesiastici nāque iudices passim laicos pro quacunque causa ad suam iurisdictionē trahunt, cōtra. c. licet. extra de foro compe. & ea quæ suprà scripta sunt constitutionis Bonifacianæ authoritate freti, in. c. fina. de immunita. ecclesia. lib. vj. nam id à iure alienum videri potest, etiam si Bonifacianis cōstitutionibus inhærendū est. quemadmodum enim ecclesiastico iudici licet suam iurisdictionem etiam vsque ad sanguinem tueri, vt inquit Bonifacius octauus in. c. dilecto. de sentē. excōmu. lib. vj. Atque ob id beatus Thomas Cantuariensis vt scribitur in. c. sicut dignum. extra de homicid. ab ecclesia inter sanctos relatus sit: multo fortiori ratione laico iudici suam iurisdictionem etiā gladio tueri & defendere permissum est, cùm gladij exercitium habeat. l. imperiū. ff. de iurisdictio. om. iudi. in proœmio Institu. in princ. l. j. si quis ius dicen. nō obtempe. c. j. extra de offi. delega. c. Romana. de pœn. in. vj. non au-
619 tem episcopi, vt suprà diximus. † Et non ab re dicitur, gladium regi concessum esse, vt omnes, præsertim ecclesiam vltore gladio ab omni iniuria defendat, inquit diuus Paulus in epistola ad Roma. c. xiij. c. Regum. c. non solum. xxiij. q. v. c. solitæ. extra de maiori. & obedien. Et vtrunque prosequere vt per Inno. in. c. olim. ij. col. de restitu. spolia. in. c. dilectus. extra de rescrip. in. c. ex parte. extra de verbo. significa. Et non absque ratione reuocata est Bonifaciana constitutio quæ posita est in. d. c. fi. de immunita. ecclesia. lib. vj. per Martinū quintum in extrauagan. meruit. quoniam nō esset dei vocem audire, si cui tributū, si quæ Cæsaris sint Cæsari non redderentur, dicto. c. conuenior. & c. seq. xxiij. q. viij. & in dicta epistola diui Pauli ad Roma. xiij. & in. d. c. solitæ. extra de maiori. & obediē. per quem tex. ecclesiastica iurisdictio à temporali plane distinguitur. & dicit glossa in
620 dicto. c. conuenior. in verbo, Christus. † vt spiritualis seu ecclesiastica iurisdictio circa spiritualia sit, præsertim causas quæ sunt fidei, vt inquit ille text. Regum autem potestas circa tēporalia. & ita declarat text. in. d. c. solitæ. Accedit text. in c. si clericus. extra de foro compet. & inuito domino non potest subditus in aliam potestatē seu iudicem prorogare, secundùm Ioan. Fab. in. l. si qui. C. de episco. audien. Et ob id modus appellationis per causam abusus à practicis inuentus est in. c. si clericus. c. ex trāsmissa. c. verum. extra de foro competen. c. causam quæ. ij. extra qui filij sint legi. dicto. c. solitæ. & dicto. c. si quæ causæ. xj. q. j. §. pro pecuniaria. in authen. de sanctiss. episco. colla. ix. Et maximè in rege Franciæ hoc iure dicere licet: cùm omnes sui regni basilicæ seu ecclesiæ, cuiuscunque qualitatis sint, mediatè vel immediatè à regibus tēporalia receperunt. Non mirum si aliquid iuris in eis plus alijs regibus ab ecclesia cōcessum est, vt in tractatu exposuimus.

Ad prædictorum confirmationem plurimum Innocen. iuuat authoritas in. c. non minus. extra de immunitate ecclesiarum. dum illic inquit In-
621 nocent. † ecclesiasticas personas non posse à secularibus iudicibus ad extraordinaria munera subeunda compelli, cùm sui fori nō sint. Res autem ecclesiasticarū personarū, cùm sui fori sint, per eos constringi possunt. c. si diligēti. extra de foro competen. Cui tu illi adde text. in. c. sancti.

tum.xxiij.quæstione.viij.
Aliud Innocentij dictum tacendum esse non
putaui in.c.nouerit. extra de sententia excom-
munica. Inquit Innocentius, In temporali autem
generaliter & generalis ecclesiæ solus impera-
tor qui vniuersis & clericis & laicis præesse de-
bet, priuilegium concedere potest. c.cùm ad ve-
rum.xcvj.distinctione. recte facit pro Innocen-
tij dicto Augustini sententia in.c. quo iure.viij.
distinctione. Iura ipsa humana per imperatores
& rectores seculi Deus distribuit humano ge-
neri. Item, tolle iura imperatorum, & quis au-
deat dicere, hæc villa est mea? Meus est iste ser-
uus? mea est ista domus? Si autem vt teneantur
ista ab hominibus regum iura fecerunt: quis igi-
tur subditos prohibebit querelam regi adfer-
re, vt ab omni iniuria conseruet? vt in dicto.c.
622 xiij. epistolæ diui Pauli ad Roma. † vnde si ec-
clesiastici iudices laicos, reliquos've regis subdi
tos, vbi de rebus quæstio est, quæ secularis, seu
temporalis fori sunt, à regibus suis've magistrati
bus impetuntur & arguũtur, licet regi suam tue-
ri & defendere iurisdictionem, neque permitte-
re debet vsurpationes huiusmodi sibi fieri, di-
cto.c.secundo. extra de priuilegijs. dicto.c.licet.
extra de foro competenti. Et idem tenet Feli-
nus in dicto capitulo, qualiter & quando. in pri
ma limitatione. extra de iudic. Ex his clarè con-
stat præcipue regem propter abusum ecclesia-
sticæ iurisdictionis adiri posse. Primò, si feu-
di quæstio vertatur, dicto.c. verum.c. ex parte.
c. ex transmissa. extra de foro competen.c. cæ-
terum. extra de iudicijs. Secundò, si laici per
ecclesiasticos iudices ad suum tribunal vocan-
tur, dicto.c. si clericus. &.c. ex transmissa. extra
de foro compet. nisi causa propter quam laicus
corã ecclesiastico iudice vocatur, mere spiritua-
lis sit.c.tuam. extra de ordi. cogni.c.lator.c. per
venerabilem. extra qui fil. sint legiti. Tertiò si
episcopus administrauerit priusquam à rege lau
data sit eius electio, aut postulatio, & inuestitu-
ram ab eo receperit, d.c. Adrianus. &.c. in syn-
odo.lxiij. distin. Et istud proprium est ius rega-
liæ.c.generali. de electio.lib.vj. dixi in tractatu.
623 Quartò, si † iustitiam ecclesiasticus iudex re-
gis subditis etiam ecclesiasticis deneget, dicto
capitulo, filijs.xvj. quæstione septima. & cap. si
quis cum clerico.xj. quæstione prima. & alijs su
prà notatis. vel si ecclesiasticus iudex aut alia ec-
clesiastica potestas, qualis est abbatum & prio-
rum conuentualium, vel cuiusuis ordinis prima
riorum, vltra modum sæuiat sua potestate abu-
tendo; iuxta.§. finale. Institu. de his qui sunt sui
vel alieni iuris. & dictum.§.fina. in authen. apud
quos oport. monach. collatione.vj.l. secũda.ff.
de his qui sunt sui vel alieni iuris. quia fortè tam
grauis impetus ecclesiasticorum cohiberi nõ po
test. Non autem vbi ecclesiastica, & moderata
disciplina vtuntur.c.ad nostram. &.c. reprehen-
sibilis. extra de appellatio. &.c. de Liguribus. &
c. principes seculi.xxiij. quæstione.v. Et ecclesia
sæpius seculare brachium implorat, vt in.c. cùm
non ab homine. extra de iudic. Quintò, dum
de rebus prædialibus quæstio mouetur, dicto.c.
si clericus. extra de foro competen.c. si quæ cau-
sæ.§.finali.xj. quæstione.j.c. solitæ.§.finali. extra
de maiorita. & obediẽt.c. causam quæ. extra qui
filij sint legiti. vel si clericaliter non viuat. c. vni-
co. extra de obliga. ad ratioci. clementi.j. de vita
& honesta. clerico.c. primo. de cleric. coniuga.l.
si ignorans.ff. loca. & conducti. &.l. item apud
Labeonem.§. si quis virgines.ff. de iniurijs. Alia
cumulauit Stepha. Aufred. Tholosanus doctor
in repetitione clementi.j. de officio ordina. hæc
624 pauca obiter tantum scribere curaui. † Cæterũ
dicẽti abusum fuisse ecclesiasticum iudicem, vel
ab eo denegatam iustitiam, vel in iurisdictionẽ
laicalem aliquid attentasse, probandi onus incũ-
bit, cùm prima facie pro iudicibus præsumptio
sit.c. sicut. &.c. cùm inter. versus si. extra de re iu
dica. de quo in.l. sciendum.ff. de verbo. obliga-
tio.c. bonæ. primo. extra de electio. Probabitur
autem ex actis causæ, si fortè per ea constet iudi-
cem sæpius interpellatum vel requisitum fuisse
vt iustitiam ministraret, sed procrastinauit, vel
sui copiam non fecit, vt in.l. secunda.§. in bono-
rum.ff. quis ordo in bonorum posses. serue. ibi,
sed postulationibus non dederit respõsum.l. se-
cunda.§. confestim.ff. ad Tertullia.l. in senatus-
consultũ.§. si propter mortem. versicu. qui post.
ff. ad senatusconsul. Turpilia.c. licet. &.c. ex te-
nore. extra de foro competenti.c. quòniam con
tra falsam. versus finem. extra de probatio.l. san-
cimus.C. de iudic.l. si quãdo. in fine.C. de testib.
vel si fortè dolose gratia aut pretio corruptus iu
dex aliquid in laicum attentauerit, argumento.l.
si filiusfamilias.ff. de iudi.§. primo. Instit. de obli
gationibus quæ ex quasi delicto nascuntur. In
quibus satis probatur quod in dicto.c. filijs.xvj.
quæstione.vij. &.c. si quis à clerico.xj. quæstio-
ne prima. scriptum est in.l. miles.§. sexaginta.ff.
625 ad legem Iuliam de adulter. † Acta enim causæ
facilliter indicant quid in iudicio actũ est.c. quo-
niam contra falsam. in fine. extra de probationi.
c. cùm ad sedem.§. finali. extra de restitutio. spo-
liatorum. Et ad damna partis læsæ condemnan-
di sunt, dicta.l. sancimus.C. de iudic. &.l. si quan
do. in fin.C. de testibus. Secundò, testibus pro-
bari potest quid à iudice perperam aut dolose
actum est.l. non intelligitur.§. tacite.ff. de iure fi
sci. Fortè enim cõtingit quòd renuat parti acto-
rum coram se copiam aut instrumenta tradere,
& ideo testibus probari poterit hæc negatiua:
cùm sententia & reliqua iudicij acta per testes
probari possint, dicto capitulo, sicut. extra de
re iudicata. capitulo, Albericus. in fine. extra
de testibus. vbi ex illo textu Hostiensis for-
mam inferit quam obseruare debet iudex circa
illius

illius ſententiæ probationem, de qua etiam per
gloſ.in.l.geſta.C.de re iudicata.l.chirographis.
ff.de adminiſtratio.tut.c. bonæ.primo. extra de
electio. vbi forma probationis huius negatiuæ
poſt gloſ. ab omnibus interpretibus commemo
ratur. Et tanto magis teſtium depoſitio hoc caſu
recipiẽda eſt, cùm facto & culpa iudicis pars im
pediatur aliter actorum probationem facere, eò
quod renuit inſtrumẽtum dari actorum aut ipſa
acta formiter tradi.c.peruenit.j.extra de teſti.co
gen.tex.cum gloſ.in.c.cùm cauſam.j.in verbo,
compellas.extra de teſti.Innocẽ.in.c.intimauit.
626 eo.titu.vel † ſi iudex eccleſiaſticus de re à patro
no eccleſiæ conceſſa,aut ad religionis obſeruan
tiam,aut eccleſiæ cultum vel ſubuentionem,vel
aliter vſibus eccleſiæ deſtinata abutitur,licite re
gis officium implorare licet. Et ita loquitur tex.
dicti.c.filijs.xvj.q.vij.quæ mala verſatio vel di-
lapidatio recte probari poteſt per inſtrumenta
alienationum ab epiſcopo aut alio adminiſtra-
tore factarum.argumento.§.quia vero veriſimi
le.in authen.de non alienan.reb.eccle.colla.ij.
§.callidis.de prohib.feud.aliena.per Frider.l.ij.
§.inſpectio.ff.quemadmo.teſta.aperian.Si fortè
epiſcopus negligat eos prohibere vel alienatio-
nes reuocare,dicto.c.filijs.intereſt enim patro-
ni res eccleſiæ ſeruari.c.nobis.extra de iure pa-
tro.c.conſtitutum. xvj.q.j.per quem canonem
& dictum.c.filijs.ita notat Innoc.in.c.ſuper his.
extra de accu.vel etiam per teſtes alienatio pro-
bari poſsit,cùm eadem ſit ratio probationis,di-
cto.c.peruenit.j.extra de teſti.cogen. Facit ratio
l.in exercendis. C.de fide inſtrumentorum.
627 Aliud † ius ſoli principi cohærẽs eſt reſtituẽ-
di natalibus.l.prima.C.de iure aureorũ annulo.
quem tex.Bal.Ange.& Paul.de Caſt.illic ad id
notant.Paul.de Caſtro in.l.Gallus.§. & quid ſi
tantum.verſus finem.ff.de liber.& poſthu.Bal.
in.l.ſecunda.colum.x.C.de ſeruitu.& aqua. Li-
cet in multis ordo decurionum circa ſtatum ali-
quid concedere poſsit.§.fin.Inſtit.de nupt.dum
de filio curiæ oblato ille text. loquitur. Idem in
§.ſi quis igitur.in authen.quib.mod.natur.effic.
ſui.collatio.vij.Sed illæ cõceſsiones,licet diuer-
ſos,non tamen integros effectus producunt, vt
gloſ.inquit in authẽ.ſed hodie. in verbo,illæſo.
eodem titu.C.de iure aureo.annul. quæ licet ni-
hil alleger,pro ea eſt text.in.§.filium. in authen.
628 quibus mod.naturales effic.ſui. † quãtum enim
ad oblatos filios curiæ tantum legitimitatis be-
neficium proderit. Illi enim patri tantum ſucce-
dent in parte ſibi relicta,non etiã aſcendentibus
vel deſcendentibus,aut ex latere agnatis vel co-
gnatis. qđ ſecus eſt in reſtituto natalibus à prin-
cipe,quia quo ad omnia reſtituitur.l.ſecunda.ff.
de natal.reſtituen. &.l.ſecũda.C.de iure aureo-
rum annulorum. Et ideo non ſolet princeps fa-
ciliter huiuſmodi natalium reſtitutiones conce-
dere,niſi cõſentiente eo cuius intereſt filium na-
talibus non reſtitui,dicta.l.ſecunda. &.l. nec fi-
lio.ff.de natali.reſtituend. Alias cauſas recenſet
imperator, propter quas non ſolet princeps na-
talibus reſtituere, in.§.illud. vſque in finẽ tituli.
in authentica, quibus modis naturales efficiun.
ſui. collatione ſeptima. Et hac conſideratione di
citur hoc ius ſoli principi conuenire,dicta.l.pri-
ma.C.de iure aureorum annulorũ. Et dicto.§.il
lud. in authentica, quibus modis naturales effi-
629 ciun.ſui. † Et licet patroni manumittendo, ſer-
uos donent libertate, nõ tamen eam conſequun
tur libertatem, vt iura integræ ingenuitatis con-
ſequantur, quia & obſequium & reuerentiam
patronis eorúmve filijs debent,tametſi à princi-
pe ius aureorum annulorũ patrono conſentien-
te conſequuti fuerint.§.illud. in authentica, vt li
berti de cætero. collatione.vj.à quo ſumpta eſt
authentica,ſed hodie.C. de iure aureorum annu
lorum.hoc etiam ex toto titu.ff. de obſequi. pa-
tro.præſtan.videre potes. Et adhuc ius iſtud ma
numittendi ex imperatoris conceſsione magis,
quàm ex manumittentis poteſtate obtinent: &
ideo ſerui per manumiſsionem libertatem conſe
quuntur.Idem ſi libertatem quam ſerui Roma-
ni ciuitatem inhabitantes per incolatum ab im-
peratore Antonino ſunt conſequuti, dicendum
eſt.l.in vrbe.ff. de ſtatu hominum. Et vtrunque
caſum Iuſtinianus eadem cõſideratione diffinit
in.§.finali.in authentica,vt liber.de cæter.colla-
630 tione.vj. † Non ſic eſt in eo qui à principe na-
talibus reſtituitur: quia per omnia integrum in-
genuitatis ſtatum conſequitur.l.ſecunda. & tri-
bus ſequentibus legibus. ff. de natali. reſtituen.
Neque patronus iura aliqua patronatus retinet:
ſed id non ſine ratione eſt: quia quod princeps
circa natalium reſtitutionem facit,nõ niſi patro-
no eiuſdémve filio conſentientis concedit,quaſi
ex propoſito omni iuri patronatus renuntient.
Quibus adde.l.ſed ſi hac lege.§.patronũ.ſecun-
do reſponſo.ff.de in ius vocan. qui enim natali-
bus reſtituitur,honorem patrono nõ debet: qui
vero ius aureorum annulorum cõſequutus eſt,
licet omnia ingenuitatis munia conſequatur,re-
uerentiam tamen patrono debet.l.penultima &
finali.ff. de iure aureorum annulorum. Et ratio
differentiæ,quam ſuprà ſtatuimus,licet patrono
volente vel non diſſentiente obtinuerit.l.diuus.
ff.de iure aureorum annulorum. Neque hac ra-
tione patroni miniſterium ſuum impartiẽtes ma
numittere videntur,ſed princeps,dicto.§.finali.
in authentica, vt liber. de cætero. collatio.vj. in
his verbis, reſtituimus enim naturæ ingenuitate
dignos,non per ſingulos de cætero, ſed omnes
deinceps qui libertatẽ à dominis meruerint. tan
tundem dixerat in dicta.l. ſecunda.ff. de natali.
reſtituen.ibi,ideóq; imperatores nõ faciliter ſo-
lent quenquam natalibus reſtituere. Et ſic reſti-
tutio natalium à principe facta omnes afficit, vt
nemini reclamare liceat,dicto.§.illud.in authẽt.

quibus modis naturales efficiuntur sui. Neque vllus dubitauit vnquam hoc posse principem facere, inquit Scæuola in.l.tertia.ff. de natali. restituendis.

631 Alius † effectus in natalibus restitutis est circa feuda, quæ licet iure Romano non regantur, vt in.c. hoc autem notandum. qui feudum dare possunt. in hoc tamen à iure Romano non plurimum differunt. quanquam enim legitimandi potestatem concedat, non tamen restituendi natalibus facultatem cōcedit: imò nec legitimatus ab alio quàm à principe in feudo succedit. c. naturales. si de feudo fuerit cōten. inter dominum & agnatos. collat. x. Imò plus, vbi à principe quis legitimatur, capax successionis feudorū non fit, nisi specificè & nominatim à principe etiam ad feudorum successionem legitimatus fuerit. §. finali. in authen. quibus modis natura. efficiū. sui. collatio. vij. Et ratio, secundùm Andre. de Iser. & Bald. in dicto. c. naturales. est, quia princeps ius successionis, quod naturalibus & legitimis filijs debetur, nisi cum magna causa tollere non debet: cùm illud ius successionis de iure diuino sit, Numeri. xxvij. & ad Galat. iiij. cap. & Ioan-
632 nis. viij. † Debetur enim hæreditas patris, filio, quem nō potest pater sine causa priuare. §. aliud quoque. in authentica, vt cùm de appellatio. cognosci. collatio. viij. dixi in repetitione authenticæ, ex causa. C. de liber. præteri. l. prima. C. si vt se ab hæredi. abstineat. Imò plus, si fortè contingat filium naturalem postea legitimari, non tamen fit capax successionis, etiam per subsequēs matrimonium, dicto. c. naturales. vbi textus generaliter loquitur dum ait, Naturales filij, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi, nec soli, nec cum alijs admittuntur. Et sic agnati filios legitimatos excludunt, quantumcunque ex postfacto per subsequens matrimonium legitimi fiant. sufficit enim eos aliquando illegitimos fuisse. glossa illic plura huic dicto conuenientia refert, quæ nō trāscribo. Requiritur enim quòd ab initio natiuitatis fuerint legitimè nati. Imò, secundùm Bal. tempus conceptionis spectabitur. Et illic idem tenet Cardina. Alexan. motus hac
633 ratione: † quoniam iura feudorum ab ipso initio desiderant naturalitatē cum legitimitate concurrere, neque sufficere alterum, scilicet aut legitimitatem, aut naturalitatem, per dictum. c. naturales. iuncto. c. adoptiuus. eo. titulo, si de feudo fuerit cōtentio inter dominum & agnatos. Confirmatur ratione secūdùm Andream de Isernia, quoniā filius spectato initio non dicitur legitimè procreatus. l. si filiusfamilias. ff. de verborum obligationi. Secundò, vasallus feudum alienare prohibetur extraneo. c. primo. de prohibit. feudi aliena. per Fridericum. collatione. x. Si liceret patri aut adoptione, aut matrimonio, aut alia iuris via, qua legitimare filios licet, in potestate vasalli esset domino, quem non vellet habere, vasallum dare, contra id quod scribitur in. c. fin. qui feudum dare possunt. In eo autem qui per matrimonium subsequēs legitimatur, aliter censuerunt, per. c. tanta. extra qui filij sint legitimi. Et Iacobus de bello vis. in dicto. c. naturales. dicit ex æquitate hanc opinionem seruandam esse, per. §. dubitatur. in authentica, de incestis nupt. collatione. iij. Licet, secundùm eum, fortè obstaret. c. vnicum. de filijs natis ad morga. &. c. filij. si de feudo fuerit contentio inter domi. & agnatos. Iuris ciuilis & canonici interpretes se in diuersas diuiserunt sententias in. c. innotuit. extra de electio. & in. c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. & in. l. ex facto. §. primo. vbi aliquid per Bart. ff. ad Trebellia. & in. l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. & in dicto. c. naturales. plerique eorum varias statuerunt distinctiones. Nonnulli distinguebant an tempore conceptionis vel natiuitatis inter patrē & matrem impedimentum erat, aut iuris vel etiam publicæ ho
634 nestatis. † Et licet fortè per pontificis dispensationem sublatum sit impedimentum, tamen matrimonium subsequens prius vitium non purgaret. Et hoc modo intelligatur text. in dicto. c. naturales. in his verbis, Licet postea fiant legitimi: quia verū est ab initio impedimētum fuisse prohibens legitimitatem. Et ideo subsistit iuris regula, Quod ab initio nō valuit, ex postfacto cō ualescere non potest. l. generaliter. in verbo, iusta sobole. C. de institutio. & substitu. sub conditione fact. Inducitur text. in. §. filium. in his verbis, facimus eum veluti quadam machinatione cognatum. &. §. generaliter. in authentica, quib. modis natural. efficiun. sui. qui text. vult accedere filiorum cōsensum priusquam filij sic procreati sui esse possint. Inducitur text. in dicto. c. vnico, de filijs natis ad morga. &. c. filij. si de feudo fuerit contentio inter dominum & agnatos. sed hi duo textus satis euitari possunt, cùm in eis specialis prouisio patris hoc prohibeat. & idem declarat Bartolus in dicta. l. ex facto. §. primo. per illum textum. ff. ad Trebellianum. ibi, mihi autem, quod ad naturales liberos attinet, volunta-
635 tis quæstio videbitur esse. † Si verò tēpore conceptionis nullum erat inter virum & mulierem iuris vel publicæ honestatis impedimentum, & tanta erit vis matrimonij vt verè legitimi sint, dicto. c. tanta. Ego pro hac parte pondero præcisius textum in. l. nuper. C. de natura. liber. In capite legis dicitur, si quis mulierem in suo contubernio collocauerit nō affectione maritali, eam tamen cum qua poterat habere connubium, & ex ea liberos sustulerit. & reliquum legis prosequere vsque in. §. sufficiat. in quo nota verba sequentia, nihil anterioribus liberis fortuitus casus derogare concedatur. & reliqua lege vsque in vltimum responsum legis. In quo volo considerari quod sequitur, diffinitione certa concludimus, vt semper in huiusmodi quæstionibus, in quibus

quibus de statu liberorum est dubitatio, nõ conceptionis, sed partus tempus inspiciatur. Et paulo post sequitur, vt editionis tempus statuimus esse spectandum, exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas expostulat. Secundò, aut lex ab initio desiderat filium legitime concipi, & matrimonium maculam primam non absterget, quia spectabitur initium, dicta l. si filius. ff. de verborum obligationi. capitulo, ex hoc. de feudo fœmin. collatione decima. Hic repeti posset tritum iuris adagium, initium spectandum esse. de quo in. l. si procuratorem. in principio. ff. mandati. & in lege, quanquam. in principio. ff. de aqua pluuia arcenda. Et id considerasse videtur Ioannes Andre. in cap. quanto. extra de trãslatione episcopi. cuius meminit Bald. in dicto capitu. naturales. si de feudo fuer. conten. inter domi. & agna. collatio. x. alioquin

636 † subsequens matrimonium non tantum post matrimonium natos, verumetiam anteriores, siue conceptos tantum, siue etiam natos ante matrimonium legitimaret, dicto capitulo, tanta. extra qui filij sint legitimi. & dicta lege, nuper. C. de natura. liber. intellige duntamen nullum sit iuris impedimentum in ipso matrimonio contracto, per dictum capitulum, tanta. & capitu. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. si autem fuerit impedimentum nisi cum eis per pontificem fuerit dispensatum, vt in contracto matrimonio permaneant, nihil operabitur legitimatio, dicto capitulo, per venerabilem. de quo per Cinum & Bald. in. l. qui contra. extra de incestis nuptijs. Felinus copiosius in capitulo, quæ in ecclesiarum. extra de constitutionibus. vel nisi princeps ex ipso matrimonio natos expresse voluerit legitimare. l. qui in prouincia. §. fina. ff. de ritu nuptiarum. Et hanc principis restitutionem appellat Iustinianus principis donum, in. §. si vero is qui solummodo. in authenti. quibus modis natura. effici. sui. colla. vij. & in. l. imperialis. C. de nuptijs. dicit esse beneficium imperialis beneficentiæ seu beneuolentiæ & clementiæ. alioqui non erunt legitimi, per suprà dicta. Et istud Bald. in dicto capitu. naturales. maxime procedere ait in feudis regalibus, qualia sunt Baronniæ, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & istiusmodi feuda, de quibus in capi. præterea Ducatus. de probibi. feud. alienatio. per Frideri. colla. x. & in capitu. vnico. de feudo Marchiæ, Duca. &c. Pro quo facit ratio leg. si qua illustris. C. ad Orfic. Et dicit Andre. Barba. in apostil. ad Bald. in dicto capitu. natu-

637 rales. † principes & magnates vt plurimum bastardos habere, seu naturales filios exosos habere: & ideo miserationis gratia tantum causa alimoniæ eis aliquid tribuit, vt in authen. licet. C. de natura. liber. quæ sumpta est ex. §. si vero filios. & . §. fina. in authen. quibus modis natura. effici. sui. vbi lex præcipit portionem alimentorum gratia aliquid relinquere boni viri arbitrio mensurandum. secus autem vbi ex reprobato coitu concepti & procreati essent, dicta. l. qui contra. & authen. ex complexu. C. de naturali. liber. tamen tanta fuit ecclesiasticorum seu canonum interpretum clementia vt spurios ali voluerint, in. c. cùm haberet. extra de eo qui duxit in matrimoniũ quam prius polluit per adulter. quanquam verba dictæ decretalis, si rectè illa consideremus, ipsis aduersari videantur, dum illa decreta. ait, sinautem vir viuente vxore sua aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licet post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hæredibus repellendus, præsertim &c. Et diuus Paul. in epistola ad Galatas quarto capitu. Ejice Agar & filium eius. non enim habebit partem filius ancil-

638 læ cum filio liberæ, Genesis. xxj. capitu. † Sed vtrunque potes sic cõuenire, vt ab hæredibus non agnoscantur, vt partem in hæreditate habeant, alimenta autem habebunt: cum non geniti, sed gignentis tantum culpa sit, capitulo, nasci. quinquagesimasexta distinctione. legitimat autẽ eos papa ad ecclesiasticas dignitates obtinendas, dicto capitulo, per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. Princeps ad temporales, dicta. l. qui in prouincia. §. finali. ff. de ritu nuptiarum. non autem ad ecclesiasticas, dicto capitulo, per venerabilem. capitu. j. vbi per glos. & Archidia. x. distinctione. Et idem notat Andr. de Isernia in dicto. c. naturales.

Et negatiua istius iuris probatur si rescripto principis non doceatur. §. illud. in authentica, quibus modis naturales efficiuntur sui. collatio. septima. in his verbis, hoc agat per nostrum rescriptum. facit. l. vnica. C. de mandatis princi. Adde gloss. in proœmio clementi. in verbo, sic. quia sub bulla, inquit, prius esse debent, quàm effectum habeant. dic vt illic per Cardinalem.

Idem in restitutione dico, quam reis criminum rex concedit: de qua in. l. prima. & . l. fin. C.

639 de senten. passis. † solus enim princeps restituere potest, non autem inferiores à principe, l. relegati. ff. de pœnis. ibi, & nemo potest dare meatum, remeatum've exuli, nisi imperator ex aliqua causa. Et ratio huius est: quoniam omnes inferiores à principe, & quibus merum & mixtum imperium cum iurisdictione à principe concessum est, quod iustitiæ est tantum, nõ autem quod est gratiæ commissum est. Argumento est lex, prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. ibi, procuratio, inquit, data est, concessio tamen data non est: & quam si fuis subditis denegauerint, feudo priuari possunt, capitu. porro. §. illud. quæ fuit prima causa benefic. amitten. colla. x. iurisdictio autem inest feudo. l. prima. §. cùm vrbem. ff. de offi. præfecti vrb. l. si quando. C. de bon. vacantib. libro. x. Melius

in.c.vnico. apud quem vel quos cōtrouerſ. feudi diffinia.ibi,in iudicio Parium vel per iudicem curtis.&.c.vnico,an apud iudi.vel curt.domini quæſtio feud.debe.termina.ibi, nō licebit eorū alicui eius curiæ iudicium declinare. notat Bal. in repetit.l.j.ff.de rer.diuiſio. Alexā.in.l.j.ff. de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi. Moder.notāt in l.fin.ff.de conſti.princ. Licet pleræq; Italiæ communitates in tractatu pacis Cōſtantiæ cum Friderichо imperatore facto illud ius ſibi vſurpauerint,vt ex illo ſatis videri poteſt, qui nouiſsime x.collationi additus eſt. Hoc dicit etiam Bald. in.l.ſi ex falſis.C.de tranſactio. Et recte facit illa

640 l.relegati. in verſi.nemo. † Hæc autē reſtitutio ad omnia cōfert,quoniam reſtitutum in eo ſtatu redit,quo ante crimen erat,dicta.l.j. & fi.§.fi.C. de ſenten.paſ.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de minor.quemadmodum & ea quæ natalibus reſtituit.l.ij.iij.& fi.ff.de nata. reſtit.l.j.&.ij.C. de iure aureor.annul.l. ſed & ſi lege.§. patronum. verſi.aliud eſt.ff.de in ius vocan. Et iſtud extende vt per Iaco.de Bel.viſ.in.c.j.in tit. hic finitur lex.coll.x.dum quærit,quid ſit de bonis ante cōceſſam reſtitutionem à fiſco alienatis. Pariter & Feli.in.c.ex literis.viij.col.extra de conſti.quærit de officiali, cuius bona ob delictum per eum commiſſum cōfiſcata ſunt, ſi à principe reſtituatur,an ad officium eius cēſebitur reſtitutus? Dic vt per eum illic,& Roma.in repeti.§. de viro. in l.ſi vero.xxxviij. fallen.ff. ſolu. matri. Ad illius quæſtionis diffinitionem allegat,& recte,tex.in l.ij.C.de pala.ſacra.largi.l.fin.C. de curſ.publi. lib.xij.&.l.ſi quis ex grege.C.de cohortali.eod.

641 lib.in qua recte probatur † nō poſſe quem per reſtitutionem à principe conceſſam, niſi ſpecifice ad officium à quo per cauſam criminis ab eo cōmiſsi amotus fuerat,reſtitutus ſit,& de ea per probatorias literas de principis ſcientia conceſſas doceat officiū recuperare. Et ratio huius eſt, quia princeps nō ſolet faciliter in officio peccantem reſtituere.§.fi.in fin.in authē.de armis.coll. vj.l.ſi aliquid.C.de ſuſcep. & arcar.lib.x.ibi, & ſi reſcriptum noſtrum elicitum clandeſtina ſupplicatione intulerit.Et ideo de ſcientia principis conſtare debet,dicta.l.ſi quis ex grege. Cui ego addo meliorem in.l. nullum ex primipilaribus. C.eo.de cohorta.lib.xij.ibi, quod ſi cōtra hanc ſaluberrimam formā vel reſpōſa cœleſtia quædam militia aut dignitas audacter elicitur, pro ingeſtis haberi,etiam ſi ſpeciali annotatione noſtræ indulgentiæ cauſa obtinuiſſe videatur. Et hanc partem Iaco.de ſancto Georgio in tracta. feudo.in verbo,cum mero & mixto imperio cōplexus eſt,præſertim poſt latam diffinitiuam ſententiam per.l.diui fratres.ff. de pœn.l.j.§. fin.ff. de quæſtio.Sed illæ leges de reſtitutione nō lo-

642 quuntur, † ſed de abſolutione reo cōdemnato facienda,de cuius innocentia poſtquam condē natus eſt,iudici conſtitit, qui per ſeipſum facere non poteſt,ſed principi omnino reſcribere debet,& eum cōſulere quid facere debeat, tametſi ſpōte de ſe ipſo cōfitenti,vbi facti veritas poſtea comperitur, faciliter miſericordia impendenda ſit.c.presbyterum.50.diſtinct. Notat Hoſtien. in ſumma de homicidio. ſub titulo, de inqſitio. §.& qualiter procedatur.colum.ij. Feli.in.c. de hoc.ij.colū.verſi.de iſta materia. extra de ſimonia. Sed hoc nihil ad reſtitutionem. Reſtitutio enim præſupponit aliquem recte & ſancte condemnatum fuiſſe,ſed per principis gratiā & miſericordiam delicti pœna remittitur, & priſtino ſtatui reſtituitur,dicta.l.j.& fin.C. de ſentē.paſ. Sed non inſipide ponderatur à Iacob. de ſancto

643 Georg.l.ij.ff.de cadauer.punito. † quæ prohibet punitorum cadauera tradere ſepulturæ principe inconſulto.tametſi in Deuterono. cap.xxj. prohiberetur cadauer puniti penſum in ligno manere,ſed ſepelire iubebat lex Moſaica, quod maledictus diceretur qui in ligno pendebat, ne terram,quam dominus Deus poſsidendam populo ſuo dederat,contaminaretur. tamen lex imperialis pariter & iuriſconſultorum leges authoritate reſcriptorum principum (qui pro tempore erant) hoc prohibent, & præſertim vbi damnati maieſtatis imperialis rei erant. l.j.ff.de cadauer.punito. Et quemadmodum minuere non poteſt iudex pœnam à ſe impoſitam, ſic nec ampliare poteſt, quiſquis ſit inferior à principe, in l.acta.§.de amplianda.ff.de re iudica. Et hac ratione aliquando multatus eſt iudex in curia Rothomageñ.anno milleſimo quingenteſimo trige

644 ſimotertio, menſe Martio, † eo quòd poſt dictam in reum fuſtigationis ſententiam poſtmodum morte condemnauit, hac occaſione ductus iudex quòd cum à lictore apprehenſus eſſet, vt fuſtigationis ſententiam in eum latam exequeretur,inuentus eſt ille fur aliquando virgis cæſus, & in dorſo bulla ſignatus, prout iſte mos nouiſſime apud nos inualuit,atq; ob id de vita & moribus rei, quem condemnauerat,diligentius inquirere cœpit, & inquiſitione facta comperit multis alijs furtis impactum eſſe, quàm his pro quibus ab eo condemnatus extiterat. Ob id exiſtimauit nullam reo iniuriam facere, neque iuri contrauenire eo quòd alijs criminibus impactus fuerat,& illorum ratione virgis cæſus, & lilij impreſsione ſignatus. Vbi ergo princeps hanc reſtituendi facultatem concedit, nihil huiuſmodi principis conceſsio operatur, etiam ſi reſcripto principis vltroneo vel mera principis liberalitate conceſsio facta appareret. argumento eſt.l.fi. C.de cohortalib.lib.xij.ibi,etiam ſi vltronea noſtra liberalitate ius gerendæ prouinciæ vel militiæ vel dignitatis cuiuſpiam ſibi iactauerit fuiſſe delatum. Idem in.l. nullum.eo. titu.ibi, etiam ſi ſpeciali annotatione noſtræ indulgētiæ eam obtinuiſſe videatur. Hic repeti poſſent quæ Bald. & Moder. ſcribunt poſt Cin.in.l.fi.C. ſi contra

ius

ius vel vtilitatem publicam.l. vnica.C. si nupt. ex rescripto.

645 Adde aliud † quod soli principi conuenit, in delatione vestium purpura tinctarum & gemmis ornatarum, quæ solum principem decent.l. ij.C.de consuli.lib.xij.l.vnica.vers.nulli.C. nulli lice.in fræ.aut eques.sel.lib.xj.ibi,pietas enim mea huiusmodi dona non expetit, neq; regium sibi offerri à priuatis cultum.& in.l.temperent. C.de vesti.olober.eo.lib. ibi, cuiuscunq; sexus, dignitatis,artis, professionis, & generis &c. Et in fi.eiusdem.l.ibi, alioqui ad similitudinem læsæ maiestatis supplicium sustinebit. Excipiuntur hi qui principi ministrant, quibus cõcessum est auratas vestes deferre, vt ornatiores sint circa principem.l.ij.C.de vesti.olober.lib.xj. Pariter excipiuntur matrimonialia ornamenta virilium & muliebrium annulorum, dicta.l. vnica. C.nulli lice. in fræ. aut equest. sel.lib.xj. versic. nulli licere. sed omnia hæc iura in dissuetudinẽ abierunt quadam consuetudine, aut verius corruptela,quæ inualuit. communes enim, & adeo apud omnes frequentes huiusmodi cultus sunt, vt penè vilescant: neq; vlla hac tempestate sit principum & nobilium & plebeiorum in cultu,

646 in ornatu differentia. † Intumuit etiam fastus quidam lasciuiens in ecclesiasticos, vt nesciatur an Christi an Cæsariani milites sint,adeo sunt in ornatu , in cultu, in incessu, & alijs varijs morũ generibus dyscolæ, vt nihil amplius honesti inueniatur. quid vlterius?hi qui reipublicæ regimini præsunt,& iustitiam cuiq; reddere ex officio debent,adeo insolentes sunt, vt quid decoris,quid honoris nesciant. Ob id enim omnium opinione non iuris ministri dici mereantur, sed gregarij potius milites vilissimi appellari. Barbati veluti hædi incedunt, vestibus bipertitis, seu variegatis, caligis more lenonũ præcisis, & stricatis, sericis texturis, rubei,crocei, viridisq; coloris variantes. Quæ omnia quantum impudentia sint & ordini indecora & ab omni Christiana religione aliena, nemo nõ sani capitis in-

647 telligit. † quo factum est, vt ansa Lutheranis concessa sit,non in eos solum,verum in Christianam ipsam religionem totam, & ecclesiasticas ceremonias debacchandi. Quid dico? in Christum ipsum dominum nostrum Iesum, & intemeratam virginem Dei genitricem & sanctos insurgendi, aduersumq; omnia Christiana præcepta sancta & vere catholica,traditiones schismaticas,& hæreticas, & vere diabolicas publicando ad ignem vsq; sustinentes, multorumq; animas illaqueãtes. Dominus noster Iesus Christus per suam maximam misericordiam à mala eorum voluntate ad rectam viam illos reuocare dignetur,iustos in bonum confirmando, malos & impios reuocando: istisq; omnibus tam impijs actionibus Dominus noster Iesus per suæ amarissimæ passionis meritum finem dare velit, vt sanctorum suorum cõsortium dignè obtinere valeamus, Amen.

Alia multa soli principi conuenientia commemorant Bald.in.l.j.C.de iure aureo.annul. Luc. de Penna in.l. contra publicam.C. de re milita. lib.xij. Iaco.de sancto Georg.in suo tracta. feudo.in verbo, princeps. Alexan. de Imola in.l.j. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. extant etiam plures & vere singulares tractatus, quos quisq; sedulus lector videre poterit,sed istorum

648 omnium quæ ab eis commemorantur, † quædam sunt adeo principi seu regi hærentia, quæ nulli alij concedere potest,secundum Andre.de Iser.in.c.vnico,quæ sint rega.coll.x. Aliqua verò sunt quæ passim concedere potest, cum per illorum cõcessionem regis decor deturpari seu decolorari non potest, vt dicit text. in dicto.c. intellecto.extra de iureiurando.sed eorum quæ adeo regis ossibus adhærent, neq; concessione, neque vlla præscriptione acquiri possunt, quæ iura imprætscriptibilia sunt, secundum Bald. in dicta.l.j.C.de iure aureo.annulo. Feli.in.c.cum nobis.&.c. cùm non liceat. &.c. cùm ex officij. extra de præscriptio. Et ratio secundum eos est, quoniam in eis status & decor regius grauiter læderetur,quem princeps tacitè vel expresè diminuere non potest,dicto.c.intellecto. extra de iureiuran.cuius conseruandi studiosus esse debet,vti argumento est.l.j.in princi.ff. de postul. Hic cumulari possent quæ in illius quæstionis disputatione recitari solent, An princeps iura regni alienare posit.de qua in exordio.ff.veteris, in verbo,augustus.Et in prima tituli imperialis superscriptione, in procemio Institutionum & codicis,posita in verbo, Augustus. Frãcis. Aret. & Neoterici transcribunt in Rubrica.ff.de verbo.oblig.in.l.digna vox.C.de legi.& in.l. princeps.ff.de legi.dixi in repetitione.l.donationes. C.de dona.inter vir. & vxorem. Secunda ratio

649 est, † quoniam huiusmodi iura non tantum ratione singularis prærogatiuæ, quam princeps plus subditis obtinet,lex concedere solet, sed in signum supremæ potestatis, quam iure suæ coronæ seu regalis dignitatis in subditos habet, obtinere dignoscuntur.l. comperit. C. de præscript.trigin.anno.l.fina.C. de fund. limitroph. lib.xj. dicta.l.ij.§. nouissime. ff. de origi. iuris. Et ideo ab alio quàm à principe absq; honoris & status regij diminutione seu decoloratione exerceri nequeunt, ne videatur princeps alium sibi æqualem facere. quod lex regia pati non potest: vt suprà hoc.§.diximus.& in.l.iij.§. eleganter.suprà eod. titu. vbi enim lex regia principi alienationem non permittit, similiter neq; præscriptionem.l.vbi lex.ff.de vsucapio.cuiuscũq; temporis sit, dicta.l. comperit.C. de præscript. trigin. anno.c. fina. extra de religio. domibus. Cõperio autẽ Bar.dicere in.l.si publicanus.§.in omnibus vectig.ff.de publ.&vectig.iura regia,

quæ nisi principis beneficio obtineri non possunt, longa consuetudine vel vsu tanti temporis cuius initij non extat memoria, præscribi posse, ca. super quibusdam. extra de verbo. significa. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. quoniam, inquit ille text. tam longa possessio loco est cõstituti. c. j. de præscriptio. in. vj.

Et quanquam frequens sit interpretum iuris
650 canonici & ciuilis opinio, † omnia iura regia spatio tanti temporis, cuius initij non extat memoria, præscribi posse, quorum sententia plus Codro tam in foris quàm in scholis vexat: quia tamen plerique ab illa discesserunt multis freti & legibus, & canonibus, rationibus & authoritatibus, existimaui nõnulla hic transcribere: quanquam plura alia sint quæ fortè dum otiũ erit, aliquo singulari tractatu explicabimus, eo quod inter duo lucida totius Christianitatis lumina tũ scripturis apologeticis alijs ve multis libellis, postremo gladijs acutis dimicatũ est, & quicquid hic omittetur, in eum libellũ si scribere per otiũ liceat, reijciemus: quæ autem huic nostræ disputationi conuenient referemus.

Ad huius articuli igitur diffinitionem diuer-
651 tamus. In primis præmittendũ esse puto, † quædam esse iura soli principi cõuenientia, & ob id inalienabilia seu non cessibilia: quã à solo principe exerceri possunt: & in illis nullus cadere potest titulus, qualia sunt ea quæ vulgo dicimus coronæ adhærere, & quæ de rege sacrificulo Liuius scribit in secundo ab vrbe condita. & illa proprie regalia nominanda sunt, sic quod principis concessio, etiam proprio motu principis facta, nihil iuris tribuat. Nonnulla suprà exposuimus, de qbus in. c. vnico, quæ sint regalia. colla. x. & Bal. plura refert in. l. j. C. de iure aureo. annul. & in. l. rescripta. C. de precibus impera. offe rend. Præsertim potestas illa quæ à populo in principem translata est, vt inquit. l. ij. §. nouissime. ff. de origi. iuri. l. §. §. eum enim antiqua lege. C. de veteri iure enuclean. Obstante lege regia, cuius meminit. §. sed quod principi placuit. Institu. de iure natu. & l. j. in princ. ff. de constitu. princi. inquit illa lex, vtpote cũ lege regia, quæ de eius imperio lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem concessit, sic quod apud populum nihil imperij neque iurisdictionis permanserit, sed omne ipsum imperiũ translatũ fuerit, dicta. l. vnica. ff. de officio præfecti prætor. ibi, regimentis reipublicæ ad impe
652 ratores perpetuò translatis. † Vnde in principe solo vis & neruus totius iurisdictionis residere cœpit, qui in alium transferri non potest, primi Reg. viij. c. quoniam absque deformitate imperialis seu regalis maiestatis princeps à se abdicare non potest, & alteri committere. Pro quo recte facit dictum. c. intellecto. extra de iureiurando. Et ita Bal. in iurisdictione punctualiter notat in c. j. in princi. de feud. March. colla. x. dicit enim,

omnes illas regias dignitates cum iurisdictione illis adhærentes iuris esse reipublicæ tantum, & apud ipsam rempublicam residere in principis personam: & sicut radij solis à sole separari nequeunt, sic neque iurisdictio illa à republica, vnde orta est, & cuius occasione in principe vim & vigorem suũ obtinet, adeo vt dissociari nõ possit, quoniam in persona principis reipubl. imago demonstratur. Et, vt aliquando retulimus, Plutarchus de doctrina principum hac conside-
653 ratione ait, † principem esse dei simulachrũ administrantis vniuersa Phidia statuario non egentem, neque Policleto, neque Mirone, qui egregij statuarij fuerunt. Et iterum inquit, principes dei ministros esse ad curam ac salutem hominũ, vti bona quæ Deus illis largitur, partim distribuãt, partim seruent. Et idẽ prius eo diuus Paul. meminit in epistola ad Roma. c. xiij. Et iterum Plutarchus ait, Sed tot tantisque muneribus ac bonis quæ dij largiuntur, non licet nec frui nec vti recte, si desit lex, iustitia, & princeps. Et ob id Bald. in dicto. c. j. de feudo marchiæ. colla. x. inquit, cùm dignitas illa publicum munus sit, quæ illi muneri incũbũt, priuato cõuenire nequeunt, & ideo vendi iurisdictiones non possunt, secundum eundem. §. cogitatio. in authen. vt iudi. sine quoquo suffragio. colla. ij. referens illud Salu-
654 stij in Catilin. † Non sine periculo ab vno emi quod multitudinis est. tametsi hodie secus vsurpatum sit. Imò nec successio esse potest. §. fina. versi. itẽ feudo comitatus. de aliena. feudi. colla. x. Et Helius Adrianus postquã ex senatore imperator factus esset, à senatu rogatus vt filium suum Cæsarem Augustum appellaret, respõdit sufficere quòd inuitus imperiũ suscepisset: principatus autem non sanguini, sed meritis deberi. In regibus autem, ducibus, marchionibus, & comitibus vsu aliter obtentum est, dicto. §. fina. de feudo Marchiæ, Duca. in fi. c. grãdi. de supplen. negligentia prælato. lib. vj. dixi copiosius in tractatu, idque etiam ex libris Regũ cõstat, Dei iussu & imperio Dauid & posteris regibus concessum esse, quod & nostra ætas obseruat. quanquã text. dicti. §. fin. de aliena. feudi. c. præterea ducatus. de prohibi. feud. aliena. per Frideri. colla. x. huiusmodi dignitates successione non acquiri dicat, nisi per inuestituram nominatim hoc concessum fuisset, dicto. c. j. de feudo Marchiæ, Du-
655 catus, & comita. † Non mirũ est si huiusmodi iura impræscriptibilia sint, secundum Bal. in dicta l. j. colum. ij. C. de iure aureo. annulo. Feli. in. c. cum nobis. &. c. cùm non liceat. &. c. cùm ex officij. extra de præscript. Mouetur optima ratione vltra quàm dictũ sit, quoniam illa iura non tãtũ ratione singularis prærogatiuæ principi conueniunt, sed ratione supremæ maiestatis quam in omnes subditos habet: ideo neque statuto neque cõsuetudine quãtumcunque inueterata præscribi possunt. Alioqui ratio erectæ regiæ dignitatis prorsus

prorsus euerteretur, quæ est vt per vnum solum reipublicæ consulatur, dicta. l. ij. §. nouissime. ff. de origi. iur. l. vbi lex. ff. de vsuscapio. Hic repeti possent quæ scripsimus in. l. iij. §. eleganter. supra eodem. post Roma. in. l. vsuscapionem. ij. colum. ff. de vsuscapi. Neque obstat illa vnica ratio toties repetita & cribrata, quam vno ore
656 omnes prosequuntur, † præscriptionem tanti temporis, cuius initij non extat memoria, loco constituti seu tituli esse. c. super quibusdam. extra de verbo. signifi. c. j. de præscript. in. vj. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. quia procedunt in his in quibus titulus cadere potest, sicuti est in his iuribus, quæ in dicto. c. super quibusdam. commemorantur, quæ licet præscriptione non iuuentur, nisi titulus concessionis præcedat, dicto. c. super quibusdam. & l. iij. & fina. C. noua vectiga. insti. non posse. tamen tanto tempore præscribi possunt, cuius initij non extet memoria: quia in eis titulus interuenire potest, dicta. l. iij. & fina. C. noua vectiga. insti. non posse. dicto. c. super quibusdam. & l. si maris. ff. de iniur. Sed in alijs iuribus soli principi in signum supremæ potestatis reseruatis secus est, secundum Romanum, & recte, in. l.
657 j. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. † Et ratio, secundum eum, quoniam illis iuribus vtens, in pœnam sacrilegij incidit. l. sacri affatus. C. de diuers. rescrip. & læsæ maiestatis. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. l. temperent. C. de vestib. holobar. l. j. in verbo, qui se. ff. ad legem Iul. maiest. Non potest quod ad pœnam introductum est, præmium afferre. l. si sequens. infra eo. Et idem notat Roma. in. l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. Et ideo lex non solum huiusmodi consuetudinibus resistit, sed vlterius procedit eas damnando & reprobando in. §. j. in authen. vt nulli iudi. colla. ix. l. j. C. de curio. & statio. lib. xij. l. j. C. de cohortali. eod. lib. l. comperit. C. de præscript. triginta anno. c. constitutus. extra de religio. domibus. Imò peccat qui hæc iura principi denegat, Matthæi. xxij. & Paul. ad Roma. xiij. c. qui resistit. xj. quæst. j. c. conuenior. xxiij. quæst. viij. c. quid culpatur. xxiij. quæstiõe prima. Hoc notat Barto. in. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. & in. l. si publicanus. ff. de publica. & vectigal. Et Antonius de Butrio in dicto capitulo, cùm contingat. extra de foro competen. allegat glo. in capitulo vnico, in verbo, non obstante. de cleri. ægrotan. lib. vj. de quo in capitulo, bonæ. extra de postulat. prælato. Bal. in. l. sicut. colum. finali. C. de præscript. triginta anno. Abbas in capitulo, quanto. in primo notabili. extra de cõsuetudi. & in quæstione per eum disputata incipiente, Augerio. dum de rege loquitur priuilegium habente conferendi beneficia. Repetere licet quod supra diximus quod
658 † cum princeps hanc potestatem à populo accepit vt perpetuò habeat, dicta. l. vnica. ff. de offic. præfecti prætor. ibi, perpetuò translatis. & l. j. ff. de consti. princi. non potest de iure hanc potestatem absque populi consensu à se abdicare, propter illud publicum interesse. l. inuitus. ff. de fideicommiss. liberta. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. vbi Bart. singulariter illum text. notat. dixi in repetitione. l. donationes. x. colum. in iiij. fundamẽto. C. de dona. inter vir. & vxorem. Induci potest in argumentum. l. iij. §. si in publico. & l. seq. ff. de noui oper. nuntia. Et si secus visum est, præscriptio, cuiuscunque temporis sit, possessorem non iuuat. l. viam publicam. ff. de via publica reficiend. Ratio autem dictæ. l. ij. §. nouissime. ff. de origi. iur. confirmat quod diximus ibi. Nam senatus non perinde omnes prouincias prouide regere poterat. Igitur constituto principe datum est ei ius, vt quod constituisset, ratum esset. Et sic populus ab alio quã à prin
659 cipe, non etiam à pluribus regi voluit. † Et sic monarchiam populus elegit abiecta aristocratia seu democratia. Si ergo princeps secus agat, mõstrũ in lege regia facit. vel si cũ Accursio sentis in Rubrica de hæredi. & Falcid. colla. j. principem à Deo delegatum esse. §. quia igitur imperium. in authen. de instrumen. cautela & fide. colla. vj. hoc deus illi soli concessit, non vt alij concedat, & quod in commune subditis vtile est, faciat, inquit ille textus, de omnibus deo rationem redditurus. c. solitæ. extra de maiori. & obedien. c. principes seculi. & capitulo, regium. & alijs plerisque capitulis. xxiij. quæstio. v. Non ergo committere licet, quæ sibi singulari ratione commissa sunt. Et ideo dicitur primi Reg. c. x. per vnctionem reges prophetiæ beneficium accipere, & in alios viros commutari, iubeturque illis vt omnia faciant quæcunque manus eorum inueniet, quia dominus cum eis est. Et diuus
660 Paulus in dicta epistola ad Roma. c. xiij. † ob id ministros dei esse affirmat. hac ratione illis resistendum non esse, nisi quis putauerit velle etiã Dei potestati resistere, dicto capitulo, qui resistit. xj. quæstione prima. Et ideo Bald. in dicta lege, imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & Alex. post eum in. l. j. ff. de officio eius cui manda. est iurisdict. dicunt aliquas esse causas, quas princeps communes cum suis magistratibus, non tantum maioribus, sed & minoribus, facit, quia rebus omnibus interesse non potest, vt suprà dixi. l. magistros. C. de profes. & medi. libro. x. Aliquas verò quas sibi soli reseruauit, & quæ sine læsione regiæ maiestatis transferri aut concedi nequeunt, vt suprà dictum est capitulo, intellecto. extra de iureiurando. sicut in natura monstrum seu portentum est dicere duos soles esse, sic & duos in regno potestate æquales videre, secundum Baldum in capitulo primo de pace Constantiæ. & in dicto capitulo primo, de feudo marchiæ, duca. c. quod trãslatione. extra de officio legati. per Bal. in. l. rescripta.

C. de precib. impera. offeren. & in. l. j. C. de iure aureo. annul. Feli. in. c. cum nobis. extra de præscript. Et quod de decimis dicitur in. c. j. de præscript. in. vj. idem sicut & de vectigalium seu pedagiorum exactione sentio: quia in eis titulus de iure permissus est. c. prohibemus. &. c. quan-
661 uis. extra de deci. Secundo, † cùm princeps iurat in coronatione, illibata regiæ dignitatis iura seruare, non valeret cōcessio per eum postea facta, etiam cum iuramento firmata: quia primum iuramentum secundum absorbet. c. veritatis. extra de iureiuran. quomodo poterit illud ius præscribi quod nullo modo ab inferiori à principe iure obtineri potest, cum initio nactæ possessionis ius resistat. l. clam posidere. ff. de acquiren. pos. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. secus autē vbi lex titulum non prohibet, quia tunc illa præscriptione acquiri possunt, vt suprà dixi, duntamen sit tanti temporis, cuius initij non extet memoria, & maxime vbi titulus à principe emanauit. l. iubemus. in fine. C. de fundis patrimo. lib. xj, quanquam in expressis in dicto. c. super quibusdam. extra de verbo. significa. l. ij. & fin. C.
662 noua vectig. impo. non posse. † sustineatur illa præscribi posse præscriptione tanti tēporis, cuius initij nō extat memoria, intellige duntamen scientia principis interueniat, iuxta. l. seruitutes. ff. de seruitu. quæ secundum eos præsumitur interuenisse, dum possessio tam longa fuit, vt initij memoria non extet, quia vim habet constituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. de quo tamen latius infrà discutiemus, vel si præcessit titulus ab initio nactæ possessionis, quia cōcessio à principe facta est, vt dictum est per. l. iubemus. secundam. C. de fundis patrimo. lib. xj. Alioqui si titulus in eis de iure non permittitur, nulla præscriptio quantūcunque longissima iuuare potest. c. si diligēti. extra de præscript. Et idem notat Andr. de Iser. quem communiter omnes Feudistæ sequuntur in. c. j. de prohibit. feud. aliena. per Frideri. colla. x. per illum tex. ibi, nullius temporis præscriptione impediente. c. j. de capitu. Corra. eadem colla. ibi, nulla obstante præscriptione reuocare. l. fi. C. de fundis limitroph. lib. xj. glo. & Bart. in. l. longa.
663 ff. de mor. inferen. † In alijs autem, in quibus titulus interuenire potest, si cum titulo possideantur quadraginta annis præscribi legitimè possunt, & non alias. Et paulo inferius dicetur, dicta. l. iubemus. ij. C. de fundis patrimo. lib. xj. si absque titulo, nisi possideantur tanto tempore, cuius memoria nō existit, & cum scientia & patientia regis acquiri non possunt. l. vsum aquæ. &. l. diligenter. C. de aquæ ductu. lib. xj. dicta. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidi. & æstiua. Ita notat Roma. in dicta. l. vsucapionem. ff. de vsucapio. l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. de quo in. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. Quibus ego addo optimum text. in ca. dudum. extra de deci. & in dicto. c. vnico, de cleri. ægrotan. lib. vj. l. fi. C. de long. tempo. præscriptio. quæ pro liberta. l. j. C. ne rei domi. vel templo. l. præscriptionē. C. de præscript. triginta anno. l. viam publicam. ff. de via publi. l. fina. C. ne de sta. defunctorum. Addere potes prædictis quæ non ineleganter Iaco. de sancto Georgio scripsit in tracta. feudorum. in verbo, & cum mero & mixto imperio. colla. iij. Sed in his iuribus, quæ titulo acquiri possunt, quis probabit: an possessor, vel princeps, seu qui principis nomine agit, si forte is, qui conuenitur, dicat se possedisse quadraginta annis: secundò an quadraginta anni possessionis tribuant titulum vel loco tituli erunt possessori videndum est.

Vtraque dubitatio maximæ difficultatis sem-
664 per inuenta est. † Et in rebus principis à subditis occupatis adhuc decisa inuenta non est, maxime cum à Christianissimis regibus in eorum aduentu soleat generalis reuocatio alienati dominij seu patrimonij principis fieri, & huiusmodi reuocationes in curijs supremis (parlamenta nuncupamus,) regestari iubentur. Mox instante regis procuratore generali quibuscunque prætoribus seu prouinciarum præsidibus (Bailliuos Gallia vocat) manu regia iniecta, alienationes à retro actis principibus factas reuocare mādatur, comitibusque priuatarum rerum principis fructus excipere iubetur. Ob id principis edicto singuli fundorum seu prædiorum dominicalium & patrimonialium possessores vocati sunt, & coacti titulos suæ possessionis exhibere seu ostendere, datique sunt ad id eodem edicto iudices qui de his inquirant & iudicent, coram quibus dubitatum extitit, an iure cogi possint titulos suæ possessionis exhibere. Non putaui igitur congruum aut conueniens aliquid de his diffinire. Nonnulla autem quæ in vnam aut alteram partem mouere possint, recensere curabo.

In primis dici potest Bart. ambas quæstiones absoluisse in. l. vnica. C. de conducto. & procur.
665 prædio. fisca. lib. xj. dum Barto. quærit, † si rex baronem citare faciat, vt iura quæ in aliquo castro habet, ostendat, alioqui illi castrum vel feudum auferet, an talis citatio valeat. Et dicit Bar. non valere, per illum textum, qui videtur indubie pro Bart. plurimum stringere. Cui rationem addit quoniam de iure possessor nō tenetur suæ possessionis titulum ostēdere. l. cogi. C. de peti. hæredi. Et idem notat Bald. in eadem lege. & in l. ciuile. C. de furt. vbi addit. l. in speciali. ff. de rei vendica. secūdò, alia ratione Bart. mouetur, quæ ex ead. l. vnica assumpta est. Nam idem iudiciarius ordo seruandus est in causis fiscalibus, etiā aduersus fiscum, vel inter fiscum & priuatū motis, qui & inter priuatos de iure seruari debet. Hoc dicit illa. l. in his verbis, Nō aliter quàm ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus tenetur, vel excipiant vel inferant actiones,

nes. Possent aliæ triuiales iuris traditiones addi,
quæ ex.l.princeps. ff.de legibus. colliguntur. l.
digna vox. C.de legibus.§.finali. Institu. quibus
modis testamen. infirmen. quod sæpissime Nor
manniæ populus reminiscitur, dicereq́ solet prin
666 cipem ex priuilegio eis concessisse; † vt eadem
lege, qua populus regitur & iudicatur, principẽ
pariter & sua iudicandum esse. Indecens igitur
& iuri contrarium esset, subditum tot annorum
possessorem, suæ possessionis titulum ostende
re, sed satis illi esse debet dicere, se quadraginta
annis possedisse: id que probare secundum iuris
communis traditiones, in.l.si quis emptionis. l.
sicut. & l. comperit. in princip. & l.omnes. C. de
præscript. triginta anno. Et dum dicitur, nullam
præscriptionem aduersus dominũ vel principẽ
currere, intelligatur præter eam quæ ex triginta
vel quadraginta annis colligit. sicut & gl. inter
pretata est in dicto. c.j. de capi. Corradi. colla.x.
& in dicto. c.j. in princ. de prohibi. feud. aliena.
per Friderichum. colla.x. Sed quia illa glo. nihil
congruum aut conueniens allegat, ego pro hu
iusmodi interpretatione do tibi.l. si cohortalis.
C. de cohort. lib.xij. ibi, nulla præscriptione tẽ
poris muniatur, præter eam scilicet quæ ex tri
ginta annis colligitur. Addo & glo. in.§.j. versi.
sed & si fiat. in verbo, præscriptione. in authen.
vt de cætero commutatio. ecclesi. rerum non for
tui. fiant. colla.v. Et Nicola. Spinel. in eadem l.
vnica. C. de conduct. & procura. prædio. fisca. di
667 cit aliquando per illam.l. tempore † Manfredi
Siciliæ regis quandam sentẽtiam per iudices ab
illo principe delegatos aduersus nonnullum il
lius regni comitem prolatam reuocatam fuisse;
eo quod iuris ordine non seruato processissent;
tametsi commissa illis causa fuisset vt de ea sum
marie & de plano, sine strepitu & figura iudicij
diffinirent. compertum enim fuerat litem in ea
causa contestatam non fuisse. Hic repeti possent
quæ copiose in.l.iij.§. si cum omnes. suprà eod.
tractauimus de vasallo, an titulum suæ possessio
nis domino edere debeat, quæ nullo pacto vi
sum est opportunum trãscribere. Quibus adde
quod Moder. Papien. scribit in.l. Labeo. ff. de
pact. post Bart. in.l.j. C. de fide instrumen. & iu
re hastæ fisca. dum ait ius pro eo probationem
facere, & pro eo ius præsumere: quod dicebat
Ioan. de Platea in principe cõcludere, qui suam
intentionem habet in iure communi & scripto
fundatam, argumento. c. ordinarij locorum. de
668 offic. ordi. lib.vj. † quia subditis onus proban
di incumbet, & docendi de titulo. c.j. ibi, allega
re oportet, cùm ius commune contra ipsum fa
ciat, huiusmodi præscriptionis titulum & proba
re. de præscrip. in.vj. Vide Bald. in titu. de pace
Constantiæ. in verbo, amplius consueuerunt.
Innoc. in capitu. constitutus. extra de electio. gl.
in capi. insuper. in verbo, nisi requisitus. de pro
hibi. feud. aliena. per Frideric. Iacob. de sancto
Georg. in tracta. feudorum. in verbo, dictiq́ va
salli commiserunt feloniam. vj. colum. Annota
ri etiam possent quæ amplo stylo Moder. scri
bunt in.l. vnica. ff. quod quisq́ iur. & in capitu
lo primo. j. distinct. Et Bald. in capitu. illud. de
prohibi. feudi aliena. per Frider. colla.x. in capi.
vnico. iiij. colum. versic. item an quis ratione iu
risdictionis sit maior seipso. de pace iura. firmã.
colla.x. Cin. in.l. digna vox. C. de legib. Feli. in
capitu. canonum statuta. viij. colũ. versic. amplia
quarto. extra de constit. A quò desiderabis plu
res alios iuris interpretes hoc tritum & pene vul
gatum iuris adagium deglutientes.
669. Secundò † tantæ virtutis & potẽtiæ esse qua
dragenariam præscriptionem, vt suum possesso
rem plenissima securitate muniat.l. fina. in fine.
C. de edicto diui Adriani tollen.l.omnes. in fin.
C. de præscrip. triginta anno. etiã aduersus prin
cipem.l. iubemus. in fine. C. de fund. patrimo.
libro.xj. ibi, eo quod nostræ pietati placuit in
vtroq́ casu, id est, iam saluo quàm adempto ca
none possessorum iura nostrorum in eo statu in
quo per quadraginta annos, sicut dictum est, iu
giter manserãt ab vlla innouatione durare. neq́
ignorantes excipit, sed pupillos tantum.l. sicut.
& l. si quis emptionis. C. de præscriptio. triginta
anno.l.j. & l. vt perfectius. C. de anna. exceptio
ne. Quibus adde quod Barto. notat in.l. si pupil
lus. ante finem. ff. de administra. tutor. & in.l. fi.
ff. rem rat. haberi. vbique dicit præscriptionem
triginta annorum vim solutionis habere, eius
demq́ virtutis esse, cuius est solutio, præsertim
secũdum iura hodierna, per quæ præscriptio tri
ginta & quadraginta annorũ introducta est, po
tissime dicta.l. si quis emptiõis. facit.l. Iulianus.
in princi. ff. de actio. empti. Et idem notat Feli.
in capitu. ad aures. colum.ij. versic. & istis. extra
de præscript.
670. Tertiò, vbi † plenissima securitas à iure con
ceditur, omne in integrum restitutionis benefi
cium tollitur secundum glo. in.§. fi. in verbo, sol
uitur. in fi. insti. quib. aliena. licet vel non.l. fi. C.
de præscriptio. long. tempo. Cuius glo. doctri
nam copiose dilatauit Francis. Areti. in consilio
ciiij. incipiente, breuitas in cõsulendo. Feli. in. c.
vigilanti. circa princi. extra de præscript. gl. etiã
notat in.l. ait prætor.§. permittitur. in verbo, im
putandum. ff. de minoribus.
Quartò, confirmatur ex his quæ Anto. de Bu
trio scripsit in. c. fi. colum.xxvj. extra de consue
tudi. & copiosius Feli. in. c. ad audientiam. viij.
671 colum. extra de præscrip. dum dicunt, † præscri
ptionem quadraginta annorũ consuetudine ad
mixtam sufficere, etiam aduersus papã & impe
ratorem ad omne ius acquirendũ. cle. ne Roma
ni. de electio. glo. idem notat in dicto. c. fi. extra
de consuetudi. Et hac ratione ductus Bal. in. c.j.
in verbo, sicut ab antiquo. de pace Constantiæ.
colla.x. dicit in pontibus & aquis, molendinis

& pascuis, standum esse antiquitati seu antiquæ possessioni.l.prima.§.fina. ff.de aqua pluuia arcenda.l.si quis diuturno.in principio.ff.si seruitus vendicetur.

Plus Ioan. Andr. dixit in nouella in capi.j.de rescrip.in.vj.& in cap.tertio.de consuetud.eod.
672 lib. † vbi tam diuturna possessio cum antiqua consuetudine proponitur, opus nõ esse titulum allegare. Allegat.l.domini horreorum. C.de agricol.& censi. libro.xj. Sed pro eo melius facit l.si diligenter. &.l.vsu aquæ. C. de aquæductu. lib.xj. vbi non solum ius publicum tandiu possessum prohibet reuocare, sed & om͂e priuatum. capitu. cùm olim. extra de præscript.cap.primo. in verbo, personæ. vbi hoc Bald. notat de pace Constantiæ.collatio.x.

Quanto magis dicendum est, vbi præscriptio quadragenaria non tantum iure communi, aut inueterata consuetudine confirmata est, sed principis authoritate roborata est, secundum Barto. in.l.tertia.ff.de vsucapio. Et Roma.in.l.prætoris officium.in principio.ff.de damno infecto.& Felin. in rubrica.tertia colum. versicu. secundò fallit.extra de præscriptio. & in capit.primo.extra de rescript. quibus conuenit glos. in.l.sed & si.§.quæsitum.in fine glos.magnæ.ff.si quis cautio.argumento est.l.si quando.in princip. ff.de legatis.primo.adeo secundum Barto.& Roma.
673 † vbi ex præscriptione triginta vel quadraginta annorum vtile dominium tantum acquirit ex huiusmodi præscriptione sic roborata directum acquiretur, secundum eos.

Præsertim hæc ratio locum obtinet si huiusmodi præscriptio & consuetudo tam diuturna in contradictorio iudicio laudata & confirmata est, & secundum eam sæpius iudicatum.capi.abbate sane.extra de verborum significatio. l.cum de consuetudine. ff. de legibus. l.j. §.hoc autem Senatusconsultum.versicu.eodem autem tecto. ibi, & ait Sextus sic esse sæpe iudicatum. suprà eodem titu.illic dictum est. Maioris igitur firmitatis, & authoritatis censenda est talis consuetudo.l.nam imperator.ff.de legibus.dicto ca.cùm olim.extra de præscrip.l.obseruare.ff.de officio proconsul. Quod autem maioris roboris sit talis præscriptio, dum cõsuetudo illa principis authoritate confirmata est, tenent Innoc.& Anto. de Butrio in.c.fin.extra de consuetudi.Barto.in l.de quibus.ff.de legib. Luc.de Penn. in.l.missi opinatores.C.de exacto.tributo.libro.x.Induci potest.§.quas ex omnibus. in procem.Instit.ibi, robur nostrarum constitutionum eis accommodauimus. & in.l.vnica. §.quibus specialiter cognitis.C.de nouo Codi.componen.& Bald. ob id in dicto ca.j.de pace Constan. in verbo, sicuti ab antiquo ait, statim ab ipsomet iudice reuocandum esse, si quid aduersus eam fecerit, argumento.l.nullum. C. de officio rector.prouinc. l.si in aliquam.ff.de officio proconsulis.l.si manifeste.

674 C.de serui.& aqua. † Præsertim cùm huiusmodi consuetudo à bono publico fundamentum acceipiat.l.j.ff.de vsucapio.sufficiatq; in illis ex naturali quadam ratione vti. l.scire. §. sufficit. ff.de excusa.tutor. vel ex quadam naturali iustitia dicere id in commune vtile esse, vt suprà dixi per l.tertiam.§.de his.suprà eodem titulo.ca.Obertus.in quibus causis feud.amitta.collatio.x.Nec tacendus est in argumentum text.tanta philosophia plenus in.l.prima. ff. nautæ, caupo.stabula. in versiculo, maxima vtilitas est.& in.l.prima.in principio.ff.si familia fur.fecis.dica.l.prima.ff.si quis cautionibus.vt neque principis rescriptum aduersus tam grande reipublicæ beneficium aut verius priuilegium iuuare debeat. l. secunda. §. sed quia veremur.C.de iureiurã.propter calum. dando.l.prima.C.de curioni.& statio.libro.xij. etiam si vltronee à principe offeratur, seu concedatur.l.fina. C.de cohorta. libro.xij.Et hoc reipublicæ fauor operatur.l.lex Cornelia. §.finali. ff.de iniurijs.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam.
675 † Et Cleon philosophus hac ratione ductus dicere solet varios esse populorum mores, varia etiam ciuitatum ingenia. Etenim mores illos & ingenia statim mutare nouisq; legibus extemplo moderari non modo non facile, verum ne tutum quidem esse. Id enim statim ad iram populum cõcitaret. Et Pindarus philosophus quærebat quis principi imperaret. At ille, nempe lex omnium regina mortalium & immortalium, illa, inquam, lex quam longo vsu populus sibi acceepit. Et ideo imperator non ex imperiali rescripto, sed ex vigintiquinque annorum curriculis maiorem ætatem diffinire voluit in.l.fina. C.de his qui veniam æta. impetra. Accedat.l.finali.C. de milita.testamen.
676 Et Iureconsulti dicere solent, † principis voluntatem sic regulandam, & talem esse debere, quæ iuri & rationi conformis sit.l.ex facto.ff.de vulga.& pupil.substitu. & hac ratione cõmunis pater vocatur in.§.fina. in authent.neque virum quod ex dote. collat.viij. induci potest.l.j. ff. de iusti.& iure. ibi, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Et si sua voluntate princeps aliter vteretur, quia iuri per suum rescriptum derogaret, ius illi non assisteret, neq; longissima possessione confirmaretur, secundùm Felin.in ca.cum nobis.vj.colum.ad fi.extra de præscrip.l.rescripta.C.de preci.imper.offer.l.fi.C.si per vim vel alio modo.l.authoritatem.C.vnde vi. eo q; non sit q dicat regi cur ita facis, vt suprà meminimus. §.j.in authẽt.& intra quæ tempo.e.per principalem.xj.q.vlti.& Ecclesiastes viij.cap.& ij.Reg.xvj.ca.quibus adde Feli.in dicto ca.cum ex officij.iiij.colum.extra de præscriptio.
677 Quintò, præsertim hoc dico procedere, † vbi princeps suo decreto vel constitutione ligari voluerit, vt suprà dictum est per. l. digna vox. C. de legibus. sicuti hoc æquum & iustum est, vt scribitur

ſcribitur Matth.vij. & Lucæ.vj. Et diuus Paul. in epiſtola ad Roma.capi.ij.& cap.omnea.extra de conſtitu,hoc dicit Archidia.in capitu.primo. extra de conſtitu. Cin.poſt Petr.in authent. quibuſcunque.C.de ſacroſanctis eccleſ.Et maxime vbi lex ſeu principis voluntas pro Reipublicæ beneficio inuenta eſt.l.cum in eo.ff.de pactis.capi.primo.de feudi cognitio.collatio.x. Hoc notat Ioan.Andr.in regula,cui licet quod eſt plus. de regul.iur.in.vj.Ipſe idem Ioan.Andr.& poſt eum Domi.& Petr.de Anchara. in dicto capi.j. de conſtitu. in.vj. dilatat hoc per multas colum. Felin.in capit.canonum ſtatuta. vj.colum.& ſe-
678 quen. extra de conſtit. † Cum neque abſonum ſit de iure ſuperiorem ſeipſo minorem ſe ex cauſa facere,ſecundùm Bald.in capi.vnico.de allodijs.collatio.x. Pro quo facit. l.eſt receptum.ff. de iuriſdi,omnium iudic.Ex qua Bald.duo colligit. Primum, imperatorẽ ſeu principem litem cum ſubditis habentem de ea poſſe compromittere, imò & inferiori à ſe ſeipſum ſubmittere,ſicuti contigit in pace Conſtantiæ,ſecundũ Odofred.& Cin.& licet nihil vlterius alleget,adde illi text.in.l.ille à quo.§.intempeſtiuum.ff.ad Trebellia.capi.nos ſi incompetenter.ij.quæſtio.vij.
679 Secundum eſt, † Papam poſſe ſuo Pœnitentiario ſe ſubmittere, & pœnitentiam ab eo iniunctam ſuſcipere. Hoc dicit poſt Archidia.in cap. in quibus.xxj.quæſtio.j.quod latius proſequuntur Henric.& Anto. de Butrio in capitu.omnis vtriuſque ſexus. per illum text. in his verbis, omnes vtriuſq; ſexus. extra de pœniten.& remiſ. Et ratio vltra prædicta eſt, quæ etiam huic propoſito conuenit, quoniam efficacior eſt principis obligatio quando ex ſua voluntate prouenit,ſecundum Inno.in.c.cùm inter. extra de renuntia.& rectè facit.c.j. de renũtia. lib.vj.quod de Cœleſtino loquitur qui papatui renuntiauit. Adde text.in.c.ſunt quidam.xxv.quæſt.j.Facit quod glo.nota.& Anto.poſt eam in verbo, abſolui.in.c.quanto. extra de iureiurãdo.Idẽ Anto.in.c.j.extra de conſti.Et ſi huiuſmodi approbationem confirmauerit iuramento, vix ab ea princeps diſcedere poſſet, ſecundum glo. in dicto.c.quanto.quæ mouetur per.c.et ſi Chriſtus. extra de iureiurando.

680 Adde prædictis, † quoniam ſubintrat in his diuina iuſtitia quæ paſſim omnes obligat, etiam principes. non enim eſt perſonarum acceptor deus, Actuum.x.capi.& Deutero.primo capit. & Paul.ad Coloſſen.iij.c.nouit.extra de iudi.c. ea quæ.extra de ſta.regu. Et Archid.in.c.conſequens.xj. diſtinct. ait concedere aliquid quod communiter omnibus denegatur, videtur eſſe perſonarum acceptio. Ergo, inquit, huiuſmodi diſpenſationes facere rectores multitudinis non poſſunt,cùm hoc ſit contra præceptũ legis diuinæ.Et iterũ,lex humana, vt ſit recta, oportet vt legi diuinæ conſonet:alioqui religioni aut diſciplinæ non conueniret. Contra id quod Iſidorus ſcribit in.c.conſuetudo.j.diſtinct. Lex autem diuina eſt vt legislator ſua lege ligetur.c.j.j.diſtin.
681 igitur &c. † Qui autem quadraginta annis rem pacificè poſſidet, pleniſsima ſecuritate munitus eſt,dicta.l.omnes.C.de præſcrip. triginta anno. l.fi.C.de edicto diui Adria.tollen.communis ergo eſſe debet principi,ſicuti etiam in re patrimoniali principis dicitur in dicta.l. iubemus. in fi. C.de fund.patrimo.lib.xj. Et ſicut poſſeſſor de iure titulum ſuæ poſſeſſionis petitori oſtendere non tenetur, qualis qualis ſit ille petitor.l. cogi. C.de peti.hæredi.ſic nec principi exhibere cogẽdus eſt,dicta.l.vnica.C.de conducto.& procur. fundo.fiſca.lib.xj.

682 Sexto † res eccleſiæ fiſci & reipublicæ à pari iudicantur.l. qui ſolidum.§. etiam.ff. de lega.ij. c.auditis.extra de in integ.reſtitu.§.fin.in authẽ. de alien.& emphyteu.colla.ix.§.publicorum.in authen.de manda.princip.&.l.ſi diuina domus. C.de exacto.tributo.lib.x.ſed res eccleſiæ quadraginta annis præſcribũtur.l.fi.& authen.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ. ca. ad aures.& c.quia indicante.extra de præſcript.excepta Romana eccleſia,quæ centum annorũ præſcriptione lætatur.§.j.& per totum titulum in authen.vt eccleſ.Roma. gaudeat centum anno. præſcript. colla.ij.& dicta.l.fi.C.de ſacroſanct.eccleſ.c.ad audientiam.&.c.cum nobis. extra de præſcript.
683 † Et ad ſummum res & iura eccleſiaſtica quantumcunq; ſpiritualia ſint, præſcribuntur tanto tempore, cuius initij non extat memoria, dicto c.j.de præſcript.in.vj. pari ratione res fiſci, ſaltẽ illa præſcriptione acquiri poſſunt,quantũcunq; principia res fauorabiles ſint, quia non videtur maior in re principis fauor, quàm in rebus aut iuribus eccleſiæ. Et ad id conformat ſe illa iuris naturalis ratio à lege diuina laudata & confirmata,Quicquid calcauerit pes tuus, tuũ erit. Quã amplo cõmentario proſequuti ſunt à primo ad vltimum vſq; omnes ſcribentes in.l.j. in princi. ff.de acquir.poſ.& in.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure.Ad id facit.l.j.ff.de acquir.rer. domi. &.§. ſingulorum,Inſti.de rerum diuiſio. quæ lex nullum excipit. Non videtur ergo principem, neq; iura & poſſeſſiones eius à priuatis diſtinguẽdas eſſe,dicta.l. vnica.C. de conducto. & procura, rer.fiſca.lib.xj. Alioqui fruſtra dixiſſet lex, eum qui quadraginta annis præſcripſit, pleniſſima ſecuritate munitum eſſe.

684 Cæterũ ſi † prædicta in quadragenaria præſcriptione vrgeant vt principis res conſtringant quanto magis in longiſſima præſcriptione tanti temporis cuius initij non extat memoria dicendum eſt,quæ loco eſt cõſtituti, dicta.l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de aqua quotidiana & æſtiua. dicto capitulo, ſuper quibuſdam. extra de verborum ſignificatio.

Secundò quum iura, quæ abſq; titulo poſſi-

deri non possunt, neque præscribi, dicto capitulo, super quibusdam. & l. ij. & iij. C. noua vectiga. impo. non posse. præscriptione tamen tanti temporis, cuius initij non extat memoria, acquiruntur, & iure præscribuntur, dicto capitulo, super quibusdam. & capitulo primo. de præscrip. in. vj. igitur &c.

Tertiò, eò vsque est communis Vltramontanorum caterua, quibus nonnulli Gallici docto-
685 res assentiunt, vt † regaliæ iura quanquam à nemine alio quàm à principe possideri possint, & ob id impræscriptibilia sunt, capitu. vnico, quæ sunt rega. colla. x. præscriptione tamen tāti temporis, cuius initij nō extat memoria, acquiri possunt. Atque ob id dixerint Florentinos & Venetos, plerosque etiam alios Italiæ populos iura imperij seu regaliæ præscripsisse. Addunt etiam simili ratione Gallos regaliæ iura præscripsisse. hoc dicunt in. l. j. C. de summa trinitate & fide catholi. Et in. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. præsertim Bal. & Iason, quorum dicta consultò
686 recensere iuuabit. † In primis dicunt Venetos potuisse aduersus imperium præscripsisse, quia Venetiarum ciuitas in mari fundata est, & ideo fieri occupātis. l. in tantum. ff. de rerum diuisio. Barto. autem in. l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. dicit Venetos ex priuilegio imperatoris regalia habere, quod reuocari potest quandocunque, secundum eum. Et Alberi. in. l. j. C. de summa trinitate & fide, catholica. asserit se Venetorum priuilegium vidisse bulla aurea bullatum. Quidam Longobardici doctores in dispūctionibus dum. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. è Græco in Latinum verterunt, dicta per Baldum & Iasonem improbauerunt, asserentes quosdam Gallicos idem cum eis sensisse & existimauisse propter aduersatiuam, au-
687 tem. in illa lege positam in his verbis, † lex autē maris. imperium maris ad imperatores non pertinuisse. quod sane perridiculum esse affirmant, tametsi Bal. & Iason hac ratione existimauerint Venetos Romano imperio subditos non esse, & ex Gallicis doctoribus solum Ioan. Igneum in tractatu dispungendo conueniunt.

Cæterum nesciuit Ioannem Igneum in tractatu comperire hoc dixisse. Sed dum alios dispungeret, arbitratus est Ioannem Igneum prætermittendum non esse, in hoc Barr. imitatus, dum in Petrum de bel. perti. in multis insurgere voluit, imposturas Petro huic similes ascribendo, existimantes, dum alienæ gloriæ detrahere tentant, suam dilatare. Non enim comperietur in tractatu Ioannem Igneum dixisse propter illam aduersatiuam, autem. Romanos imperatores non esse maris dominos. In confesso est Ioannem Igneum dixisse Romanos imperatores aut verius tyrannos de facto plerisque Galliæ prouincijs quandoque imperasse, non quod de iure id facere potuerint. Et ad legem, deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. in qua Labeo iureconsultus Antoninum Pium commemorat, dixisse se mundi dominum esse, citasse pro responso quod Ioan. xviij. scribitur de domino nostro Iesu Christo, dum illum Pilatus regem appellaret, an à seipso loqueretur, interrogauit, an verò alij de ipso sic testificati essent. Nam & Christus cuius verax erat testimonium, imo ipsa est veritas, non tantum suum, sed & patris desiderauit testimonium. capitulo, in omni. extra de testibus. vt secundum legis authoritatem In ore duorum vel trium staret omne verbum. Numeri trigesimoquinto capitulo, & Deuteronomij decimoseptimo. Cui lex ciuilis & canonica conueniunt. lege, iurisiurandi. C. de testibus. lege, maritus. ff. de quæstionibus. capitulo, in omni negotio. extra de testibus. Neque vllus secundum Romanorum leges in sua causa legitimus testis esse posit. lege, nullus. ff. de
688 testibus. l. omnibus. C. de testibus. † Debuerat igitur Antoninus aliunde testimonium quàm à seipso quærere. Tantundem de summo pontifice Felin. dixit in capitulo, ad audientiam. tertia columna. extra de præscriptionibus. Allegans ad id textum in capitulo, cum à nobis. extra de testibus. & quod illic notat Abbas, & capitulo, Deus omnipotens. secunda, quæstione prima. Romanus in. l. sciendum. columna vigesimasecunda. versiculo, aduertendum. ff. de verborum obligationibus. Dicunt enim, quemadmodum Deus legi diuinæ se subiecit, dicendo, In ore duorum vel trium stet omne verbum: similiter de pontifice dicendum esse. sed Francorum Reges pontificum habent testimonium in capitulo, per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. & aliorum quotum in tractatu commemorauimus. Alia forte addemus quæ illic scripta conuenient. Et dum nuper Parisijs essem, quidam consobrinus vxoris meæ illius Longobardici doctoris glossemata in legem primam: in verbum, quos nostræ clementiæ regit imperium. C. de summa trinitate & fide catholica. ostendit, in cuius glossa comperio hanc solutionem dispunctorem secutum fuisse. verba illius sunt, Et quanuis quandoque imperatores orbis dominos se appellant, id vel per hyperbolen accipiendum est, vel eorum dictis minime credendum, quia in causa propria.

Aliud & secundum responsum ad illam le-
689 gem accōmodauimus † Antoninum Pium in piratas Eudæmonis supplicatione commotum se mundi dominum dixisse. Et cum odio piratas haberet, legem grauissimam in eos tulisse, quam postea commemorabimus. Nec dissimili ratione in. l. commissoriam vsus est idem imperator Antoninus in lege, Aemilius Largianus, ff. de minori. Tametsi Paulus iureconsultus

Anton

Antonini imperatoris sententiam non laudauerit, atque ob id dicebamus in tractatu quod ab indignato principe prolatum est, in exemplū trahi non posse.l.j.ff.de cōsti.princi.§.sed quod principi.Insti.de iure natur.gent.& ciuili. atqui in.l. deprecatio. ex lectione legis videri potest Antoninum vt piratis terrori esset, se mundi dominū appellasse, qui sub imagine legis Rhodiæ se immunes à quacunq; pœna reddere existimabāt, neq; in facultate Antonini fuisse legem contrariam Rhodiæ ferre. Vt autem Antoninus demonstraret se nouæ legis condendæ & Rhodianæ legis abrogandæ seu antiquādæ potestatem habere, se mundi dominum asserere nō dubitauit, tametsi mundi dominus non esset:

690 † Nam & Antoninus nusquam mundi dominus fuit. Eo nanq; Romanum principatū agente multæ prouinciæ aduersus eum insurrexerūt, neque audientes Gallias habuisse palàm est, vt mox ostendemus. Nam & dispunctor ille Longobardicus in eadem glo.l.j.C.de summa trinitate & fide catho. plane idem confitetur. verba eius sunt, quæ ex suis glossematis trāscripsimus, relatiuū, quas. indicat aliquas fuisse gentes quæ non paruerint Romano imperatori, & tamē cōmuni calculo aiunt doctores vniuersum orbem illi de iure subijci, quia ratione relatiuum, quas. non coarctaret præcedentia, sed declararet. Sed hæc ipse non probo, tum quia multæ sint prouinciæ quæ non paruerint Romanis, vt Scythia & Sarmatia, & vltra Eufraten fluuium vniuersus Oriens, tum etiam quia in constitutionibus legitur aliqua esse loca extra Romanum imperium, vt infra habetur de eunuchis & de cōmercijs. Nec verisimile est, vt intelligamus de his, qui non subsunt de facto, cum ad ius non ad factum verba in dubio referantur. Et sequitur quod suprà transcripsimus, Et quanuis quandoq; imperatores orbis dominos se appellent, id vel per hyperbolen accipiendum est, vel eorum dictis minime credendum, quia in causa propria.

691 Non † potuit igitur Antoninus legem dicere, nisi his quos suum regebat imperiū.l.j.C. de sum.trinita.& fide catholi.l.fina.ff. de iurisdict. omnium iudicum. Et similis elocutio sæpissime à Iustiniano & iureconsultis repetitur, vt in tractatu explicauimus, præsertim de Antonino Pio loquitur Iustinianus in.§.fi. in authen. vt liberti de cætero. Et si fortè contigit aliquando Gallias Romanis tyrannis paruisse, id de facto, non autem de iure factum fuisse paulopost explicabimus. Neque vlterius à Ioan. Igneo dictum in tractatu de.l.deprecatio.comperietur. Non etiā de Venetis aliud scripsisse, nisi quod à Pipino Caroli magni filio profligati fuerant, & in patris ditionem constitui, quos etiam nostra ætate Ludouicus. xij. vtriusq; Galliæ moderator iterum coegit quicquid Mediolani ducatus occupabant restituere. Somniabat itaque dispunctor, dum Baldum, Iasonem, aliosq; multos dispungebat, & expergefactus Ioan. Ignei meminisse voluit, vt intactum eum non relinqueret.

Ad Bald. reuertamur, quem constat in rubri-
692 ca de rerum diuisio.ff. dixisse, † in mari distincta esse regna, sicut in arida terra. Ergo, inquit, & ius ciuile, id est præscriptio idem operari potest. Et hæc præscriptio quandoq; aufertur, & applicatur alteri. Sed cùm applicatur alteri, ita quod alij non aufertur, ista est consuetudo. Et sic Venetiani & Ianuenses sua maria habent ex inueteratissima consuetudine distincta. Mox in eadem.l.colum.iij. Bald. quærit, & nunc Baldi verba amplectamur, Nunquid sit licitum ædificare in mari, sicut in littore? & dic quod sic. eadem ratione & Veneti faciunt, qui sunt fundati in mari. Et de iure gentium ciuitates in mari ædificatæ, sunt ipsorum qui ædificant.l. in tantum. ff. de rerum diuisio. Et nihil vlterius de Venetis neque de.l.deprecatio. in tota lectione rubricæ Bald. commemorauit. In illa igitur parte Bald. reprehensione dignus non fuit. Pro Baldo autem rectè facit lex, sanè.ff. de iniur. sanè, inquit
693 Paulus iureconsultus, † si maris proprium ius ad aliquem pertineat, vti possidetis interdictum ei competit, si prohibeatur ius suum exercere. Si de iure mare à nullo occupari, & ius in eo acquiri posset, interdictum vti possidetis competere non posset.l.j.§.quod ait prætor.ff. vti possidetis. imò occupantes domini fiunt. l. riparum. in fin. versicu. in mari. &.l. in tantum. in princip.ff. de rerum diuisione. Adde.l. iniuriarum. §. finali.versicu. vsurpatum. ff. de iniurijs. Baldus igitur in hoc dispungi non meruit, quoniam licet Bald. dixerit ciuitates in mari ædificatas fieri ædificantium, non tamen ab imperio exceptas, sicuti neque alia ædificia in mari aut in terra priuatis ædificata exempta non sunt, l. ge prima.ff. de rei vendica. &.l. si duas.§.j.ff. de excusa.tutor.

Et multo minus Baldus & Iason reprehendi debuerant in lege prima.C. de summa trinitate & fide catholic. in primis Bal. & omnis Longobardorum seu Italorum turba cum dispunctore conuenit. Non pudebit Baldi verba transcribere. Nam aduersus illam legem primam.C. de summa trinitate & fide catholica. opponit Bald. de.l.deprecatio.ff. ad legem Rhodiam de iactu. quia totus orbis sub imperio est.l.si duas.
694 §.si decem.ff. de excusa.tutor. Et soluit. † Concedo, inquit, inspecta potestate quam habet imperator de iure ciuili, vt possit toto orbi legem imponere. Sed inspecta voluntate principis, dicit imperatorem nolle populis, qui imperio non obediūt, legem imponere. Ecce quomodo Bal. dicit imperatorem orbis esse dominum, & vniuerso mundo posse legem imponere, secundum l.deprecatio.ff. ad legem Rhodiam de iactu. &

L 3

multis alijs argumentis comprobare studet imperatorem iure possidere, cum à deo imperium procedat. Et lege eum, quoniam nihil in eo comperies quod ab illa Vltramontanorum opinione declinet, quam Longobardicus dispunctor emungit.

Non etiam Iason in hac re in dispunctoria no
695 ta signari seu vocari debuit, † quum plane quicquid potuit gloriæ à Gallis detrahere maximo studio semper quoad vixit festinauit. In ea enim post Cinum, Barto. Bald. Salic. & Paul. de Castro & Hostien. in summa. extra de offi. ordina. Nicol. de Neapoli in dicta. l. si duas. §. j. in verbo, vniuerso orbi. ff. de excusa. tutor. constanter affirmauit, imperatorem de iure mundi esse dominum, per dictam. l. si duas. c. in apibus. vij. quæst. j. c. Adrianus. lxiij. distinctio. c. quo iure. viij. distinct. c. conuenior. xxiij. quæstio. viij. Et per text. cui dicit à toto mundo non posse respõderi, in dicta. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. hanc suam conclusionem authoritate Bal. confirmat in procemio Digestorum dicentis, imperatorem de iure in vniuersa ditione quæ ascendentem videt & descendentem solem, & ex vtroque latere meridiem & septentrionem imperare. §. & hæc considerantes. in authenti. vt omnes obedi. iudic. prouincia. collatio. v. Item imperare omnibus insulis vsque ad Oceani recessus. §. quid ergo. in authenti. vt eccles. Roma. gaudeat centum anno. præscriptio. collatio. ij.

696 Quartò, † imperium ab imperando dictum, prout imperium est in suo altissimo situ & circulo, quod est summa potestas nulla circunclusa. Mox Alberi. refert in illa. l. prima. C. de summa trinitate. dicentem Venetorum priuilegium vidisse libertatis & exemptionis bulla aurea bullatum. Tametsi Aluaro. in capitu. primo. quis dica. dux vel marchio. collatione. x. dicat Venetos de iure liberos esse, eo quòd ciuitas eorum in mari fundata sit. Et quod Iason asseruit Venetos priuilegio imperatoris à Romano imperio exemptos esse, non à seipso asserit, sed Bartolum tantum refert in. l. hostes. ff. de captiuis & postlimini. reuers. & Bald. in capitu. sicut. vltimo. tertia eolum. extra de iureiurando. Non quòd Bartol. in hoc neque Bald. se subscribat. Quare non satis demirari possum, quomodo in iudiciũ dispunctoriæ notæ Bal. & Iason vocari potuerint, & maxime quod vi illius aduersatiuæ, autem. positæ in dicta. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iactu. ab eis & Ioan. Igneo tam pertinaciter affirmet dictum fuisse siue illam. l. secundum cõmunem traditionem vel illius interpretationem legamus, dixisse imperatorem non esse maris dominum, cum neq; à Baldo neque à Iasone & minus à Ioan. Igneo dictum, imò neq; vsquam cogitatum fuisse comperietur.

Cæterum vltra quàm à me dictum sit in tractatu circa illam legem, deprecatio. quid in ea sententiam aperiam.

697 In primis dico, † multis ante seculis quàm Antoninus cognominatus Pius ad Romani imperij magistratum vocatus fuisset, leges à Rhodijs circa merces in mari submersas factas fuisse, quibus Rhodij absq; delectu merces à naufragium passis absq; vllo discrimine auferebant. Et à Rhodo insula nomen assumpserant. c. fina. ij. distinct. Illarum legum Labeo iurecõsultus meminit in dicta. l. deprecatio. quam veluti pestiferam Antoninus Pius improbauit, cuius improbationem Paulus iureconsultus posuit in. l. Pedius. ff. de incen. rui. naufrag. At in. l. deprecatio. noluit Antoninus Pius Rhodiorum leges quatenus suis aduersarentur vim legis obtinere, sed eas antiquare & reuocare voluit. Simili improbatione vsus est idem Antoninus Pius post Adrianum in. l. iij. §. diuus. ff. de sepulch. viola.

698 † Leges autem naufragorum à Rhodo insula quæ inter Cycladas insulas primaria est, quæ quinquagintatres numero sunt, sicut Plin. placet lib. naturalis historiæ quarto, cap. xij. & Orosio lib. suæ historiæ primo. nomen acceperunt, ob id Rhodiæ dictæ. Cuius autẽ authoritatis fuerint, satis ex Gellio lib. noct. Atticarum. vj. c. iij. & Cicerone in Bruto, & Ausonio in Grypho constat, dum Ausonius sic de ea scribit, Tres oratorũ cultus regnata Colosso, Quẽ Rhodos actæ quem dilexistis Athenis, Et quem de scenis tetrica ad subsellia traxit, Prosa Asiæ in causis numeris imitata chororum. Et Quintilianus in primo Institutionum lib. Cæsar etiam sua dignitate allectus post absolutum Cornelium Dolobellam quem reum repetũdarũ postulauerat Rhodum secessit ob insulæ excellẽtiam, quippe cùm in ea disciplinæ ingenuæ ad componendum oratorem essent, viriq; multi circa philosophiam, & oratoriam memoratione digni extabant, vt ex Tranquillo in Cæsare legi potest.

699 Causa autem † improbandarum legum Rhodiarum fuit Eudæmonis, & aliorum naufragium passorum supplicatio. Cuius verba ex integro Labeo Iureconsultus illius legis author nõ scripsit, sed ista tantum, Domine imperator Antonine naufragium faciẽtes in Italia direpti sumus à publicanis Cycladas seu Cyclades insulas habitantibus. Neque vlterius Eudæmonis supplicatio recitatur. Sed ex ea & imperatoris responsione duo colligo. Primum publicanos qui Eudæmonem & reliquos naufragium passos expilauerant, ac merces eorum diripuerant, Rhodios fuisse, & legis Rhodiæ authoritate fretos asseruisse iure Eudæmõis merces potuisse diripere. qua non obstãte ab Antonino Pio suarum mercium restitutionem Eudæmon impetrauit, atq; ob id Antoninum iussisse cùm mundi dominus esset, & lex maris, merces Eudæmoni restitui, lege Rhodia cum suis aduersaretur nõ obstante. Responsio nanque Antonini imperatoris hoc clare demonst

demonstrat dum ait, lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus nulla nostrarum ei lex aduer-
700 setur. † Quare publicani qui ope legis Rhodiæ existimabant posse merces naufragatas retinere, iureq; suo habere, necesse habuerunt Eudæmoni alijsq; passis naufragium merces ablatas restituere. Id etiam declarat. c. fina. cum glossæ. ij. interpretatione. ij. distinctione. Et Antonini responsio est in versic. Antoninus dixit Eudæmoni, Ego quidem mundi dominus, lex autem maris. & hic erit punctus. quasi dicere voluerit imperator, Lex Rhodia qua permittebatur Rhodiensibus ex naufragio quæstum facere, & ex consequente merces naufragio submersas diripere, in consideratione esse non potest. Quoniam, inquit Antoninus, ego mundi dominus sum & lex maris. Non quòd dictio, autem. aduersatiuè legatur, sed assertiuè: quia nihil anterius habet cui aduersetur, nisi vt publicanorum factum sua lege improbaret, Rhodiorum lege, qua publicani se tuebantur, antiquata, & prorsus reprobata, quoniam iniusta & rationi inimica esset. l. prima. in principio. & l. secunda. & l. ne quid. & alijs legibus tituli. ff. de incend. rui. naufragio. authentica, nauigia. C. de furtis. l. pri-
701 ma. C. de naufrag. libro vndecimo. ibi, † quod enim ius habet fiscus in aliena calamitate, vt de re tam luctuosa compendium sectetur. c. dispensationes. prima quæstione septima. hac ratione piraticam exercentes artem constitutione pontificum, nisi ablata restituant, excommunicantur. c. excommunicationi. extra de raptori. Et sic verus illius legis sensus est, Ego mūdi dominus & lex maris, quia & legē mari dicere possum. Nam & re vera legem tulit, cuius verba Paul. iureconsultus transcripsit in. l. Pedius. ff. de incend. rui. naufrag. hæc sunt, Diuus Pius Antoninus de his qui prædam ex naufragio diripuissent ita rescripsit, Quod de naufragijs nauis & ratis scripsisti mihi, eò pertinet vt explores qua pœna afficiendos eos putem qui diripuisse aliqua ex illo naufragio probātur &c. Similiter & Vlpianus in. l. finali eiusdem titu. ff. de incend. rui. naufrag. inquit, licere vnicuique naufragium suum impune colligere constat. Idq; imperator Antoninus cū diuo patre suo rescripsit.

Ex qua rectè constat Antoninum publicanis
702 respōdisse in. d. l. deprecatio. dum dixit, † Eudæmonis supplicatio lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus nulla nostrarum ei lex aduersetur. hoc autem ipsum & diuus Augustus iudicauit. Per hanc responsionem tacitè respōdet obiectioni publicanorum, qui deprædationem suam tuebantur lege Rhodia, qua non obstante restitutionem fieri voluit iuxta legis suæ authoritatem. In reliquis autem, in quibus nulla suarū legum eis aduersaretur, ratam firmamq; legem Rhodiam manere voluit. Et id verum est. Neq; putet Neotericus Langobardicus sub illius dictionis, autem. inuolutione plures in reatu constituere, quasi à Baldo, Iasone & Ioanne Igneo ignoratum sit Antoninum imperatorem se mundi dominum vociferasse, imò & maris legem es-
703 se, † neq; eos latuisse sub mundi vocabulo non modo terram, sed & cælum & mare contineri. Mundum etiam ex sole, luna & stellis, terra, mari & elementis, & omni eo quod cæli ambitu cōtinetur, cōstare, sicuti & Gene. j. ij. & iij. c. quisq; etiam omnium literarum expers capere potest. Et ex Vergil. sexta Aeneide,

Principio cælum, terram, camposq; liquētes,
Lucentemq; globum Lunæ Titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totumq; infusa per artus
Mēs agitata molē & magno se corpe miscet,

Et Ouidius in primo Metamorphoseos,

Primaq; ab origine mundi
Ante mare & terras & quod tegit ōmia cælū
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigestaq; moles,
Nec quicquam nisi pondus iners. & reliqua.

Alioqui cum Democrito & Epicuro & Metrodoro illorum discipulo dicere necesse esset,
704 † omnia ex atomis fieri, & innumerabiles esse in infinito mundos: quibus Origenes consentiebat, sicuti diuus Hieronymus cōmemorat in epistola defensoria aduersus Ruffinum.

Vel cum Diogene finitum esse mundum. Aut cum Stoicis mūdum vnum, & idem nō esse vniuersum ac mundum, sicut & Plutarchus in placitis philosophorū meminit. Aut cum Seruio grāmatico fateri oporteret vnum esse terræ mundū, alterum cæli, & aliud maris, vt plerique alij voluerūt, vt testis est Plinius in primo naturalis historiæ libro. Cui Horatianum illud carmen lib. carmi. secūdo ad Grosphum astipulatur. Quid breui fortes iaculamur æuo. Multa quid terras alio calentes sole mutamus patriæ quis exul, se quoque fugit. Plinius vero ait quem Græci cosmon ornamenti nomine appellauerunt, eum & nos à perfecta absolutaq; elegantia mundum dicimus, Et Cicero in Catone maiore ait, Vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt. vel vt diffinit Secundus philosophus qui tēporibus Adriani perpetuum silentiū sibi proposuerat vt Adriano satisfaceret, mundū diffiniuit incessabilem esse circuitum, spectabilem, supplicem multiformis formationis, æterni tenoris, & circuitus absq; errore.
705 Non ambigat ergo ille † intellectum fuisse plus satis Antoninum Pium dum mundi dominum se dicere voluit, non terræ tantum, sed & maris se dominum, Imò & mari sicut & terræ legem dicere voluisse, idq; his verbis, Ego mundi dominus lex autem maris. clarissime & cum tumore explicuisse, vt piratis terrori esset, quum & princeps viua lex sit. §. finali. in authentica, de consulib. collatione. iiij. Et sicuti Plutarchus in libro de doctri. principum, inquit, Iustitia legis

est finis. Lex autem principis opus, princeps verò Dei simulachrum administrantis vniuersa, nihil egēs Phidia statuario. sic in hac re Phidia, id est Rhodiorum lege non egebat: quoniā lex sua opus suum erat, secundùm quam naufragiū passis iustitiam ministrari voluit. Non ergo dictio illa, autem. aduersatiuè legitur, nisi vt Rhodiæ legi aduersaretur, quam improbare per suam legē desiderabat. Neque illa verba, lex autem maris. de Rhodia lege intelligi debent, sicuti dispunctor ait, sed de lege quam Antoninus in piratas bona seu merces naufragorum diripientes tulerat, quæ posita est in.l. Pedius.ff. de incend. rui. naufrag. & in.l. finali. eiusdem tituli. Et demum quod sequitur in illa.l. deprecatio. lege Rhodiorum iudicetur nautica. Antonini responsio incipit,

706 † ad id quod per piratas & publicanos aduersus Eudæmonis supplicationē de lege Rhodia opponebatur, qua licebat naufragorum bona diripere seu arripere, quod primo occupanti acquirebantur, veluti in littore maris inuenta, vt verba Eudæmonis significabant, quæ de publicanis tantum loquebantur, dum ait, à publicanis Cyclades insulas habitantibus direpti sumus. & l. qui leuandæ. eo. titu. ff. ad legē Rho. de iactu. & in.l. prima. in princi. versicu. in bello. ff. de acquirē. possess. hoc declarat glos. & rectè in dicto c. fina. ij. distinctio. dum ille text. ait, Rhodiæ leges naualium commerciorū sunt ab insula Rhodo cognominatæ. & glos. inquit, iniquissima est illa lex, quòd patientibus naufragium inhabitatores omnia auferant, vt. ff. eodē. l. Modestinus. nō est lex quæ incipiat, Modestinus. neque alia est lex, quæ istius legis mentionem faciat in titulo ad legem Rhodiam de iactu. quàm. l. deprecatio. Addo glos. in. l. prima. ff. ad legem Rhodiā de iactu. Nam & priores imperatores eam legē seu cōsuetudinem Rhodiam obseruabant, vt ex verbis. l. primæ. C. de naufrag. lib. xj. clare elici

707 potest, dum ait, † Si quando naufragio nauis expulsa fuerit ad littus, vel si quando aliquā terram attigerit, ad dominos pertineat, fiscus meus sese non interponat. quæ lex est Augusti imperatoris, cuius Antoninus in. l. deprecatio. versus finem meminit, & Vlpianus in. l. fin. ff. de incend. rui. naufrag. Ecce quomodo fiscus, cuius causam publicani repræsentant, vt in. l. j. ff. de publica. & vectiga. iure fisci quicquid ad maris littus naufragio expulsum erat, publicani occupare volebāt, quasi propriè fisci essent. Quod improbauit Augustus imperator, cùm in re tam luctuosa nullum ius fiscus habeat.

Similiter in. l. deprecatio. publicanorum obiectioni respondet, dum ait, lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus nulla nostrarum ei lex aduersatur. Hoc autē ipsum & diuus Augustus iudicauit, vt in dicta. l. prima. C. de naufrag. lib. xj. & in dicta. l. prima. ff. de incend. rui. naufrag. ibi, idq; imperator Antoninus cum diuo patre suo scripsit. Prohibuerat et Adrianus imperator in. l. ne quid. ff. de incend. rui. naufrag. facta sunt etiam Claudio imperante duo senatusconsulta, de quibus in. l. ij. §. fina. ff. eodem. de incend. rui.

708 naufrag. † In cæteris verò causis seu controuersijs nauticis Rhodiorū legē seruari voluit quatenus suis non erit aduersans: in hac autem noluit Rhodiam legem seruari, quia suæ esset cōtraria & aduersans. Ob id Antoninus omnia Eudæmoni restitui iussit.

Neque in hoc contendere studebo, an Pisana seu Florentina exemplaria quæ supplicationem seu deprecationem Eudæmonis Græce scriptā habēt à vulgaribus seu communibus codicibus differant, tum propter ignoratam à me Græcam linguam, quod diffiteri non recuso authoritate Flacci in arte poëtica, Fisus mihi turpe relinqui non est, Et quod nō didici sane nescire fateri. Et Ciceronis in epistola ad Atticum penultima primi libri, dum Cicero inquit, Commentariū consulatus mei Græce compositū misi ad te, in quo si quid erit quod homini Attico minus Græcū eruditumq; videatur, non dicam quod tibi, vt opinor Panormi Lucullus de suis historijs dixerat, sed quo facilius illas ꝓbaret Romani hominis esse, idcirco barbara quædā & obsoleta dispersisse. Apud me si quid erit eiusmodi, me imprudēte & inuito erit. Et quod de Marcello scribit Plutarc. in vita Marcelli. quod Græcas disciplinas nō fuisset assecutus, quanquā ad eas per-

709 discēdas propēsius ferretur. † quo fieri potest, vt noua illius interpretatio propter meam fortè inscitiam seu ignorantiam mihi obscuritatem generet, vt exēplo Marcelli illum in honore & administratione habeam, cùm Græcæ disciplinæ peritiā habeat, vel quòd mea opinione, sua tam diligens & non illaudanda inuestigatio ex Græcis exemplaribus transposita non rectè conueniat, vt propter eam à communi anteriorum nostrorum assectarum Barto. Baldi, Ang. Pauli, & cæterorū discedere debeam, dum ille Eudæmonis supplicationem & Antonini imperatoris responsionem sic vertendam esse voluit in ea parte, Ego quidem mundi dominus, lex autem maris, qua lege Rhodiorū nautica iudicetur in his in quibus nulli nostrarū aduersatur. Ex qua infert ille, Nam cùm imperator sit mūdi dominus, certè non terra tantum, sed & mare ipsius legibus parere debuerat, & ipse in eis leges statuere.

710 † Cùm tamen in mari non lege propria iudicet, sed Rhodia, quæ ab eo approbata est. intellige ergo, inquit ille, dum dicitur, ego mundi dominus, quia orbem terrarū ex lege mea rego. Lex autem, inquit, intellige, Rhodia maris, quoniam ex ea ius in mari redditur. cuius interpretatio mihi, tametsi Græcæ linguæ ignaro placere nō potest, & multo minus eiusdem illatio.

In primis quòd ab imperatoris intētione plurimum detrahat, imò omnino cōtraria sit & aduersans

uersans, dum ait, lege Rhodiorũ iudicetur nautica, in quibus nulla nostrarum ei lex aduersetur. Nõ Rhodia sed sua lege res nauticas iudicari voluit in his, in quibus sua erit Rhodiæ contraria.

Secundò, vt imperatoris responsio supplicationi Eudæmonis conueniret, quia propter publicanorum iniquitatẽ aditus erat imperator, vt legis Rhodiæ iniuriam & iniustitiam tolleret: sic
711 imperatoris respõsio accipiẽda est; † Ego mundi dominus, & lex maris: lege autem Rhodiorũ nõ iudicetur, quoniã illi nostra aduersatur. Vbi verò nulla nostrarũ legum Rhodiæ aduersabitur, secundùm eam iudicetur. Suam igitur legẽ, quæ publicanos & piratas ad restitutionẽ ablatarũ rerum cogebat cum pœnarũ & multarũ indictione, vt in.l. Pedius.&.l.fin.ff. de incen. rui. naufrag.&.l. prima.C. de naufrag. libro.xj. seruari iussit. Et ob id omnia passis naufragium restitui imperauit.

Tertiò in eo quod relatiuũ, qua. adiunxerit, quod neq; Græcæ, neq; Latinæ lectioni conueniat, neq; patiatur huiusmodi additionem. Prius enim nulla legis Rhodiorum mentio facta erat, imò neq; imperator Antoninus de illa loqui intellexerat, sed de lege sua, vt prius docuimus ex l. Pedius.&.l.fi.ff. de incẽd. rui. naufrag. Quare absque somnio super his verbis, Lex autem maris. huiusmodi interpretatio fieri non potest. & vbi imperator Antoninus Pius qui vtriusq; linguæ Græcæ & Latinæ peritissimus erat, similiter & Labeo iureconsultus illius legis author de lege Rhodiorũ meminissent, huiusmodi repeti-
712 tione vsi non fuissent, † Lex autem maris Rhodiorum, qua lege Rhodiorũ nautica iudicetur: quũ huiusmodi locutio si diuo Hieronymo credimus in epistola aduersus Ruffinũ, viro vtique Græce & Latine docto, non conueniret, quẽ diuus Hieronymus in hoc reprehendit, dum de futuro iudicio scripsisset, hoc modo dicimus futurum iudicium, in quo iudicio &c. si secundò, inquit diuus Hieronymus, non repetijsset iudiciũ, nos obliti superiorũ ꝓ iudicio sila putaremus. Sic imperator oblitus legis Rhodiæ, quã iam cõmemorasset, iterũ repetijsset, q̃ lege Rhodiorũ.

Cæterũ nõ inficiabor plerosq; probatissimos authores simili repetitione vsos fuisse, Tranquillum maximè in Augusto.c.xxviij. inquit Tranquillus, dubiũ euentu meliorean voluntate, quã voluntatẽ cũ præsidens idẽtidem præ se ferret. Cæterùm cùm linguæ Græcæ expers sim, nõ dubitaui aliquos Græce doctos cõsulere, & ex eorum interpretatione Græcã.l. deprecatio. in Latinũ versam accipere, vt demonstrari possit neq; Græcã neq; Latinã hæc verba, qua lege Rhodiorum admittere, cùm neq; vllus articulus sit neq; etiã in ea minimus apex inueniri possit, quo relatiuũ, qua. significari possit. Ob id illius legis interpretationẽ seu trãslationem ẽ Græco in Latinũ iuxta Græca exẽplaria his cõmẽtarijs addere
713 nõ dubitaui, † Deprecatio Eudæmonis Nicomediensis ad Antoninum imperatorem, Domine imperator Antonine, cùm naufragiũ in Italia fecissemus, publicani, qui Cycladas insulas habitant, nos diripuerũt. Antoninus Eudæmoni respondit, Ego quidem mundi dominus, lex verò maris. lege Rhodiorũ iudicentur ea quæ ad rem nauticã pertinent, in quibus nostrarum legum nulla sit contraria. hoc idem & diuus Augustus iudicauit. Ex qua satis cõstat Lõgobardi interpretationem in his verbis, qua lege Rhodiorũ. non posse veram esse.

Quartò etiam si suæ interpretationi adhærendum esset, Bald. Ias. & Ioan. Igneus reprehẽsione digni nõ erant, vbi sic dixisse vti dispũxit inuenti essent: quoniã imperatorum legibus mare nõ regeret, sed Rhodijs hoc pacto mare à terra legibus distinguerentẽ. Cui rectè cõuenit. d.l. iniuriarũ.§.fi. versic. vsurpatũ est.ff. de iniur. Prius ẽm dictũ erat in illa lege sæpissime rescriptũ esse, nõ posse quẽ piscari ꝓhiberi, sed nec aucupari, nisi q; ingredi qs agrũ alienũ ꝓhiberi potest:
714 † quia cõe omnium est mare & littora, sicuti est aer. Sequitur in eadẽ lege, vsurpatũ tamẽ & hoc est, tametsi nullo iure vt quis ꝓhiberi possit ante ædes meas vel prætoriũ meũ piscari. Et hoe pacto imperator nõ esset lex maris, sed Rhodia, secũdùm quã iudicare necesse esset. Sed cũ authoritate imperatoris lex Rhodia in hoc improbaẽ vel antiquatur: quia cõtrariã legẽ tulit, iã nõ amplius lex nominãda est.l. vnica.§. huic igitur.C. de iusti. codi. cõfir. Quũ igiẽ ab eo alia lex Rhodiæ aduersans facta fuisset, quã in hoc obseruare voluit, ridicula videẽ legis Rhodiæ adiectio, cuius etiã nulla antea mẽtio facta erat. Non infi
715 ciabor secũdùm grãmaticorũ præcepta † relatiuum posse ad cõsequens trahi, sicuti in ea elocutione dicitur, est locus in carcere quod Tullianũ appellatur. vt eodem modo in.l. deprecatio. dici possit, Lex autẽ maris qua lege Rhodiorũ iudicetur nautica. Sed verba imperatoris sequentia hanc grãmaticorũ euasionẽ non admittunt, dum in ea dicitur, lege Rhodiorũ iudicetur nautica, in quibus nulla nostrarũ ei lex aduersetur. Sed quænã est lex Rhodiæ aduersans, nisi Antonini imperatoris quã insinuare voluit publicanis dũ dixit, Ego mũdi dominus, lex autem maris, qua iudicetur Eudæmonis supplicatio quæ Rhodiorum legi est contraria & aduersans. In his verò, in quibus nulla suarum erit aduersans, secũdùm Rhodiam iudicetur, sed non in hac Eudæmonis supplicatione. Hoc autẽ ipse & diuus Augustus iudicauit, cuius lex & iudiciũ posita est in.l. prima.C. de naufrag. libro.xj. Et ob id non puto il la verba, lex autẽ maris. posse, imò debere de lege Rhodia intelligi, quicquid dispũctor dixerit.

Præterea si de lege Rhodia intelligẽda essent, nemini dubiũ esset hãc dictionẽ, autem. s duersatiuẽ legendã esse, secũdùm Bar. sententiã in.l. hoc

amplius.ff.de damno infecto.vt relatiuum,qua-
habeat aliquod antecedens imaginatum. Lex au
tem maris Rhodia, qua Rhodiorum lege. & sic
alia erit maris,alia terræ cōsideratio : quia quod
lege Rhodia vsurpatum erit,seruandum erit, vt
in.l.iniuriarum.§.fina.versicu. vsurpatum.ff. de
iniur.hac ratione Veneti potuerunt in mari im-
perium acquirere , & præscribere , vt Iason vo-
luit in.l. ex hoc iure.ff. de iusti. & iure. dum in-
716 quit,eodem modo † Veneti sunt in quasi posses
sione libertatis quam præscripserunt contra im-
peratorem,secundùm Barto.in.l.hostes.ff.de ca
pti. & postli.reuers. Et alia plura de Venetis &
Ianuensibus scripsit, quæ diligens lector videre
potest.Similiter Bald.in.l.prima.ff. de rerum di
uisio.Bald.& Iason in dicta.l.prima.C. de sum-
ma trinita.& fide catholi. Sed quoniam Baldus
& Iason non tam iniquè.l.deprecatio. interpre-
tati sunt:multò minus Ioan.Igneus in capite suæ
dispunctionis signari non debuit,quum in nulla
sui tractatus parte dixerit ea quæ dispunctor ille
tam pertinaciter affirmauit. Ob id non tam faci-
limè debuit moueri , sed diligentius quæ scripta
sunt legere.

Neq; mouere potest siue in exēplaribus Flo-
rentinis Monos vel othemos scriptū sit, & othe
mos pro lege non scripta , & monos pro scripta
717 lege sumi debeant . Ius † enim non scriptum
clarum est in iure pro consuetudine assumi.§. ex
non scripto.Institu.de iure natur.gent. & ciuili.
Et Licurgi leges cùm scriptæ non essent , neque
eas in scriptis redigi permisit , ob idq; ab eis ius
non scriptum denominari cœpit,dicto.§.ex non
scripto.non minus tamen legis nomen obtinue-
runt. Testis est Plutarchus in vita Licurgi , & in
vita Solonis.& Iustinus in libr.iij.epitomatum.
Alij etiam Græcarum rerum scriptores sic con-
testātur, Iosephus maximè in lib.j. contra Græ-
cos & Manetonem,cuius verba sunt, Ab initio
non fuit studium apud Græcos , publicas de his
quæ agebantur proferre cōscriptiones. Semper
hoc enim præcipue & errorem & potestatem fe
cit mentiendi posteris vetus aliquod volentibus
scriptitare concessit.Non enim solūmodo apud
alios Græcos publica conscriptio est neglecta,
sed neque apud ipsos Athenienses,quos terrige
nas esse dicunt,disciplinæq; cultores,aliquid hu
iusmodi reperitur.Sed publicarum literarū anti
quissimas esse dicūt leges,quæ à Dracone eis ex
Phœnicibus sunt cōscriptæ ante modicum tem-
pus tyrannidis Pisistrati. De Arcadibus autem
in antiquitate gloriantibus quid oportet dici?
Vix enim ipsi & postea literis eruditi sunt. Hic
etiam commemorari possent quæ Cæsar de Gal
lis Druidibus scribit in.vj. belli Gallici , qui le-
ges suas scribere non permittebant , sed memo-
riæ tantum commendare. Nobis etiam in hac re
testis est ille in aliqua suarum dispūctionū, dum
718 ait † monothetas nō simpliciter authores legum
significare,sed ipsos qui principaliter leges pro-
mulgāt,quales apud Græcos Solon,Draco,Mi
nos,Licurgus,apud nos Pompeius, qui tulit le-
gem Pompeiā , Iulius legem Iuliam , Cornelius
Silla legem Corneliam,& similes.Ipsi vero iure
consulti Vlpianus,Paulus,Scæuola nō sunt mo
nothetæ,sed legum interpretes. Cui rectè conue
nit quod Pōponius iureconsultus ait in.l. secun
da.§.nouissime.ff.de origine iuris.Itaque in ciui
tate nostra aut,Iure,id est,lege constituitᷣ,aut est
propriū ius ciuile quod sine scripto in sola pru-
dentum interpretatione cōsistit. Commemorari
etiam potest quod Eginardus Caroli magni scri
ba in vita eius,postquā de duabus legibus,quas
Franci habebant locutus est,dixit, Carolum o-
mnium nationum,quæ sub ditione sua erant,iu-
ra quæ scripta non erant,literis commēdare ius-
sisse,quæ antea legis nomen nō habebant. At in
§.ex non scripto.Institu. de iure natura.gentium
& ciuili. dicitur , ex non scripto ius venit, quod
719 vsus approbauit. † Nam diuturni mores cōsen-
su vtentium comprobati,legem imitantur , non
quòd lex sint,seu legis nomē habeant. Sic enim
de lege Rhodia dicendum esse puto, quæ vsu &
cōsuetudine vtentium solum introducta est, ne-
que scripta inuenitur. Ob id propriè nomen le-
gis obtinere non poterit. Et tamen imperator &
Labeo iurecōsultus legem appellauerūt,tametsi
vsu mercatorum introducta esset, dicto.e.finali.
ij.distinctio.authentica,nauigia.C.de furt. & in
extrauagan.Frideric.de stat.& consuetud.à qua
illa authentica transsumpta est. Imò etiā si in scri
ptis redacta fuisset,cùm ab eo qui legis conden-
dæ potestatem non haberet,facta fuisset,ius non
scriptum seu consuetudo appellanda esset,dicto
§.ex non scripto.Institu.de iure natura.gentium
720 & ciuil. † Non enim propter scripturam cōsue
tudo nomen amittit,argumento.l.imò. ff. de le-
gib.glos.& Barto.in.l.de quibus.in verbo, suf-
fragio.ff.eo.de legib. Lex enim tabellaria suffra
gia scribere non permittebat: de qua Horatius,
Omne tulit punctū qui miscuit vtile dulci. quā-
quā Cicero lib.iij.de legib. dicat suffragia quan
doque in voce, & quandoque in tabella ferri so
lita fuisse, & quæ tabellata erant libera diceban-
tur. Iuuenalis, Libera si dentur populo suffragia
qui tam. De eis meminit iureconsultus in.l. vni-
ca.ff.de offic.quæsto.ibi,quos non sua voce,sed
populi suffragio crearent.l.fina.C.de prædi.de-
curio.sine decre.non alienan.libro.x.ibi,nec ex
tabella decretum recitari, sed curialium vel ma-
ioris partis curiæ relatione currente. Vsus etiam
& cōsuetudines populorum leges municipales
videmus in iure appellari,vt in.l.j.ff. ad munici-
pa. Et Gel. lib.xvj. noctium Atticarum.ca.xiij.
721 ait, † Municipes ciues Romanos esse ex munici
pijs suo iure & legibus suis vtentes. Comprobat
hoc oratione Adriani imperatoris, quam de Ita
licēsibus,vnde ortus erat,habuerat, dum mirari
se osten

se ostendit, quòd & ipsi Italicenses & quædam
alia municipia, in quibus Vticenses nominat cũ
suis moribus legibúsque vti possent, in ius co-
loniarum mutari gestiuerant. Hinc lex munici-
palis dicta est, quam vnaquæque vrbs priuatim
sibi constituit, Cui recte conuenit. l. tertia. §.
diuus. ff. de sepulchro violato. versiculo, quid
tamen. si lex municipalis permittat in ciuitate se-
peliri post imperialia rescripta, an ab hoc disces-
sum sit, quod generalia sunt rescripta. Et opor-
tet imperialia statuta suam vim obtinere, & in
omni loco valere. Sic est de lege Rhodia, tamet-
si Rhodiensis ciuitas, & insulæ opportunitate
& operum nobilitate & nauigandi solertia na-
ualibusq; victorijs celebrata fuerit, inquit Gel-
lius libro Noctium Atticarum. vj. capitu. tertio.
722 Et Strabo de ea scribit, † Portubus olim & vijs
& mœnibus, & reliquis ornamentis tantopere
cæteras superasse, vt nulla putaretur æqualis le-
gum præstantia, & naualis rei peritia. Et adeo
valuit vt annos multos Martis imperio potire-
tur & piratarũ latrocinia sustulerit. Quam Cas-
sius vi cepit & inclementer tractauit, vt testis est
Plutarchus in vita Marci Bruti. Sed cuius aut
quantæ etiam in legum præstantia excellentiæ
fuerit, vim & nomen legis non obtinebit. Opor-
tet enim imperialia statuta suam vim obtinere le-
ge Rhodia seu quacunque alia, quæ iuris non
scripti sunt, nõ obstãte. Similiter de legibus co-
lonicis dico, quarum mentionem facit Varro li-
bro primo de re rustica, dum ait, Atque etiã co-
lonias leges tollis, in quibus scribimus, Colo-
nus in agro succularia ne capras compescat. Sic
etiam de legibus Solonis, Draconis, Licurgi di-
co, vt legis nomen non habeant, cùm generales
esse non possint, quoniam à principe factæ non
sint. l. leges vt generales. in his verbis, Sed & si
generalis lex vocata est, vel ad omes iussa est per-
tinere, vim obtineat edicti: interlocutionibus,
quas in vno negotio iudicantes protulimus, vel
postea proferemus, non in cõmune præiudicãti-
bus: nec ijs quæ specialiter quibusdam concessa
sunt ciuitatibus vel prouincijs vel corporibus,
ad generalitatis obseruantiam pertinentibus. &
l. finali. C. de legibus. argumento est quod scri-
bitur in. l. secunda. §. primo. ff. de origine iuris.
de potestate decemuiris data, vt ciuitas legibus
fundaretur. Et probatur ex his quæ suprà scri-
psimus ex Plutarcho in libro de doctrina prin-
723 cipum. † Lex enim principis est opus. Aliorum
autem inferiorum à principe leges simpliciter di-
ci non possunt, sed cum adiuncto, scilicet vniuſ-
cuiusque populi, veluti Atheniensium, Rhodio-
rum, Illiensium, Campanorum, Putheolanorũ,
& aliorum municipum. §. ius autem ciuile. Insti-
tuta, de iure naturali, gentium & ciuili. l. omnes
populi. ff. de iustitia & iure. Abusiue tamen. l.
prima. ff. ad municipalem. Nam & Fridérichus
in dicta authentica, nauigia. C. de furtis. legem
non appellauit, sed consuetudinem.

Ex his planè constat Accursium, Bartolum,
Baldum, Angelum, Paulum de Castro, & cæte-
ros istius farinæ assectas, quorum ordini iandu-
dum me subscripsi, reprehensione dignos non
fuisse, dum in illa. l. deprecatio. dicunt probari
724 † seruandam esse consuetudinem, nisi à lege
improbata sit, seu cui lex scripta non aduersa-
tur. Nam etsi lex Rhodia scripta fuerit, legis no-
men non obtinet, sed iuris non scripti, seu con-
suetudinis nomen tantum retinet, & abusiue lex
nuncupatur, sicuti de Licurgi & aliorum istius-
modi legibus cõmemorauimus. Scriptura enim
nihil addit, dicta. l. imò. ff. de legibus. ibi, vt non
fuit necesse scripto idem comprehendere. Igitur
scripto consuetudo comprehendi potest. Simi-
li argumento vsus est iureconsultus in. l. ex eo.
ff. de testibus. dum ait, ex eo quod prohibet lex
Iulia de adulterijs testimonium dicere condem-
natam mulierem, colligitur & mulieres testi-
monium in iudicio dicendi ius habere. Addo
Bartolum in. l. de quibus. in quarta quæstione
principali. ff. de legibus. & Baldum in præludio
feudorum. Pro quibus recte facit capitulũ, con-
suetudo. in secundo responso. prima distinctio-
ne. ibi, nec differt an scriptura, an ratione con-
sistat, quoniam & legem ratio commẽdat. Nam
& lex municipalis posita in dicta. l. tertia. §. di-
uus. ff. de sepulchro violato. scripta erat vt ex ea
comprehendi potest, dum ait, quid tamen si lex
municipalis permittat post imperialia rescripta?
725 † quoniam Antoninus Pius & Adrianus pro-
hibuerant cadauera in ciuitate sepeliri. quæ lex
ex Solonis legibus excerpta erat, vt Cicero com-
memorat in tertio libro de legibus. & Plutar-
chus in vita eiusdem Solonis, quæ à decemuiris
suo ordine posita est. Nec mouere potest quod
ex illa. l. deprecatio. dispunctor Longobardi-
cus inducit Antoninum Pium legem Rhodiam
approbasse, ex qua robur legis illi præbet. Ad
id duplex patet responsum. Nam cùm suppli-
catio Eudæmonis, quæ legis Rhodiæ explicite
mentionẽ non faciebat, vt ex ea videri potest, ta-
men Antoninus Pius imperator ex sua respon-
sione planè demonstrat publicanos Rhodien-
ses Rhodiæ legi insistere voluisse, quam idem
Antoninus Pius improbauit, eò quòd suæ con-
traria erat. Ob id Eudæmonis supplicationem
non secundùm legem Rhodiam, sed secundùm
suam legem diffinire voluit. Quare in hoc lex
Rhodia, quæ vsu mercatorum introducta erat,
neque legis vim habere poterat, maximè quòd
ab eodem Antonino Pio improbata esset, quia
suæ aduersans esset, in hoc legis robur habere
non potest. Et quamuis in his legem Rhodiam
quantumcunque scripta foret, voluerit serua-
ri, & secundùm eam iudicari in quibus nulli sua-
rum legum aduersaretur, ob id tamen legis scri-
726 ptæ nomẽ nõ assumpsit. † Quoniã ista differũt

velle consuetudinem seu legem nõ scriptam ser-
uari. Nam & leges & cõstitutiones ciuiles & hu
manæ hoc dicunt. l. de quibus. & l. diuturno. &
l. ergo. ff. de legi. & c. consuetudo. j. distinctio-
ne: & tamen lex nõ est, licet pro lege accipiatur,
dicta. l. de quibus. & dicto. c. consuetudo. l. j. ij.
& iij. C. quæ sit longa cõsuetudo. l. an in totum.
C. de ædificijs priua. l. Labeo. ff. de statulibe. ibi,
morem agentium sequi debemus. Et ad id indu-
ci potest authenti. sacramenta puberum. C. si ad-
uers. venditio. dum dicitur, Sacramenta puberũ
inuiolabiliter custodiantur. sed quod lex facere
posit quantumcunque aliquid permittat, vt ali-
quid tale sit, hoc non potest, licet pro tali habere
velit. l. non dubium. C. de legi. l. fina. C. de testa.
milita. l. finali. C. de his qui veniam æta. impetra.
c. indecorum. extra de æta. & qualitate ordinan.
l. vnica. in princip. C. de rapto. virgi. l. in bello. §.
factæ. ff. de capti. & postlim. reuers. Hic congeri
possent multa scholia, aliud esse aliquid esse ta-
le, vel pro tali haberi. De quibus plenius Mo-
derni scribũt in. l. patris & filij. ff. de vulg. & pu-
pil. substitu. per illum text. & l. primam. in prin-
cip. ff. de suis & legi. hæredibus.
727 An verò legislator † cum approbatione ve-
lit id legis nomen obtinere & ordini aliarum le-
gum adiungi, sicuti imperator ait in procem. In-
stitu. §. quas ex omnibus. ibi, legimus & cogno-
uimus, & plenissimum nostrarum constitutionũ
robur eis accõmodauimus. & in procemio De-
creta. in fi. & in. l. vnica. §. quibus specialiter co-
gnitis. in fi. C. de nouo codi. componen. Non sic
factum est in dicta. l. deprecatio. Sed quatenus
Rhodiæ leges legibus scriptis non aduersabun-
tur, illas Antoninus voluit seruari, & secundùm
eas iudicari: vbi verò cõtrariæ erunt, prohibuit
eas obseruari. Et quanquam multis antè seculis
seruatæ fuerint, antiquabuntur, vt inquit text. §.
primi, versic. male enim adinuenta. in authen. vt
nulli iudic. lice. habere loci conserua. colla. ix. vt
præscriptione iuuari non possit, per illum text.
& c. fina. extra de consuetudi. c. mala. & c. con-
suetudo. viij. distinctio. & plerisque alijs capitu-
lis eiusdem distinctio. Legem igitur Rhodiam
Antoninus cũ plena iniquitatis & iniustitiæ es-
set, dicta. l. prima. C. de nauicular. libro. xj. l. ne
quid. & l. Pedius. & l. fina. ff. de incend. rui. nau
frag. legis nomen habere non voluit.
Et rectè huic nostræ opinioni conuenit quod
suprà diximus ex. l. ij. §. nouissime. ff. de origi. iu
ris. dum in ea dicitur, aut iure, id est, lege consti-
728 tuitur, † aut est propriũ ius ciuile quod sine scri
pto in sola prudentum interpretatione consistit.
Leges enim Solonis & Draconis quantumcũq;
scriptæ nõ essent, vt dictum est, & scribitur in. §.
ex non scripto. Institu. de iure natur. gent. & ci-
uil. legis tamen nomen nõ meruerunt, donec ap
probante eas populo à decemuiris suo ordine in
duodecim tabulis positæ fuissent, dicta. l. ij. §. pri
mo. ff. de origi. iur. Et Cicero lib. ij. de legibus.
Vnde si Barto. & alij legem Rhodiam pro con-
suetudine acceperunt, rectè dixerunt: quoniam
vsu tantum introducta erat, dicto. c. fin. ij. distin-
ctio. authen. nauigia. C. de furt. Et ita Accur. in-
terpretatur & bene in. l. prima. ff. ad legem Rho
diam de iactu.
Circa prædicta incongruum non erit Cini di-
ctum recẽsere in. l. ij. C. quæ sit lon. cõsuet. dum
729 post Nicol. Math. ait, † ius nostrũ, quo vtimur,
in duas partes diuidi, scriptũ & nõ scriptũ, id est,
secũdùm eos, tacitum & expressum, vt nulla alia
sit inter ius scriptum & consuetudinem differen
tia, quàm inter tacitum & expressum: quãquam
consuetudo tam ex expresso quàm tacito popu-
li consensu introduci similiter & tolli possit, di-
cta. l. de quibus. ff. de legib. Nam & Draconis le
ges quoniã impendio acerbiores erant, non de-
creto iussoq;, sed tacito illiteratoq; Atheniensiũ
cõsensu obliteratæ sunt, vt Gellius inquit libro
Noctium Atticarum. xj. cap. xviij. sicuti & ple-
ræq; aliæ leges. §. igitur. in fi. in verbo, dissuetu-
dine. in procemio Instit. dicta. l. vnica. §. quibus
specialiter. in verbo, dissuetudinem. C. de no. co
730 di. componen. Subiungebat Mathesela. † con
suetudinem plerunque ad memoriam scribi, vbi
populus hoc censet, sicuti in feudorum cõsuetu-
dinibus obseruatum fuisse legimus, quæ cõmu-
ni populi Italiæ seu Longobardiæ consensu in
scriptis redactæ sunt, videlicet ab Oberto de or
to & Gerardo Campagisto, ob id tamẽ propriè
ius scriptum dici seu nominari nõ meruerunt, ad
similitudinem cõtractus ad solam memoriam in
scriptis redacti, qui tamen cõtractus scriptus nõ
censetur. l. contractus. C. de fide instrumen.
731 Addit Cin. aliud simile. † Licet populus suũ
cõsensum in scriptis redigi procuret, tamen præ
cedentem qualitatẽ non mutat, argumen. l. quo-
ties. ff. de actio. & obliga. Consuetudo enim seu
ius non scriptum fit tacito populi consensu; aut
rebus aut factis, pariter etiam tacito populi con-
sensu in desuetudinem abire solet, dicta. l. de qui
bus. ff. de legib. & dicto. §. igitur. in verbo, desue
tudine. in procem. Instit. l. vnica. §. quibus specia
liter. C. de no. codi. componen. Origo enim sem
per spectanda est. Id etiam nostra ætate cõtigis-
se nouimus. Imperio enim quondam recolendæ
memoriæ Ludouici. xij. vtriusque Galliæ impe-
ratoris vnaquæque Galliæ prouincia quæ mori
bus regebatur, suas consuetudines in scriptis re-
degit, non minus tamen consuetudinis nomen
retinuerũt, iuxta id quod scribitur in dicto. c. cõ
suetudo. j. distinctio. Idq; nõ mediocrem in Re-
publica vtilitatem attulit. Ob id enim quòd scri
ptæ non erant, circa earum probationem innu-
meræ falsitates committebantur, quæ penè infi-
nitas controuersias generabant, quibus tandem
finis impositus est, licet non ita Licurgus obser-
uare voluerit, vt suprà docuimus post Plutarch.
in vita

in vita Licurgi,& Iuſtinum tertio lib.Epitoma-
tum,ea ratione tantum ductus,ſicuti Plutarcho
placet,vt recte eruditi ac benè honeſteꝗ inſtitu
ti temporis rationem haberent.
732 Druides † etiam Galli leges ſuas in ſcriptis
redigi non ſinebant,ſicuti teſtis eſt Cæſar in ſe-
xto belli Gallici. Itaque,inquit,nonnulli vice-
nos annos in diſciplina permanebāt.Neque fas
eſſe exiſtimabant eas literis commendare,quum
in reliquis fere rebus publicis priuatisꝗ ratio-
nibus Græcis literis vtantur.

Ecce quomodo tacito & expreſſo populi cō-
ſenſu etiam in ſcriptis redacto conſuetudo in-
troduci & antiquari poteſt , tametſi conſuetu-
do proprie ea dicatur quæ ſine ſcripto fit,dicta
l.ſecunda.§.nouiſſime . ff.de orig.iur. §.ex non
ſcripto. Inſtitut.de iure naturali gentium & ci-
uili.
733 Quare ſiue † lex Rhodiorum nautica in ſcri-
ptis redacta fuerit,& ſic Monos ſecundum eum
legi debeat,ſiue ſine ſcripto,& ob id othemos
legendum ſit,proprie tamen legis nomen non
habet, dicta.l.finali.C.de legibus.ſed abuſiue,
argumento legis primæ.ff.ad municipalem . in
his verbis,ſed nunc abuſiue municipes dicimus.
Et huius ratio eſſe poteſt , quoniam in princi-
pem omne imperium omnem've condendæ le-
gis poteſtatem Romanus populus tranſtulit.l.
prima.ff.de conſtit.princip. l.vnica. ff.de offic.
præfect.prætor.& dicta.l.ſecunda.§.nouiſſime.
ff.de orig.iur.§.ſed quod principi.Inſti.de iure
natu.gent.& ciui.

Et licet imperator Antoninus legem Rho-
diorum nauticam,in his,in quibus ſuis legibus
non eſt aduerſans,obſeruari voluerit,& ſecun-
dum eam iudicari,ſecutus Plutarchi conſilium
in politica,dum ait,ſtatim mores & ingenia co-
nari mutare populi nouisꝗ ea legibus modera-
ri extemplo velle,non modo non facile,verum
ne tutum quidem omnino eſſe,vt res quæ mul-
to tempore & ingentibus viribus indiget,do-
nec opinione veritatis,& fide iam comparata au
thoritate inniti poſſit , exemplo Solonis,cuius
meminit in vita Solonis.& Gellius libro noct.
Atticarum vndecimo.& iureconſultus in.l.ſe-
cunda.in principio.ff.de orig.iur.& in.l.obſer-
734 uare.§.antequam. ff.de offic.proconſul. † Ta-
men in Eudæmonis ſupplicatione,quum ſuis le
gibus aduerſans eſſet,ſua vſus eſt,voluitꝗ ſuā,
non autem Rhodiorum nauticam , cuius ſupra
meminimus,obſeruari.de qua in.l.Pedius.§.di-
uus.&.l.finali.ff.de incen.rui.naufrag. Oblite-
rata Rhodiorum lege nautica multis alijs ſena-
tuſconſultis , prætorum edictis longe ante im-
probata, de quibus in.l. ſecunda.verſus finem.
&.l.prima.ff.de incend.rui.naufrag.Pariter Fri
derichus eam condemnauit in authentica , naui-
gia.C.de furt. de qua in dicto cap.finali. ſecun-
da diſtinctione.c. excommunicationi. extra de
raptoribus. Et ſecundùm Hoſtienſem & Anto-
nium de Butrio illic, ter in anno à ſummo ponti
fice excommunicantur,qui huiuſmodi piraticas
expilationes exercent.c. diſpenſationes.j. quæ-
735 ſtione.vij.vbi gloſſ. † aduerſus Hiſpaniæ reges
inuehit,qui naues fractas diripiunt piratico mo-
re expilando. quod quàm exoſum & à iure alie-
num ſit,ſatis ex illo canone,diſpenſationes con-
cipies,quē omnino lege,& quos imperator Au-
guſtus condemnauit in.l. prima.C. de naucul.
libro vndecimo. ſuprà allegata. Non enim licet
in aliena calamitate & re tam luctuoſa diteſcere.
Vbi Lucas de Pen. ait iuſtiſsimam illam legem
in partibus Romanæ vrbis,vnde lex ipſa proceſ
ſit,non obſeruari.In omnibus enim terris mariti
mis prædæ fracta nauis exponitur, præterquam
in terris comitis Nicolai.Quinimo , inquit , in
alijs locis licet nauis à naufragio libera euadat
in portum,ſub velamine inſpiciendi accedunt,
& clandeſtine nauem perforant & effringunt:
ſed huiuſmodi deprædationibus adeo aſſueti
ſunt,vt durum illis ſit aſſueta relinquere.Sic ex
publicanis Rhodienſibus durum erat à Rhodia
lege diſcedere.Itaque ab Antonino ſe cogi paſ-
ſi ſunt merces naufragio direptas reſtituere,vt
ex illa.l. deprecatio . clarius ſole perpendi po-
teſt.Non igitur Accurſius in dicta.l.tertia.§.di-
736 uus.ff.de ſepulchro vio.in verbo,ſepeliri. † le-
gem municipalem pro conſuetudine interpre-
tans , diſpungi meruit.Non etiam Barto.Bald.
& aſſeclæ in dicta.l.deprecatio. Bald.& Iaſon
in dicta.l.prima.C.de ſumma trinitate & fide ca
tholica.Iaſ.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſtitia & iure.
Bald.in.l.prima.ff.de rerum diuiſio.qui legem
Rhodiam nauticam pro lege non habuerunt,
ſed conſuetudinis vim tantum obtinere dixe-
runt.Quo autem modo Ioannes Igneus in tra-
ctatu reprehendi potuerit, quum nihil horum
meminerit , imaginari difficile eſt . Quare per-
quàm ridiculum eſt in capite libri extenſo nomi
ne cum diſpunctione in hac re illum recenſere.
Et ſi cum Accurſ.Barto.Bald.Angel.Iaſone &
cæteris conueniſſet,exiſtimaret non modo ridi-
culum ſuæ ſubſcriptionis reum facere , gaudet
gratulaturꝗ Ioan.Igneus ſodalitate tam abſolu
tis viris coniungi.

Alia diſpunctione in nota ſua cenſoria voca-
tus eſt Accurſius,dictusꝗ illi dies,& locus eſt
in.§.finali . Inſtitut.de patria poteſtate. & in.l.
item in poteſtate.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni
iuris . tanquam pugnantia inter ſe recenſens.
Quippe qui in dicto.§.finali.dixit Francigenas
filios in ſua poteſtate non habere. & in hoc Ac-
curſium recte dixiſſe Longobardus ait:cùm hi
ciuitatis iura nunquam habuerint.

Alia vero diſpunctione Accurſium arguit in
dicta.l.item in poteſtate.dum in ea Accurſ.aſſe-
737 ruit † omnes imperio ſubiectos ciues Roma-
nos fuiſſe.quod falſum eſſe ait. Nō enim omnes

subditi, sed qui ciuitate tantum donati erant, iura ciuium Romanorum consecuti sunt. Et mox eadem dispunctione ait Francigenas subditos fuisse imperio, neque Romana ciuitate donatos, neque ob id ius patriæ potestatis in filios habuisse, quale Romani ciues in proprios liberos habent, vti dicitur in dicto. §. fina. Institu. de patria potestate. his verbis, Ius autem potestatis quod in liberos habemus, proprium est ciuium Romanorum. Nulli enim alij sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus. Qui igitur ex te &c. Et vlterius inquit ille historiæ veritatē ita se habere Gallos omnes Romanis principibus paruisse, & ius ciuitatis adeptos fuisse. Quin Orosius Eutropius sane quisquis ille fuit qui chronicō scripsit ostendere Romā prius ab imperio desciuisse, nimirum à Gotthis captam, quàm Gallias ipsas. Et sic, inquit Longobardicus dispunctor, capta à Gotthis Roma imperij fides apud Gallos permansit. Neque se latere ait quantum nugarum hoc in articulo recentiores quidam infarscrint, quas omisisse contestatur, ne chartæ dispēdium faceret.

Demiror Longobardicū dispūctorem quòd tantum olei suiq; studij in componendis fabu-
738 lis ridiculisq; facetijs consumpserit, † nisi quòd ridiculus ille non tantum vt recentiores rideret Gallos, sed vt Gallicam seu Frācicam nationem totā suo indefesso risu rideret. Qui mox ad Frācorum originem diuertens, à Scythis processisse & Germanicam effectam sedes à Maximiliano et Diocletiano imperatoribus in Neruijs et Treueris impetrauisse, quos & Salios dictos fuisse, indeq; Salicam legem nomen sumpsisse pertinaciter contestatur, direptaq; à Gotthis vrbe Roma legiones Romanas quæ Rheno impositæ erant, ad cohibendam tantam Gotthorum multitudinem quæ flumen transire conabatur, conuenisse, vt quas Romani vrbes occupabant, retinerēt, reliqua Gallia Gotthis relicta. Inde Francos Gallos suis sedibus expellere cœpisse & occupasse, vnde Francia originem traxisse, quorum Theudebertus rex erat, qui Gotthos & Iustiniani duces superauerat et profligauerat. Demū Theudebertus minime propositi tenax (Longobardicus ait) in Galliam reuersus est. Quare Iustinianus opinatus Theudebertū suorum ducum metu retrofugisse in Galliam Francicum
739 se nominari voluit. † Quo titulo indignatus Theudebertus cum copioso exercitu Thraciam superare voluit, & Byzantium vsque penetrare, quem cita mors prohibuit. Quare (inquit ille) Galli item Franci qui Neruiorum & Treuerorum loca tenuerunt, Romanis paruerunt: qui verò Rhenum traiecerant, & Franciæ nomen acceperant Romanorum hostes effecti sunt, suisq; regibus solum ceruices summiserunt. Non esse prætermittēdam aliam eiusdem dispunctionem putaui, qua dixit Antoninum Pium legem sanxisse, qua voluit omnes Romano Imperio subditos ciues Romanos esse, idq; Paulum iurecōsultum annotauisse in l. in orbe Romano. ff. de sta. hominum. Et deprauatum fuisse illius legis textum, cùm in vulgatis codicibus legatur, in vrbe Romana, non autem, in orbe Romano. Et ita in Aethruscis Pandectis inueniri, quāuis vulgo, in vrbe Romana, lectum sit. Nec quenquam hanc nouitatem debere mouere, quandoquidem hæc vox frequens est Spartiano Lampry-
740 dio & Marcellino. Hæc ab eo dicta fuisse nemo nō videt, vt ostenderet imperatorē orbis dominum esse, & Gallis mira inuidia detraheret. Et vt vberiori ratione demōstraret, dixit se Romæ vidisse quendam episcopum negantem Romanos in Gallia dominatos fuisse, quem (sicuti ad ridendum facilis est) risisse ait. Tametsi posterior dispunctio à priore dissentanea sit, qua Accursium criminatus est in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. dum in ea Accursius dixerat omnes imperio subditos ciues Romanos effectos fuisse. In hac enim nouissima immemor præcedentis dispunctionis cū Accursio sentit, recteq; illius opinionem in l. in orbe Romano. ff. de statu hominum. probari, quam sic legendam ait, non, in vrbe Romana. Ob id legis verba transcribere non dubitaui, cùm huic nostræ disputationi conuenire opinatus sum.

In orbe Romano qui sunt, ex constitutione diui Antonini Pij ciues Romani effecti sunt.
741 † Cùm igitur sic illa lex legi debeat, vt Longobardo placet, & sicuti ille ait, vniuersus orbis Romanæ ditionis seu imperialis sit; inferre necesse est Gallos non tantum ciuitate donatos, verum etiam ius ciuium Romanorum consequutos fuisse, & non modo Gallos, sed & omnes imperio subditos, & cōsequenter cum Gallis Francigenas, quos à Gallis distinguit. Cùm Paulus iureconsultus in illa lege dicat, in orbe Romano qui sunt, ex constitutione diui Antonini Pij ciues Romani effecti sunt. Iura igitur ciuium omnes qui sunt in orbe Romano subditi consecuti sunt.

Quod & diffiteri ausus non est. Longobar-
742 dici dispunctoris verba recensebimus. † Cùm igitur, inquit, vt superius ostendimus, istud ius ciuitatis plurimis nationibus & gentibus concessum esset, diuus Antoninus Pius lege lata sanxit, vt qui imperio Romano subditi forent, ciues Romani essent. Paulus iuris author est in titulo de statu hominum. In orbe Romano qui sunt, ciues Romani ex constitutione eiusdem diui Antonini Pij effecti sunt. Cuius verba aliæ suæ dispunctioni longe differunt, qua dixit, Francigenas iura ciuitatis nunquam habuisse. Sed quæ potest esse ratio, seu cur tam varium & diuersum, quòd Francigenæ iura ciuitatis nunquam

nunquam habuerint, cùm omnes in orbe Romano erant, à diuo Antonino Pio ciues Romani effecti sunt? Certe nulla alia ratio coniectu rari potest, nisi quod Francigenæ imperio subditi non erant. Alioqui veluti imperio subditi ciuitate donati fuissent, & iura ciuium assecuti, sicuti & aliæ nationes & gentes quæ imperio subditæ erant, quemadmodum & de diuo Paulo scribitur Actuum.xxij. qui & si Romæ natus non esset, sed in Tharso ciuitate, quia tamen ciui tate donatus erat, iura ciuium se habere dixit, &
743 ob id indênatũ flagellari non debuisse. † Quare quæ dispũctor circa hæc dixit, aperte inter se pugnant. Non igitur verum esse potest, Antoninum Pium omnibus nationibus & gẽtibus quæ sub cælo sunt aut erant, ius ciuitatis donasse, omnesq; ciues Romanos effecisse, sed qui in vrbe Romana erant, Romæ subditi ex constitutione diui Pij Antonini ciues Romani effecti sunt. Et sic legi debet, & non vt ille Longobardicus dispunctor opinatus est. Nam & verũ est nunquam Antoninum Pium orbis vniuersi dominũ fuisse, neque omnes gẽtes & populos illi paruisse, sicuti ille in suis glossematis. l. primæ. C. de summa trinitate & fide catholica. plane confessus est, vt mox abundantius ostendemus, quicquid Antoninus Pius in. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiã de iactu. de seipso indigne testari voluit, sed ductum ea opinione fuisse qua & Iustinianus qui Francicum nomẽ assumere non erubuit, quemadmodum dispunctor meminit, quòd arbitraretur Theudebertum Francorum regem suorum ducum metu in Galliam fugisse. sic Antoninus vt Rhodijs publicanis terrori esset, se orbis dominum et maris legem esse prædicauit, neq; alijs legibus quàm suis viuendum esse antiquatis omnibus alijs legibus, quocũque vsu aut cõsuetu
744 dine obseruatæ fuerint. † Licet Hispania quæ expilationibus & piraticis incursionibus studere solet, pariter Roma tota denique illi finitima prouincia quæ huiusmodi latrocinijs plena est, vt post Lucam de Pen. in. l. prima. C. de nauicula. libro. xj. commemorauimus. A quibus neque ius neque iustitia à quoquam haberi potest, antiquata seu obliterata Antonini lege Rhodiam legem amplectuntur, omnia in prædam, non tantum eorũ quæ naufragio amissa sunt, sed et quorumcũque bonorum quæ mercimoniorum causa portantur, diripiunt, furantur, & expilant vectoribus trucidatis, & tyrannice, & plus quàm barbaro more tractatis, vt inquit. l. vnica in fine. C. de emenda. seruo. Ista sunt Italiæ & Hispaniæ iura. Et postquam Longobardico dispunctori placuit legem illam in orbe Romano legi, non,
745 in vrbe Romana, † Quæso videamus quisnam sit ille orbis Romanus. Ex Cornelio Tacito in libro de moribus & situ Germanorum intelligemus, cuius verba ex capite sui libri excipimus. vtique, inquit, si dixerim aduersus oceanus ra-

ris ab orbe nostro nauibus aditur. Quis porrò præter periculũ horridi & ignoti maris Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam petere informem terris, asperam cælo, tristem cultu aspectuq;, nisi sic patria sit? Non igitur orbis Romanus capax est comprehendere vniuersum terræ ambitum, neque alias à Romana prouincias. Simili elocutione Iustinianus vsus est in. l. vnica. §. sinautem post commissũm. C. de raptu virginũ. ibi, in prouincijs autem tam viri eminentissimi præfecti prætorio per Illyricũ & Africam quàm magistri militum per diuersas orbis nostri regiones &c. & in. l. vnica. in principio. C. de caducis tollendis. ibi, necessarium duximus patres conscripti, in pacificis nostri imperij temporibus ab orbe Romano recludere, vt quod belli calami-
746 tas introduxit, hoc pacis lenitas sopiret. † Et si legenda est illa lex, in orbe Romano, quemadmodũ pertinaciter voluit, & in Aethruscis Pandectis sic legi dicat, quas pro arbitrio admittit & improbat Triboniani ignorantia accusata, vt in. l. eadem. §. Cato. ff. de verborum obligation. annotauit, non posset illa. l. in orbe. alios populos comprehendere quàm Romanos, & qui finitimas incolunt prouincias, vt ex Cornelio Tacito & Iustiniano legere licet. §. finali. in authentica, vt liberti de cætero. collatione. vj. Non tamen prætermittam quod idem Cornelius Tacitus in libro suorum annalium. xj. scripsit, dum ait Gallos comatos à Vitellio, & L. Vipsano cõsulibus fœdera & ciuitatem Romanam assecutos fuisse. Et cùm de supplẽdo senatu ageretur, ius consequendorum seu adipiscendorum honorum ob id expetiuisse. Et legat apud Tacitũ vnusquisque sedulus lector causas quæ Romanos dissuadebant ne Gallos in senatu admitte-
747 rent. † Sed nulli dubium esse potest Heduos & reliquos Galliæ Celticæ incolas ciuitate donatos fuisse, vt ex Cæsare in. vj. libro belli Gallici legi potest, & inferius explicabimus. Quare Accursius argui non debuit in. l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. quoniam verum est Francigenas non eo modo neque sub eadem forma filios habere in potestate, quæ in dicto. §. fina. Institu. de patria potesta. posita est. Licet dispunctor dicat in posteriore dispũctione Gallos principibus Romanis paruisse, & ius ciuitatis adeptos fuisse, non autem Francigenas. Non igitur verum est omnes qui in orbe Romano erant, ciues Romanos effectos fuisse. Restat aliud videre, an Frãcigenæ alij sint populi à Gallis, quod palàm fatetur ille quos à Scythis processisse dicit, & eos qui Neruiorum & Treuirorum loca tenuerunt Romano imperio paruisse ait: at eos qui traiecto Rheno cũ tota gente sua Gallos à suis sedibus expulerunt, & Franciæ nomen dederunt, Romano imperio hostes facti
748 sunt, alios non esse à Gallis dicit. Qui † autem imperio Romano obediebant, ciues Romani

ab Antonino Pio facti sunt, iura ciuium Romanorum sunt consecuti, dicta.l.in orbe. qui vero sub Romano imperio non erant, ciues facti non fuerunt: quia subditi imperio tantum hoc beneficium sunt ab eo assecuti. Et idem declarat Iustinianus in.§.finali.in authenti.vt liber.de extero.collatio.sexta.dum ait, Sicut enim Antoninus Pius cognominatus ius Romanæ ciuitatis prius ab vnoquoque subiectorum petitus, & taliter ex his qui vocantur peregrini ad Romanam ingenuitatem deducens ille hoc omnibus in commune subiectis donauit. Et non multo post ait, Sic etiam nos hoc videlicet regenerationis & aureorum annulorum ius vnicuiq; petentium datum & damni & scrupulositatis præbentem occasionem & manumissorem indigentem authoritate omnibus similiter subiectis ex hac lege damus. Iustinianus enim recte testatur Antoninum Pium subiectis tantum suis hoc in commune beneficium concessisse, non subiectis autem non concessisse. Similiter nec Iustinianus illius exemplum imitatus.

749 † Quia palam est orbem vniuersum quem oriens & occidens, meridies & septentrio concludunt, non cõtineri, sed orbem Romanum, qui ciuitate Romana & alijs Italiæ prouincijs continetur. quod & Orosius probat libro tertio.c.viij.cuius postea mentionem faciemus dum in ea parte ait cognoscere fateri q; Romani cogũtur pacem totius mundi & tranquillissimam serenitatem quæ nato Christo contigit non magnitudine Cæsaris, sed potestate filij qui in diebus Cæsaris apparuit extitisse, nec vnius vrbis imperatori sed creatori totius orbis vniuersi orbẽ ipsum & generali cognitione pacasse. Reliqua inferius transcribẽtur. sic vrbis non orbis vniuersi imperatores sunt vt Orosio placet. Non igitur Gallos seu Francigenas comprehendit. Alioqui secundum dispunctorẽ ciues Romani effecti fuissent, atq; ob id iura ciuium Romanorũ etiam in filios cõsecuti. quod inficiatur ille. Fateri igitur necesse habet orbi Romano seu Romanæ vrbi Francigenas subditos non esse. & hac ratione Accursium in.l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. recte ciues Romanos dixisse omnes subiectos imperio, & Francigenas filios non habere in potestate, quia ciues Romani effecti non sunt, cum imperio subiecti non erant. Alioqui secundum dispunctorem, si imperio Romano subiecti fuissent, ciues Romani constitutione diui Pij Antonini effecti extitissent, quemadmodum nouissima dispunctione cõfessus est: sed verius in hoc dixit Accur. quàm dispunctor Longobardicus.

750 Ex his † videri potest recentiores necdũ breuitate, sed varietate delectari. quid autem in hac re sentimus, declarabimus. Sed cum multis commentitijs fabulamentis, non tantum Gallicum episcopum & recẽtiores doctores Gallicos, verum etiam Gallicum ipsum nomen & Gallicam seu Franciscam gentem ridere & illudere non vereatur, existimauimus incongruũ non esse ridiculas fabellas quas recensuit, & in quibus scribendis multum studium multasq; chartas inaniter consumpsit, commemorare. Aliam suarum dispunctionum huic nostræ disputationi conuenientem prius recensere rati sumus. In qua ne quæsitus ab eo color non inconcinnis lectoribus videretur, liberiúsque Gallis conuiciari posset, Baldum & Iasonem iterum in reatu pariter constituit in.l.prima.C.quæ res exportari non debe. Quippe qui illius legis argumento dixit Baldum existimasse eum qui lege municipali annonam in aliam ciuitatem deferre prohibetur, si aliquam portiunculam vel gustus causa deportet, pœnæ legis obnoxium esse. Id'que Iasonem negasse non alia ratione quàm quòd pœnas mitissime interpretari iustum sit. Cuius sententiam secutus fuisset sicut ille ait, nisi legis verbis Bald.non admirari docuisset. Cæterum legis rationem spectandam esse, quæ alia non est, quàm ne eius liquoris gustu admoniti barbari arma in Romanos & Italos conuertant. Idcirco eas regiones armis quærere studeant.

751 † Nam, inquit, qui primi Gallorum in Italiam venerunt, hoc gustu allectos grauissimi authores tradiderunt, Liuius maxime libro quinto. Gentem, inquit, Gallorum traditur fama dulcedine frugum, vini maxime noua tum voluptate captam alpes transijsse, & inuexisse in Galliam vinum illiciendæ gentis causa. Quasi vinum solum gustus causa, non oleum neque alius liquor, non frumentum, non hordeum, & cætera huiusmodi sub annonæ prohibitione contineantur. Cui.l.prima.C.quæ res exportari non debe.non conuenit, sed omnino contradicit, vt ex eius lectione videre licet, seu quòd Gallia vini copiam id tẽporis nõ habuerit, vel quod verius puto, quia existimat Longobardicus dispunctor Gallicam gentem plus Longobardica vini appetentẽ esse, sitq; nostræ genti plus Longobardicæ vel Italicæ innatũ potationis vini vel ingluuiei vitium. hac ratione Volaterrani fretus indulgentia in tertio suæ geograph. lib. totam annonæ vim in vinum contorsit.

752 Cæterũ q; † non vini potatione Galli ad pene trãdam nõ modo Italiã sed Europam totã, Asiã & Africam allecti fuerint eásve sibi obedire, & leges quas vellet, recipere coegerint, nullo Frãcorum seu Gallicorum scriptorũ desiderato suffragio, sed extero & suæ gentis Longobardicæ, tametsi barbaræ, testimonio ostẽdemus, ne forte dicatur, queãdmodum quidam Gallicus doctor Narbonensis in repet.l.vnicæ.C.de senten.quæ pro eo quod inter.profer.scripsit patriæ fauorẽ locũ, carnem, & sanguinẽ ad id nos mouere seu inuitare. Ob id in hac re non pudebit illorũ testimonia vt in multis verbatim transcribere, ne ex nostro quicquam adiectum esse videatur.

Verum

Verum prius quàm ad institutũ declinemus,
existimauimus incongruum nõ esse aliqua quæ
de veritate Romanorum scriptorũ, qui Roma-
narum rerum historias scripserunt recensere. In
753 primis Ciceronẽ in Bruto seu de Oratore. † Li
cuit, inquit Cicero, semper rhetoribus & in hi-
storijs mẽtiri, vt aliquid dicere possint argutius.
Ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta ac moni
menta seruauerunt ad memoriam laudum dome
sticarum & ad illustrandam nobilitatẽ suam, at-
que ob id his laudationibus histoeia Romanarũ
rerum facta est mendosioe: multa scripta sunt in
eis quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures cõ-
sulatus, genera etiã falsa, & ad plebem transitio-
nes, cùm homines bumilioees in alienũ eiusdem
nominis infunderentur genus. Et Polybius in. j.
de Platio et Fabio antiquis Romanarum rerum
scriptoribus, ait Platium & Fabiũ qui de bello
Romano cum Carthaginẽsibus scripserũt quod
non parũ à vero deflexisse videãtur, imitari non
putauit, quanquã, inquit, illos de industria men-
titos esse, non ausim dicere. Etiam puto vt aman
tes consueuerunt suorũ beneuolentia deceptos.
754 † Et Põponius Mela in Galliæ Topographia
ait, Graijs nostrisq; etiam authoribus veri ne an
ignorantia an prudentibus etiã mendacijs libidi
ne visum est tradere posteris. Huius rei testis est
Polybius in primo dum de Pichea loquitur, qui
de Tyberio Gracchо scripserat trecentas vebes
in Celtiberia euertisse. Id. Tyberij gratia rituq;
comico dictum fuisse, Ab eoq; turres pro vrbi-
bus appellatas fuisse, vt in triumphalibus põpis
mos est, inquit Polybius, Cùm imperatores &
rerum gestarum scriptoees vt ornatiora efficiant
negotia ad boc genus mentiẽdi efferũtur. Nam
qui vrbes Hispanas supra mille fuisse prædicãt,
huc deduci videntur, vt ingentes vici oppida no
minentur. Haud enim agei illius ingenium tam
multas capere valet vrbes, tum quòd sterilis sit
& alienus à Romanis moribus, & immãsuetus.
755 Cui Orosius lib. iiij. cap. xv. † consentit falla-
ciasq; huiusmodi scriptorum adulationes appel
lat, dũ laudes accumulare virtutemq; patriæ ex-
tollere, vel præsentibus vel posteris student. ne-
que tacendus est Herodianus Angeli Politiani
in vita Marci imperatoris. inquit ille, Qui res
antiquas posteris prodiderunt veteremq; histo-
riæ memoriam renouare literis studuerũt ei ma-
gna ex parte dum famam eruditionis affectant,
nomenq; suum conantur ab iniuria obliuionis
asserere, minus sane multum in veri peruestiga-
tione quàm in exornãda cõponendaq; oratione
industriam posuerunt, rati scilicet neque si quid
in rebus à suo seculo remotissimis falsi prodere-
tur, posse eefelli, & se tamẽ suauitate narrationis
amplissimum laboris ingenijq; sui fructum per-
cepturos. alij verò priuatis inimicitijs tyranno-
rumq; odio prouecti aut in laudes principum,
ciuitatum, priuatorumq; hominum immodicis
assentationibus effusi tenuitates per se res atque hu
miles scribendi tamen artificio longè supra veri
fidem sustulerũt. Sic dispunctor ille vt Panegyri
cum suis, satyram alienis ad Picheæ imaginem fa
bulamenta quædã ex Liuio abiecta historiæ ve-
ritate quam Liuius ipse eodẽ in libro & loco ab
vrbe condita recensere non est veritus: prudens
an imprudens consultò tamen omisit, in boc Pi-
cheæ similis. Sicuti post Polybiũ Strabo in. iiij.
scribit. Strabonis verba hæc sunt, Congredien-
tibus Scipioni Massiliensibus neminẽ rem me-
moratu dignam cum à Scipione Picheas interro
garetur referre potuisse, neque de Britãnia, neq;
de Narbone, neque de Coebilone, quæ omniũ
eo tractu vrbium celeberrimæ erant. tanta sane,
inquit Strabo authore Polybio, qui Picheæ fa-
bulamentorum memoriam fecit, Picheas men-
tiri ausus est. Non dissimile exemplum huic Ro-
bertus Gaguinus in Francis annalibus de Pe-
756 trarcha cõmemorauit. † Petrarcha enim in suis
epistolis dum Belgas peragrasset, & Arduẽnam
tantæ magnitudinis syluam Lugdunum petens
pertransisset, nihil illo tractu se vidisse præter su
perstitiosa quædam Agrippinensum fœminarũ,
& turpem de Carolo magno fabellam accepis-
se, quam prætermisisse dignum erat, ne tanti im-
peratoris claritati fuliginem induceret. Sed nec
apud Parisios quicquam esse quod laudaret, ni-
si quod ipsius authorem fuisse Iulium Cæsarem
accepisset. quod plane falsum est. Erat enim in
Gallicis supra quingentos annos Lutecia Pari-
siorum exteucta. Cuius etiam ipse Cæsar plu-
ries in suis commentarijs meminit, situmq; eius
in sexto belli Gallici describit. Quamobrem Pi
cheæ similem nemo non dicere potest, tam pla-
cet de rebus & populis exteris sine rubore men
757 tiri, ne suæ gẽtis aut natalis terræ titulis deroga
re videanĩ. † Sic illi tã inuisum est Francicũ seu
Gallicũ nomẽ, quãquã multa ab eo bñficia acce
perit vt imposturas nõ à Lõgobardica fæce de-
uiantes, vt Lucæ de Pen. vocabulo vtar, in Gal-
lici nominis ludibriũ fabulas & nænias effinge-
re non erubuerit & trimos Gallos nominare nõ
dubitauerit, veluti Gallia & gens ipsa Gallica
non nisi obscœna & ab omni mansuetudine alie
na peoducere possit. At tollendam eius barba-
ram seu Lõgobardicam inuidiam mihi satis erit
Strabonis verba in quarto, transcribere. Vni-
uersa, inquit, natio quam hæc ætas Galliam seu
Gallaticam nominat, Martis studio & animorũ.
ardet impetu conserendæ pugnæ alacritate impi
gra, alioqui simplex, & nulla morum malignita-
te degens. Eapropter si quis eos irritet, aduna-
ti pugnas pariter ineunt, aperti quidem, nihil
præmeditati: vnde contra se militare volentibus
758 mansueti atque tractabiles fiunt. † Nam quo in
tempore, quo in loco, quaq; occasione quisquã
illos lacesserit, eos in discrimen paratos habuit,
præter vim & audaciam nullum ad prælia feren-

tes adiumentū. At enim persuasione adducti vtilitati facilè cedunt. Vnde ad studia, ad disciplinas animos applicant. Ex corporum autem magnitudine ipsa vis inest, ex gentium verò multitudine in vnum ex facili frequentes conueniunt simplicitate atque rigore attracti propinquis maxime condolentes, quos per iniuriam violatos viderint.

759 Non isti † sunt Longobardici mores, nō gentis illius tam barbara tam've effera conditio, cuius pallor in ore sedet, macies in corpore toto. Tacebimus blasphemias etiam hæreticas, ciuilia huius gentis bella, Guelphorum & Gibellinorum, quorum extant tractatus à præclaris viris facti, qui huiusmodi pestem deplorāt, vitia tum alia quæ illis à natura germana sunt & relatione indigna. Satis erit Ciceronem in hac re in lib. primo epistolarum ad Atticum commemorare. Iam verò, inquit, O dij boni rem perditam etiā noctes certarum mulierum atque adulescentulorum nobilium introductiones nonnullas iudicibus pro mercedis cumulo fuerūt. Postremo ex vita suorum tyrannorum (quos imperatores vocāt) intelligi poterit. Missis etiam faciamus quæ Robertus Gaguinus in vita serenissimi Ludouici duodecimi Francorū regis scriptum reliquit, ne probris certare videamur. Et vt institutū prosequamur, in confesso est, Liuium in .v. ab vrbe condita, ea quæ ille cōmemorauit de Gallis scripsisse, quæ recēsere cōueniens arbitratus sum, vt intelligatur qua arte quo've cōmento Lōgobardicus dispunctor vsus fuerit. Verba Liuij sunt,

760 quæ truncatè transcripsit, † Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximeq́ vini noua tum voluptate captā alpes transijsse, agrosq́ ab Aethruscis ante oculos possedisse, & inuexisse in Galliam vinū illiciendæ gentis causa Aruntem Clusinū ira corruptæ vxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat, ipso præpotente iuuene, & à quo expeti pœnæ, nisi externa vis quæsita esset, nequirent. hunc transeuntibus alpes ducem auctoremq́ Clusium oppugnādi fuisse. Hæc sunt quæ Liuius famæ & fabulæ tribuit. eadem penè Plutarchus in vita Camilli cōmemorauit, quæ, vt breuitati inseruiam, omitto, maximè cum Plutarch. in multis à Liuio discrepet, vt mox ostendemus. Et cùm dispunctor quæ famæ fabulæq́ Liuius & Plutarchus tribuerūt, transcribere curauit, veram autem historiæ narrationem quam Liuius eodem libro & loco scripsit omiserit. illa dispunctori opponere existimaui, vt veritati fabula cedat. Verba Liuij sunt, Equidē, inquit Liuius, haud abnuerim, Clusium Gallos ab Arūte seu quo alio Clusino adductos, sed eos qui oppugnauerint Clusium non fuisse qui primi alpes transierint, satis constat. Ducentis quippe annis antequam Clusium oppugnarent vrbemque Romam caperent, in Italiam Galli transcenderunt.

761 Nec cum † his primum Aethruscorum, sed multo ante cum his qui inter Apēninum alpesque incolebant sæpe exercitus Gallici pugnauere. Thuscorum ante Romanorum imperium late terra mariq́ opes patuere. mari infero superoq́, quibus Italia modo insulæ cingitur, quan tum potuerint nomina sunt argumento: quod alterum Thuscum cōmuni vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare.

† Et haud multo post Liuius ait, De transitu in Italiam Gallorum hæc accepimus, Prisco Tarquinio Romæ regnante Celtarū, quæ pars Galliæ tertia est, penes Bituriges summa imperij fuit. ii regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit virtute fortunaq́ cum sua tum publica præpollens, quod imperio eius Gallia adeo frugum hominumq́ fertilis fuit vt abundans multitudo vix regi videretur posse. hic maior natu ipse iam exonerare prægrauante turba regnū cupiens, Bellouesum & Sigouesum sororis filios impigros iuuenes missurū se esse in quas Dij dedissent augurijs sedes ostendit. quantū ipsi vellent numerū hominū excirēt, ne qua gens arcere aduenientes posset. Tum Sigouesо sortibus dati Hercynei saltus, Belloueso haud paulò lætiorē in Italiam viam dij dabant. Is quod eis populis abundabat, Bituriges, Aruernos, Senones, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos exciuit. profectus ingentibus peditum equitúmque copijs in Tricastinos venit. Reliqua fortè commemorabimus.

762 Non ergo † Gallia teste Liuio frugum inops fuit, sed abundans, non etiam verum esse Aruntem Clusinum Gallos vini dulcedine in Italiam introduxisse, sed regni regnandi've cupidine ducentis & pluribus antè annis quàm Clusinus quisquis sit Aruns vel alius in rerum natura esset ab Ambigato Biturigum rege Bellouesum ex sorore nepotem bonis auibus & augurijs vt in Italiam transitum faceret missum fuisse, virtuteq́ Gallica Italiam penetrasse vsque Romam, mox Asiam & Africam, vt paulo pòst explicabimus. Cæsar etiam in secundo libro belli Gallici ait, Suesiones Gallos alios've finitimos populos agros habere fertilissimos vineâsque illis frequentes esse. Plinius libro naturalium historiarum .iij. capit. quarto de Narbonensi Gallia sic scribit, Iuribus agrorum, cultu virorum, morumq́ dignatione, amplitudine opum nulli prouinciarum postferenda, breuiterq́ Italia verius quàm prouincia.

763 Quod autem † Galli nō vini appetitu sed virtute moueātur, testimonium affert Cæsar de Belgis in secundo lib. belli Gallici. Verba Cæsaris sunt, Nullum aditum esse ad eos mercatoribus, nihil pati vini reliquarúmque rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quòd his rebus relanguescere animos eorum, remitti virtutem existimarent. Nec dissimilia sunt ea quæ Geruasius Ccl

sius Celeberiensis, de distinctione Galliarum scribens in secunda sui operis diuisione dixit, Sunt & Bellouagi seu Bellouaci & Suessionea sunt, & Neruij, quorum indomita feritas prædicatur, vt nunquam vsque ad tempora Iulij Cæsaris mercatores ad se admiserint, vina cæteraq; venalia deferre, quibus inducta iocunditas torporem virtutis afferret. Non igitur vini odor, sed virtutis sapor Gallos in Italiam vocauit, cum in finitimis Belgarum agris vini vsus incognitus nõ esset. Alioqui in suis mercatis afferri non prohibuissent. Cuius enim fertilitatis reliqua Galliarum pars sit, satis ex Cæsare in pluribus suorum Commentariorum partibus videri po-
764 test. † Omnibus'que notum est quantum ferax sit Gallia tota, cuius've frugalitatis & commoditatis, vt non tantum sibi, sed exteris nationibus sufficiat: tanta quippe est vini copia, vt ad exteras etiam barbaras nationes vinum Galli cum deferatur, quanta frumenti abũdantia aliarum've rerum, quæ ad hominum vsum necessariæ sunt me tacente omnes populi omnes've nationes, quæ sub cælo sunt, ab oriente ad occidentem, à meridie ad septentrionem intelligũt. Sed nec prætermittendũ est quis ille Aruna seu Clusinus alterũ Ambigatus ex sorore nepotem Sigouesum nomine eodẽ impetu ad Hercinios sinus debellandos inuitauit, & omnem denique Germaniã, Scythiam, Daciam, Dalmatiã, Pannoniam reliquas've septentrionales plagas occupandas & subigendas impulit. An vini sapor eius illæ prouinciæ expertes sunt? nihil prorsus ridiculosius dici aut legi seu verius somniari potest, vt mox ostendemus. Ad Bellouesum reuertamur.
765 Quod etiam † non vini appetentia seu ingluuies, sed virtus Galloa excitauerit alienas sedes inuadere & occupare, suis'que legibus & moribus barbaras nationes viuere, vrbes fere omnes Italiæ, Pannoniæ & Illyrici quæ à Belloueso & Sigoueso, & Gallis qui Prisco Tarquinio Romæ regnante Italiam, Asiam & Africam & vniuersum septentrionem penetrauerunt, quibus singula nomina dederunt, Italia maxime huic rei testimonium præbet. In primis fusia Thuscia haud procul flumine Ticino in agro Insubrium quem pagi Heduorum nomine vocari intellexerant omen sequentes Mediolanum vrbem cõdiderunt. testis est Liuius in.v. ab vrbe condita. Et Geruasius Celeberiensis in.ij. diuisione, titu-
766 lo de Italia ait, † Galli dum Italiam inuasissent Citanum alias Ticinum & Mediolanũ, Bergomum, Brixiam'que construentes Cisalpinam Galliam dixerunt. Strabo Mediolanum à Xantonibus Gallis denominatũ fuisse ait, cûm apud Xantonea oppidum sit ad oceanum vergens quod Mediolanũ appellatur. Sabellicus in.iiij. Aeneide ab Aulercis, quos Lexuuios seu Algios nostra ætas appellat prouinciæ Normaniæ, qui illorum socij fuerant, constructum & nuncupatum fuisse ait, quod in Belgis vrbem eo nomine habeant. Sed Aulerci Belgicam Galliam non incolunt, sed Celticam Sequanæ fluuio proximam & conterminam. Aliqui vero illos Turonensi prouinciæ tribuunt. Alij, quibus consentio, Mediolanum à Mediolano oppido, quod in Bituricensi agro est, idq; Magdunum nostra ætate appellatur, nomen sumpsisse dicũt, quod & Roberto Gaguino in vita Chilperici placet.
767 Mouet quod † Bellouesus dux & imperator Gallici exercitus, & qui eo transitu non modo Italiam & Romam ipsam domuit, verumetiã vniuersam Asiam & Africam subegit, & obedientes fecit, vt ex Trogo, Iustino & alijs historiarum scriptoribus comprobabimus, Biturix erat. Quare facilius credendum esse puto vt primam vrbem ab eo cõditam post superatoa Thuscoa, quorum erat Italiæ imperium, vt ex Liuio in.v. ab vrbe condita commemorauimus, ab eo oppido quod suæ gentis & natalis soli erat Mediolanum denominari voluerit, vt sui nominis suæq; gentis perpetuam apud Insubres memoriam relinqueret. Nec verũ esse à portento quodam nomen assumpsisse à lanata sue, quoniam id fabulæ potius quàm historiæ Liuius alij denique scriptores tribuunt.
768 Prætereundum non est † non tantum Mediolanum & Ticinum quæ & Papia nomen habet; sed etiam Bergomum & Brixiam, Veronam, Comum, Vicentiam, Tridentum, Placentiam, Senas, Forum Iulij, Forum Pompeij, Pentapolim, & plerasq; alias ciuitates à Gallis tunc ædificatas nomen à constructoribus accepisse. testes sunt Liuius in quinto, & Plutarchus in vita Camilli, Iustinus in trogo, lib.xx. cuius verba transcribere indignum non existimaui. His autem Gallis, inquit, causa in Italiam veniendi sedesq; nouas quærendi intestina discordia & assiduæ domi dissensiones fuere; quarũ tædio cum in Italiam venissent, sedibus Thuscos expulerũt, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderũt. Et.xxiiij. lib. idem Iustinus ait, Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerunt, quippe dijs immortalibus tot periuria & tam cruenta parricidia vindicantibus breui post à Gallis spoliatus à regno, raptus'que vitam ferro, vt meruerat, amisit. Namque Galli abundanti multitudine, cùm eos non caperent terræ quæ genuerant trecenta hominum millia ad sedes nouas quærẽdas veluti per egrinatũ miserunt: ex his portio in Ita-
769 lia cõsedit, quæ & vrbem Romam incẽdit, † & per Illyricos sinus ducibus auibus (nam augurandi studio Galli præter cæteros callent) per strages Barbarorum penetrauit, & in Pannonia cõsedit, gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculẽ (cui ea res virtutis admirationem

& immortalitatis fidem dedit) alpium inuicta iuga & frigore intractabilia loca transcendit, hortante deinde successu diuisis agminibus alij Græciam, alij Macedoniam omnia ferro proterentes petiuere, tantusq́ terror Gallici nominis erat, vt etiam reges non lacessiti vltro pacem ingenti pecunia mercarentur.

770 Et † Padus à Gallis nomē accepit, vt Cato in libro originum scribit, dum ait, ab Insubrium rege nomine Medo adauctæ Mediolanum nomē seruat Padus antea duce Coloniarum Eridano sed & à profunditate Boutugon ab Hetruscis et Boutygon à Liguribus, & à cerea arbore picea Gallicè Padus nuncupatur. Et mox alia multa de Senogallia & Rauenna quæ Gallia Flamminea & Gallia Togata dicitur, scribit, quæ quisq; apud Catonem videre potest. Cum etiam multa fabulamenta de vrbis obsidione & incendio Capitolij, & Camilli aduentu, & vrbis liberatione, quam non pretio pace mercata, sed Marte Camilliq; virtute contigisse Liuius, Plutar. & pene omnes rerum Romanarum scriptores tradūt ab exteris studiose detrahentes, vt suis insigniora facinora, falsa tamen tribuāt, ad quorum inuidiam coërcendam arbitratus sum in hoc tacendam nō esse Aetolorum responsionem Romanorum legatis factam, vt ex ea nemo non videat & intelligat non Camilli virtute, sed pretio pace à Gallis redempta vrbem cum Capitolio obsidione liberatam fuisse, dum Archananes à Romanis auxilium aduersus Aetolos postularet, quam ex Iustino lib. xxviij. excepimus. verba Iustini sunt,

771 † Sed Aetoli legationem Romanorum superbe adiuerunt Pœnos illis & Gallos à quibus tot bellis occisione sunt cæsi exprobrantes, dicentesq; prius illis portas aduersus Carthaginenses aperiendas quas clauserat metus Punici belli, quàm in Græciam arma transferēda. Meminisse deinde iubent quibus minentur, aduersus Gallos vrbem suam eos tueri nō potuisse, captamq; non ferro defendisse, sed auro redemisse. Quam gentem se aliquando maiore manu Græciam ingressam nō solum nullis exteris viribus, sed nec domesticis quidem tectis adiutos vniuersam delesse, sedemq; sepulchris eorum præbuisse, quam illi viribus imperioq; suo proposuerant, contra Italiam trepidis ex recenti vrbis suæ incēdio Romanis vniuersam ferme à Gallis occupatā. Prius igitur illos Gallos Italia pellendos, quàm minētur Aetolis: prius sua defendenda quàm aliena defendi appetēda. Et Polybius in primo suæ historiæ lib. idem cum Iustino sentit. Verba Poly-
772 bij sunt, † Galli vero Romam Capitolio duntaxat excepto occupabant, quo tempore Romani percusso cum Gallis fœdere, & præter spem recuperata iterum libertate cum finitimis bella gesserunt. Et Plutarch. in lib. de fortuna Romanorum idem cum Polybio testatur. Gallos, inquit, accepto nuntio vti se domestico bello finitimis Barbaris per occasionem ac solitudinem fines eorū ingressis omniaq; armis obtinentibus, facta cum Camillo pace digressos, ne tum quidē in disceptationem venit Romanis fortunam salutis causam attulisse, quippe distinentem hostes aut etiam Roma nec opinato modo euellētem. Tametsi quod satis dignum operæ pretium circa hæc diutius immorari, quæ nihil certi explorati've habent. Nam, inquit ille, Prisca Romanorum gesta corrupta vt Polybius tradit, cōfusisq; cōmentarijs multa rerū obscuritate inuoluta sūt.

Et Valerius libro quinto de pietate erga patriam, capitu. de dominis seruorum equitibus & centurionibus & matronis Romanis loquēs sic ait, Similiterq; audierant mille pondo auri quæ Gallis pro obsidione Capitolij promissa debebantur earum cultu expleta. Itaque & proprio ingenio, & exemplo vetustatis admoniti nulla sibi iure cessanda existimauerunt.

773 Et Iustinus † de Massiliensibus libro xliij. sic scribit, Pacta pace & securitate fundata reuertentes à Delphis Massiliēsium legati, quò missi munera Apollini tulerant, audiuerant vrbem Romam à Gallis captam incēsamq;, quam rem nuntiatam domi publico funere Massilienses prosecuti sunt, aurumq; & argentum publicum & priuatum contulerunt ad explendum pondus Gallis à quibus redemptam pacem recognouerant. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in senatu datus, & fœdus æquo iure percussum.

Laziardus Cœlestinus nō est inficiatus historiographum quēdam Romanum scripsisse Gallos vt Romam ab obsidione liberarent præmium mille librarum auri cōsecutos fuisse: nec mora diuersis agminibus alios Græciam, alios verò
774 Thraciam petijsse, † & tanti nominis in Oriente Gallos fuisse, vt reges Orientis non sine Gallis bella gererent. Et huic rei Gallogræcia testimonium affert, quæ à Gallis Græciæ imperantibus nomen accepit. Nisi hæc nominis posteritas remansisset, facile eis esset virtuti Gallorum detrahere: sed & nomina prouincijs & vrbibus & oppidis à Gallis imposita nolint velint rei & historiæ veritatem indicant. Nam & Senogallia vel à Senonibus vel senibus Gallis adhuc nomē
775 retinet. † Venetiarum etiam ciuitas teste Strabone à Venetis Britonibus Gallis primùm ædificata est. Hos, inquit Strabo, Venetos esse opinor, à quibus Veneti sinum colētes Adriaticum in Coloniam deducti sunt. Reliqui enim fere omnes in Italia Galli à transalpina Gallia commigrarunt, sicuti Boij & Senones. Nonnulli etiam à Venetis Gallis, qui Arelatensis sunt prouinciæ processisse affirmāt. Huius rei testimonium esse dicunt quòd pleræque ciuitates Italiæ & oppida eadem nomina retinent quæ illius Arelatensis prouinciæ etiam id tēporis habere noncuntur. Huic rei fidele affert testimoniū Gallorum respon

responsum, qui id temporis Adriam incolebāt, qui ad Alexandrum magnum missi erant, dum eos comiter Alexander excepisset, & in percelebri conuiuio interrogasset quid illud esset quod potius pertimescerent, existimans de seipso responsuros, dixerunt, nihil aliud quàm ne cælum super eos corrueret. In qua Alexander sua opinione delusus est. Hæc Strabo, quæ Petrus Crinitus lib.iiij.c.xiiij.transcripsit.

776 Non est tacenda † Mithridatis oratio quam ad suos milites habuit, dum eos ad Romana & Asiatica bella incitabat: quam post Trogum Iustinus illius interpres in lib.xxxviij.scripsit. Audire se dicebat Mithridates populos transalpinæ Galliæ Italiam ingressos, maximis eam plurimis que vrbibus possidere, & latius aliquanto solum suū quàm in Asiam quem dicatur in bellis eosdem Gallos occupasse, nec victam solum dici Romam à Gallis, sed & captam, ita vt vnius illis montis tantum cacumen relinqueretur, nec bello hostem, sed pretio remotum. Gallorum autem nomen qnod semper Romanos terruit in partem virium suarum ipse habeat. Nam hos qui Asiam incolunt Gallos ab illis qui Italiam occupauerant sedibus tantum distare, orginem quidem ac virtutem genusq; præcipue idem habere, tantóque his sagaciora esse ingenia quàm illis quanto longiori ac difficiliori spatio per Illyricum Thraciámque prodierunt penè operosius transitis illorum finibus quàm vbi consedere possessis. Ab his vno tantum differt Cato in libro originum, quæ Liuius in quinto ab vrbe condita scripsit, quod Liuius verum esse non ait, Gallos qui primum alpes transcenderunt, & Italiam inuaserunt Thuscis in Italia imperantibus Arunte Clusino duce transcendisse, vt suprà diximus. Et iterum. in secundo Gallorum transitu post Liuiū demonstrabimus. Cato enim Aruntem illorum ducem fuisse ait: quod verum non esse Liuius comprobauit. Catonis verba sunt, Omnia sub alpibus transpadana loca prisci cōuenæ Thusci missis colonijs tenuere, ab hisq; multa nomina retinent. Plura deleuerunt Galli qui primi Arunte Clusino duce alpes transcenderunt, & sensim ab omni Gallia cisalpina Hetruriam pepulere, ab hisq; nomen sortita retinet Gallia cisalpina, qua Mantua suo conditore Ocno Bianero et Thuscorum rege illustrisimo penetrauere transalpes Boij, Senones, Insubres, & aliæ Galliæ transalpinæ gentes.

777 Strabo in quarto, † mille auri pondo pro liberanda vrbe à Gallis accepta, licet mox ab eis recepta dicat. Nam & capta vrbe Roma redeuntes Gallos in Sabinis aggressi bello armis que fuderunt ac debellauerunt, & quæ illi à libentibus acceperant spolia Romanis, ab inuitis ipsis arripuerunt. Sed quod in hac re historia Romana mendosa sit, ex varietate Liuij, Polybij, Plutarchi, Iustini, Trogi, & aliorum scriptorum videre licet. Nam quotquot sunt post Liuium scriptores hanc Romanorum in Gallos irruptionem dicunt factam fuisse dum Brennus & Algius Gallorum duces erant. quod si Liuio potius credendum est, id verum esse non potest. Tria enim sunt quæ rei veritatem indicant. In

778 primis † omnes Liuio in hoc consentiunt, eos Gallos qui primùm alpes transcenderunt, Thuscos suis sedibus expulisse, Italiam occupasse, Romam inuasisse, mille auri libras vt Romanis pacem darent accepisse, ducentis que penè annis alpes transcendisse ante quàm Brennus & Algius Gallorum duces ducentis Gallorum millibus stipati Arunte aut quouis alio Clusino duce secundò Italiam inuasissent, Romámque à Gallis Belloueso rege occupatam & deletam fuisse. Mox Italia penè tota subacta Asiam & Africam penetrasse. Alterum quod primi illi Galli non ab Arunte Clusino, neque quouis alio inuitati sunt vt alpes trāscenderent, ac Thuscos suis sedibus expellerent, sed suo nutu Ambigatus rex Biturigum ductus est Galliam tanta hominum multitudine qua tunc abundabat subleuare, atque ad id duos ex sorore nepotes Bellouesum & Sigouesum partim pro gloria, partim pro dominandi cupidine ad peragrandum orbem vniuersum delegisse, vt suprà post Liuium docuimus. In secundo verò transitu Liuius scribit Senones Gallos adiūctis sibi Boijs, Cenomanis, Bellouacis, alijs deniq; Gallorum populis, quorum inferius mentio fiet, ab Arunte aut alio Clusino adductos fuisse, Romam obsedisse, eámque totam incendisse excepto Capitolio, subactaq; Roma tota ve Italia Asiam superasse, mox Africam subegisse.

In alio verò Liuius & Plutarchus quibus omnes penè Italici scriptores consentiunt, à Trogo, Iustino, Polybio, & alijs quorum suprà meminimus, differunt. Liuius enim & Plutarchus Romanos ferro non auro pacem cum Gallis mercatos fuisse, Iustinus eiusdem interpres, Polybius, alij denique, quos suprà commemorauimus, longe verius huic rei fidem præbent.

779 † Non prætereundum quod Galli victricibus armis subegerunt, pacéque non ferro sed auro composita, Græciam & Asiam mox inuaserunt, eásque cum tota Italia obedire coegerunt, ducentis que post annis occupauerunt, Orosij, Iustini, Trogi, Polybij & reliquorum testimonia confirmant. Quod nequaquam fieri potuisset, si Galli, vti Liuius & Plutarchus asserunt, à Camillo, quē dicūt Romanos à Gallorū obsidione liberasse, vehiculóq; quo aurū pacis pretium vehebatur, ac aureā lancem arripuisse, Romanisq; restituisse, fusi, fugatiq; fuissent, vt ne nūtius qdē cladis superfuisset, eos ve Camillus sic somno vinoq; sepultos inuenisset, sicuti Camilli

oratio, cuius Liuius meminit, continebat, vt ad
cædem magis quàm ad pugnam accederet.
Aetolorum enim reſponſio, & Mithridatis
oratio, & mulierum Romanarum ad ſenatum fa
cta oblatio longè aliter rem ſe habuiſſe indicãt,
Maſſilienſium aurum publicum & priuatum,
quod Romam vſque portatum eſt, vt quod ex
promiſſo Gallis facto tradi non poterat, ſua ope
& largitione conferrent, pactamq́ cum Gallis
pacem obtinerent, vt ex Polybio, Trogo, Iuſti-
no, & alijs demonſtrauimus. Quinetiam Oro-
ſius, quem in hac re diſpũctor adduxit, recte Iu-
ſtini ſententiam confirmat, dum in lib. vij. capi.
780 xxxix. † Romanæ ciuitatis excidium, quod Ala
rici Gotthorum regis tẽporibus contigiſſe ſcri-
bit, longe manus ciuitatis Romanæ incendium
fuiſſe ait, quod à Gallis factum eſt. Ob id Oro-
ſij verba tranſcribere iuuabit. Neque, inquit
Oroſius, vero Gallorum meminiſſe in huiuſmo
di collatione debeo, qui continuè penè anni ſpa-
tio incenſæ euerſæque vrbis cineres poſſede-
runt. Tunc Camillus cum canibus & dijs Ro-
manorum dormiebat. Id temporis ſomno ſepul
tus erat Camillus, qui vno integro anno vrbis
incendium extinguere non potuit. Audiamus
quid in hac re Oroſius iterũ dicat in lib. ij. capi.
xix. Galli vrbem penetrant, trucidant regenies
ſimulachrorum modo in ſuis ædibus ſenatores
eosq́ incendio domorum crematos lapſu ſuorũ
culminum ſepeliunt, vniuerſam reliquam iuuen
tutem, quam conſtat vix mille hominũ tunc fuiſ
ſe in arce Capitolini montis latitantem obſidio-
ne concludunt, ibiq́ infelices reliquias fame, pe
ſte, deſperatione, formidine terrent, ſubigunt,
781 vendunt. † Nã mille libris auri diſceſſionis pre-
tium paciſcuntur, non quo apud Gallos Roma
parui nominis fuerit, ſed quo illam ſic iam antè
detriuerant, vt tunc amplius valere non poſſet.
Exeuntibus Gallis remanſerat in illo quodam
vrbis ambitu informium ruinarum obſcœna cõ
geries, & vndique per impedita errãtium, & in-
ter ſua ignotorum offenſæ vocis imago reſpon-
dentis trepidos ſuſpendebat auditus, horror
quatiebat animos, ſilentiaq́ ipſa terrebant. Si
quidem materia pauoris eſt raritas ipſa vocis,
hinc illis mutatæ ſedes aliud incolere oppidum,
altero etiam cenſeri nomine cogitatum, placitũ,
atque tentatum eſt. Geruaſius Celeberienſis in
primo capite ſecundæ diuiſionis cum Oroſio
782 idem ſcribit. † Romam quoque, inquit, crebris
irruptionibus vaſtatã Senones Galli duce Brẽ-
no de Gallionis regis filio iuniore extincto po-
pulo, vrbe deleta, ipſum quoque Romæ nomen
in extremis cineribus perſequẽtes anno ab vrbe
condita. ccclxiiij. deſtruxerunt, quibus exeunti-
bus remanſerat in illo quondam vrbis ambitu
informium ruinarum obſcœna congeries, &
vndique per impendia, aliàs impedita, errãtium
& inter ſua ignotorum offenſæ vocis imago re-
ſpondentis trepidos ſuſpendebat auditus, hor-
ror quatiebat animos, ſilentia ipſa terrebant. ſi-
quidem materia pauoris eſt raritas in ſpatioſis.
Ex eo plus æquo videri poteſt quonam modo
vix mille tot millia hominum profligaſſent, qui-
bus vix ſupererat ſpiritus, q ſedes alienas poſtu-
lauerunt, vt eas incolerent. An recte Aetoli &
Mithridates Romanorum legatis dixerint adeo
Romanos à Gallis attritos fuiſſe, vt mõtis vnius
cacumen tantum ſuperfuerit. Non ferro igitur,
ſed auro liberati Romani ſunt. Non ſomno vi-
noq́ ſepulti Galli erant dum anno integro Ro-
mam incendebant, ac dum è Roma migrauerũt
Roma derelicta informibus ruinis deturpata.
Conueniens igitur ſubactæ deletæq́ Romæ ci-
neres, virtutis Gallorum teſtimonium præbent,
neque Gallos tunc vino ſepultos fuiſſe dum ſic
Roma premeretur.
783 Hoc & Iuſtinus cõteſtatur in lib. xxiiij. † Du
cibus, inquit, auibus Roma ſuccẽſa Gallos par-
tim Belgio partim Brẽno ducibus diuiſis agmi-
nibus Illyricos ſinus penetraſſe, alijs Græciam,
alijs Macedoniam hortante ſucceſſu omnia fer-
ro penetrantes petiuiſſe. Non igitur Camillus
Gallos fugauit fuditq́, nõ cladis Romanæ nun-
tius tantum, ſed mille & millia ſuperfuerunt nũ-
tiorum. Sanguis enim Romanus penè extinctus
eſt, vt vix mille Romani ſuperſtites fuere. Iſte
eſt vini Longobardici ſapor, qui Gallos in Ita-
liam vocauit. Iſte eſt vini cibiq́ appetitus, qui
Romanæ vrbis incendium excitauit. Iſte eſt vini
odor, qui Gallos Græciam & Aſiam penetrare
monuit. Iſte eſt Gallorum ſomnus, qui Roma-
nos atq́ vniuerſam Italiam & Europam exter-
ruit, & expergefactos Romanos in ſolitudinem
conſtituit. Iſta eſt vini ingluuies quæ Roma-
nos pene mutos fecit. Hæc de Belloueſo di-
cta ſunt.
784 Sed quis † vini dulcor Sigoueſum Belloueſi
fratrem promouit vt Germaniã, quæ vini inops
eſt, neque vini appetens eſt, ſi Cæſari credamus
in quarto belli Gallici, apud quos turpius nihil
aut inertius haberi ait quàm ephippijs vti, vinũ
ad ſe portari, quod ea re ad laborem ferendũ re-
molleſcere homines atque effœminari arbitren
tur, Pannoniam, Scythiam, Illyricum, & totum
pene Orientem ſeptentrionalẽ penetraret, au-
dĩteſq́ ſibi faceret. Ex Strabone, ſicut ſuperius
docuimus, conſtare nemo non ſcit Gallos prin-
cipatum Italiæ obtinuiſſe, dũ Alexander Aſiam
inuadebat, neque pertimuiſſe Alexandri poten-
tiam, neque mutos canes Romanorum dubitaſ-
ſe, neque gannientes illorũ anſeres Gallos ter-
ruiſſe, dum Roma arderet, dũ mille pondo auri
accipiebant, dum pertinaciter Capitolium arce-
bant, dum ſedes mutare cogebãt, dum poſt Ro-
manæ vrbis excidium Illyricum & Aſiam ſub-
acta Italia penetrabant. Quingentis nãq́ & plu
ribus annis à Priſco Tarquinio quinto Roma-
norum

norum rege ad Marci Marcelli Romanorum consulis tempora Italiam tenuerunt, vt ex Plutarcho videre licet in vita Marci Marcelli, & mox in secundo Gallicarum transitu ostendemus.

785 Nunc † de secundo Gallorum in Italiam trãsitu videamus, ex Liuio in quinto ab vrbe condita. in primis dixerat Liuius, vt in primo Gallorum transitu scripsimus, Haud abnuerim Clusium Gallos ab Arunte seu quo alio Clusino adductos, sed eos qui expugnauerunt Clusiũ, non fuisse qui primi alpes transiuerunt. Et mox Liuius ait, Satis constat, ducentis quippe annis antequam Clusium expugnarent, vrbemq́ Romam caperent, in Italia Galli transcenderant. Nec multo post iterum inquit, Tunc Senones recentissimi aduenarum ab Vsente flumine vsq; ad Atiesim fines habuere. Hanc gentem Clusium Romamq́ deinde venisse comperio. Et statim post addit, Id parũ certũ est, solámne an ab omnibus cisalpinorum Gallorum populis adiutũ. Clusini nouo bello exterriti cum multitudinem tum formas hominum inusitatas cernerent, & genus armorum, audirentq́ sæpe ab ijs cis Padum vltráque Aethruscorum legiones fusas: quãquàm aduersus Romanos nullũ eis ius societatis amicitiæ ve erat, nisi quod Veientes cõsanguineos aduersus populum Romanum non defendissent, legatos Romam qui auxilium à senatu peterent, misere. Non ergo ex Liuio in contentionem venire potest Camillum non fugasse fudisseq́ Bellouesum, qui Romam obsedit, & accepto auro obsessam liberauit, tametsi Liuius vt ex eo videre licet, non in primo transitu Gallorum, quorum Bellouesus rex erat, vrbem captam & incensam fuisse, & Capitolium obsessum dicat, licet cõtrariũ suprà ostẽdimus. sed in secundo Gallorum transitu à Gallis Brenno & Belgio ducibus Clusium expugnatum, vrbem incensam, Capitolium pene expugnatum, detur batosq́ à Camillo Gallos.

786 Non † etiam Aruntem fuisse eum qui Gallos secundò vt in Italiam transirent, solicitauit, sed incertum esse authore Liuio, an vocati ab Arũte aut alio quoquam Clusino, an sua sponte alpes superauerunt. Sed ex Orosio & Iustino satis coniecturari potest Gallos sola imperandi cupidine ductos fuisse vt Italiam penetrarent, nomenq́ Romanum delerent. dum sic Orosius in secundo libro capitulo.xix. scribit, Non quo apud Gallos Roma parui nominis fuerit, sed quo illam sic iam ante detriuerant, vt tunc amplius valere non posset. Ex Liuio Orosij sententia comprobatur, dum in quinto ab vrbe condita Liuius Gallorũ responsum esse ait, Etsi nouũ nomen Romanorũ audiant, tamen credere viros fortes esse, quorum auxilium à Clusinis in re trepida sit imploratum. Et quoniam legatione aduersus se maluerint quàm armis tueri socios, ne se quidem pacem, quam illi afferant, aspernari, si Gallis egentibus agro quẽ latius possideant, quàm colant Clusini, partem finium concedãt, aliter pacem impetrari non posse. Et responsum coram Romanis se accipere velle, & si negaretur ager, coram eisdem Romanis dimicaturos, vt nuntiare domum possint quantum Galli virtute cæteros præstarent. Ex Plutarcho etiam in

787 Camillo excipi potest, † dum Brenni responsum ad legatos Romanorum factum commemorat, Sciscitantibus, inquit, Romanorum legatis qua iniuria à Clusinis lacessiti essent quòd illorum vrbem obsidione premerent, Brennus Gallorum rex ridens, iniuria nos afficiunt Clusini, cùm parum terræ & regionis incolere possint, & quamplurimum occupare animus sit, & nobis aduenis multisq́ ac egenis nihil impartiri velint. In hoc plane ô Romani vobis iniuriã intulerunt primum Albani & Fidenates & Ardeates, nunc autem Veiorum ciuitas atque Capenates multiq́ Phaliscorum Volscorumque, aduersum quos castra mouete: & si vobis ex rebus suis non impartiantur, in seruitutem agite, destruite, eorum vrbes euertite. Hanc rem nulla in parte grauiter ferendam ducemus. Et antiquam legem iubentem res minorum tribui maiori ab vsque ipso deo incipientem, & ad bestias vsque finientem imitamini. Nam hoc naturæ quodam instinctu insitum est viuendi gratia plura habere potentiores inferioribus. Definite igitur obsidioni Clusinorum misereri: aiũt Galli Romanorum legatis.

Neque verum esse potest tantam Gallorum à Camillo stragem factam fuisse, vt ne vllus qui-

788 dem nuntius superfuerit: † cùm ex Orosio satis constet Brenno & Belgio ducibus tantam afflictionem Romam fuisse passam vt integro anno incendium suæ vrbis viderit, excidiumq́ vrbis, quod à Gallis Brenno duce Roma passa est, longè maius eo fuisse, quod à Gotthis Athlarico rege sustinuit. Et ex Iustino satis constat Gallos Belgio & Brenno ducibus post desertam & funditus deletam Romam Illyricum penetrasse, duobus etiã diuisis agminibus Græciam & Macedoniam superasse, sibiq́ obedientes fecisse. Non pudebit Orosij verba in libro secundo, capitulo decimonono, transcribere, ne sanguinis aut patriæ fauor mihi imponatur. Anno, inquit Orosius, ab vrbe condita.ccclv. Galli Senones duce Brenno exercitu copioso & robusto nimis cum vrbem Clusium, quæ nunc Dusia, quam alij Clusiam alij Thusciam vocant, obsiderent, legatos Romanorum, qui tunc componendæ inter eos pacis gratia venerant, in acie aduersum se viderunt pugnantes: qua indignatione permoti, Clusini oppidi obsidione dimissa totis viribus Romam

contendunt. Et non multo post sequitur, Galli vrbem penetrant, trucidant rigentes simulachro rum modo in suis ædibus senatores, eósque incendio domorum armatos lapsu suorum culminum sepeliunt, vniuersam reliquã iuuentutem, quam constat vix mille hominum tunc fuisse, in arce Capitolini montis latitantem obsidione cõcludunt. & reliqua quæ alio loco scripsimus.

789 Adiuuabũt hæc quæ Iustinus in lib. xxv. scribit, † dum Belgium Gallorum ducem ait cum Antigono bellum post desertam Romam mouisse, Gallorumq́ iuuentutem ea tempestate tantæ fœcunditatis fuisse, vt Asiam omnem veluti examine aliquo impleuerint. Neque reges Oriẽtis tunc sine mercenario Gallorum exercitu vlla bella gessisse, neq; pulsos regno ad alios quàm ad Gallos confugisse. Et mox Iustinus orationẽ Mithridatis recenset, quam superius transcripsimus, illam ob id non repeto.

Iste vini Gallorum odoratus & somnus quingentis penè annis Gallos in Italia cõtinuit à tempore Prisci Tarquinij quinti Romanorũ regis vsque ad Marci Marcelli tempora, quæ annos penè quingentos comprehendunt, vt neque eo tempore è Roma, neque ab Aethruria ejici vlla vi potuerunt. Et nisi Cenomani & Ambarri, qui tũc Brixiam, Veronam, totam've Trcuerensem plagam incolebãt, à Senonibus & Boijs, qui Mediolanum & vniuersam penè Insubriã & Liguriam occupabant, pariter & Galli Veneti qui Adriam tenebat, qui suis sedibus cõtenti fœdus cum Romanis suis derelictis tetigerunt, & quos ad id M. Marius inuitauit, de Romanis actum erat. Tantus enim erat Romæ Gallici nominis terror, vt existimarent primorum Gallorum aduentum non æque vrbi obnoxium quantum de motu Gallorum, qui consulatu Marij contigit futurum fuisse. Ob idq; à senatu decretũ fuisse, sicuti Plutarchus in vita M. Claudij Marcelli ait, Sacerdotibus militiæ munere vacare, nisi denuo Gallicum bellum ingrueret.

790 Et † Sallustius in bello Iugurthino postquã de Iugurthæ captiuitate locutus est, de Gallis sic scribit, Per idem tẽpus aduersum Gallos ab ducibus nostris pro Scipione & M. Manlio male pugnatum, quo metu Italia omnis contremuerat, illicq; & deinde omnes Romani vsque ad nostram memoriam sic habuere, alia omnia virtuti suæ prona esse, cum Gallis pro salute non pro gloria certare. Velleius Paterculus qui sub Augusto & Tyberio militauit, de Gallis hoc scripsit, Gallias primùm Domitio Fabio nepote Pauli, qui Allobrogicus vocatus est, intratas cũ exercitu magna mox clade nostra sæpe & affectauimus & amisimus. Et Plutarchus in vita Marij sic ait, Multos variosq; exercitus Romanos ac duces, qui citra Galliæ alpes copias eduxerunt, turpiter victos fuisse. Orosius lib. iiij. capi. xxij. sic de Gallis locutus est, Quotiescunque Galli exarserunt totis viribus suis Roma detrita est, vt sub prætensa nunc cõcursione Gotthorum magis debeat meminisse Gallorum. Et Eginarius Caroli magni alumnus & scriba in vita Caroli ait, Romanis & Græcis Francorum potentiam semper suspectam fuisse. Vnde & Græcum illud extat adagium, τὸν φράγκον φίλον ἔχοις,

791 γείτονα οὐκ ἔχοις. Nã, vt suprà ostẽdimus, † Græcia Gallicum nomen non ignorauit, pleræque tunc Græciæ ciuitates & prouinciæ singula nomina à Gallis post euersam Romam & funditus deletam acceperunt, quæ nostra ætas retinet, vt superius docuimus. Sed & Hisperia, quæ & Hispania, à Gallis plura nomina recepit: vnde Celtiberia & Galatia à Celtis, Gallis qui citra Iberum Hispaniæ flumen colonias suas deduxerunt, & ab ipso flumine Ibero nuncupatæ sunt. Iosephus meminit primo lib. Antiquitatũ capit. xj. & alij anteriores & posteriores scriptores à Iosepho discrepare non inueniuntur. Britannia etiam Gallos victores nouit. Duæ quippe in ea sunt prouinciæ quæ à Gallis nomen sumpserũt: Gallia Austrina, quæ Britannorum idiomate, Galles, nũcupatur. Altera verò Gallia Borealis, quæ eorũ materno & vulgari sermone Vergalles appellatur. Et id tẽporis quo Cæsar Gallias infestabat, Diuitiacus Gallorum rex cum Gallia Britanniam moderabatur. Quo vita functo Galba pariter Gallorum rex regnum Britãnorum assumpsit, sicuti Cæsar in secundo belli Gallici meminit. Vnde plerique scriptores Galliam in prouincias diuidentes Britannias vnà cũ Gallijs coniunxerũt, Ruffinus maxime. Taceo ea quæ à Theodorico, Childeberto Francorum regibus, Carolo Martello, Pipino, Carolo magno, alijs item Francis regibus non tam in Europa quàm in Asia & Africa tam præclare gesserunt, quorũ gesta in chronicis & annalibus Frãcorum regum scripta plenius legi possunt, cùm leguleii officium excedant. Nouissime per Donatum Acciaolum Caroli magni vita ad Plutarchum addita est, quem legere sicuti opinor delectabit.

792 Non est incognitum † Romanos à Druidibus Gallis cultus & obseruationes suæ religionis accepisse, sicuti testis est Cæsar in. vj. belli Gallici, & à Phocensibus seu Massiliensibus & Lugdunensibus Romanos Græcas literas didicisse, filiosq; suos erudiendos Massiliam misisse, vt Strabo in quarto scribit. Non ergo Galli nisi à suis derelicti fuissent, ab Insubria neq; Italia ipsa à Romanis expelli potuissent. Huius rei testis est Cæsar in libro belli Gallici, dũ ait Gallos in fide vnanimes perseuerãt, nullo vinci posse. Referantur hic verba Cæsaris, Qua arte & Brenni responsione ad Romanorum legatos facta ad subigẽdas Gallias Cæsar vsus est. Quippe Cæsarem versus Euripidis semper in ore habuisse Tranquillus scribit in Cæsare capit. xxx.

Nam

Nam si violandum est ius, imperij gratia violandum est, alijs rebus pietatem colas. Quod Cicero tertio Officiorum lib. commemorat, totoq́ pene libro multis rationibus & authoritatibus improbat. Istius legis seu responsi Brenni Gallorum regis & Iulij Cæsaris authoritate Romanus populus assiduus obseruator extitit, meminitq́ Dionysius Halycarnaseus in primo rerum
793 Romanarū lib. † Naturæ, inquit, lex est omnibus communis, quam nullum dissoluit tempus deterioribus semper imperare meliores. Neque fortunam incusant tanquam ciuitati minus idoneę tantum imperium, ac iam tandiu gratis largientem cum ex historia didiscerint quod innumeras statim ab initio postquam cōdita est, protulit virtutes virorum, quibus neque magis religiosos aut iustiores, neque maiori temperantia in omni vita visos, nec in bellicis fortiores vlla alia vrbs tulit, nec Græca nec barbara. Ista est lex fortium virorum si in eis fortitudo recte dici possit. quod Lactantio non placet in primo libro contra Gentes, qui alios vincere sciuerunt, seipsos vincere non valuerunt, quomodo fortes dici meruerint? Non enim secundum eundem fortitudo in his consistit.

794 Consideremus itaq; † si eam naturæ legem imitari licet, quemadmodum Halycarnaseo placet vt meliores imperent deterioribus, & in quo Romani alias nationes, quas barbaras appellare non dubitauerunt, exemplo Græcorum, sicuti Iosephus libro Antiquitatum primo, capitulo decimo & duodecimo, & in libro primo aduersus Manetonem scribit, Quibus moribus Romani præstiterint, seu quibus vitijs alias nationes superauerint, vt ob id imperium in omnes gentes & nationes consequi meruerint. In primis Sempronius Historicus qui prius Liuio de vetustate vrbis Romæ scripsit sic de Roma ait, Considerate quidam scribunt Romam postremis ac nouis seculis à Romulo conditam & appellatam atque cœptam, cum nullum ex his tribus verum apud maiores inueniatur memora-
795 tum, sed fuit ab contraria prodita. † Non enim Roma à Romulo nomen habet, quippe quod geminos non Remus & Romulus nomina posuit Faustulus Hetruscus regius pastor, sed Romulum & Remum illos ab euentu appellant, quæ sunt nomina Hetrusca. Et si Dionysio Halycarnaseo credendum est, adhuc gentis Romanæ initium ignotum est. Non pigebit Dionysij verba recensere. inquit ille, Adhuc enim ignota est gens fere omnibus Romanæ vrbis. Vetus historia & opiniones quædam haud veræ, sed ex quocunque audito principium assumentes multos decepere. Si quisquis est qui rerum varietatem legere desiderauerit, legat primum Dionysij Halycarnasei librum ex eo quàm varia de illius origine & vilitatis exordio scripta sunt, plane intelliget. Testatur enim eodem libro, incertum esse vtrum in eisdem locis Roma sit in quibus nunc habitata est, an alterius porta sit loci, neque etiam coniecturari se posse ait
796 Aborigines, quæ † natio est Oenothria, id est Arcadica dicuntur primi Romam ædificasse Pelasgi Peloponnenses, & qui ab excidio Troiano aduenerunt, seu ex terra demigrarunt, qui permixti sunt prioribus incolis, Latinis, Sabinis, Albanis, suscepit etiam multitudinem gentium exterarum, quæ in ea sæpissime dominatæ sunt, & Romanos sibi obedire coegerunt, Thusci, Galli, Pœni, Scythæ, Tartari, Mauri, Cymbri, Theutones, Vandali, Gotthi, Hunni, Alani, Longobardi, à quibus Gallorum seu Francorum virtute dominatus ereptus est, suis tyrannis seu imperatoribus eam negligentibus. Non ignoramus Liuium in primo ab vrbe condita, Plinium, & eos qui id temporis fuerunt, & qui post illos vsque ad hanc nostram ætatem rerum à Romanis gestarum historias scripserunt, à Romulo & Remo fratribus initium suarum historiarum sumere, & eos qui post Liuium fuerunt cum tanta veneratione & obseruatione Liuium imitatos fuisse vt omnibus penè pedibus manibusq́ in Liuij sententiam trāsire non dubitauerint. Liuius autem in primo ab vrbe condita quod de Romulo & Remo dicitur à Faustulo pastore asseruatos fabulæ tribuit, à Sempronio historico non dissentiens. Sed cum quàm vili ac deplorato initio Romanæ res incrementum sumpserint, ex Liuio & alijs scriptoribus legere licet. Et nonnulla recensere pro nostræ disputationis absolutione pro ingenijq́ tenuitate & legulei more retalliare curabimus.

797 In primis quod Cato in libro Originum † de vrbe Roma ait, Principio fui Roma pascua bobus erat. Et Iosephus libro primo & tertio contra Græcos & Manetonem, Romanos serò cognitos à Græcis, vt Herodotus & Thucydides, neque alius scriptor Græcus de ea mentionem fecerit, ex quibus adiuuentur ea quæ post Dionysium Halycarnaseum, Polybium, Strabonē, Paterculum, & alios superius explicuimus. Inde tyrannides subortæ, vt neque aliud Romanum sit imperium quàm tyrannica inuasio. Et, ne videamur absque authore hæc dicere, pro nostræ disputationis implemento, quæ ad id nos allexit, vt quæ de Romanorum suborta est potestate, & imperio, & Gallorum seu Francorum monarchia leges Romanorum imperatorum non audientium, neque eis vtentium, nisi quatenus aliqua ratione à suis authoribus compositæ & editæ fuerunt, cùm illa Romanæ vrbis authoritas, quæ aliquando in Gallos extensa est, Iulij Cæsaris diligentia contigit, quæ antea obtineri non potuit, vt ex Velleio Patercu-

lo antiquo Romanæ historiæ scriptore, quiq; dum sub Augusto & Tyberio militabat, suam scripsit historiam, excepimus dum ait, Gallias primum Domitio Fabiano nepote Pauli, qui Allobrogicus vocatus est, intratas cum exercitu magna mox clade nostra sæpe & affectauimus & amisimus.

798 Sed fulgentissimum C. Cæsaris opus in his conspicitur, Quod nec ipse Cæsar in primo belli Gallici, dum bellum Cassianum commemorat, & longe antequam Romani Gallias inuasissent à Cymbris & Theutonibus ob mutuas regulorum dissensiones, bellaq; ciuilia & discordias inter eos ortas Galliæ pro maiori parte occupatæ fuerunt. Sicuti rerum vicissitudines aut populorum iniquitates & hominũ excrescentes malitiæ, quæ in tantam dominandi cupidinem homines exardere faciunt, vel regum, qui pro tempore sunt, inertia sic inquietos homines efficit, & ad vicinas prouincias bellis & impressionibus lacessendas stimulant. Quo fit vt plerique principatus à tyrannide initium sumpserunt, Romanum maxime, si Catoni, si Ciceroni, & alijs Latinis scriptoribus credere licet, & ex illorum moribus facilè cognosci potest. Neque in hac re pudebit Erasmum in libro Apophthegmatum sexto, commemorare † dum de præstantia Cæsarum & virtutibus scribere voluit. in his, inquit, miraberis quædam dicta nec Scythis, nec Cyclopibus digna: sed memento tum, exceptis aliquot, non homines, sed mera portenta rerum summam tenuisse. Interrogatus etiam Cicero Pompeio & Cæsare dissidẽtibus, quem fugeret, respondit, Quem fugiam scio, quem sequar nescio. sentiens ambos non pro re publica, sed pro principatu dimicare. Et idem de Cæsare dicere solet, Quoties huius astutiam & ambitionem video sub humanitatis specie latentem, metuo reipublicæ tyrannum. Et libro tertio Officiorum, dixit Cæsarem ab oppressis tantum patriæ patrem fuisse appellatum. Inquit Cicero, potest, dij immortales, cuiquam esse vtile, fidissimum, & teterrimum parricidium patriæ, quanuis is qui se eo obstrinxit ab oppressis ciuibus parens nominetur. Et Herodianus Angeli Politiani ait, Nam si quis ab Augusto vsq; principe omnem ætatem complectatur animo, cum scilicet Romanorum potentia ad vnius est arbitrium deuoluta, nec annis quidem illis circiter ducentis (tot enim ferme ad Marci tempora numerantur) aut imperiorum tam diuersas successiones reperiet, aut bellorum vel ciuiliumvel externorum tam varios casus atque euentus in tot excitas gentes, tot vrbes nostras, barbarasq; expugnatas, præterea terræ motus & pestilentias, vitas quoq; principum & tyrannorum adeo nouas atq; inauditas, vt nulla ijs apud veteres consimilia exempla, aut certe quàm paucissima inueniantur, quorum alij diuturnam alij breuem potentiam obtinuerunt. Nonnulli autem vixdum inito honore imperatoresq; duntaxat appellati, eodem illo quo susceperant die imperium amiserunt.

799

800 Videndum † itaque est de illorum moribus, qui Romæ imperauerunt, alienas've nationes moribus non æque Romana barbaras inuaserunt, illa sola lege ducti tantùm, qua dicunt meliores deterioribus imperare debere, cuius post Liuium & Halycarnaseum & Cæsarem meminimus. In primis igitur quibus fuerint moribus Romani eorum've tyranni, vt Ciceronis vocabulo vtar, quo iure & ratione nomen imperatoris vsurpauerint, & mox quibus populis imperauerint, videre necesse est, vt cognoscatur, an cœlum & aër, an etiam mare & quicquid orbis ambitu clauditur, Romanis paruerit, vt ob id se orbis dominos appellare iure debuerint exemplo Antonini Pij in. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Postremo cum qua tranquillitate & temporis diuturnitate prouincias, quas pro tempore subegerant, pacifice obedientes habuerint. Illis expeditis in aperto erit titulus & possessio, quibus Romani vsi sunt, qui se totius orbis dominos dicere & nominare non dubitauerunt. † Atqui nullus eorum est, qui imperatoris titulum vsurpauerit, qui monarcha dici possit, si Iustino & Quinto Curtio, & alijs, quorum suprà meminimus, credendum est. Quippe cum nullus Indiæ præter Semiramidem & Alexandrum Magnum imperauit. Non etiam Arcades Insulæ Iulio & Augusto obediuerunt, neque cuiquam alij Romanorum tyranno vsque ad Claudium, vt Platina scribit in catalogo pontificum in vita beati Petri, sed neque Claudius audientes habuit, vt ex sequentibus intelligi poterit. Similiter Parthi vsque ad Antoninum secundum Romano imperio non paruerunt, vt ille idem Platina meminit in vita Pij huius nominis primi pontificis, quanquam neque ab Antonino superati sint, si Iustiniano credendum est, & nunc nunc explicabimus. † Parthi nanque centum & quinque annis vniuersam Africam occupauerunt, sibiq; audientem fecerunt, Romanis alijs'que populis à quibus occupabatur, expulsis. Non etiam Vvandali & Mauri, & Archedonij vsque ad Iustinianum (si illi consentiendum est) imperatoribus Romanis paruerunt, vt de seipso Iustinianus testatus est in. §. primo. in authentica, de hæredibus & falci. collatione prima. Præterea prouinciæ vi à Romanis occupatæ quoties pristinam suam libertatem vendicauerint longum esset enarrare. Tamen quantum ad rem præsentem, vt huic nostræ disputationi satisfaciamus more leguleorum aperiemus. Et dispunctor in glossematis dictæ legis primæ. C. de summa trinitate & fide

801

802

fide catholi. diffiteri non potuit Romanos imperatores nunquam vniuerso orbi imperasse. Non enim, inquit, Scythia, Sarmatia neque vniuersus Oriens vltra Euphraten fluuium Romanis paruerunt.

803 Atqui nemo non scit † ante expulsos à Marcello Manlio & Mario consulibus Senones & Boios Gallos à Mediolano & Insubria sciunctis Cenomanis, Ambarris, & Venetis, qui tunc Brixiam, Veronã, Venetias, vniuersam denique Treuerensem plagam incolebant, quorum opera consules Romani vsi sunt continuo post Bellouesum mox Belgium & Brennum Gallorum reges Italiam occupauerunt. Et licet à Marcello & Mario consulibus Senones & Boij ab Insubria eiecti sunt, in Galliam cisalpinam reuersi sunt, Cenomani tamen & Ambarri & Veneti suas sedes tenuerunt, & nisi à Senonibus & Boijs Ambarri & Veneti defecissent, Marcellus & Marius Senones non expulissent. Cæsar autem simili arte vsus est. Nam postquam Heduos superatis Heluetijs subdole sibi adiunxit, vt faciliore vsu reliquas Gallias superaret.

804 † Non dissimili arte in Gallia cisalpina postquam Marius prouinciã Narbonẽsem & Viennensem superauerat, vsus est, Campanos, Heduos, & Sequanos Galliæ Celticæ populos à Belgis deficere procurauit, quos vt in fide sua permanerent spe aliqua dominandi in reliquos Gallos inuitauit. socios & amicos Romanorum à senatu Romano appellari procurauit, & obtinuit vt aduersus Belgas auxilio essent, suppetiasque ferrent. Alioqui de Cæsare actum fuisset, vt plane Cæsar ipse in quarto belli Gallici libro contestatur. Sed Belgis ope Heduorum, Campanorum & Sequanorum superatis, quos deficere à Belgis procurauit, illusit. Non enim amplius Romanorum socios & amicos appellauit, sed sibi audientes habere voluit, vt in Cæsare & Tranquillo legi potest. Non igitur tam virtute suorum, quàm Heduorum, Campanorum & Sequanorum defectione Cæsarem Gallias superasse in aperto est.

805 † Ob id Gallos non diu in fide permansisse Cæsar ipse in tertio libro & sequentibus testatur. In tertio eñ Venetos, Osisinos, Lexouios, Nannetes, Ambliates, Morinos, Diablintres, Menappios, Vuellios, Sonciates, alios denique Aquitanos rebellasse.

Et in quarto Morinos & Menappios rebellasse. In quinto Treuerorum, Heduorum, Carnutum, Genabensium, Parisiorum, Aruernorum, Senonum, Morinorum, omnium denique totius Galliæ populorum defectionem scribit, quibus cum Cæsar ægre pugnauit. In sexto alia Treuerorum pugna cum Labieno Cæsaris legato describitur, quibus Neruij, Adriatici, Menappij, Senones, & Carnutes fauebant, cum quibus mutuis legationibus communicabant. In septimo, omnium Galliarum defectio, & varia illarum consilia & conspirationes commemorantur, multæ pugnæ, & varia cum Romanis non sine maximo discrimine prælia recitan-

806 tur. † In octauo alia Carnutum, Genabensium, Biturigum, Heduorum, Remorum, Bellouacorum & reliquorum Belgarum pariter & Aquitanorum defectio & rebellio. Cuius etiam Plutarchus in vita Cæsaris meminit. Neque illos Cæsar nisi partim ductu, partim suis auspicijs domuit, vt Tranquillus in Cæsare scribit. Semper enim Galli pro recuperanda libertate quam Cæsar Heduorum, Sequanorum, & Campanorum auxilio, & à reliquis Gallijs defectione abdicauerat, illa tantum lege fretus, qua Bellouesus & Brennus primum in Romanos vsi fuerant, & quam in ore Cæsar semper habuisse superius docuimus, continuo in motu fuerant, quos sibi conciliare semper studuit. Et vt sibi deuotiores faceret, ciuitate & lato clauo donauit, & in senatu recepit. Postremo in ciuilibus bellis aduersus Pompeium continuè vsus est. Legionem autem Gallicam vocabulo Gallico allandam appellabat, vt Tranquillo placet in Cæsare, capitulo vigesimoquarto. Inde tyrannides subortæ, vt ex sequentibus plenè videre licet.

807 In primis si Plutarcho credendum est, † Iulius Cæsar, cuius opera (vt Polybij verbo vtar), hoc fulgentissimum opus factum esse dicitur, catalogo imperatorum non est inscriptus, tametsi Iosephus libro antiquitatum decimoquarto, capitulo decimo, dicat Iulium Cæsarem tribus annis, mensibus sex imperasse. Vnde & Tranquillus in Cæsare meminit plures subscripsisse statuæ Lucij Bruti, Vtinam viueres. Et statuæ Cæsaris Brutus quia reges eiecit, consul primus factus est, hic quia consules eiecit rex postremo factus est. Quanquam & plebi regem eum salutanti Cæsarem, se non regem esse respõderit. Et Lupercalibus pro Rostris ad consules Antonio admotum sæpius diadema repulerit. sciebat enim Cæsar regis nomen populo inuisum esse. Vnde imperatoris nomen assumere potius existimauit, vt sub eo nomine monarchiam, quam tandiu affectauerat, assequi posset. Vnde coniuratis, maxime C. Cassio, Marco & Decio Bruto principibus coniurationis maturandæ cædis Cæsaris causa fuit, quem in senatu tribus & viginti plagis confoderunt. Mores autem eius bella ciuilia ostendunt, quæ non tantum ab ipso Cæsare, sed & à plerisque descripta sunt. Similiter prouerbia & disticha quæ de eo facta sunt, Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem. Ecce Cæsar nunc triumphat qui subegit Gallias, Nicomedes non triumphat qui subegit Cæsarem. Graui (inquit Suetonius) &

N 2

perenni opprobrio Cæsaris pudicitiam læsit Ni comedis contubernium, actiones Dolobellæ & Curionis, & aliorum quos commemorant vitæ Cæsaris scriptores Plutarchus & Trãquil. Non etiam Cicero tacuit, qui ob Seruiliam Marci Bruti matrem aliásque illustres & insignes fœminas ab eis corruptas facetissime de Cæsare ludens dixit, Tertia deducta est, quando existimabatur Seruilia filiam suam tertiam Cæsari conciliasse. Factum est inde illud Distichon,

Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus,

Auro in Gallia stuprum emisti, hic sumpsisti mutuum.

Vnde & Curio in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellauit, paratámque legem habuisse à Cæsare Helius Cinna tribunus plebis dixit, quam Cæsar ferre iussisset, cùm ipse abesset, vti vxores liberorum quærendorum causa, quas & quot ducere vellent, liceret.

809 Sacrilegia † eius longum esset enarrare. Nanque in Capitolio, in quo suo consulatu tria millia pondo auri furatus est. In Gallia phana templáque sæpius ob prædam quàm ob delictum expilauit. Deniq; bella ciuilia ac triumphorum & munerum impensas sacrilegijs sustinuit. Alia denique multa recenseri possent, quæ nos ab instituto plus æquo reuocarent. Non ergo mores eius admittunt vt regis vel imperatoris, sed tyranni potius nomen obtineat. Propter quod Cicero in tertio Officiorum lib. Sillæ comparauit quem tyrannum mox appellauit.

Itaque qui primus inter imperatores descriptus est, sicuti omnes pene scriptores consentiunt, Octauius fuit, qui & Augusti nomen obtinuit, & Romanorum imperium, aut verius tyrannidem vsurpauit. Neque abs re tyrannidem appellare puto, cùm & ipse Octauius de redden da Republica bis cogitauerit. Sed reputans & se priuatum non sine periculo fore, & illam plurium arbitrio temere committi, in retinenda perseuerauit, quam vt facilius obtineret, bello Mutinensi Hircium & Pansam consules occidi iussit, vt Antonio fugato Republica consulibus orbata solus victores exercitus obtineret. Addit & Tranquillus Vlyconem medicum custoditum fuisse quasi vulneri venenum indidisset, Aquilium've Nigrum testatum fuisse Hircium ab ipso Octauio in pugnæ tumultu ob id interemptum fuisse. Hæc Tranquillus in Octauio, capitulo vndecimo & vigesimo octauo.

810 Mores † eius etiam à iuuentute improbati. adoptionem enim auunculi stupro meruisse Marcus Antonius, pariter Lucius Marci frater obiecerunt. In senatu sententias nullo more aut ordine seruato, sed prout libuisset ferri volebat, vt non consilium, sed consensum tantum senatus præberet. Et dum consulatum ambiret, milites commisit qui suo nomine consulatum postularent. Et Cornelius Centurio legationis princeps, non vt impetraret, sed senatum metu impelleret reiecto sagulo ostendens gladij capulum, non dubitauit in curia dicere, Hic faciet si vos non feceritis. Itaque ambitu notatus est, nec sine causa.

Alia etiam plura scribi possent, quæ consultò omittimus, vt ad reliqua perueniamus. Et repetamus vnum, quod in tractatu diximus aduersus ea quæ Bartol. scripserat in. l. hostes. ff. de captiuis & postliminio reuersis. dum Bartolus hæreticos asseruit eos qui negant Romanum imperatorem orbis dominum esse, propter id quod scribitur Lucæ secundo, Exijt edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. Pacémque datam fuisse omnibus populis, cùm natus est Dominus noster Iesus Christus de virgine immaculata sine labe originalis peccati concepta, sicuti angelico oraculo prænuntiatum est, vt eodem capitulo secundo beatus Lucas testatur, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Nonnulli interpretes legendum esse volunt, hominibus bona voluntas. Pertinacibus hoc disputandum relinquimus: cum communi autem lectione, quam vniuersa recepit ecclesia ambulabimus.

Sed vltra quàm in tractatu diximus, vnum
811 addendum esse arbitramur, † Non propter Octauium dictum fuisse quod beatus Lucas scripsit capitulo secundo, Sed quia nasciturus erat mundi Dominus, fabricator, restitutor, & rector, pacis princeps, & author, imò & ipsa pax, sicuti prædixerat Isaias nono capitulo. Deus, inquit, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Quod neque Octauio Augusto, neque Romanis vsquam contigisse in aperto est. Nam & Romanum imperium penè extinctum est. Testis est Orosius libro sexto, capitulo decimoseptimo. Verba Orosij transcribemus. Post Cæsarem, inquit, viginti tribus vulneribus confossum, percensuit Roma latitudinem regni sui cladibus suis atque in suam conuersa fidem singulas quasque gentes. Ibidem, Vbi domuit, vindicauit. Et iterum eodem capitu-
812 lo ait, Nostra † autem Roma Cæsare occiso, quanta de cineribus eius agmina armata parturijt, quanta bella in testimonium miseræ fœcunditatis non legenda pueris, sed spectanda populis excitauit: sed tamen horum omnium malorum initium superbia est. Inde exarserunt bella ciuilia, inde iterum pullularunt seditiones innumeræ. Quemadmodum etiam idem Orosius libro quarto, capitulo. xij. ait, Ecce porræ iam clausæ fuerant, foris bellum Romanorum non fuit,

non fuit, omnem sobolem suam in gremio suo conquiescentem Roma continet. Non superauit, aliàs suspirauit. Et hoc quando? post primũ bellum Punicum. post quantum temporis? post annos quadringentos sexaginta, aliàs quingentos. Quandiu? anno vno. Et quid altero subsecutum est? vt de cæteris taceam, Bellum Gallicum & Hannibal cum bello Punico secundo, heu, inquit, mihi cognouisse hæc & denudasse. Quin etiam me pudet pax ista vnius anni vel magis vmbra pacis lenimentum miseriarum, an incentiuum malorum fuit stillicidiũ illud olei in medium magnæ flammæ cadens extinxit fomitem tanti ignis, an aliud? Parum aquæ frigidæ ardentissimis haustum in febribus sanauit ægrotum, an potius incendit per annos prope septingentos &c. Non igitur Octauij Augusti contemplatione hæc pax fuit, vt ille idem Orosius attestatur lib. iij. capi. viij.

813 Postremo inquit, † Omnibus gentibus cunctisq; prouincijs, innumeris ciuitatibus, infinitis populis, totis terris vnam fuisse voluntatem libero honestoq; studio inseruire paci atque in commune consulere, quod prius ne vna quidem ciuitas vnus've populus ciuium, vel, quod maius est, vna domus fratrum iugiter habere potuisset. Quod si etiam cum imperante Cæsare ista prouenerint in ipso imperio Cæsaris illuxisse ortum in hoc mundo domini nostri Iesu Christi liquidissima probatione manifestum est. Inuiti licet illi, quos in blasphemiam vrget inuidia cognoscere, faterig; cogantur pacem istam totius mundi & tranquillissimam serenitatem non magnitudine Cæsaris, sed potestate filij Dei, qui in diebus Cæsaris apparuit, extitisse, nec vnius vrbis imperatori, sed creatori orbis vniuersi orbem ipsum & generali cognitione pacasse, qui sicut sol oriens diem luce perfundit, ita misericorditer aduenlens extenta mundi pace vestierit. Hoc demonstrant verba angelici oraculi, quæ Lucas secundo capitulo enuntiauit, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. De quo lege Orosium lib. vj.

814 capitu. xxij. Illis autem solis pax fuit. † Cæteri verò qui indigni fuerunt diuinæ pacis, fructum illius non receperunt, sed propter authorem pacis conueniens fuit omnia in pace consistere, vt omnis terra, cuius est plenitudo, & vniuersi qui habitant in eo, pacis beneficio lætarentur. psal. xxiij. & psal. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Super eo dicit beatus Paulus in epistola ad Hebræos capitulo secundo. in eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Et cui datum est regnũ, honor, & imperium, & omnes populi & tribus & linguæ seruirẽt ei, & potestas eius æterna, quæ nunquam transibit, neque regnum eius corrumpetur, potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Danielis. vij. vnde de illo Isaias ait, Venio colligere omnes gentes & linguas: & venient, & videbunt claritatem meam, & dimittam super eos signum. Hoc autem signũ describit idem Isaias, propter quod dabit vobis Deus ipse signum, Ecce virgo concipiet &c. Et iterũ, paruulus datus est nobis &c.

815 † Ille igitur est imperator, qui pacis huius author fuit, cuius've contemplatione mundo pax concessa, qui solus orbis imperator & dominator est, & cui omnes gentes obediunt, non autem Octauius. Simili expositione vsus est Lactantius lib. iiij. capi. xiij. diuinarum institutionum aduersus gentes, super eo quod scribitur secundi regum septimo capi. de Dauid, qui templum domini voluit ædificare, cui Nathan propheta instinctu spiritus sancti dixit, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum? cùmq; impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnũ eius. Hic ædificabit domum nomini meo, & stabiliã thronum regni eius in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse mihi erit in filium. Existimabãt (inquit Lactãtius) Iudæi qui legebãt hæc, quod de Solomone loqueretur propheta, eo quod templum in Hierusalem ædificauit, & ciuitatem suo nomine nuncupauit. Sed hæc de domino nostro Iesu Christo prædicta fuisse ostendit. Solomon, inquit, ab ipso patre suo Dauid regimen imperij accepit, quod perpetuum non fuit. annis enim quadraginta regnauit, templum

816 eius cecidit, † quod à Vespasiano & Tito filio suo direptum fuit, & vniuersa Hierosolyma, vt neque lapis supra lapidem remanserit. Adrianus enim reliquum Vespasiani & Titi expleuit, & extremam manum apposuit, funditúsque vrbem deleuit: vt impleretur quod de ea prædixerat dominus noster Iesus Christus Matth. xxiij. & xxiiij. & Lucæ. xiij. cap. inquit Matth. Egressus Iesus de templo ibat, & accesserunt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respõdens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur. Tametsi Iudæi existimassent vrbis excidium propter mortem Iacobi minoris prouenisse, quem virum iustum & sanctum existimabant, sicuti Iosephus ait in bello Iudaico cap. pariter & Egesippus in bello Iudaico lib. v. cap. xlv. Nõ etiam pax diu Romæ perseuerauit. Quare planum est Bart. in dicta. l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. non rectè verbum beati Lucæ secundo capitu. intel-

817 lexisse. † Quanquam populus Romanus, sicuti testis est Trãquillus in Octauio dominum eum appellauerit. Et sicuti Orosius lib. vj. & pleriq; alij tam diuini quàm humani scriptores tradunt eum veluti deum venerari voluisse, cùm à tempore Numæ Pompilij pax Romæ visa non fuisset, sed continuò vrbs bellis lacessita extitisset,

dehortante illum Sibylla, quam Octauius ad se
aduocauerat, sciscitatusq; est ab ea an per ora-
cula sua comperiret alium futurum ipso maio-
rem. Quæ nocte qua natus est dominus noster
Iesus circulum aureum circa solem illi ostendit,
& in medio circuli virginem puerum in gremio
gestantem demonstrauit, dixit'que hunc pue-
rum eo longe maiorem esse, atque ob id illum
adorare monuit. Et mox de cælo audita est vox
dicens, Hæc est ara cæli. Legimus etiam Inno-
818 centium tertium & Eusebium dixisse, † Roma-
nos templum construxisse, idq; pacis templum
nominasse, mox consuluisse Apollinem quan-
diu pacis templum duraturum foret, & ab A-
polline responsum acceptum fuisse, quoad vsq;
virgo conciperet. Quod audientes Romani ar-
bitrati sunt pacis templum æternum, cùm secun-
dum naturam impossibile esset virginem posse
concipere. Sed nocte qua natus est Christus, fun
ditus corruisse. Vnde ostensum est, hanc pacem
non propter Octauium, sed propter Christum
pacis principem natum hominibus prouenisse.
Nemo enim non scit Augusto neque alijs suis
successoribus ista contigisse. Quippe quod Ro
manum imperium penè extinctum est, sed ea
pax solum Octauio contigit, quæ Alexandro
prius obuenerat, quem plerique imperatorem
appellant, tametsi orbis dominator non fuerit.
Alexandro enim apud Babylonem existenti le-
gationes plurimæ pacis contemplatione à Gal-
lis & Hispanis missæ fuerunt, non vt imperato-
rem illum agnoscerent, sicuti post Strabonem
suprà commemorauimus. Cuius verba Petrus
Crinitus libro quarto capi. xiiij. transcripsit. In-
819 quit ille, † Ad Alexandrum mittuntur amicitiæ
eius consequendæ nomine Gallorum legati, qui
eam regionem prope Adriam incolebant: eos
verò Alexander pro regis dignitate cum comi-
ter atque amice accepisset, in celebri, vt fit, con-
uiuio legatos rogauit quid illud præcipue foret
quod illi præ cæteris extimescerent. Putauit de
seipso responsuros. qua in re Galli, vt homines
sunt ingenio prompti, nil aliud responderunt, ò
Rex, quàm ne cælum supra nos corruat. In quo
delusa est regis ambitio, & importuna interro-
gatio. Sic de Octauio scribit Orosius libro. vj.
capitu. xxj. In Hispania Eous, Indus, Scytha, Bo
reas cum gentilitio munere orauit: & tunc velu-
ti ad constitutum pacis diem festinabant, vnda-
tim'que gentes cõmouebantur, aut suscepturæ
pacis conditionẽ si vincerentur, aut vsuræ quie-
ta libertate si vincerent. Nec dissentanea est
Tranquilli authoritas in Octauio capitulo. xxj.
Domuit, inquit, partim ductu partim auspi-
cijs suis Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam,
cum Illyrico omni. Iterum eodem capi. Indos ac
Scythas auditu modo cognitos pellexit ad ami-
citiam suam populi'que Romani vltro per lega-
tos petendum, denique pluribus quondam de
regno concertantibus, non nisi ab ipso electum
820 comprobauerũt. † Similiter de Antonino Pio;
cuius ratione hæc nostra contigit disputatio, ple
rique scripserunt. Propter enim illius clemen-
tiam & iustitiam plures exteræ nationes & gen-
tes legatos ad eum miserunt, vt suum audirent
iudicium, non vt Romanos superiores habe-
rent, præsertim quales fuere Indi, Bactriani, &
Hyrcani. Id etiam in Solomone multis ante se-
culis præfiguratum fuerat, vt scribitur tertij Re-
gum quarto capitulo. & veniebant de cunctis
populis ad audiendam Solomonis sapientiam,
& ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sa-
pientiam eius. Et eodem libro capitulo decimo.
magnificatus est rex Solomon super omnes re-
ges terræ diuitijs & sapientia, & vniuersa terra
desiderabat vultum Solomonis, vt audiret sa-
pientiam eius, quam dederat Deus in corde
eius. Et singuli deferebant ei vasa argentea &
aurea, vestes, & arma bellica, aromata quoque,
& equos & mulos per annos singulos. Sed hic
de quo scripsit diuus Lucas euangelista secun-
do sui euangelij capite, est plus quàm Solomon
vt scribitur Matth. xij. & Lucæ. xj. capitu. Non
igitur de alio imperatore, quàm domino nostro
Iesu Christo intelligi posse dum Lucæ euange-
listæ responso demonstratum est. Cuius est ple-
nitudo terræ, & vniuersorum populorum do-
minatio, qui habitant in ea, sicuti suprà dictum
est psal. xxiij. & psal. viij. & ex diuo Paulo in epi
stola ad Hæbræos. c. ij.

Demum si reliquorum tyrannorum gesta re-
821 uoluamus, † Quid de Tiberij Calipidis mori-
bus & imperio, seu verius tyrannide, comperie-
mus? qui pro Tiberio biberius, pro Claudio
caldius, pro Nerone mero vocatus est, quem
Theodorus Gadareus Tiberij præceptor lu-
tum sanguine maceratum appellauit, eo quod
sanguinarium ingenium sub specie lenitatis la-
titans haberet, qui conquisitis puellarum &
exoletorum monstruosis concubitibus vsus est,
& repertores, quos spintrias appellabat, inue-
nit, vt inuicem se coram incestarent. Alia etiam
turpiora, quæ neque referri neque audiri, nec-
dum credi fas est, vt Tranquillus ait in Tiberio
capitulo. xliij. xliiij. &. xlv. & inde Caprinei no-
men assumpsit. Postremo à voluptatibus no-
uum officium instituit, Cui Titum Cesorinum
vel, vt Tranquillus meminit, Censorium Pri-
scum præposuit. Neque templis pepercit, sed
passim ad rapinas faciendas cum calumnia &
822 perfidia animum cõuertit. † Quid plura? adeo
sæuus & crudelis fuit, vt neq; matri, vxori, filijs,
nepotibus, nurui, neque amicis, quos dilige-
bat, pepercerit: talia portenta principũ titulo
mundus protulit, quæ neque cõmemorare licet,
nisi vt ex his prodigiosæ feritatis horror habea-
tur.

tur. De Tiberio hæc atque plura alia apophthegmata Erasmus descripsit. Extat etiã apud Tranquillum. c.lix. epigramma de illius crudelitate factum. Illo etiam imperante Germania, Hispania, Syria, Armenia, & Galliæ vniuersæ defecerunt, & Galliæ à Germanis occupatæ fuerunt, non sine maximo status Romani discrimine. Veneno tandem extinctus est, morte cuius lætatus est Romanus populus totus, vt pars Tiberiũ in Tiberim clamaret, & pars terram deosq; oraret ne mortuo sedem vllam nisi inter impios daret.

823 Non minus † obscœna atq; turpia de C. Caligula leguntur, qui se veluti deum adorare iussit, Iouemq; Latialem nominari voluit, templum & sacerdotes suo numini instituit, demum tanta commentitia insimulauit, vt de eo nihil nisi monstruosum referri posset, sicuti Trãquillo placet. Obscœnas etiam & incestuosas libidines, quas commercio mutui stupri explebat, recensere indignum arbitratus sum, multò minus efferas illius crudelitates, quibus tam in suos quàm in exteros vsus est, vt ne dicere erubuerit, omnia sibi, & in omnes licere. Gallis Græcisq; aliquot vno die cõdemnatis gloriabatur Gallogræciam se subegisse, quæ summa est Caligulæ in Gallos victoria, qua potitus est, vnde imperator nominari meruerit. Tantæ denique feritatis fuit, vt exclamasse dicatur, Vtinam populus Romanus vnam ceruicem haberet. vt vniuersam rempublicam facilius perdere posset. Deq; eo sæpius Tiberius prædicabat, exitio suo & omniũ Caium viuere, & se natricem (serpentis genus) populi

824 Romani Phaetõtẽ orbi terrarũ educare. † Nullum aliud in republica facinus egregium fecisse commemoratur, nisi quòd vectigalia inaudita exquirere, vt de quibusque litibus quadragesimam summæ, de qua litigabatur, exigere procurauerit. quorum omnium benefactorum tandem pœnas luit. Præter enim vulnus quod in ceruice à Chærea acceperat, & quod in pectore à Cornelio Sabino transfixus fuerat, triginta alijs vulneribus à reliquis coniuratis confossus est. Quo factum est vt Romæ notatũ obseruatumq; fuerit, Cæsares omnes, quibus Caij prænomen erat, ferro perijsse. Illo tyrannidem sic exercente per Romanos cum Germanis male pugnatũ est, atque ob id Germania tota rebellauit, quæ defectione audita, & nuntio malæ pugnæ intellecto, fugam & subsidia fugæ præparauit, vno solatio acquiescens, transmarinas prouincias sibi superfuturas, si victores alpium iuga vt Cymbri, vel etiam ipsam vrbem vt Senones occuparent, quæ ansam præbuit non modicam percussoribus citius manus in eum inferendi.

825 Isti sunt † mores quibus Romani duces quos imperatores appellauerunt, præstabant, vt alijs gentibus, quibus imperare studebant, maximo exemplo essent. Cessent igitur Romani & Itali alias nationes et gentes barbaras appellare, quæ gentiliter & heroice viuunt. Neque similibus tam efferis tam've barbaris moribus delectãtur. Illos mores immanium barbarorum Constantinus appellat in. l. vnica. C. de emẽda. seruorum. in his verbis, Nec verò immoderatè suo iure vtatur: sed tunc reus homicidij sit, si voluntate eum ictu fustis, aut lapidis occiderit: vel certe telo vsus letale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo præceperit &c. Et infrà, aut tabescentes artus atro sanguine permista fanie defluẽtes prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere sæuitia immanium barbarorũ. quod diuus Paulus in epistola ad Romanos cap. primo. plenius commemorauit.

Quid de Claudio, qui resistẽte senatu & procurãte vt Claudius imperium, quod vi obtinuerat populo Romano cederet, sicuti ante Iulium Cæsarem erat, & communi vtilitati prospiceret, vtq; memor esset quorum malorum prisci tyranni occasio fuerant ciuitati, & quæ sub Caio ipse cum senatoribus pertulerat, neque imitaretur tyrannidis onus & iniuriam grauiter irrogatam sponte ad patriæ subuersionẽ coarmaret, vt magis priorem suæ quietis virtutẽ ostenderet, quatenus ei honores liberorum, ciuium, & legum decreto succederent. Hæc Iosephus libro antiquitatum. xix. capitulo. vj. de Claudio scripsit, quiq; in cognoscendo varius, modo circunspectus & sagax, modo incõsultus ac præceps, nonnunquam friuolus & amenti similis, nonnunquam in iure dicendo obdormiebat, vt vix ab aduocatis de industria vocẽ augẽtibus excitaretur. Hic etiam in quinque & triginta senatores & trecentos & amplius equites Romanos animaduertit, affirmantibus suis libertis milites ad hanc vltionem suo iussu procurrisse, tametsi negaret illud imperasse. Aliaq; sæuia & obscœna viro principatum occupante indigna perpetrauit, quæ mors eius contestata est. Veneno enim interijt, qui venenum in Rempublicam & in magistratus diu multumq; seminauit.

826 De Nerone † tot & tanta tamq; immania facinora leguntur, vt superuacaneum esse mihi visum sit multa commemorare. Quippe quòd ad omnia mala omniaq; vitia se conuerterit. à matre enim, sorore, vlla've consanguinea non abstinuit, & quod obscœnius est, à viro vxor arreptus est. Et puerum Sporum exectis testibus in mulierem transfigurare fecit, & palàm pro vxore habuit data illi dote, additaq; est celebris nuptiarum solen nitas, additum & flamineum, matrem demum, fratrẽ, sororẽ, vxorẽ prægnãtem, & sibi coniunctos occidit. Omnẽ etiã penè senatus ordinem interfecit, equestrẽ penitus deleuit, & destruxit, Christianos vbique excruciari mandauit, Christiq; nomen extinguere voluit, Apostolos Petrum cruce & Paulum gladio occidit, quamobrem typus Antichristi semper habitus est. In iudicando nihil in commune aut propa-

iam iudicabat, sed conscriptas sententias tacitus & secretò legens, quod libuisset pronuntiabat, fallere, & furari ius erat, & vrbis Romæ incendiom vir crudelissimus spectaculi causa fecit, & interim suā canebat halosim, id est Troianæ vrbis excidium quod scripserat. Neque vllum ad reliquias rerum suarum ire permisit. Vnde multa Latinè & Græcè epigrāmata conscripta sunt.

827 † Omne etiam exactionis genus expleuit. Ob id reipublicæ hostis à senatu iudicatus & pronuntiatus extitit. Ecce quibus portentis Romana Respublica commissa est. Galliæ tādem vniuersæ sub eo defecerunt, & eo die, quo matrem occidit, Neapoli nuntium defectionis gaudens accepit. Nec multò post Hispanias rebellasse intellexit. Nec eo secius quicquam ex luxus consuetudine atque desidia imminuit. Nuntiata tandem est cæterorum exercituum defectio: quo factum est, postquam omnes aduersus eum insurgere audiuit, vt vix die illo euaserit quin à populo discerperetur, de salute desperās animum ad fugam conuerterit, & ab vrbe discesserit, atque vt quadrupes per angustias cauernæ effossæ receptus decubuerit. Et dum se hostem à senatu iudicatum intellexisset, interrogauit quale id genus pœnæ esset. Et dum comperit nudi hominis ceruicem inseri furcæ, mox virgis corpus ad cædem ducendū esse. Duos itaque pugiones, quos secum portauerat, arripuit, & ad quartum vrbis lapidem pugionibus se interfecit. quare in eius morte omnis Augusti familia defecit, & plebs exultando pileos tanquam sæuo tyranno exempta, ac veluti habito triumpho assumpsit.

Silentio tamen prætereūdum non puto quod Iosephus libro antiquitatum. xx. capit. sexto, de

828 eo scripsit. † Multi nanque, inquit, de Nerone historiam conscripserunt, quorum quidam pro gratia beneficiorum eius neglexere veritatem. Alij verò propter odium eius & inimicitias sic impudenter mendacijs inuoluti sunt, vt aperta reprehensione digni sint. Mirandi tamen à me non sunt qui de Nerone mentiti esse noscuntur, dum neque priora gesta conscribētes veritatem videantur historiæ custodiuisse: licet circa eum neque odium babuisse noscuntur, quum longis post eum temporibus extiterint. Sed his quidē qui veritatem historiæ præuidere voluit, liceat scribere quod volunt. Sic est omnibus scribendi licētia, vt in historia non modo dicere cuicūq; quod vult, sed & mentiri liceat.

Defuncto Nerone quatuor à militibus creati sunt imperatores, Sergius Galba in Hispania, Otho Rhomæ, Vitellius in Germania, Vespasianus in Palæstina.

829 Galba † libidinis in mares pronus vnà cum vindice conspirationis in Neronem factæ conscius fuit, & Neronis intellecta morte vi imperium aliorū tyrānorum more arripuit, nec togæ vsum recuperauit quàm oppressis magistratibus quosdam etiam vtriusque ordinis viros clarissimos minima suspicione inauditos cōdemnauit, atque omnia adeo seuere egit, vt Romanos exercitus ad defectionem coegerit, sæuiēdiq; in eum ansam præbuerit. Quippe quod nullius rationis vir esset modo acerbus aliquando remissus, iners, & negligentior quàm principis magistratum agentem decet: quo factum est vt septimo mense postquàm imperium vsorpauerat, suæ tyrannidis pœnas dederit. Ab Othone enim, quē Romæ imperatorē diximus, in medio foro trucidatus est. Inter eos tumultus & cædes, Otho suæ vxoris mœchus imperium inuasit, Neronianæ seueritatis imitator, atq; ob id assumpto imperio Nero nuncupatus fuit. Neq; Neronis cognomen accipere dubitauit. A Nerone enim, dum viueret trucidādæ matris Neronis mandatum acceperat, atque ad sæuitias assuefactus Vitellianos milites, qui in Germania erant, concitauit vt aduersus eum congrederentur. Et cùm animaduerteret suorū defectionē nonagesimo & quinto imperij die sedata siti gelidæ aquæ potione duos pugiones arripuit, & vno ictu infra læuam pupillam se traiecit, quo exanimatus est.

Isti sunt tam laudati mores ducum Romanorū quos imperatores nominare voluerunt, quorum ratione imperatoris nomen meruerunt.

830 † Quid plura? Vitellius, qui perpetuo Spintria cognomine notatus est, non dissimili tyrannide vsus est. Quippe qui morte Othonis suorum militum fretus audacia imperium occupauit strictumq; Iulij Cæsaris gladium tenens paludatus inter signa & vexilla apparuit, ac tum omnibus anxijs & animo suspensis dicere cœpit, Bono animo estote, nobis alluxit. Et sic per mediam ciuitatem triumphans vectus est, militibus suis, quorum opera imperium arripuerat, passim rapinas, verbera, plagas, ac cædes inferre concessit, atque detestabili voce confirmare ausus est. Quid vlterius? vir omnium viuentium sua ætate vilissimus, suæq; tyrannidis principatum histrionum & aurigarū cōsilio administrauit. Nobiles viros vario fraudis genere occidit. Plerosque etiam inauditos morte condēnauit, iugula-

831 riq; fecit. Sed quod indignius, † imò fœdius dico fecerit (referre doleo) Asiaticum libertum, plerosq; etiam adulescentes mutua libidine con stuprare non cessauit, aliaq; fœda & non commemorāda scelera perpetrauit, propter quæ omnes penè Romanos exercitus ad defectionem prouocauerit, atque suæ crudelitatis pœnas acceperit. Arreptus enim religatis post terga manibus, iniecto laqueo, veste discissa, in forum tractus est, & reducta coma à capite, sicuti noxij solent, ense mento appenso, vt faciem omnibus videndam præberet per vicos vrbis ductus est, aliaq; ludibria perpessus, minutissimis tandem ictibus trucidatus, & in Tyberim vnco tractus. Ista sunt præclara facinora quæ de Romanis impe

imperatoribus scribūtur, quorū occasione aliæ nationes à Romanis & Italis barbaræ nuncupantur.

832 Non prætereundi † sunt Vespasianus & Titus, qui simul imperatoris nomen vsurpauerūt, tametsi veri fuerint domini nostri Iesu Christi ministri, qui futuram Iudæis ruinam & Hierosolymitanæ ciuitatis euersionem prædixerat, Lucæ. xix. & . xxj. Matth. xxiiij. Marci.xiij. Isaiæ xiij. Hieremiæ.iiij. Et in threnis seu lamentationibus eiusdem. Non enim id Vespasiani & Titi virtuti tribui potest, sed vt domini nostri Iesu Christi verbum impleretur, & vt aliquod huius rei testimonium afferam, in hac re omittendam non esse opinatus sum orationem Eleazari Iudæi, quam Iosephus in septimo libro belli Iudaici refert, qui non Romanorum virtute, sed voluntate dei contigisse testatur. Nam inquit, & Iudæi q in Syriæ ciuitatibus erant, à Syris interempti sunt, à Damascenis decem & octo millia Iudæorū cum vxoribus & liberis trucidata sunt, quanta denique in Aegypto Iudæorum multitudo interempta est, quæ numerum sexaginta millium excedebat. Illi enim, inquit, non armis Romanorum interempti & iugulati sunt. Et iterum Iosephus ait, Quibus etiam armis Romanorum qui Cæsaream incolebant Iudæi perempti sunt. Alia etiam plura, quæ opinione hominū tenenr, vt crederetur Romanorum virtute in Hierosolymis hæc omnia contigisse. Sed aliter rem se habere idem Iosephus libro.xx. capi.v. antiquita-

833 tum, demonstrat. † Ob frequētes, inquit, hominum cædes, quæ in templo fiebant, Iudæi arbitrati sunt Deum aduersatum eis fuisse, vt vrbem Romanis traderet, & templum veluti nequaquā suo habitaculo mundum tradidisse, & vt purgatio fieret ciuitatis, ignem & seruitium intulisse, dum vellet eos cum vxoribus & filijs crebris castigare calamitatibus. Opera siquidem latronū hoc implebant scelere ciuitatem. Et iterū in bello Iudaico ait, existimasse Iudæos vrbis excidiū propter Iacobum fratrem domini, qui ab Anania occisus erat, euenisse. Cæsa quippe sunt in Hierosolymis, teste Iosepho in bello Iudaico, libro.vij. vndecies centena millia hominum non connumeratis latronibus seu sicarijs & prædonibus qui post ciuitatis excidiū interijsse vulneribus cōprehensi sunt, neq; personis electis, quæ in triumphum reseruatæ erāt, & iunioribus, qui supra annos viginti septem erāt, qui captiui semper reseruati sunt, destinati in varias pœnas, & in varias prouincias dispersi supra numerū.xc. millium personarum. Hæc enim prædicta à prophetis testatur etiam Iosephus libro.vij. belli Iudaici.c.tertio.

Vnde nec virtus Romana sibi quicquam tribuere potest. Sed cūm Titus qui præfuit Hierosolymitanæ expeditioni & vrbis excidio, aliqua reseruasset, neque domini sententiam omnino fuisset executus, Hadrianus.lxiiij. anno post Titi excidium extremam manum apposuit, & funditus ciuitatem euertit. Nanque pauca vrbis vestigia, quæ Titus conseruauerat, solo tenus Hadrianus eruit, statuamq; suam in eo loco, in quo fœderis arca steterat, erexit, & statuit ei Iudæorum posteritatem, quæ adhuc superstes erat, quiq; latentes ad sanctum locum redibant vt orarent, prorsus exterminauit, licet postea instaurauerit, suóque nomine Heliam nuncupauerit. Quo factum est vt loca sacra, quæ olim extra vrbem erant muro septentrionali inclusa noscantur.

834 Cæterum † Vespasiano imperium vsurpāte, in Romanos insurrexerunt Germaniæ, Syria, Galliæ, & Britannia. Tantæ etiam fuit auaritiæ & rapacitatis, vt vectigalia tametsi grauia à Galba imposita fuissent, noua multo grauiora exigere non dubitauerit. Negotiationes etiam priuato non conuenientes exercuit. Candidatis honores, reis absolutiones vendidit. Officia etiam ex industria creauit, vt nobiliores innocentes condemnaret, quos vulgus spongias appellabat, quòd veluti spongias & siccos madefaceret, & humentes exprimeret, vt Erasmus in apophthegmatis ait, suborta sunt hac ratiōe in vrbe tot ac tanta ciuilia bella sua tempestate, vt penè

835 ciuitas desolata fuerit. † Titus etiam filius tantæ voluptatis fuit, vt orbis deliciæ appellatus sit. In balneis etiam extinctus est. Non enim existimabat se morbo leuari; neque cibum sane capere posse, nisi lotus in balneo. Comessatic..es ad mediam vsque noctem protrahebat, greges etiā spadonum & exoletorum habebat sibi familiares, atque cum vxoris fratre consuetudinem habuisse palàm est, ac dum moreretur recordatum fuisse plerique dixerunt. Denique tantæ seueritatis fuit, vt Neronem repræsentare plerique opinarentur. Tametsi in melius vitam commutasse, postq; actam diu hāc infœlicem vitam, demum maximas laudes reportasse, atque ob id in communi locutione patri suo propositum extitisse, mortemq; maiori populi damno quàm suo obijsse Tranquillus asseueret.

836 Domitiano † fratre suo in imperio successore relicto qui tantæ superbiæ atque sæuitiæ & rapacitatis fuit, vt nulli in istiusmodi vitijs cesserit. Complures enim senatores virosq; consulares sine causa occidit, neque etiam à suis abstinuerit, Philosophos omnes iniustè relegare coegit, diuum Ioannem euangelistam exulare iussit. Supra naturam rapax, bona quippe non solum viuorum, verumetiam mortuorum inopinate prædabatur. quolibet enim accusante vsquequaque capiebar, satis'que sibi erat qualecunque crimen vel dictum aduersus principis maiestatem. Mox deum se coli ac dominum appellari voluit. In epistolis nanque procuratorū sic scriptum inuentum est, Et dominus & deus

noster ita iubet fieri. Statuas aureas & argenteas in Capitolio extrui fecit, templum mirificum, quod antiquitus Pantheon vocatum est, ædificauit, quod adhuc extare memoria est, cuius mẽtio in nocturno festi sanctorum omnium officio ab ecclesia fit. quãquam aliqui sint qui asserant templum illud à Marco Agrippa qui fuit Octouiani gener factum fuisse, idq́ in columnis palam ab omnibus videri. Illo etiam iubente Christiani multi pro Christo mortem diuersi generis sustinuerunt. Diuus tamen Ioannes euangelista postquã Domitiani iussu in feruentis olei lacum deiectus est liber euasit, in Patmos insulam relegatus. Cletum etiam pontificem, alios denique
837 multos gladio occidit. † Tantæ etiam libidinis fuit, vt concubitus assiduos, veluti exercitationis genus clinopalam appellaret, à fratris filia & virgine non abstinuit conceptum've à se abigere fecit. Initio sui principatus secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius quàm muscas captare easq́ stylo præacuto configere, vt interroganti cuidam esset'ne quis cum Cæsare, à Vibio Crispo responsum fuisse, Ne musca quidem. hæc Tranquillus in Domitiano. Quo factum est vt ob illius sæuitiam plures aduersus eum conspirauerint. Tandem à Parthenio cubiculario in ipso cubiculo occisus est. Cuius morte senatus populusq́ Romanus lætitia repletus est, mortuumq́ probris & contumeliis lacerare cœpit, clypeosq́ omnes, atque imagines eius & titulos eradicari præcepit, abolendamq́ illius memoriam censuerit.
838 Isti sunt † tyrannorum Romanorum mores. hi sunt triumphi, quibus spectata est Romana ciuitas. Mirum quippe est, qua ratione Romani & Itali moueantur, barbaros alios populos vociferare: cùm homines non tam cruenta portenta & effera monstra producant, qualia Roma procreauit & educauit. Desinant igitur Romani alios populos & gentes barbarica fœditate notare, qui deprauatos & efferos suorum mores cohibere non valent. Ad reliquos progrediamur.

Nerua extincto Domitiano duobus annis tyrannidẽ occupauit, qui multos Christianos persecutus est, variisq́ suppliciorum generibus affecit, mortiq́ tradidit. Postremo cum multorum nomina falso impune deferebãtur, palàm à Frõtone consule dictum est, Male esse eum imperare, sub quo nemini quicquam concessum sit: sed longè peius sub eo viuere, sub quo maxima qui-
839 buslibet licentia est. † Illo sic Romæ imperante Dacia defecit & Germania, vtraque Armeniæ, Scythia, Mesopotamia, aliæ denique orientales prouinciæ Romanos persequi nõ dubitauerũt. Cæterum nulli dubiũ esse potest plerosq́ authores Neruã in hoc laudauisse, quòd exules à Domitiano factos reuocauerit, vt inde gloriam cõpararet, vnde Domitianus populi indignationẽ cõceperat. Publicato Neruæ decreto diuũ Ioannem euangelistam Ephesum reuersum esse. mox afflictæ Reipublicæ succurrere voluisse, Traianum in filium adoptando, quem Cæsarem consentiente senatu appellari procurauit, tametsi illi propinqui nõ deessent. Existimauit tamen potius esse pro Reipublicæ beneficio genus suum virtuti postponere, cùm principatus non sanguini sed meritis debeatur. Hoc est maius beneficiũ quod Respublica à Nerua sub magistratu acce-
840 perit. Illo extincto † Traianus qui Germaniæ à Nerua præfectus erat audita Neruæ morte Romam venit, & imperium occupauit. Iterum Daci rebellarũt, Scythæ, Arabes, Armeniæ ambæ, Parthi, Assyrii, Agareni, alii etiam plerique populi defecerunt. Sub eo ecclesia mirabilem passa est persecutionem, vt Iesu nomen delere desyderauerit. Idq́ pro sua potestate effecisset, nisi epistola Plinii q tum in Hispania suo nomine præerat, paulo remissior effectus fuisset. Cuius epistola suarũ epistolarũ numero addita est, quam consultò omittimus. Tandem post tãtas in Christianum sanguinem sæuitias, crudeles & impias trucidationes expletas, iustè veneno interiit.
841 † Scribunt autem plerique diuum Gregorium pontificem maximũ preces ac lachrymas tãdiu pro eo effudisse, donec reuelatione nuntiatum ei esset, animam eius ab inferis liberatam fuisse. Quod credere facile non est, cùm ab omni Christiana pietate alienum sit, infidelem atq́ tam impium & crudelem domini nostri Iesu persecutorem saluum fieri posse, non in flumine aut flamine baptizatum, iuxta illud quod scribitur Marci vltimo capit. Non etiam pœnitentem, neque ad meliorem vitæ frugem conuersum, sed in ea voluntate quoad vixerit perseuerantem. Si fortè resipuisset, quemadmodum & de seipso diuus Paulus primæ ad Corinth. xv. testatur, & Actuũ xxii. scribitur, consentiendum esse existimarem. Sed huic sententiæ plurimũ refragatur quod diuus ipse Gregorius ad Bonifacium archiepiscopum scripserit, Cõgruere inquit vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat, non tamen pro impiis, quãuis Christiani fuerint, tale quid agere licebit. Cuius epistola transcribitur in. c. pro obeuntibus. xiii. quæstione. ii. quanto minus existimo pro infideli & impio domini nostri Iesu Christi & Christianorum seuerissimo persecutore voluisse diuum Gregorium intercedere, quem non constat pœnitentiã egis-
842 se, sed in peccatis mortuũ & sepultũ fuisse. † nõ ignoramus Traianum præceptorẽ habuisse Plutarchũ, qui suo nomine libros philosophiæ plenos scripserit, vt vitã eius in melius informaret, & quæ bono principi conuenirent plane edoceret, bonisq́ tandem moribus institueret, sed & si anterioribus tyrannis Romanorum ducibus in cũctis melior aut syncerior apparuerit, ob id tamen arbitrandũ esse nõ puto tam pium tam've sanctum

sanctum pontificem præsumpsisse pro mortuo orare seu intercedere, quę pietas Christianæ religionis abominabatur, contra ea quæ ad Bonifacium archiepiscopū scripserat, maxime quòd legis nostræ præcepta admonēt nō posse eum qui renatus non est ex aqua & spiritu sancto, in sanctam ciuitatem supernā introire, sacrosanctaq; dei ecclesia dietim enuntiet & prædicet in inferno redemptionem non esse, Iob.x. cap. Quare vix persuaderi potest tantum tamq; celebratissimum pontificem pro tyranno preces & lachrymas effudisse: cùm scribatur psalm. xlviij. Frater non redimit, redimet homo, & nō dabit deo placationem suam, et pretium redemptionis animæ suæ. Mouet etiam quod diuus Hieronymus scribit, cuius verba transferuntur in. c. in præsenti. xiij. quæstio. ij. Cùm ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Daniel nec Noe rogare posse pro quoquā, sed vnumquenq; portare onus suum. Et quod ipse idem diuus Gregorius scriptū reliquit in. c. qualis. xxv. distin. Qualis hinc quisq; egreditur, talis in iudicio apparebit vel repræsentabit̄. Mox docet quæ & qualis sint peccata quæ in altero seculo remittentur, & quæ non remittentur. Hæc pauca dicta sufficiant.

843 Hadrianus † autem mortuo Traiano imperatoris nomē srripuit, de quo in apophtheg. Erasmus ait vnū attigisse quod regē à tyranno distinguit, quod in senatu dicere soleret sic se gesturū principatū, vt sciret rem populi esse, non suā priuatam. Hic vt verbū domini nostri Iesu Christi adimpleretur, quod dixerat in Hierusalem non remansurū lapidem supra lapidem quin destrueretur, Luc. xj. & xix. & Matth. xxiiij. cœptam à Vespasiano & Tito filio suo Hierosolymitanæ ciuitatis euersionem impleuit. In qua euertenda lasciuire non dubitauit vt nomen domini cōcularet vt pauloante in Vespasiano explicuimus, quod diuus Augustinus aduersus Manichæos scribēs maximè culpandū esse ait. c. quid culpat. xxiij. q. j. Hic etiā supra modū in Christianos sæuit. Ipso enim imperante tametsi ad Antoninum Pium nōnulli referant in monte Atarath decies mille pro Christo in cruces positi sunt. Et qui principis temporalis milites erant, etiam æterni principis milites effecti sunt. Sub eo etiam passi sunt Alexander primus, & Sixtus etiam primus pontifices, beata etiam Sophia cum tribus suis filiabus virginibus, & plurimi alij, quorum infinitus est numerus. Cæterum dominus qui suorum sanguinem vindicat, illum in primis visu priuauit, carnes item eius adeo putrefactas effecit, vt vermibus implerentur cumulatimq; per os eius defluerent, & demum moriens medius crepuerit.

844 † Clamabat autem moriens, Domine deus trium virginum & matris earum velocius animā meā de corpore meo educ. scio enim quòd propter illas hæc patior. Scribūtur hæc in vita beati Sixti primi. Legitur etiā Seueriani & Fuscinæ potis imprecationem à dijs suditam fuisse, dum cum iniuria ab Hadriano, quos occidi iusserat, iugularentur, deosq; testatos fuisse nihil sceleris cōmisisse, neque aliud Hadriano imprecari, nisi cùm mori vellet non posset. Idq; euenisse, adeo vt barbarus conductus qui ferro mortē pro beneficio daret, aufugeret. Hæc Erasmus in apophtheg. Hic etiā Hadrianus seruo suo Antinoo, quem in delicijs suis habuit, gymnasicum agona instituit apud Antinoum ciuitatem, quam de nomine ipsius conditā vocauit, ac prophetas in templo ordinauit, sicuti Platina docuit in vita Aniceti primi pontificis.

Sub eo Gallia, Britannis, Parthis, Armenia, Syria, & Assyria, Mesopotamia, aliæ etiam plæraque oriētales plagæ aduersus eum insurrexerunt. Rebellarūt pariter & Iudæi, quòd seuerius ab eo quàm principē deceret, tractarētur. Seruianū socerū suū nonagenariū, alios etiā multos insignes viros ciues Romanos morte affecit. Suæ autē nequitiæ pœnas dedit, sicuti suprà explicuimus. Traiani gloriæ etiā inuidit q̄ omia à Traiano p̄ republicæ bñficio edicta deleuerit, recteq; cōstructa & ædificata penè destruxerit, prouinciasq; quas Romanis audiētes fecerat, restituit.

845 Antoninus † Pius, cuius occasione nostra p̄cessit disputatio, intellecta Hadriani morte, imperatorē se nominauit, neq; à sæuitia & tyrānide abstinuit. Illo eñ imperāte Telesphorus & Higinius pōtifices christi martyres effecti sunt. Alij etiā in varia tormētorū genera tracti, tametsi nōnulli asserere satagāt nullū suo iussu interfectum fuisse, sed qui diuinas texuerūt literas lōge secus sentiūt, quanquā eorū aliqui honori ac pudori illius parcentes enixius contestentur aliena sollicitatione Antoninum Pium inductum fuisse vt in Christianos sæuiret, cùm, vti dicunt, illis temporibus gentibus & Paganis Christianum nomen inuisum esset. sed bonus rectusq; princeps moueri non debuit alienis suggestionibus cuiquam iniuriam inferre. Ob id aduersus huiusmodi excusatiōes repeti possent quæ diuus Hieronymus in Ruffinum scripsit, dum Ruffinus se Origenis interpretem & defensorem reclamauit vt illum ab erroribus, quibus ab ecclesia condemnatus est, excusaret. In peccatis enim nulla potest excusatio patere, cùm boni iusti'que principis incumbat officio nihil inconsultè aut impiè quacunque causa aut ratione facere. Quoniam, vt Plutarchus ait in libro, quem ad Traianum

846 scripsit, de doctrina principum, † Principes ad curam & salutem hominum, & per virtutem debent seipsos Deo similes reddere, hoc est, dei rationem gestare, nēpe intellectū, nō sceptrū, aut fulgur, aut tridentē, qua specie seipsos nōnulli fingūt ac pingūt stultitiā suā. Vnde licet Pij cognomē assūpserit, impij nomē potius meruerat. Vnde origo tātæ pietatis suborta sit, paulò pòst explicabimus. Nō p̄termitto Antoninū

cognomine Pium Gallos male audiẽtes habuisse, Germanos rebelles, & Britannos deficiẽtes, Mauros, Parthos, Armenos, alios etiam Orientales populos eius authoritatem respuisse, Alanos aduersus eũ non mediocriter erupisse, nonnullos sibi quadã necessitudine & amicitia coniunxisse & allexisse, alios sibi conciliasse, veluti Indos, Hyrcanos et Bactrianos. Non inficiabor omnes penè historiæ Romanæ scriptores Romanorumq; imperatorum hũc Antoninum, de quo noster sermo est, per omne sui imperij tempus senatui populoq; Romano gratum fuisse: sed ab re non est si inter cæcos monoculus rex cõstituitur, quoniam minus offendiculum ab eo Respublica receperit. Quare Romani, qui temporibus inseruierunt, sicut Iosephus scribit in libro antiquitatum. xx. ob id plura longè à veritate aliena & vere figmenta seu fabulamenta commẽtitia recẽsere nõ erubuerint. Veluti de Manlio Torquato, & Publio Valerio Coruino, & similibus vt Ciceroni places libro Officiorum. ij.

847 † Postremo vnde Antoninus cognomen Pij assumpserit, videamus. Aliqui, quod Hadriano templum pro sepulchro ædificauerit. Alij, quod socerum ætate defectum manu subleuauerit, seu quòd Hadriano post mortem multos honores decreuerit. Nõnulli quòd plerosque gladio destinatos ab Hadriano prohibuerit ne morti traderentur. Plerique, quòd in principio sui principatus debitores liberauerit cautionibus restitutis, quod verisimilius est. Atq; ob id ab his, qui alieno ære grauati erant, pater patriæ appellatus est. Sed mirandum est quod ab his in deorũ numero relatus nõ est, cùm à creditorum manibus illos eruerit. Demum vxorem suam Faustinam quanquam adulteram diuinis honoribus coli à senatu passus est, delatis sibi aureis statuis, & tẽplo & flaminibus, epitaphiumq; illi adiungi diuo Antonino & diuæ Faustinæ. Ista sunt vera pietatis insignia, propter quæ Pius vocari meruit. Hæc de Antonino Pio, qui se mundi dominum prædicare non erubuit, in. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. qui paucos audientes habuit populos, vt suprà docuimus.

848 Marcus † Antonius Verus cum Lucio Aurelio fratre suo imperij Romani administrationem assumpsit, quòd prius ambo ab Antonino Pio adoptati fuerant, sed haud multò post Lucius Aurelius apoplexi mortẽ obijt, & Marcus Antonius solus imperauit. Ambo feueritate pleni, crudelissimiq; ecclesiæ persecutores. Multi enim Christiani ab eis trucidati, & in varia mortis genera traditi sunt. Ab eis quarta ecclesiæ persecutio suborta est. Inde strages multa Romanorum exercituum in Gallia, Illyrico, Italia, Germania, Sarmatia, & alijs plerisq; prouincijs secutus est terræ motus, aquarum inundationes, agrorũ vastationes, in Italia maxime, vt villæ atque oppida sine habitatore, agri absque cultore fuerint. Parthi, Syri, Britãni, Marcomani, Quadi, Pannonij, Sueui, Alani, alij deniq; septentrionales & oriẽtales populi aduersus Romanos arma sumpserunt, quo tempore Antonius Verus omne belli tempus otio transigebat venationibus, & gladiatorijs certaminibus. Ob eam bellorũ calamitatẽ Romani milites penè attriti sunt, vt Romanis necesse fuerit seruis & latronibus pro Reipublicæ Romanæ defensione vti. Isti sunt mundi domini, qui neq; sibi neque alijs imperare potuerunt.

849 Nec † melioris cõditionis fuit Antonius Cõmodus Marci Antonij Veri filius ex Faustina vxore Veri natus, aut verius ex gladiatore quodam susceptus Marco Antonio Vero marito suo sic libidinem eius dissimulante vt mœchos etiam ad dignitates promouerit, Tertullum maxime, quem cũ ea prãdentem deprehẽdit. Quo factum est vt Faustina non principem, sed incõmodum gladiatorem & ad voluptatem natum filium Reipublicæ enixa sit, qui post patris mortẽ nullas artes præter gladiatorias pugnas exercebat. Et ob infamẽ & abominabilẽ vitæ ipsius rationem C. Caligulæ assimilatus est, cùm eisdẽ moribus fuerit. Omnia insuper libidine, rapacitate, cædibus, & istiusmodi facinoribus implebat, vt non tantum secundus à Nerone, verumetiam ipsemet Nero existimatus sit. Persecutio etiam ecclesiæ quæ à patre cœperat, Commodi seueritate aucta est. Nec illi satis fuit omnia turpiter, impiè & crudeliter agere, sed ea publicis & perpetuis monumẽtis tradere non dubitauit, vt Roma perpetuum suæ turpitudinis & crudelitatis haberet testimonium. † Strangulatus autem à Narcisso, quo in delicijs vtebat, & Quinti Læti præfecti vrbis cõsilio, pariter & Martiæ cõcubinæ, quam vnicè & præcipuè supra omnẽ suarum concubinarum gregem adamauit, quæ veneno, quod vino dulci & suauissimo miscuerat, intoxicauerat: quo statim sumpto decubuit, qui senatores aliosq; viros nobilitate & doctrina insignes occiderat, qui leonis pellem sæpe induebat, vt se hominum regem designaret, sicuti leo omnium quadrupedum animalium rex fore creditur. Trecentas enim concubinas, totidem pueros in palatio educabat. Alia etiã multa obscœna, & relatione indigna perpetrauit, quæ cõsultò omittimus. Ista sunt Romanorum imperatorũ præclara facinora, quibus cælum ornatur, terra gloriatur, quo facilius homines in omne vitiorum genus huiusmodi tyrannorum exemplo facilius declinare possint.

850

851 Non potuit † Helius Pertinax ob breuem imperij occupationem multa in Rempublicam moliri, quem multi in semestri quo Romanum tenuit imperium Chrysologum appellabãt, quòd bene loquendo haud bene faceret. A militibus enim tertio pòst mense quàm imperium assumpsit, occisus est. Alij verò sexto mense à Didio Iuliano

Iuliano imperium affectante, quem imperij con sortem Pertinax sibi fecerat, trucidatum esse volunt.

Didius Iulianus, quem Iureconsultum fuisse plerique asserunt, nonnulli Saluij Iuliani iurecõsulti pronepotem esse dicunt. Primus auro imperium licitatus est, atque ob id imperator à militibus salutatus. Sed cùm plura, quàm facultates illius suppeterent, obtulisset, neque quod promiserat persoluere posset, contemptui esse cœpit, & post duos menses quàm indignus imperium occupasset, instante Seuero qui imperium affectabat, à prætorianis metu Seueri, de quo mox sermo fiet, in palatio occisus est. Alij verò victum aiunt à Seuero apud Pontem Miluium septimo mẽse postquam imperare cœpit, ciuili bello interfectum fuisse. potior & communior est priorum opinio.

852 Seuerus, † cuius opera & instigatione Iulianus occisus fuerat, re & nomine Seuerus, ob id multis lacessitus est defectionibus, vrbe ciuilibus dissensionibus agitata, Romanum vsurpauit imperium. A quo ecclesia duram & seueram nimis passa est persecutionem. plerique enim martyrio coronati sunt, quorum nomina, virtutes & passiones ecclesia festiuiter obseruat. Hic omnium opinione propter immanitates plurimas, quibus in Christianos & senatores & nobilitate conspicuos vsus est, defectiones passus est. Gallia enim & Britannia, Germania, Parthia, Arabia, aliæ denique prouinciæ Romanum respuerunt imperium. Tandem dum animum ad recuperandum Britanniam conuerteret, in ea apud Eboracũ Vvaliæ oppidum moritur, duobus filijs relictis Geta & Basiano. † Geta

853 omnibus probris contaminatus hostis publicus iudicatus & interfectus est, quòd Papinianum iureconsultum excelsi ingenij virum sua manu trucidauerat. Alij verò à Basiano fratre suo, qui mox imperium inuasit, interemptum esse affirmant, Atque ad id paratas fuisse à Basiano insidias, vt faciliore modo illum trucidaret. Ingressus enim fratris cubiculum nihil tale expectantis in gremio matris illum obtruncauit. Vt autem malam de se hominum opinionem leuaret, questus est se à fratre insidias passum fuisse, tametsi multa in eum contulisset beneficia. proposito enim duorum millium drachmarũ dono à militibus obtinuit Getam fratrem publicũ hostem appellari, & ob id iure cæsum.

854 Aurelius † Basianus dictus, & à veste, qua vtebatur, Caracallas cognominatus Seueri filius patre Seuero seuerior ꝓfuso militibus quicquid auri Seuerus pater toto principatu compilauerat imperium inuasit, vir omnium hominũ, qui id temporis erant, libidine intemperatorum intemperantissimus. Hic Iuliam nouercam suam vxorem accepit. Demum in Christianos & alios virtute & dignitate præstantes viros sæuit, ac multis cruciatibus affecit. Nullum denique libidinis neque cuiuscunque alterius facinoris vitium omisit, neque vllum quantumcunque minimum à se egregie aut insigniter factum reliquit. Dum autem in Parthos bellum moueret, interemptus est. Nõnulli ab hostibus interemptum fuisse dicunt. Alij, quibus frequens opinio scriptorum consentit, in secessu mortem obijsse. Alij dum leuandæ vesicæ causa ex equo descendisset, inter Odissen & Carras à Marco Macrino palatij præfecto, qui imperium tũc affectabat, interemptum esse. Alij verò à Martiali centurione, quem ad id Macrinus multis suggestionibus induxit, vno pugione transfixum esse tradunt, sed non impune, quoniam fugientem Germani milites multis vulneribus confoderunt.

855 Opilius † Macer Macrinus vir nullius fidei, venalicius & vita sordidissimus, dum Antonij necem simulat cum alijs necem lamentans Antonium inter diuos retulit, templumq́ illi ædificat. Mox imperium inuasit Diadumeno filio in consortium assumpto. Cuius sæuitiæ exempla tanta sunt, vt vix credi possint. Milites enim passim in cruces adigebat, & seruilibus afficiebat supplicijs. Aliquos dignitate præstantes viros curribus alligabat, donec spiritum emitterent. Alios exectis bobus extantibus duntaxat capitibus inserebat. Aliquos viuos exurebat. Sed dum Syriacis voluptatibus in Antiochia intenderet, ab exercitu Antonij Heliogabali in Bithyniæ suburbio cũ Diadumeno filio suo interemptus est.

856 Antonius † Heliogabalus, vel (vt alij volũt) Marcus Aurelius Antonius Antonij Caracallæ filius drancus & pathicus dictus est, quòd & agendo & patiẽdo turpi libidine arderet, & continuè fœdabatur. Et in natura pro monstro teterrimo habitus est. quippe qui se veluti deum adorare faciens Solis primò nomen habuit: sed cùm muliebriter viros pateretur Lunæ nomen accepit. Et quemadmodum Tiberius libidinum inuentores habuit sic, vt perpes dapum conditores & Vitellium & Apicum monstrosis conuiuijs superauerit. Alia pleraque fœdissima de illo scribuntur, quæ consultò omittimus. Senatum præterea multis obscœnis fœdare studuit, & senatores togata mancipis appellare non erubuit, scenicosq́ viros in senatu, & in quocunque ordine introducebat, & prouincijs regendis viles quosque committere non dubitauit. Postremo stultos et stultitiam semper in pretio habuit. Quo factum est, vt ciuitas tota otio & fœdissimæ luxuriæ, alijs'que obscœnis moribus dedita esset, quare nihil prorsus aliud ab eo confecuta est Roma quàm libidines nefarias, omnis denique generis crimina. Ob id quarto postquam

imperare cœpit anno milites aduersum se ac plebem totam concitauerit, & varia de illius morte cogitauerit. Hac ratione de morte illius & mor-
857 tis genere varij varia scripserunt. † Nonnulli enim volunt primo tumultu à militibus impetitum fuisse vt trucidaretur, quem vt euitaret, in proximam latrinā se coniecisse, in qua cum matre pluribus vulneribus cōfossus est. Alij quòd dum exercitum cum Alexandro cōsobrino suo vectus introisset, Alexanderq; plus eo à militibus acceptus fuisset, & hac ratione militum qui Alexandro plus quàm illi fauerent nomina subnotasset, à militibus cum matre & exoletis suis vno impetu interfectus est, cadaueraq; eorum in cloacas proiecta, vt in Tiberim defluerent. Aliqui corpus ex Aemilio ponte onere grauatum ne fluitaret in Tiberim proiectum fuisse tradunt. Sic de vili illo scorto fœdata est multis an-
858 nis Romana ciuitas. † Ista est præclara & indelebilis Romanorum imperatorum, seu verius tyrannorum orbis Romani dominorum memoria, quæ nullam, nisi omnis generis stuprorum, flagitiorum, & totius obscœnitatis infamem posteritatem dereliquit. Isti sunt Romani, non barbari mores. Ista sunt Romanorum imperatorū præclara monimēta, & desiderata exempla quibus vniuersus orbis Romanus regi & moderari debet. Qui cum alijs moribus viliores & longe vilitate præstātiores sint, in alienas nationes eos debacchari necesse sit, vt nulla gens præter Romanā huiusmodi virtute polleat, neque illarum virtutum nouit initia. Quæso dicat mihi Romanus Italicus seu Lōgobardicus, quisquis ille sit, an populi, qui nihil huiusmodi obscœnitatum nouerint, barbari iure dici debeant. Cessent, quæso, Romani alias nationes lacessere, & eas barbaras appellare, quæ non barbarorum more, sed cū decore & honestate suis moribus Christianè viuunt. Procedamus.

859 Huic successisse † in imperio tria mōstra Platina scribit in vita Pontiani primi huius nominis pontificis, Diadumenus, Macrinus & Albinus. Alij autem post Pertinacem & Didium Iulianum statuunt. Albinus ob edacitatem nomen accepit, qui centum persica Campana, decem melones Ostienses, quingentas ficos passarias, quadraginta ostrea vna cœna comedebat. Postremo luxui & continuo otio deditus fuit, & pro benemeritis in Rempublicam gladio à militibus impetitus est. Alij à militibus Seueri Lugduni captum fuisse dicunt, & ab eis caput amputatum, idq; Romæ ad Seuerum delatum fuisse tradunt.

Diadumenus cum Opilio Macrino patre occisus fuit, sicuti suprà in Macrino diximus.

860 Alexander † igitur Heliogabali consobrinus & successor in imperio opera Vlpiani, Fabij, Sabini Sabini filij, Gordiani, Iuliani, Pauli, Claudij, Venati, Pomponij, Alpheni, Africani, Florentini & aliorum iureconsultorum, qui tūc temporis erant, vsus est, quorum consilio, nisi Mammeæ matri tantū consensisset longe in Republica regenda vtilior alijs inuictus fuisset, nec ita infeliciter aduersus Artaxerxem Parthorum regē pugnasset, sicuti scriptores volunt, nisi materno consilio tandiu vsus fuisset. Duas enim classes ex tribus quas aduersus Artaxerxem ordinauerat, amisit, quæ penitus deletæ sunt, & sui milites ad vnum occisi. Tertia aëris intemperie ceu desidia, qua elanguere cœpit Antiochenis captus delicijs penè tota decidit factus militibus penè inuisus, quorum animos largitione pecuniæ reconciliauit. Non ignoramus Platinam in vita Pontiani primi pōtificis, & Volaterranum dixisse Alexandrum, de quo sermo est, Artaxerxem superasse, de'que ea victoria Alexandrum in senatu orationem habuisse, & à senatu triumphum illi decretum fuisse, tametsi longe plures aliter sentiāt, quorum Sabellicus meminit in. vj. libro septimæ Enneadis.

Non prætereundum esse puto omnes penè in
861 hoc conuenire † Alexandrum vetasse lenonum vectigal, & meretricum, & exoletorum in publicum ærarium inferri, exoletosq; Romæ vetare voluisse, sed veritus ne decernendo publicum dedecus in priuatas cupiditates conuerteret, nō prohibuit. quod & Philippus imperator fecit. Ex hoc Volaterranus inquit, Patet mares Romæ fuisse, qui publicè prostabant. Hæc scriptis à Roberto Gaguino in annalibus Francis, & à Cicerone in primo libro epistolarum ad Atticum conuenire in aperto est. Nec dubium est eundem Alexandrum male in Germanos circa Istrum & Rhenū fluuios pugnasse, & cùm plus otij quàm belli vir esset, ob id milites eo derelicto ad Maximinum confugissent, & cùm ab omnibus derelictus esset, in tabernaculum, vbi vnà cùm matre confugerat, interemptus est. Ista sunt quæ pulchrè commemorare licet, vt alijs nationibus exemplo sint, quonam modo Romani viuant, quibus legibus regantur, & qua ratione ducantur tam seuere in suos duces sæuiendo, quos imperatores & orbis domitores appellāt. Hi sunt dubio procul, qui præ cæteris totius mundi nationibus omnis generis inordinatis affectibus ac vitijs fœdissimis nedum inclinati, verū & dediti & prorsus immersi semper in hunc vsq; diē fuere. De ijs amplissimè tractat diuus Paulus in ea quā ad Romanos dedit epistola capite primo, dicens, vt queadmodū non probauerunt vt Deum agnoscerent, ita tradidit eos Deus in reprobā mentē, vt facerent quæ nō conueniebat, repleti omni iniustitia, scortatione, versutia, auaritia, malitia, pleni inuidia, cæde, cōtentione, dolo, &c. Hi sunt qui neque suos neque seipsos domare, neque à tam fœdis criminibus

cohibere

cohibere potuerunt.

862 Non minus † cum Maximino eiusque filio tyrannidem affectante actum est, qui post vsurpatum imperium reluctante senatu omnem senatus authoritatem neglexit. Vsurpatum etiam à se imperium vir truci ingenio, sæuitia & terrore confirmare curauit, Tiberio & Albino edacior & bibacior. Scribunt nonnulli sæpe vno die vini amphoram bibisse, & libras carnis quadraginta alij sexaginta vno die comedisse, tãtæ crassitudinis existimatum esse, vt sudore sui corporis (quem calice excipiebat) tres sextarios impleuerit, pollicemque adeo pinguem habuisse vt vxoris dextrocherio pro annulo vteretur. ab eo inde ortum esse prouerbium, dum de ineptis & longis hominibus sermo fieret, Maximini caligam requirit. Scueritatis fuit plus quàm barbaræ, sed post occupatum imperium insolentior et seuerior factus est. Exercitus enim & populos sæuitia tantum in fide continere voluit. Ob id à multis Cyclops, à plerisque Busiris, à nonnullis

863 Phalaris, ab alijs Typhô appellatus sit. † Sexta inde ecclesiæ persecutio suborta est, quæ alijs præcedentibus inferior non fuit. Auaritia adeo notatus est, vt exitio Romæ & prouincijs, quæ Romanum audiebant imperium, fuerit. Sacra enim & prophana expilabat, passim homines cuiuscunque generis ad supplicium trahebat nulla indicta causa, vt bona eorum raperet & prædaretur. calumnia enim pro causa illi erat. Ob id non tantum prouinciæ, quæ tunc Romanos audiebant, sed & milites propter impias & intolerabiles illius sæuitias aduersus eum insurrexerint, odiumque inexpiabile conceperint, defece-

864 rintque ab eo, ac coniurauerint. † Hostis tandem à senatu iudicatus est, & nomen eius deletum, statuæque ipsius euulsæ & euersæ, aliumque imperatorem senatus suffecit Gordianum seniorem, qui Reipublicæ periclitanti succurreret, qui vnà cum filio imperator institutus est. Vnde inter milites Maximinos bellum non modicũ suborrum est cum Gordianis, sed Gordiani ambo interempti sunt. Alij verò solum iuniorem dicunt, dum cum Carthaginensibus aduersus Maximinum bellum mouisset, occisum fuisse, patrem verò se laqueo suspendisse. Suffectusque est mox à senatu Gordianus filius Gordiani iunioris, quẽ occisum suprà diximus, præfecto militibus Pupieno, qui Aquileiam ciuitatẽ occuparet, vt Maximino obsisteret, prohiberetque Romam venire, à quo plerique occisum fuisse asseuerãt. Alij verò in obsidione vrbis Aquileianæ à militibus suis fuisse cum filio occisum. Quibus Sabellicus consentit, reiecta Eusebij opinione. Cæterũ satis omnibus placet patri & filio mox amputatum fuisse caput, amborumque capita Romã missa, corpora verò feris volucribusque lacerãda relicta: atque tam gratum fuisse Romano populo hoc facinus, vt cum gaudio gratiæ dijs redditæ fuerint, omnisque ætas omnis ve populus gratulabundus hostias dijs obtulerit, quòd ab hoste & inimico tam seuero ciuitas liberata esset.

865 Gordianum † autem tertium, qui vix annos tredecim natus erat, Cæsarem à senatu appellatum à Marco Iulio Philippo interemptum esse tradunt. Tametsi nonnulli hunc Gordianũ post interemptos Papienum & Albinum imperatores à populo suffectum fuisse asserunt. Post Gordianum verò tertium Papienum & Albienum

866 imperatores electos extitisse. † Sed siue Gordianus prius imperator factus fuerit, seu Papieni & Albieni præcesserit institutio, omnibus tamen satis placet illos à senatu creatos fuisse imperatores, qui totius Reipublicæ curam haberent, à militibus autem ambos fuisse occisos, neque diu Rempublicam administrasse, tam incerta tamque varia est scriptorum sententia, vt vix certi ab eis quicquam excipi possit. Aliqui enim volunt Albienum & Papienum à populo acceptos non fuisse, ob id Gordianum tertium patris & aui gratia, quòd bene de Republica meriti essent, à senatu Augustum appellatum fuisse: tametsi vix decimumtertiũ annum attigisset, illumque sicuti dictum est, à Philippo præfecto prætorio post superatum Artaxerxem Artaxerxis filium, qui Persas tunc regebat, paratis insidijs occisum fuisse.

Sunt qui scribunt à senatu audita Gordiani morte, Marcum quẽdam imperatorem electum fuisse, qui mox in palatio mortẽ obijt. Demum in eius locum suffectum esse Seuerum Hostillianum, qui statim morbo oppressus medicis ve-

867 nam male soluẽtibus interijt. † nec multò post senatum literas à Philippo recepisse mortis Gordiani, se'que à militibus imperatorem factum fuisse. Nec dubium est Philippum Arabem tandem Romanum occupauisse imperium, de quo multa & varia scripta sunt. Comperio etiam filium suum imperij consortem fecisse, quem & imperatorem salutari iussit. Hunc Christianum factum fuisse Orosius & Platina scribunt. Alij verò arbitrantur Philippum, vt de Decio vindictam acciperet, quòd imperatorem se viuo appellari passus esset, Christiani nominis cultum simulauisse, cæterum fraude à Decio Veronæ occisum fuisse, pariter & filium eius Romæ. Alij hunc Philippum omnia fraudulenter egisse asserunt, multaque ac varia crimina per amicos clandestinos simulasse. Postremo Mesopotamiam & Assyriã hostibus pace sic cõposita reliquisse, alias denique prouincias amisisse, quas Scythæ populati sunt, vrbes diripiendo, agros Romani imperij vastando.

868 Decius † Philippis à se occisis imperium inuasit, vir feritate plenus, neque Nerone inferior. Septima enim Christianorum persecutio secuta

est, pro quibus cruciandis suppliciôque affligendis plura feralia fecisse edicta palam est. Et licet recentiores Romanæ historiæ scriptores plura commentitia de vita mortéque illius scribant, quasi hic imperij redemptor seu restaurator esset, exitus tamen viri tam sanguinarij demonstrauit. Nam dum Scythas & Thraces adoriretur, postquam filium sui imperij participem & socium fecisset, vnà cum filio occubuit, filius gladio, pater verò palustri voragine obrutus est, neque postea illius cadauer vsquam apparuit: tametsi Pomponius Lætus dimisso veri scriptoris officio Decij virtuti tribuat quod in voraginem paludis volens seipsum præcipitauerit, ne in hostium potestatem veniret, aliorum Deciorum ductus exemplo. quod credendum esse opinatur. Alia demum commētitia de suppetijs Decio & filio aduersus Echinam Gotthorū regem Philippopolim vrbem oppugnantem præcitis fingit, sicuti & pleraque alia multa fingere solet.

869 Gallus † Hostilianus Decijs sic vt suprà diximus, mortuis proditione imperium cum Volusiano filio suo, quem Augustum appellauit, arripuit, nullius aut raræ fidei vir. Anteriorum suorū persecutiones in Christianos renouauit, profligendasq; ecclesias edicto decreuit, sed diuina vltione non caruit. pestilentibus enim morbis vbique Romani adeo afflicti sunt, vt nulla prouincia, nulla ciuitas, nulla domus, huius pestis immunis fuerit, sicuti plerique memoriæ tradiderunt: sed nec authores huius vltionis immunes fuerint. Romani enim cū authoribus absorpti sunt. Aliqui verò gladio interempti. Aliqui autem cladem cum ignominia Romani ab hostibus receperunt. tributum enim quotannis Scythis pendere coacti sunt ducentarum aurearum drachmarum. Nec eo cōtenti hostes Dardaniā, Thraciam, Thessaliam, Macedoniam & maiorem Asiæ partem obtinuerunt. Parthi etiam tūc Armenias inuaserunt, suæq; dominationi magna onusti præda addiderunt. Postremo Gallus Hostilianus defectionem omnium militum passus est, qua elatus Aemilianus aduersus Gallum plura moliri non dubitauit, quem cum filio ad Flaminium forum occidit. Alij verò Interanne dum Aemilianus ciuile bellum moueret Gallū cum filio interemptū fuisse dicunt. Talis esse solet tyrānorum exitus, vt nomen eorum cum sua posteritate penitus deleatur.

870 Aemilianus † imperium inuadit, sed occupatæ tyrannidis pœnas statim dedit. tertio enim post mense quàm tyrannidem cepit, à Valerio & Norico filio suo trucidatus est. Isti sunt Monarchæ, quibus dicūt vniuersum orbem paruisse: quibus non orbis, sed neque milites obediebant.

Valerianus Aemiliani parricida cum Galieno filio suo imperium arripere non dubitauit, qui non secus circa Christianos quàm Nero se habuerunt. Christianos enim idola colere, Christum abnegare, non negantes trucidare passim non cessauerunt. Cuius persecutio octaua à Nerone fuit. Sed suæ persecutionis pœnas luit. Hic enim dum in Mesopotamia bellum gereret à Sapore Persarum rege captus est, quem adeo pressit, vt dum Sapor Rex equum ascensurus erat, quandiu Valerianus vixit illo veluti scabello vsus est. Sic Valerianus perpetuæ seruituti ignominiosè addictus est. Germani non tantum rebellauerunt, sed & Italiam adorsi sunt, omnia ferro & igne vastantes, Rauennam occupauerunt. Galli aduersus Romanos arma sumpserunt. A Gotthis Græcia, Macedonia, Pontus & Asia superantur, & Dacia perpetuò aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur. Germani vlteriore Hispania potiuntur. Parthi Mesopotamiam & Syriam auferunt. Aliæ denique prouinciæ desolatæ sunt, quarum ruinæ testimonium afferunt. & Orosius Tarraconensem prouinciam similem iacturam & ruinam passam fuisse ait, illius'que miseriæ testem se esse asserit. Eusebius autem ait Ciliciam, Syriam & Cappadociam à Sapore Persarum rege vastatas fuisse:

871 † Alemannos Gallijs hostiliter vexatis Italiam penetrasse: Gotthos, Pontum, Asiam, Græciam, & Macedoniam depopulatos esse: Quados, & Sarmatas Pannonias superasse & occupasse: Taraconam Hispaniæ prouinciam à Germanis deletam fuisse. Alij verò plura etiam diuersa, sicuti illorum varia natura est, scribunt, vt nihil certi habeamus, cùm vnus plus minus alio referat. Satis tamen ex eorum scriptis constat Romanos vbique attritos fuisse, quos censor noster & dispunctor Longobardicus orbis dominos vociferat. Titubante Galieno tanta infelicitate perterrito, tam've misero collegæ exemplo permoto, pacem ecclesijs restituere arbitratus est, sed cùm satis ecclesiæ factum non esset, suæ imbecillitatis & voluptatis Roma propter bella ciuilia, quæ inde in vrbe orta sunt, penè tota dilacerata fuit, & Romanorum sanguis, sæuientibus Gotthis & alijs populis hostibus Romanis, ferè extinctus est. Galienus verò ad luxuriam magis quàm ad imperium natus Mediolani cùm libidinibus intenderet, fraude Aurelij sui ducis cum Valeriano fratre suo interemptus est. Isti sunt mundi domini, quibus non tantum gentes barbaræ imperant, quibus've seruire necesse fuit, verum & suos euitare non potuerunt. Quo factum est vt plerique tyranni ceruices erexerint, multas've prouincias occupauerint, quibus pro tempore præfuerunt, sed tanta illorum sæuitia erat, vt à suis interfecti, & prorsus deleti sint.

Scribunt

Scribunt etiam nonnulli tristem, & terrorũ plenum istius principatum fuisse, non solum propter frequentes prouinciarum rebelliones, sed quòd res Romana ludibrio barbaris fuit, fœdéque deturpata.

871 Ad Claudium † qui post Gallienum imperiũ seu tyrannidem inuasit diuertamus, cuius imperio noua persecutio aduersus Christianos cœpit, & si aduersus Gotthos nõnulla prospere (sicuti aiunt) gesserit, Gotthi tamen non fractis viribus omne Romanũ imperiũ Romamq; ipsam deleuerũt vt Roma Gotthia à Gotthis denominata sit, sicuti mox explicabimus, dũ de Gotthis suo loco sermo fiet. Moritur tandem, cuius morte Quintilis frater imperator effectus est, qui xviij. post die quàm imperiũ arripuit interfectus est. Dñatores orbis Romani abortiui trucidãt.

873 Aureliano † tyrannidem occupante qui necis Gallieni imperatoris, cuius suprà meminimus, author fuit, quiq; etiã aliam in Christianos persecutionẽ quam nouam à Nerone omnes tam diuini quàm humani scriptores appellant mouit, ed mox recto Dei iudicio fulgure ictus interijt. Sũt qui Genabensem ciuitatẽ natale meũ solum suo nomine Aureliã vocari asserũt, sed id fabulæ magis quàm historiæ tribuendum est. Non enim ab Aureliano hoc Aureliæ nomẽ assumpsit, sed ab aureo Lilio quo reges Franci pro insigni diuini tus concesso vtuntur, & tribus liliorum aureorũ cordibus quibus pro insigni suo vtitur, quibúsque à Francis regibus suis dominis & imperatoribus suos ob præstantem et inuiolatam fidem, quam in suos reges semper habuisse constans veritas est, donata est. quo factum est, vt sola illis virgo ciuitas indomita remãserit. Ad huius rei testimonium citare non dubitabo Gallicum vetus adagiũ quod Gallice recensere non pudebit, Tournay iamais ne tourna, & Orleans iamais ne varia.

874 † De Tornaco certè actum est, quæ persida suo principi facta est, sicuti cõmemorare intendimus. Prisco autẽ & gentilitio nomine Genabum nominata est, quòd ager ille omnia bona generet, sitq; illi amœnus aër, ager fertilissimus, regni vmbilicus, aula regia aliquando regio nomine decorata, & adhuc secundo genitis Christianissimorum regum filijs in titulum semper addicta, studiorum altrix, virorũ vndequaq; doctorum productrix. Nanque in iure ciuili ac pontificio tot ac tam præclara lumina genuit, quibus pleræque nationes illuminantur & illustrantur, vt nihil potius habeam quàm gratulari mihi & gaudere illo solo & sole natũ esse, tametsi negligentiã meam accusare nõ verear, quòd istius luminis nihil aut parum sim assecutus. Cæterum præstanti illorum virtute & gloria delectari non erubesco, ac cõciues & coæquales admonere vt illorum doctrinam æmulentur, vt priscorum nostratium nomen perenne & immortale fiat.

875 Ad Aurelianum † reuertamur, quem dicunt de Gotthis triũphasse, veluti ad interniciem eos reduxisset, tameñ rei euentus aliter iudicauerit. Postquam enim Gotthi cœperunt in Romanos gladios conuertere, donec Romanum nomen penè extinctum fuerit, Romanos persequi non cessauerunt: & licet ab Aureliano quibusdam prælijs superati fuerint, sicuti scribunt, sed non tam illa clade fracti sunt qui viginti supra trecenta hominum millia aduersus Romanos vno tempore opposuerint: multitudo autem illa in duas partes diuisa est, quæ totam penè terram sibi audientem fecit, & qui Orienti dominabantur, Ostrogotthi vocati sunt: qui verò Occidenti imperabant, Visigotthi appellati sunt. Aurelianus tãdem suæ infidelitatis & crudelitatis pœnas sustinuit. Nam si Orosio & Eusebio, alijs etiã plerisque diuinarum literarum scriptoribus credere debemus, fulguræ percussus interijt. Platina verò, cui Pomponius Lætus consentit, interemptum fuisse ait. Dicũt enim mediò itinere quod ducit ab Heraclio Byzantium non longe à Xenophoro interfectum fuisse. Quibus Sabellicus se subscribit, additq; quod nemo negat plus nimio seuerum extitisse. Volaterranus illum sæuũ fuisse ac sanguinarium ait. Talis est sæuorum hominũ finis. Fulgure Aurelianus deletus est, suæ infidelitatis & crudelitatis præbuit testimoniũ, vt testes sunt Orosius, Eusebius & alij plerique diuini scriptores.

876 Tacitus † autem, qui tacitus permansit, donec sexto post mense quàm imperium occupauit à suis in Ponto interfectus est. Cui in imperio successit Florianus frater eius, qui nõ dissimili morte interijt, sed paulò minori tempore imperauit. Nam tertio mense post occupatum imperatoris nomen cum vita imperium amisit. Rectè ac meliori ratione de huiusmodi mundi imperatoribus dicere liceret, quàm quod de Herode dicebat Augustus, qui filios passim trucidabat, Mallem Herodis porcus quàm filius esse. sic mallem Romanorum porcus quàm imperator esse, qui passim suos imperatores vbique locorum trucidant. Sed nec fortè absque ratione dici potest in eos à populo Romano sæuitum fuisse, cùm non imperatorum, sed tyrannorum gerebant officiũ. Progediamur ad Probũ, qui improbissimus inuentus est.

877 Probus † illorum successor simili impietate non caruit, qui apud Sicinum Pannoniæ oppidum natale suum solum in turre ferrata à suis hostiliter interfectus est. Quanquam plerique dicere voluerunt illum Germanos à Gallia expulisse, qui vix sibi imperare potuit. Sed iandudum Galliæ à Romanis defecerant, vt ex præcedentibus satis constare potest, pristinamq; libertatem recuperauerant, expulsis è Gallia Romanis.

Aurelius Carus Narbonensis extincto Pro-

bo tyrannidis officium incoepit, de cuius natiuitate varij sunt scriptores plura illi promittentes: sed quicquid sæuo illi tyrãno promittant, recto Dei iudicio sui fulguris ictu supra Tigridẽ percussus interijt, vel, vt alij volunt, in flumine Tigris submersus est, Carino & Numeriano filijs relictis, quos sui regni seu imperij consortes fecerat, qui nec suspicione mortis Probi caruit: tametsi plerique in eius excusationem multa scripserint, quæ tam festina imperij acceptione vix purgari possunt.

878 Carinus † & Numerianus, quem alij Minerianum vocant, Cari filij Cæsares prius à patre appellati, ambo diuisis prouincijs (vt plerisque placet) imperauerunt. Alij verò primò Numerariũ, mox Carinum fratre Numerario fraude Apri sui soceri, qui etiam tunc imperium affectabat; interfecto, solum imperasse. Alij Carinum solum imperasse, sed Numerarij fratris sui opera vsum fuisse, illumq; Sarmatico bello quod tunc in manibus erat præfecisse Carino ad Gallias, qui Romanos non audiebant, diuertente. Hic vir seuerus & flagitiosus tandem suæ sæuitiæ pœnas luit, tametsi de morte eius variatum extiterit, quo fit vt incertum etiam sit an cælesti flamma, an verò humana fraude interemptus, aut vi morbi defunctus sit. Cùm rumorem tunc fuisse aiunt Romanos in fatis habuisse vltra Cthesiphontem castra promouere fas non esse, ob idq; Carinum interfectum fuisse, cùm aduersus fatalem necessitatem attentaret. Alij verò in bello occisum fuisse dicunt. Sic à senatu, vt plerisque placet, flagitiosus &

879 tyrannus declaratus extitit. † Non desunt qui scribãt adeo libidini intentum fuisse, vt nec suo sexui parceret, neque aliud præmeditaret̃, nisi quibus modis per luxum omnia perderet, omnibus viris probis infensus, flagitiosissimis autem hominibus semper fauens. Audita mox patris & haud multò post fratris morte præceps in omne scelus tanquam vinculis omnibus solutus abijt. solum enim Diocletianũ verebatur, quem multis prælijs ab eo cõmissis in ipso prælio occidit. Itaque tam inconstans est & incerta Romana historia, vt de eo scriptores Romani, Græci & Latini tam diuersa & inter se pugnantia referre nõ dubitauerunt: quo fit vt nulla nostra ætate veritas ab eis haberi possit. Atque ob id verum esse Ciceronis dictum in lib. de Oratore, cuius suprà meminimus, Mendosiorem Romanam historiã factam esse, quod in eą multa sint scripta quæ facta non sunt. Nam & Vopiscus ob id arguitur plura in historia Romana scripsisse, quæ dubios lectores efficiunt, vt vix ad fidem suam trahere quenquam possit. Cæterum Orosius (vt ad Carinum redeamus) à Diocletiano, quòd flagitiose viueret, occisum fuisse ait, Numerianum autem fraude Arrij Apri soceri sui interfectũ. cui

880 omnes penè cõsentiunt. † Atqui Numerarium seu Numerianũ Cari filium in Christianos adeo sæuisse aliqui affirmant, vt multi Christiani sub eo pessime trucidati sint. Alij verò varijs tormẽtorum generibus adflicti, ob idq; Numerianum dolore capitis adeo affectum, vt per causam eius oculorum lumen amiserit. Et dum lectica veheretur, Arrius Aper socer eius inhumaniter interfecit. Illis sic trucidatis Diocletianus cũ Maximiano cõmilitone suo imperium inuasit, ambo Neroni haud dissimiles, & in Christianos longè quocunque alio seueriores, vt septemdecim millia hominum pauco tempore martyrio coronata sint. Quocunque enim loco diuertebant statim in Christianos sæuire festinabant, varijs eos cruciatibus afficientes, & in mortem cõdemnantes. Quos plerique pœnituisse dicunt, ob idq; imperium deposuisse vt priuati viuerẽt. Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus verò Mediolanum. Sed quicquid illi sentiant, Diocletiani & Maximiani pœnitentia fuit furor & insania, quibus continuè agitabantur. Nam Diocletianus, qui alijs non pepercerat, nec sibi etiam parcere potuit. In seipsum enim sæuit mortem sibi consciscens. Sed istius furoris & insaniæ causa fuit, quod Franci & Saxones, vt testis est Orosius, Burgundiones & Gotthi Romanum tam hostiliter persequebantur imperium, vt omnia ferro & igni traderent, Britannia demum, Africa, Persia, Illyricus, & Mœsia. qua persecutione permoti ob tantas tamq; varias acceptas clades nihil potius arbitrati sunt quàm in Christianos sæuire, & ecclesias sanctas

881 vastare. † Vnde manus domini aduersus eos extensa est, quia imperium & purpuram deponere coacti sunt, vt priuati viuerent, renitente plurimum Maximiano. Inde secutus furor et insania, cælum & terra Dei indignationẽ demonstrauerũt. pestilentiæ quippe & fames, terræ motus & huiusmodi persecutiones, quæ om̃ia sunt iræ domini testimonia & iudicia, Psalmo. cxliij. fulgura & coruscationes & dissipabis eos, emitte sagittas tuas et conturbabis eos. & psalmo nonagesimosexto, Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est terra. & psalmo nonagesimotertio, et quadragesimoquinto, Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam mota est terra. & psalmo. cxlviij. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Sic ille qui insontibus nõ pepercerat, sibi etiam

882 non pepercit. † Alij verò post depositum ab eo imperium ad Rempublicam administrandam accersitum fuisse Diocletianum volunt, & ad vltimum ex vrbe literas minaces accepisse, quòd Maximo & Maxẽtio fauisset, metuq; asperioris supplicij venenũ sumpsisse, qui prius se in deorum

rum cumulum referri voluerat, vt vnus Iouius, alter verò Herculius nuncuparetur, quod Iouis & Herculis æmulatores fuissent. Neque defuit insipiẽs opinio pecudibus illis Romanis sic extinctis in deorum ordinem tam impios tam've crudeles priuatos homines referre, quibus templum sub terra inter impios in inferis est. Mirumq; est quonam modo factum sit vt scriptores tã varias, tam've crudeles & infames obscœnitates de suis tyrannis descripserint, nisi vt illorum exemplo qui ad regendum Romanorũ imperium futuri essent, similibus moribus viuerẽt, delectareturq; eo ordine Romanus populus tractari, vilesq; & spurcas beluas pro numine adorare, vt perpetuum esset sui regni vel imperij stabilimentum. Huic autem rei Erasmus in apophthegmatis Cæsarũ rationem ad Orosium adˌdit. Inquit ille, turpitudinis alienæ species, velut in theatrum producta deterret à vitijs, & ad virtutis studium extimulat nõ ingenia omnino deplorata. Secundæ, inquit, mensæ bellaria, in quibus quædam apponuntur vt tollas, quædam vt gustes, nõnulla vt spectes. Sed Valerio hæc ratio non placet, de institutis antiquis, dũ de Massiliensibus loquitur, nullum aditũ in scenam mimis concessum fuisse à Massiliensibus, quorũ argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus, ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam sumat.

883 Nec dissimiles illis successerunt † Galerius & Constantius, qui à Diocletiano & Maximiano Cæsares declarati erant, vt huiusmodi Cæsarum declaratio gradũ ad consequẽdum imperiũ faceret, vt imperij authoritatẽ ab eo qui Augustus & imperator esset, regimẽ acciperet. Non quòd Cæsares Augusti essent, vt Sabellico placet. vij. Enneade. viij. lib. & rectè. cui Constantinus imperator adhæret in. l. & si excepta. C. de malefi. & mathema. in his verbis, aliquid horum simile exercens in comitatu meo vel Cæsaris fuerit deprehẽsus. Sicuti nostra ætas nõ dissimile figmẽtum introduxit, vt hi qui filios aut fratres habẽt, ad consequendum imperij gradũ faciliorem modum consequantur, eos Romanorum reges cõsentientibus, vti dicunt, electoribus nuncupari faciunt. quod in republica Romanorũ semper à senatu prohibitũ fuit, ne inertem & forsitã Reipublicæ inutilem cogatur populus ducẽ seu imperatorem recipere, sicuti plures inutiles ad id eodem genere vocati sunt.

Ad Galerium & Constantium reuertamur, quos Romanæ historiæ scriptores ex victis vi-
884 ctores euasisse dicitãt. † Galerius enim omniũ tormentorum inuentor Reipublicæ præsertim Christianæ acerrimus persecutor, quem diuina vltio præuenit inflatis suppuratisq; visceribus in totum corpus distentus fuit, apertisq; interioribus venis magna vermium multitudo, & tabo serpente statim ebullire visa est. Vnde fœtor intolerabilis procedebat: quo factum est vt manus impias hominum impijssimus sibi inferre nõ dubitauerit, quem sæpissime victum cum Maximino & Seuero, & mox Licinio, quos Cæsares fecit seu nominauit, legimus. Alij non Maximinum, sed Maximianũ legendum esse volũt. Galerius eñ infeliciter aduersus Persas & Aethiopas pugnauit profligato suo exercitu, cum his, qui ex fuga restabant, reuersus est, & confestim Christianos iterum persequi festinauit: quæ persecutio fœdum illud exitium, cuius etiam nunc meminimus, vir sanguinarius & truculentus in pœnam accepit, tametsi nonnulli alio pœnæ genere vitam finiuisse dicant, carnibus inedia, & ariditate consumptis, amissisq; luminibus vitam in mortem commutasse. Frequentior tamen opinio est, illum morbo sic correptum fuisse, quòd præ multitudine vermium mortem sibi violentam consciuerit. Seuerus qui Cæsar à Galerio factus erat, dum à militibus destitutus esset, à Maxentio ẽ Roma fugatus, & fugiens Rauennæ à Maximiano, vel, vt alij volũt, à Maximino captus interfectus est. Maximianus seu Maximinus haud multo pòst non dissimili morte consumptus est. Iussu enim Constantini generi sui
885 Massiliæ interfectus est. † Sic Maximianus homo ad sæuitiam natus dignum suis moribus exitum sortitus est. filium enim Maxentium à prætorianis militibus Augustum creatum, non tantum priuare voluit, sed & Constantinum ex Fausta filia generum occidere procurauit. Re Constantino per vxorem patefacta, socerum Massiliæ inuentum, sicuti dictum est, Cõstantinus interfecit. Maxentius vero Maximiano patri asperitate, Docletiano sæuitia, et feritate Commodo non dissimilis, viros claros Romæ occidit, noua vectigalia inuenit, mulieribus & virginibus stuprandis assiduus & intolerabilis fuit, qui vt tyrannidem in vrbe seuerius exerceret militibus suis quoscunque peruios inuentos, non sexus, non gradus, nec ætatis habita distinctione passim trucidare iussit: vnde numerosa ciuium multitudo interempta est. Nec à Christianorum persecutione quiescere existimauit. multi nanq; illo imperante martyrio coronati sunt. quo factum est, vt Constantinus Romæ vocatus, dum obuiam Constantino iret multis stipatus militibus Romam reuerti coactus est. Multis tãdem prælijs à Constantino superatur. Nouissimo autem prælio intra vrbis mœnia, secus Miluium pontem à Constantino interficitur. At Pomponius Lætus ab alijs dissentiens sic ait, Dum magna strage victus fugeret, seu fugiens, seu numinibus magicæ vanitatis, actus in Tyberim vnà cum equo insiliuit, submersúsque est, & nusquam inuentus. Cacodæmones corpus animámque ad perpetuos cruciatus retulere. Alij conantem euadere gurgite fluminis haustum & imis retentum arenis. Alij Tyberinum patrem

indignatũ deuoraſſe, & ſtatim euomuiſſe, & ca-
put reciſum adhuc ſæuitiam ac libidines præ ſe
ferens ſpectaculo fuiſſe ante currũ victoris. Iſti
ſunt mundi domini, cæli & terræ imperatores,
ſed maris aut fluminum non domitores, quibus
neque mare, neq; flumina, neq; terra obediunt.
886 Licinius † autem non longe diſſimilem tyrã-
nidem exercens dum multa in Rempublicã mo-
liretur, apud Cyballas oppreſſus interimitur.
Alij verò ſentiunt dum fuga ſalutẽ quærere ten-
taret, ne viuus in hoſtis manus incideret, laqueo
ſe ſtrangulaſſe. Alij autem Conſtantinum Lici-
nium ſororis ſuæ virum ſæpius pugna oppreſ-
ſum, tandem apud Nicomediam in deditionem
acceptum priuatum viuere permiſſum, contraq;
iuſiurandum iuſſiſſe illum interfici. Sic viuunt
mundi domini, ſic moriuntur, qui terræ, qui ma-
ri imperant, quibus nulli populi non etiam ſui
obediunt, ſed paſſim mactantur, trucidantur,
ſubmerguntur. Sic Cæſarum vita, ſic Auguſto-
rum dominatio anguſtiatur, quos mundi domi-
nos vocant illi. Ex his videri poteſt an barbari
ſint iſtorum mores vel Auguſti, qui paſſim Ro-
manos cruciant, cadunt, aliiſ've tormentorum
generibus affligũt. Quæ gens tam barbara, tam
effera, quæ ſimilibus delectetur moribus, ſeu ta-
libus viuat legibus? Quæ gens vſqueadeo tam
inſolens eſt, quæ reges, duces aut imperatores
ſuos ſubditos premat, diripiat? Suo more igitur
Romani viuant, cæteræ verò gentes huiuſmodi
catalogos legere nõ ſtudeant, ne fortè moribus
deprauati ſimili exitio pereant. Dicũt autem illi
hiſtoriarum deſcriptionem ſeu narrationem fa-
ciendam eſſe, ſed non inſectandam. Quibus ſa-
tis eſt factum: ſatis ſuperq; nobis eſt vt ſuorum
teſtimonio habeamus tam impudentes ac tam
obſcœnos Romanorum mores obſeruãdos nõ
eſſe, neque inſectandos.
887 Nunc ad † Conſtantium ex Helena Britan-
niæ regis filia productũ progrediamur, qui non
diſſimili fortuna (ſi fortuna dici debet) lætatus
eſt, tametſi illum veluti fortiſſimum heroa præ-
dicant, qui toties cum Gallis, Britannis, & Ger-
manis infeliciter pugnauit. Mox à Germanis ſu-
peratus vix ad ſuos ſaluus euaſit. In Britannia
tandem morbo apud Eboracum oppidũ (quod
nunc metropolis eſt) mortuum fuiſſe omnibus
placet. Sic Romana ciuitas à tot & tantis tyran-
nis de imperio cõtendentibus oppreſſa tandem
liberata eſt.
Conſtantino Cõſtantij prioris filio ceſſit Ro
888 mani principatus imperiũ, † qui aduerſus Ma-
xentium ob felix fauſtumq; crucis ſignũ, quod
Maxentio ſuis've militibus terrori fuit, feliciter
pugnauit. Propter illud enim Conſtantinus de
Maxentio victor euaſit, diuinaq; illum prote-
gente clementia. Hoſtis enim ſagittæ in hoſtes
ipſos reuertebant. Quo factum eſt, vt Conſtan-
tinus ab illo ſui hoſtis periculo illæſus euaſerit.
Non deſunt qui ſcribunt Conſtantinũ in æthere
ſignum crucis vidiſſe, illumq; hanc vocem audi-
uiſſe, Conſtantine, in hoc ſigno vinces. Initio ta-
men ſui principatus à tyrannide immunis non
fuit. eccleſiam enim acerrimè eſt perſecutus, quẽ
vt ab ea dominus Deus reuocaret lepra incura-
bili percuſſit, diuini autẽ ſcriptores interceſſio-
ne apoſtolorum Petri & Pauli lepra liberatum
fuiſſe teſtantur, quod ſpreto medicorum conſi-
lio, qui procuranda huiuſmodi lepra piſcinam
ſanguinis infantium faciendam eſſe conſulue-
rant, in quam nudus deſcenderet, vt in ea infan-
889 tium ſanguine lauaretur. † Noluit enim pro ſa-
lute ſua corporali recuperanda infantium ſan-
guinem effundi, ne tantum cruorem ſuorum ci-
uium exerceret, quem in hoſtem facturus non
eſſet. Licinium ſororis ſuæ virum, ſicuti ſuprà
meminimus, interfecit. Criſpum filiũ ſibi ſuſpe-
ctum, ſicuti nonnulli volunt, & vxorem ex cau-
ſis non ſatis expreſſis occidit. Plerique autem me-
dium inter eos principes ſtatuunt qui ſeuerè, &
eos qui modeſtè imperium rexerint, quod poſt
multa parricidia & tyrannides reſipuerit, quod
multa donaria eccleſiæ fecerit, Romanam eccle-
ſiam illuſtrauerit, quatuor eccleſijs Antioche-
næ, Alexandrinæ, Conſtantinopolitanæ, Hiero
ſolymitanæ præeſſe voluerit, cenſueritq; vt Ro-
manus pontifex omnium princeps eſſet, ſedeſq;
pontificia imperialem honorificentiam & pote-
ſtatem haberet. Et ſi conſtitutioni tranſcriptæ in
capitulo, Cõſtantinus. xcvj. diſtinct. credamus,
vrbem Romam, omnem deniq; Italiam Sylue-
ſtro eiúſque ſucceſſoribus põtificibus dono de-
dit, ſedemq; imperialem Byzantium tranſtulit,
quam reſtauratam ſuo nomine decorauit, ab-
hinc Conſtantinopolis nuncupata, auocatis ſe-
natu & patricijs nobilibuſq; Romanis ciuibuſq;
cum vxoribus & liberis.
At Pius ſecundus, prius Aeneas Siluius nun-
890 cupatus in dialogo longe aliter ſentit, † inue-
hitq; in legiſtas & canoniſtas, qui cum maxima
cura & diligentia diſputare ſtuduerunt an Con-
ſtantini donatio Syluestro papæ facta valuerit.
cuius Feli. meminit in. c. ſolitæ. ad finẽ. extra de
maiori. & obedien. Cardi. de Cuſa cum Pio ſe-
cundo ſentit, probareq; contendit Conſtantinũ
longe ante Syluestrum fuiſſe. Georgius Meru-
la in hiſtoria quam de vicecomitibus ſcripſit, idẽ
cũ eis ſentit, vt quicquid Romana eccleſia Ro-
mæ in Italia obtinet, à Lõgobardorum regibus
primùm, mox à Pipino, & poſtremo à Carolo
magno Pipini filio habuiſſe teſtatur. Nouiſſima
Georgij verba ſunt, poſtquam modum conceſ-
ſionum factarum pontificibus à Longobardo-
rum regibus & Pipino & Carolo Francorũ im-
peratoribus factam deſcripſit, ſic ait, & ſi quidã
hiſtoriarum ignari & temporum neſcij ignora-
to rerum geſtarum ordine à Cõſtantino Sylue-
891 ſtro põtifici datum referant. † Sic licet per res
Romanas

Romanas peruagari vt nihil prorsus veritatis ab eis exigi possit. suis enim tantum fauent, vt postposita rerum gestarum veritate, ad nænias & mendacia declinare audeant, neque imposturas suis posteris relinquere non erubescant. Religiosissimum enim hunc Constantiuum referunt, quem tamen baptisatum fuisse affirmare non audeant. Aliqui illum nouissimis diebus monachum effectum fuisse asseuerant, mox in ordinem sanctorum relatum, celebrantque illius festum dicunt. xj. Calend. Apriles, qui est dies xxij. mensis Martij. Alij verò ad extremum vitæ suæ baptisma reseruasse, exemplo Christi, qui in Iordane à Ioanne baptisatus est, Ioan. primo; Mar. primo, & Matth. tertio capit. Testes afferunt diuum Hieronymum & beatum Ambro-
892 sium. † Alij vero morte præuentum fuisse, neque ad Iordanem baptismi causa peruenire potuisse, sed in ea villa extremo vitæ tempore baptisatum fuisse. Volaterranus autem baptisatum fuisse Constantinum non affirmat, constare autem catechuminum fuisse. Mox ait libellum de elephantia Constātini & Syluestri baptismate, cùm ab authoribus, quibus vtitur, maxime dissentiat, omnino reijciendum esse. Platina ait à Syluestro baptisatum fuisse cū Crispo filio suo pulsis ab vrbe tyrannis. Sed inferant alij quicquid velint, quod omnes ferme sentiunt credendum esse ait, baptisteriumque huius rei causa ab eo magnificentissimi operis ædificatum fuisse. Orosius de Constantini baptismate nihil scriptum reliquit. Alij verò apud Nicomediæ villam publicam morbo interijsse, dum cōtra Persas proficisceretur. Non ergo orbis dominator erat, qui vix Constantinopoli securus permāsit. Alij verò in Acyrone fato perijsse. Alij Byzantio ad calidas aquas valetudinis causa egressum è vita demigrasse. Hinc Sabellicus dum tam varia de Cōstātini baptismo & morte scripta legit, sic ait, Hæc quādo tā variè tradūtur, neque pro certis affirmare ausim, neque ꝓ falsis refellere. Et iterū, Post quā de his quæ imperante Constantino per pōtifices acta sunt tot ac tam varia scripta fuisse cōperit, sic inquit, Adeo omnibus tēporū articulis variant authores, vt nihil certi haberi possit,
893 quod sequamur. † Ista est rerū à Romanis eorū've ducibus seu imperatoribus gestarū certitudo, vt nihil veri ab eis exigi possit. tantū em suis tribuere nō dubitauerūt, vt nō modò varia, sed etiam falsa inserere & describere suis've posteris relinquere necesse habuerūt. Hæc de Romanæ historiæ varietate cōmemorare existimauimus, vt vnusquisque aduertat, quātū Latini seu Romani scriptores cū detractione aliorū populorū ad sui nominis suorūque laudē suas historias (qd dico historias? potius fabulamēta sua) hmōi mā posturis fœdare voluerūt. quos dispūctor imitari nō dubitauit, dū quæ Liuius & Plutarchus famæ ac fabulæ tātū ascripserāt, vera rerū historia omissa, vt obscœnum aliquod in Gallici nominis ludibrium pro suo suæque gentis more trāscribere non puduerit, Volaterranum in hoc secutus. quāquam Georgius Merula Langobardus in principio historiæ vicecomitum nonnihil rerum à Gallis gestarum, vt ad vicecomites, qui à Langobardis originem traxisse profitentur, faciliore successu perueniret, recognoscere nō du-
894 bitauerit. † Pugnant iterum scriptores qua parente Constantinus natus fuerit. Nanque ex Claudia Claudij filia natum Platina & Pomponius Lætus scribūt, quod verum nō esse plerique affirmant: cùm Pollio Claudium omnino sobole caruisse dicant. Alij verò ex Helena, quā Constantius pater in delicijs habebat, processisse tradūt, hocque diui Ambrosij authoritate probant, qui Helenam Constantini matrem stabulariam vocat, inter Britannos natam humili loco ob formam Constantio patri tantum dilectam, quam coactus est postea dimittere, ac Theodorā Maximiani Herculei alias Maximini Herculei priuignam ducere. Volaterranus autem Britānicis annalibus adhærens Helenam Constantini matrem Coel regis Angliæ fuisse ait, sed frequens est fere omnium scriptorū opinio aduersus Volaterranū. De Iulio pontifice an Cōstantini tempora attigerit, dissentiūt inter se scriptores, cùm aliqui Constantinū extremū diem clausisse dicāt Iulio primo pōtificem agente: Alij verò Marco pontificatū moderante mortem obijsse. Hæc & huiusmodi similia Romanam historiam mendosiorem reddunt, vt quibus potius credere debeamus incertum sit.
895 Constātinus † moriens quatuor sibi successores fecit, Cōstantinū & Constantiū & Constantem fratres Cōstātini prioris, quē magnū vocāt, filios, & Dalmatiū ex Cōstantini fratre Anaualiano nepotem, quē nō diu superstitē permisere fratres. tertio em post Cōstantini magni patrui sui mortem anno à cōsanguineis interfectus est. tamersi nōnulli asserant insultu militari occisum fuisse, dissimulāte Cōstantino filio maiore natu: Alij verò Cōstantino nō tam probāte quā repugnāte, alij (vt Platina) volūt sciente potius quā iubēte Cōstante, alij factione Cōstātij in oriente à militibus occisum fuisse. Nec patitur Cōstans fratrem suum Cōstantinū diu viuere. Interceptū enim ducibus suis occidi iussit. Alij verò dū incaute aduersus fratrē pugnaret, apud Alsam, qui Venetiæ fluuius est, occubuisse dicūt. Alij cùm per nefas aduersus fratrē arma cepisset, cū vulnere ictus humi iaceret sine purpura incognitus, multis ictibus confossum fuisse asseuerant. Non etiam multo post Constans dum otio & luxuriæ intenderet volens Gallias opprimere omnibus exosus vir, à militibus Magnetij comitis interficitur, coniuratione in oppido, cui Helena nomen est, non longe ab Hispanis facta. Alij apud Augustā Germaniæ ciuitatem trucidatum

esse affirmant. Alij (vt Platina) Constantem varia fortuna contra Persas pugnantem seditione militari coactum intempesta nocte prælium suscipere, randem victum fuisse. Alij, cùm libidini intenderet, formosisq; pusiunculis, quibus cum debacchatur, illorum tenera ætate fruens, insidijs paratis quiescentem, & venatione fessum intra tentorium nihil tale meruentem à suis interfectum fuisse. Isti sunt Romani seu Romanorum tyrannorum mores, qui iure eos mundo imperare fecerunt, qui que non militibus suis, sed neque suis domesticis imperare, neque ab eis cauere potuerint.

896 Ad Constantium † solum Constante fratre suo à Magnetio occiso neruus totius tyrannidis deuolutus est. Cuius fauore & authoritate Ariana hæresis inualuit, vndecimamq; illo authore & persequente passa est ecclesia persecutionem. Similiter aliorum persecutor à multis persecutionē passus est. In primis à Magnetio, quē Cæsarem fecerat, aduersus quem prælia multa Constantius sustinuit, & in quibus omnes penè Romanæ vires defecerunt. Iam enim tota Italia & Africa Magnetius potiebatur. Aduersa etiā fortuna contra Persas pugnauit fugatusq; est, & victus à Sapore Armenias amisit, & Nisibim Mygdoniæ vrbem victor suo nomine Antiochiam nominauit. Gallia etiam suos duces infestauit. Illyria defecit Britānone duce. Ob id Gallus Constantij patruelis Cæsar à Constantio factus illum Orienti præfecit, vt de fratre, sicuti aiunt, vltionem caperet: sed non diu Gallus in fide permansit. aduersus enim Constantium ceruicem erexit, quem Constantius propterea occidere procurauit missis Seruiano & Pentadio notario & Apodemo, qui apprehenso Gallo ma-

897 nus post terga vincto ceruicē absciderūt. † Decentius autem Magnetij frater, quē Magnetius Cæsarem fecerat, dum lasciuiret, & omnia petulanter ageret, milites in se concitauit, coactusq; est laqueo vitam finire, seipsum enim laqueo suspendit. Non defuit Siluanus, quem milites Cæsarem appellauerant, cùm ob id suspectum haberet, haud multo pòst occidi iussit, cuius morte adeo exultauit, vt præ gaudio insanire cœperit. Ex Pomponio Læto hoc excepimus. Nec ille insanus Domitiano insanior erubuit suis manibus titulum suum scribere, Constantius totius orbis dominus. qui toties victus erat. Cum Persis enim post graue vulnus in prælio acceptum ad hostes transit, & vt pacem ab hoste obtineret, Syngaram & Visardum & Amedam vrbes insignes vt dimitteretur ex composito reliquit. Nec eo secius per Iulianum patruelem Galli fratrem Constantij Constantini maioris fratris filium, quem similiter vt Gallias reuocaret Cæsarem fecerat, dum sic à Persis superatum fuisse Constan

898 tium † Iulianus intellexit, Italiam & Illyricum inuadit, & parte imperij, quam Constantius occupabat, priuauit. Et dum hæc à Iuliano facta essent, animum ad Iulianum prosequendum disponit. Sed dum itineri se adiungit, qui tot & tātos persequutus erat, veluti priuatus inter Siciliam & Cappadociam in Mopsone oppido moritur. Isti sunt mundi domini, quibus neque terra neque aqua neque aër obediuerunt, sed in obscuris tenebris cum Arrio & asseclis suis hæreticis tenentur.

Iulianus, qui & apostata cognominatus est, eo quo prædiximus modo Augustum se nominare fecit, & Romanum principatum vsurpauit. Et postquam orationem in senatu aduersus Cæsares omnes, qui eum præcesserant, habuit, vitia illorum detestans, & veluti monstrosa prodigia affirmans, vir omnium pessimus Christianos ex integro more anteactorum Cæsarum seu tyrannorum persequutus est, non tantùm apertè, sed & dolis & arte ad suam trahere sentētiam enixè

899 procurauit. † Et dum bellum aduersus Persas à Constantio cœptum persequi intenderet, vouit se omnem Christianorum sanguinem perdere, si victor de Persis euaderet. Ille incōposito agmine exercitum siti & fame oppressum amisit, & per vastos desertæ regionis campos fugiens, ab hoste lancea transfixus est, & dum omnium vilissimus apostata moreretur, vociferabat, vicisti Galilæe, vicisti. Sic ille clamans cum multa miseria dies suos clausit. Nunc quæso dicat mihi quisnam est is mundi dominus, qui vix loculum habuit vt sepulturæ traderetur. Nō desunt Romani scriptores, qui referant eum multa præclara in Gallia fecisse, quæ longe à vero aliena sunt, cùm postquam Cæsar à Cōstantio patruele creatus fuisset, statim Illyricum cum Italia occupauit, nec inde ab ea discessit, sed ad persequēdum Constantium, vt omnino imperio illum priuaret, studium conuertit, sicuti suprà memoratum est. Fingunt etiam eum Augusti nomen pertinacissime respuisse, quod tam animosè affectauit, vt ad interniciem, vsque Constantij continuè perseuerauerit.

900 Iouinianus † post miseram & infelicem Iuliani mortem Romanum principatum inuasit. Ille verò, sicuti plerisque placet, Iuliani mores non sequutus Christianos fouit, & hoc pacto Roma num exercitum duobus prælijs tam graui afflictum plaga, quem à Sapore Persarum rege, à quo tenebatur, recepit, pacem, non tantum dixerim honestam, sed pernecessariam obtinuit, vt reliquias exercitus conseruaret, Nisibe & Mesopotamia Sapori relictis. Nec multo pòst, vt plerique opinantur, calore prunarum & nitore parietum nuper calce illitorum suffocatus in Illyrico octauo pòst mense quàm imperium occupauit, vitam cum morte commutauit. Alij verò nimia crapula extinctum fuisse affirmāt. An hic, quæso, mundi dominus, qui nec crapulam superare potuit? quare non Augustus ab augendo, sed ab

sed ab angustia qua à Sapore oppressus est angustus, non Augustus dici potest.

901 Eo sic mortuo † Valētinianus mox successit, quem plerique testantur, contra Valentem fratrem quem imperij consortem fecerat Christianos defendisse, edictoq; phibuisse ne vlla Christianis inferretur iniuria vel molestia, maluisseq; missionem cum rubore à Iuliano apostata pati quàm dijs immolare, & pietatem offendere: suasionibus autem socrus & vxoris Gratianum filiū suum necdum puberem Augustum appellasse.

Valens autem ob id Christianos persequi nō cessauit, tametsi ab Euxodio Arrianæ prauitatis antistite ex baptismo sublatus fuisset: sed vir patrino similis Arrianam perfidiam sequi non dubitauit, qui vt facilius Christianorum sanguis exterminaretur, quotquot inuenire potuit monachos, clericos, & Christianos arma sumere coēgit, et si qui militare nolebant, fuste necari iussit, hi verò qui ad militiam se præparauerant per vastas Aegypti solitudines errare coēgit. quo factū est vt magna Christianorū multitudo ob Aegypti sterilitatē, serpentū abundātiam, extincta sit. Alij vero à Valentis ducibus interfecti sunt. Isti sunt mūdi domini, qui orbis machinam dirigūt. Sed nō defuerint eis inobedietēs. Nāq; Propius Constantinopolim inuasit & dominatū eius arripuit. Manna etiā Sarracenorū regina oēm penè Romanū attriuit exercitū, limitesq;, quos voluit sibi statuit. Saxones & Burgūdiones multis præliis Romanos duces cū omnibus suis copijs oppresserūt & fuderūt. Franci hūc Valentinianum hostiliter persecuti sunt, vt Italiā perpropere repetere coactus sit. Sarmatæ Pānonias è Valenti-

902 niani potestate maxima vi eripuerunt. † Gotthi Italiā penetrauerūt, & totā penè Italiā tūc vastauerūt. Cùm aūt Valētinianus tot iniurias vlcisci cogitaret, subito sanguinis pfluuio ad Brignonē oppidū extinctus est. Nec Valēs frater cum Gratiano suo nepote tam valens fuit vt tot populos, Romanos duces infestantes, phibere potuerint, quo minus ab eis omnē Romanū principatū & dnationē eripuerint, in seruitutemq; redegerint.

Nec satis mirari possum, tametsi in tractatu nō plurimū circa id institerim, vnde hæc processit opinio, vt Frāci hoc Francicū nomen Valētiniani iunioris tēpore, de quo hic noster sermo est, filij, acceperint, propterea q; Alanos Valētiniano rebellātes coēgerūt obedire, ob idq; tributo decēnali leuatos fuisse, mox lapso decēnio solitū tributū Valētiniano denegasse, ob idq; Francos fuisse nūcupatos, indeq; Francicū nomē originē sumpsisse, quā gentē à Scythis deriuasse Longobardicus dispūctor longe lateq; vociferat. Mox seriosius explicabimus. Interim Valētis & Gratiani & Valentiniani iunioris & fratris alterius

903 matris nati gesta psequemur. † In cōperto nāq; est Firmiū, alij verò Thirmiū etiā tunc Africā occupasse, cāq; vastauisse, quē à Theodosio Theodosij patre, qui extinctis Gratianis imperator factus est, superatū fuisse. Plerīq; etiānum affirmāt haud multo post à Valēte in præmiū rerum per eū in Africa gestarū interfectū fuisse. His tēporibus Gotthos etiā Italiā inuasisse, Hunnos, Gotthos suis sedibus deturbasse, quod maximo fuit Romanis detrimēto. Ob id em maiori manu bellū aduersus Romanos redintegrauerūt, & Valēte Romanorū duce ferociter Romanū equitatū fuderūt, legiones nō magno negotio obruerūt, & solutas in fugā verterūt fœda fugientiū cæde edita. Valēs etiā ipse viuus in hostiū manus peruenit, qui mox ab eis igne cōsumptus est. Eodē impetu & successu Constātinopolim occupauerūt. Iste est Valens non valēs mūdi esse dñs, quē Gotthorū flāma obedientē fecit, non terræ, non aëris, nō maris dñs, cui ignis dñatus est. Isti sunt, quos illi mūdi dños vocāt. Multa præterea cōfecta fuisse vno atq; altero modo scriptores referūt, vt pene in omnibus dissentire inter se videantur, in temporibus maxime, quibus pōtificibus, quibusve Romanis ducibus cōtigere, vt difficile dictu sit, sicuti Sabellicus ait, q; parū interdum constent sibi authores. Ex eo satis videri potest quanta Romanæ historiæ fides habenda sit, vt authores ipsi dissentanei & vere pugnantes inter se passim legantur.

904 Gratianus † sic igne cōsumpto Valēte Romani orbis, seu verius Romanæ vrbis principatū assumpsit, quē adeo strenuè in sui principatus initio tutatum fuisse dicūt, vt Neruæ similis fuerit, quū ad Reipublicæ Romanæ defensionem, quæ in magno discrimine erat, quia vndiq; premebatur, Theodosiū consortē regni sui fecit, pfecitq; rebus Orietalibus, quē non Marte, sed pacē pace tueri arbitratus est, perpetuo cum Athalarico Gotthorū rege fœdere pcusso, quod non minus optatū q; pernecessariū fuisse testatur. Adeo eñ debiles Romanæ res erāt. Dū hæc fiunt, Parthi, aliiq; ppli, quos Romani scriptores barbaros vocāt, Romanos duces infestare & perseq nō cessauerūt. Et Gratianus, q tā desidiæ & luxui intēdebat, Hunnos, alij verò Alanos dicūt, auro pellexit, vt suis rebus subuenirēt, iuuarētq; aduersus Maximū, qui fauore militari in Hispania imperator creatus erat, quæ res non mediocrē in Gratianū indignationē cōmouit, vt omī militari pte ctione destitutus fugā arripere coactus sit. Et dū in Italiā fugeret, à suis militibus interceptus interficitur. Alij vero à Maximo ex improuiso adortum fuisse, & in Italiam transire properantem occisum fuisse. Isti sunt orbis domini, qui omnium miserrimi turpissima morte vagi trucidātur.

905 Valentinianus † Gratiani frater non dissimili sorte vsus est. Profugus enim ad Theodosium, qui Byzantij tum erat, se cōtulit, à quo fraternè, sicuti aiunt, exceptus est. Maximo & Theodosio inter se digladiantibus scribūt Maximum in manus Theodosij et Valētiniani incidisse, vindi

ctamq̧ de Gratiano accepisse, & vltimo supplicio ab eis affectum fuisse. tametsi plura etiam in hac re varia, & penitus contraria referantur, vt Sabellicus ob id dicat frequentem illã in authoribus varietatem efficere, vt parum nobis res & tempora constent. Et in eo scribentium dissidio non fidem solùm nobis non cõstare, sed nec rerum ordinem qui in obscura & ambigua temporum ratione incidimus, vt neque veritatis quicquam excipere possimus. Sed Valentinianus omnium relatione in Arbogasti Alanorũ præfecti manus incidit, à quo Viennæ strangulatus est, & laqueo cadauer eius suspensum. Ecce quo modo Valentinianus Gallis imperauit, nõ Gallis, sed illi laqueus imperauit Arbogasti authoritate. Quidam Eugenius nomine, quem nonnulli Francum fuisse affirmant, Italiam inuasit Gallorũ & Germanorum manu fortior factus. Sic de mũdi dominis agitur, sic de his tãta apud omnes populos etiam barbaros habita est ratio, vt laqueo vitam finire cogantur. Tametsi Pomponius Lætus dicat sic Gratianorum prolem fauente cælo defecisse, & illorum tertium parum bellicosum Romæ cùm à palatio ad hortos Sallustianos secederet, conficere, vt dicebat, Parthicam expeditionem, extinctum esse.

906 Sub † hæc tempora surrexerunt (sicuti præmisimus) Alani, Hunni, Gotthi, Vandali, Longobardi, & prius his Burgũdiones, Arriani etiã Iustinæ matris Gratianorum crimine inualuere, & Christiani ope muliebri persecutionem passi sunt, diuusq̧ Ambrosius Mediolanensis episcopus plura eo tẽpore propter Arrianos sustinuit. Scoti etiam Picti à quo Pictones dicti creduntur, etiam tunc vtranque Britanniam occupauerunt, & Galliam Aquitanicam penetrauerunt, longè lateq̧ omnia vastãtes, quibus neq̧ Theodosius, de quo nunc sermo erat, neque alius resistere potuit, quin sedes in illa Britanniæ insula & in Gallia Aquitanica sibi statuerint. Sua nomina adhuc retinent.

907 At Theodosius † qui cũ Valentiniano Romanum principatum occupauerat, vt cõmemorauimus, postquã Valentinianus laqueo ab Arbogasto Alanorum præfecto suspensus est, solus postea principem egit. Et vt quietum suum esset imperium fœdus cum Athlarico Gotthorum rege percussit non minus spectatũ, & optatum quàm necessarium, vt suprà diximus. Et licet de Theodosio prædicẽt scriptores vt ab alijs tyrannis differre demonstrarent magna Christi confidentia cũ hostibus concertasse, victoremq̧ ob id euasisse constanter affirmant, vt mox explicabimus, inficiari autem nolunt Theodosium multa ac varia tyrannico more perpetrasse facinora. In primis præcepisse quinq̧ hominũ millia in ciuitate Thessalonicensi trucidare, sed huius tam crudelis tam've immanissimi criminis haud multo post pœnitentiam egisse. Ob id tamen varias hostium incursiones sustinuisse plerīq̧ scribũt, Orosius maxime. Ab Eugenio eñ, quem Arbogastus, qui Valentinianum suspendio vitam finire coegerat, in Theodosij æmulationem imperatorem fecerat maxima vi & impetu adorsus est, cum quo atque cum Frãco adhuc pagano diu acriter & ancipiti bello manus conseruit, insidijsq̧, quibus hostis illum interceperat, perijsset, nisi plus oratione quàm sua virtute

908 adiutus fuisset. † Noctem enim totam in oratione cõsumpsit, vt testis est Orosius. Solus eñ (inquit) corpore humi fusus mente cælo fixus orabat. Quo factum est vt Arbitionis alterius partis ducis ope asseruatus diluculo præliũ redintegrauerit, simulq̧ ac bellum geri cœpit turbo magnus venti exortus est, qui hostium ora premebat, vt reciprocandi spiritus virtus non esset. Aduersis enim venti flatibus sagittæ in hostẽ reuertebantur, vt nullum Theodosianorum militum offenderent. Vnde strages hostium maxima secuta est, & victor euasit. Eugenius autem ipse captus & interfectus est, cuius mors Arbogastum coẽgit in rebus tam desperatis manus violentas sibi inferre post partam de Eugenio victoriam. Nec multo post superstes permãsit, sed acta de iniuriosa, & tyrannica Thessalonicensiũ omnium cæde pœnitẽtia morbo correptus Mediolani moritur. Dicunt enim paulo antequam à diuo Ambrosio ob Thessalonicẽsium cladem ecclesiæ ingressus prohibitus esset, legẽ tulisse, vt principum sententiæ super animaduersione prolatæ, in tertium diem differrentur, vt pœnitentiæ seu misericordiæ locus esse posset. & ista lex Theodosiana, cuius caput est, Si vindicari. posita est sub titulo, de pœnis. C. libro. ix.

909 Archadius † & Honorius Theodosij filij regnum assumpserunt, quibus Theodosius tres viros adiutores ob teneram illorum ætatem præfecit, qui filiorum nomine Rẽpublicam regerent, Ruffinum, Salconem, & Gildonem: quo factum est vt res Romanæ apertius declinare cœperunt. Nam qui præfecti à patre fuerãt, puerorum ætatem aspernantes, non filiorum, sed suo nomine principatum vsurpare contenderunt. Mastezel Gildonis frater, aliàs Mascelger, sicuti Platinæ placuit, vel secundum Orosium Mastelzel, Gildonem Africæ vsurpatorem domuit & fugauit, sed Mastezel seu Mascelger non diu in opinione permansit. sibi enim Africam dominandi libidine permotus addicere & occupare voluit. milites tantam perfidiam nõ sustinentes apprehensum trucidauerunt. Gotthi interea Cõstantinopolitanum imperium inuadunt fugato Archadio & Salcone ductore suo, Romanumq̧ exer-

910 citum delent fugantq̧ Romam vsq̧ † Allarico tunc Gotthorum rege, qui nõ barbare, sed cum modestia principe digna suis mandat vt à cæde & sanguine, quantum fieri posset, abstinerent, neque in eos sæuirent, qui ad Basilicas beatorũ Petri

Petri & Pauli cõfugerent. & mox relicta Roma superatis Lucanis & Bracijs apud Constantiam vi captam moritur. Huic à Gotthis suffectus est Astolphus, cui in animo fuit Romam totam diripere, & prorsus euertere. Postremò non Romam, sed Gotthiam nominare voluit, successoresq; suos deinceps non Augustos, sed à suo nomine Astolphos appellari instituit. Qualis & quanta fuerit Romanæ vrbis attritio, ruina & clades, declarat Orosius lib. ij. capitulo vltimo. Hanc enim non dissimilem fuisse illi, quam contigisse suprà diximus, dum vrbs Roma tota excepto Capitolio à Gallis incensa est. re vera, inquit Orosius, pares sunt, & conferuntur inter se hæ duæ captiuitates, illa scilicet Gallorum sex mẽsibus desæuiens, ista Gotthorum tribus diebus transcurrens. Reliqua ꝑsequatur quilibet idoneus lector. & iterum cap. xxxix. de vtroque Gallorum & Gotthorum Romanæ vrbis excidio ait, Neque vero Gallorum meminisse in huiusmodi collatione debeo, qui continuo penè anni spatio incensæ euersæq; vrbis attritos cineres possederunt. Et idem lib. septimo capi. xliij. Astolphum, inquit, in animo habuisse, ardẽterq; inhiasse oblitterato Romano nomine, Romanũ omne solum Gotthorum imperiũ facere, essetq; Gotthia quod Romania fuisset, fieretq; Astolphus quod quondam Cæsar Augustus.

911 Honorius † dum hæc ab Archadio fratre suo geruntur à Salcone impetitur. accersiuit enim Vandalos, Alanos, Sueuos, & Burgundos, sicuti Romani & Italici scriptores volunt, vt rem Romanam omnino perderent, Visigotthos etiã solicitauit vt Italiam inuaderent, vt faciliore successu Honorius & Archadius opprimerentur. Pannoniam in primis occupant, Athlarico rege constituto, quo duce Italiam inuadunt iunctisq; Radaganosi alterius Gotthorũ ducis armis Romam obsident, depopulãtur & irrumpunt. Profligationem autem Radaganosi cum populoso suo exercitu descripserunt, sed adeo variè vt Neoterici Romanæ historiæ scriptores dicant nullum esse qui aliquid de ea affirmare audeat, vt ne Orosius, qui id temporis erat, nihil certum reliquerit, atque ob id opinari magis quàm historiæ veritatem scribere videantur. Mortuo Athlarico, sicuti prædiximus, Astolphus rex sufficitur, à quo Roma iterum obsessa, vi capta, direpta, vastata, & ruinis turpiter deformata est die primo Aprilis, anno salutis. xij. ac quadringentesimo. Per id tempus, vt plerique ipsorum cõmemorãt, Galliæ ab Vandalis, Sueuis, Hunnis, Burgundis & Alanis occupantur, à Gotthis & Vandalis Hispaniæ penetrantur, & vi occupantur.

912 † Burgundi maiorem Belgicæ Galliæ partem inuaserunt, & abhinc nomen illa prouinciæ plaga retinuit. Fines autẽ suos ad mare vsq; dilatauerunt, Narbonensi & Arelatensi prouincijs suo principatui adiunctis. Pleraq; etiã alia fabulosa & vere commentitia scribuntur, quæ nullius fidei testimonium habent, vt haud multo post explicabimus. Constanter enim affirmãt Honorium ab huiusmodi insultibus Gallias liberasse, & consilium habuisse, Hispanias, quas Gotthi nuper occupauerãt, recuperãdi, & Romam & ab omni barbarie liberandi, & mox Cõstantium ab eo militiæ præfectum inedia & rerũ omnium inopia Astolphũ ad extremũ sic constituisse, vt coactus fuerit inuleriorẽ Hispaniã trãsmigrare, atq; per hanc causam Astolphum à suis criminatũ fuisse, quòd Placidiæ vxoris suæ & sororis Archadij & Honorij illecebris allectus Romam & Italiã non sua virtute quæsitã dimisisset, & ob id imperium eius detrectasse, nec multos dies intercessisse, quin Astolphus à suis occisus sit, Vẽserico in locũ eius rege creato, quem, cùm simili voluntate affectũ cognouerunt, simili ratione interficiunt, Vallia rege facto, qui Africã statim inuadit: tandem re cum Honorio composita Placidiã Honorij sororẽ restituit, quam Cõstantio Honorius nuptam tradit, ex quo Valẽtinianum suscepit. Pollicitus est Vallia aduersus Vandalos partẽ Hispaniæ occupãtes auxilium præstare. Ad huiusmodi operã nauandã Cõstãtium Cæsarem factum fuisse, belloq; præfectũ, quo duce, sicuti aiunt, Gotthi & Alani superati sunt, de hisq; Romæ triũphasse Athalo Romano, quem magnus hominũ fauor ad imperij fasti

913 gium extulerat, capto. † Et dum Cõstantius res ad Hispanense bellum præpararet, septimo post mẽse quã Cæsar appellatus fuerat, mortuus est, in cuius locũ ab Honorio Eccius patricius Romanus suffectus est, qui Burgundos, vtì dicunt, conpescuit. Francos Germanicã gentem, vt Sabellicus scribit, in suos fines retroire coegit, desiderans Alanos persequi, qui Gallatiam sibi vendicauerant, quibus Vandali & Sueui nõ defuerunt. Nec valens Eccius tantã multitudinem sustinere, retro in Hispaniam copias Romanas deduxit, datis illis comitibus Castino & Bonifacio, qui non plura in eos quàm Eccius obtinere potuit, & Bonifacio, qui pariter relicta Hispania in Africã transfretauit, quibus dãnis Honorius afflictus ira percitus decessit. Et si hæc om̃ia lõge à veritate aliena sint, si tamen veritas in eia esset, rectè inferri potest, Honorium & Archadium alios've ab eis creatos Cæsares mundi dominos nõ fuisse, q̃bus tot populi imperauerunt. Sed verũ non est, Theodosium neq; Honorium & Archadiũ Theodosij filios imperiũ in Frãcos habuisse, neq; Gallias illis paruisse, multo etiam minus verũ esse, Gallos tunc Romano imperio obediuisse, dum à Gotthis Roma vastata, incensa, ruinis & cædibus deturpata, & deformata est, quemadmodũ & Lõgobardicus dispunctor tam cõstanter asseruit Orosij authoritate fretus, aut illius, sicuti ait, q̃ Chronicon scripsit, quisq̃s ille fuit, Romanos prius ab imperio desciuisse

quàm Gallias, nimirũ, inquit, à Gotthis Romã
prius captã quã Gallias ipsas. Et sic capta, inquit
ille, à Gotthis Roma imperij fides apud Gallos
914 permãsit. Quæ omnia cõmẽtitia sunt. † Nõ eñ
Orosius, qui tunc cùm Roma à Gotthis capta,
euersa & incensa est, cruore Romano inũdata,
suã scribebat historiã, sicuti ex tribus nouissimis
suæ historiæ capitibus satis cõstare potest, dixit
Gallias à Gotthis immunes nõ fuisse, sed ex ad-
uerso scribit Gotthos in duo agmina diuisos tũc
fuisse Ostrogotthos & Visigotthos: & dum
Ostrogotthi Romã diripiebãt, Visigotthi Gal-
liãs & Hispanias inuadebant, & prælijs multis
affligebãt. Hac ratione nõ pudebit Orosij dicta
transcribere ex.xxxviij.&.xxxix.xl.xlj.&.xlij.
capitibus libri.vij.historiæ Orosij. In capite eñ
xxxviij. Stiliconis Honorij soceri pfidia descri-
bitur, de quo sic ait, Paruipendẽs quod sub im-
peratore imperabat, Eucherium filiũ suũ, sicut à
plerisq; traditur, in imperio quoquo modo sub-
stituere nitebatur. Quãobrem Alaricũ, cũctãq;
Gotthorũ gentẽ pro pace optima & quibuscũq;
suppliciter ac simpliciter orantẽ occulto fœdere
fouẽs, publice autẽ & belli & pacis copia negata
ad teñendã, al's legit ad terendã terrẽdamq; rem
publicã reseruauit. Præterea gẽtes alias copijs vi
ribusq; intolerabiles, qbus nũc Galliarũ, Hispa
niarũq; puinciæ premunẽ, hoc est Alanorũ, Sue
uorũ, Vandalorũ, ipsoq; simili motu impulsorũ
Burgundionũ vltro in arma solicitãs deterso se-
mel Romãi nominis metu suscitauit, eas interim
ripas Rheni quatere, & pulsare Gallias voluit.

Ex cap.xxxix. postq; Orosius in cap.xxxviij.
mortẽ Stiliconis soceri & Eucherij filij, qui talia
in Honoriũ moliti erãt, quos coacto magno ex-
915 ercitu Honorius superauerat, sic ait, † adest Ala
ricus, trepidã Romã obsidet, turbat, irrũpit, da-
to tamẽ præcepto prius, vt si q in sctã loca præci
pueq; in sanctorũ apl'orũ Petri et Pauli basilicas
confugissent, hos in primis inuiolatos securosq;
esse sinerent, tũ deinde inquantũ possent prædæ
inhiantes à sanguine temperarent. Mox prose-
quitur vrbis direptionem, cuius suprà mentio fa
cta est. progrediamur vltro ad.xl.caput.

Ex capi.xl.hæc trãscribo, Anno itaq; ab vrbe
cõdita millesimo cẽtesimo sexagesimoquarto ir
ruptio vrbis per Athlaricũ facta est, cuius rei q̃-
uis recens memoria sit, tamẽ si quis ipsius populi
Romani & multitudinẽ videat, & vocem audiat,
nihil factũ, sicut etiã ipsi fatẽtur, arbitrabitur, nisi
aliquãtis adhuc existẽtibus ex incẽdio ruinis for
tè doceatur. Et post pauca iterũ Orosius eodẽ
916 cap.ait, Interea † ante bienniũ Romæ irruptiõis
excitatæ per Stiliconem gẽtes Alanorũ, vt dixi,
Sueuorũ, Vandalorũ multæq; cũ his aliæ Fran-
cos proterũt, Rhenũ transeũt, Gallias inuadunt,
directoq; impetu Pyreneũ vsq; perueniũt, cuius
obice ad tẽpus repulsi, per circũiacentes prouin
cias refundunẽ. His per Gallias debacchãtibus,
apud Britãnias Gratianus municeps insulæ tyrã
nus creatur, et occiditur. per reliqua prosequere
quæ delectabũt. Ex cap.xlj. hoc excerpsi, Mul
ta nũc mihi de huiusmodi rebus facultas loquen
di foret, si nõ secundũ omẽs homines apud vniuſ
cuiusq; mentẽ conscientia secreta loqueret, irru
ptæ sunt Hispaniæ, cædes vastatiõesq; passæ sũt.
Nihil quidẽ nouũ. Hoc enim nunc per biẽnium
illud quo hostilis gladius sæuit sustinere à barba
ris quod per ducentos quondã annos passæ fue
rant à Romanis: quod etiam sub imperatore Ga
lieno per annos ppe duodecim Germanis euer-
tẽtibus exceperũt. Et iterũ eodẽ capite, Quãquã
& post hoc quoq; continuo barbari execrati gla
dios suos ad aratra conuersi sunt, residuosq; Ro
manos vt socios modo vt amicos fouent, vt inue
niantur iam inter eos, qui malint inter barbaros
pauperem libertatem, quàm inter Romanos tri-
butariam solicitudinem sustinere. Quanq; si ob
hoc solum barbari Romanis finibus immissi fo-
rent, quod vulgo per orientẽ & occidentẽ eccle
siæ Christi Hunnis, Sueuis, Vandalis & Burgũ-
dionibus diuersisq; & innumeris credentiũ po-
pulis replẽtur, laudanda & attollenda misericor
dia Dei videretur: quandoquidẽ etsi cum labefa
ctatione nostri tantæ gẽtes agnitionem veritatis
acciperent quã inuenire vtiq; nisi hac occasione
possent, nec vlli dubiũ est. Et Georgius Merula
in primo rerum à vicecomitibus gestarum, ait,
Ostrogotthorum reges & Eruli coniunctis vi-
ribus & armis cum Gallias atque Germanias di
reptis vrbibus non sine magna cæde vastassent,
in Italiam arma conuertunt.
917 Non ergo † Gallia fidẽ Romani principatus
obseruabat dum à Gotthis Roma premebatur.
Iam actum erat bienniũ quo à Vandalis, Sueuis,
Alanis & Burgundionibus nõ Gallia tantũ, sed
& Frãcia, si Galliam à Francia distinguere licet,
et Hispania, teste Orosio, opprimebatur. Et quã
uis de Gotthis plura hic transcribi possent, illa
consulto remittimus ad eos qui Gotthorum hi-
storiam plenius transcripserunt. Satis est nobis
ex alieno & extero testimonio comprobare Gal
liam Romani imperij fidem nõ obseruasse, dum
à Gotthis Roma quatiebatur, incendebatur, &
ruinis deformabatur. Et quod ex annalibus Frã
cis huic nostræ disputationi conuenire comperi
mus, recẽsere curabimus, vt lucidius cõstet hæc
in Gallijs Archadij & Honorij tẽporibus gesta
nõ fuisse, sed Theodosio eorũ patre Romanum
statum occupãte facta fuisse. In quo annales no-
stri ab Orosio nõ plurimum differre videbũtur.
quãquam dum tractatũ scripsimus, cõmunẽ illũ
errorẽ secuti, Valẽtiniani tẽpore, qui Honorij fi
lius fuit, gesta fuisse scripsimus: sed cum paulò
diligentius res à Gallis gestas repetere curaui-
mus, non puduit quæ cõperimus recognoscere.
918 In principio eñ † principatus Theodosij Frã
ci qui Sicambriam incolebant, vniuersam Ger-
maniam

maniam vrgere cœperunt, quos cùm Theodosius, qui Romanas res moderabatur, cohibere tentauit, aduersus eos missis Namma & Quintino militum præfectis cum copioso Romanorũ exercitu, qui Frãcos adorsi sunt, victoria ad Frãcos declinauit, quare Nãma & Quintinus Eraclium & Iouinianũ duos alios ex Theodosij ducibus accersiuerunt, illorũ aduentu redintegrata pugna est. In quo prælio Franci tam fortiter Romanũ impetum sustinuerunt, vt Eraclius & Iouinianus fuga salutẽ quærere festinauerint, tãtaq; in eo prælio Romanorum strages habita est, vt Franci Romanis & finitimis populis formidini fuerint, cœperũtq; Ibio duce, quẽ alij Clodionẽ vocant, finitimas prouincias suo imperio adiungere, occupata pene tota Gallia Belgica. Eo etiã tẽpore Burgũdi Lugdunũ occupauerãt, & Gotthi vniuersam Aquitaniã subiugauerant. Agebatur cùm hæc fiebant annus Christianæ salutis trecentesimus octuagesimus septimus. Rebus sic prospere & feliciter ab Ibio gestis anno salutis cccxcix. mortuo Ibio Marcomirum regem statuunt, qui. xx. pòst anno Franci patris cõsilio vten-
919 tes † Pharamundũ non tã bello q; consilio præstantẽ, regem faciunt, qui Salicam legẽ instituit, vt nulla deinceps de futuro rege creãdo quæstio suboriretur, neque electione, sed successione ad proximiores masculos referretur, exclusis fœminis. Successus tandẽ Francorum adeo felices & fausti fuere, vt abinde Francicũ nomen vbiq; celebre fuerit: quo factum est vt ob singulares eorum virtutes & præclara facinora & in ecclesiam bene merita in omnibus concilijs conuẽtibusq; ecclesiasticis primum locum Franciæ reges obtineant meruerintq; Francorũ regnum Christianissimum iure merito appellari. Nostra etiam ætas Lutheranæ hæresis obscœnitate fœdata rectè cõprobat. Solus enim Franciscus primus Christianissimus Francorũ imperator & moderator sub eundæ huiusmodi prouinciæ curã & tuendæ ecclesiæ solicitudinẽ pro Christianæ & catholicæ
920 fidei integritate conseruanda assumpsit. † Carolus vero modernus qui Romanorũ se principem profitetur, nõ parum à priscis Romanis principibus differre visus est, dum anno Christianæ salutis millesimo quingentesimo vigesimoseptimo à suis ducibus Roma obsessa, capta, & deprædata est, Clemẽte tunc pontificẽ agẽte captiuo facto, virgines sacræ vi corruptæ, templa expilata, reliquiæ sanctorũ in terrã cõculcatæ. Nec pretioso Christi corpori parcitũ est, quo minus à Lutheranis militibus, quorũ plenus erat Cæsarianus exercitus, tanq; aliqđ insidelitatis signũ, sicuti aiunt, & in Lutheranis eorũ erroribus applicatũ, & vociferant, inique, peruersè & infideliter spargeretur & cõculcaretur. Mirũ igitur nõ est, si templorũ, seu basilicarũ beatorũ Petri & Pauli aliorumq; apostolorũ, martyrũ, confessorũ & virginum rationẽ nõ habuerũt, si domino dominãtium Deo ac domino nostro Iesu Christo honorẽ & reuerentiã exhibere dedignati sunt. Non tam seuere, tam barbare, tã hostiliter Athlaricus Gotthorũ rex, & illius exercitus Romã tractauit, vt suprà post Orosium docuimus. Sed cùm pestis hæc & clades recens sit, nihil vlterius cõmemorare necesse est. Et ne forte succẽseat aliquis quæ scripsimus, transcribã, quæ de vrbis direptione, Clemẽtis captiuitate Galeacius Capella Mediolanẽsis lib. vij. rerum in Italia gestarũ scripserit. Inquit
921 † ille, neque dies ille quo alma vrbs prædæ fuit, quo ipsæ diuorũ reliquiæ altaribus erutæ sunt, quo tot virgines intra castos parietes occlusæ libidinẽ coactæ fuerunt militum explere, quo nõ modò in homines, sed ipsa etiam in marmora & antiquas Romanorũ statuas sæuitũ est, finẽ dedit malorum. Nam milites dispositis in tota vrbe per domos paulo ante direptas hospitijs, Cardinales, episcopos, principum oratores, ciuesq; & mercatores, ac oẽm Romanum populũ, quibus paulo ante innumerabili pecunia redẽptis, nihil omnino supererat, ad alendũ tantum exercitum coẽgere, ipsiq; per ludibrium sacerdotalibus vestibus induti vrbem perequitabant, & tanq; ibi eorũ perpetuũ foret domiciliũ, quæcũq; ad voluptatẽ & delicias pertinet, quærebant, neq; exercitum Italicum, qui vicinorũ populorũ in se studium & fidẽ continere nitebatur, neq; Francorũ regem metuentes, qui alium exercitũ validissimũ parabat duce Lautrecho ad comprimẽdas in Italia Cæsarianorũ vires, & præsertim ad restituendã pontifici libertatẽ. Dicat mihi, quæso, aliquis sani sensus, vter exercituum Athlarici Gotthorũ regis, seu Cæsariani cũ Roma Romanisq; & sanctorũ reliquijs imo ipso Deo, maiore hostilitate barbaraq; fœditate vsus sit? si Orosio credendũ est de his quæ ante obsessam & captã Romã & in ipso Romanæ vrbis excidio à Gothis militibus acta sunt: pariter si & Galeacio Capellæ fides adhibẽda est de his quæ de Mediolanẽsi bello scripsit, cuius verba fideliter superius transferri psimus, omnibus cogitandũ relinquo. Sed quid de pontificis captiuitate vulgus opinabatur non
922 prætermitto. sanè hanc † Clemẽtis captiuitatem recto Dei iudicio contigisse arbitratũ est, quod (nescio qua occasione ductus) pontifex in Franciscum Christianissimũ Francorũ regem cũ Carolo prædicto & Henricho Anglorum rege ad Burbonij aliorumq; regiorũ subditorũ defectionem ab ipso Carolo in suũ regem & principẽ machinatione, dolo, & arte solicitatã fœdus percussisset. Hæc asserere erubescerẽ nisi mutuæ extarent epistolæ Clemẽtis pontificis ad Carolũ prædictum, & Caroli ad Clementem, quas Carolus typis Alemanicis cudẽdas dedit, quæ suo iussu, suóve nomine vbiq; terrarum publicatæ extant, & in omnium penè manus peruenerũt, à quibus nonnullas particulas excipere curauimus, ne videamur imposturam aliquam succensere. In pri-

mis ex Clementis pontificis epistola Romæ expedita die.xxiij. Iunij millesimo quingentesimo xxvj. pontificatus Clemētis anno.iij.clausula se-
923 quens transumpta est, † Postea vero cū hic pontificatus honor cōmunis in nobis patris personā exposceret, decreuissemusq̧ abesse ab armis & bellis, exercitusq̧ & milites nostros tuis iam bene constitutis rebus, & non modò non inferioribus, sed superioribus etiam quàm hostium tuorum reuocauissemus, tamen armis à nobis depositis, neque ita fideli consilio ducibus tuis in Galliam transeuntibus, neque inde pedem referentibus pecuniarum auxilio pro rerum nostrarum tenuitate adfuimus. Iterum in eadem epistola haud multo post sequitur, Eis conuentionibus occurrere coacti fuimus imminenti periculo, quas tu optime nosti. Ex quibus vidisti tu profecto & cognouisti quæ nobis esset cura, quæ cautio rerum tuarum, cum nihilominus tibi rebusq̧ tuis quàm & nobis & nostris caueremus. Alia
924 clausula, † Sinautē vel nō cognouisti vel oblitus es, erit tempus commodius quo ista exponamus, qui & Gallorum transitū in tui regni fines multis rebus remorati fuimus. Et cùm, si societatem eorum voluissemus sequi, maxima nobis præmia non solum proponerentur, sed etiam essent parata, ab instituto nostro non discessimus, plùsque apud nos amicitiæ tuæ memoria quàm præmium vllum valuit. Hæc Clemens pontifex inclemens & immansuetus, qui literas cōmentitias si seculari viro de pōtifice dicere licet, & vere subdolas illustrissimæ Ludouicæ Engolismēsi ducissæ Christianissimi regis matri perferendas suo tabellario dederat hac forma confectas, Quantum dolorem accepimus, & quàm animo fuimus perturbati ex hoc casu acerbo & inopinato, qui filio tuo regi præstantissimo, & nobis omni amore charissimo accidit, tuæ prudentiæ est æstimare.

925 Sed aduertatur † quæso quisnam ille est doloris seu mœstitiæ fucus, aut quis tam simulati seu verius fictitij amoris affectus, insuper quale hoc communis patris, vti ait, officium, & an patris, an verò hostis personam induerit, ex sua epistola legividerìq̧ potest, qui non modo ecclesiæ pecuniam, quæ belli neruus esse dicitur, ad perdendos Christi fideles cōuertisse non diffitetur, verum etiam arma & vexilla nō dicam ecclesiæ, sed sua hostilia cum Caroli populoso exercitu coniungere non dubitauit, & ad omnem sui animi explendam voluntatem vt Christianissimum piæ matris filium persequeretur, fœdus Christiana religione indignum cum Carolo cæterisque Christianis principibus & potestatibus contrahere non erubuit. Quo factum estvt thesauri ecclesiæ, qui ad alendos Christi pauperes ordinati sunt, neq̧ alijs vsibus destinari possunt, ad Christi fideles perdendos conuersi fuerint. Quid plura? ecclesiæ peculium, quod ab antecessoribus Franciæ regibus (quid dico?) etiā ab ipso Christianissimo rege acceperat, nō tantum Christianæ pietatis & charitatis immemor, sed & ethnicæ quæ benefacientibus benefacere nos admonet, expendit vt faciliore successu in hostium manus rex pijssimus incideret, regnūq̧ ipsum Christianissimum sacrilegis manibus male perderetur funditusq̧ euerteretur, in hoc Iulij, Leonis, & Adriani, suorum anteriorum pontificum vestigia sequutus.

926 Num † hæc sunt Christiani gregis pastoris opera? Num communis patris officia? An domini præcepta sunt? quæ omnes Christi fideles ad pacem inuitant, & gladij materialis exercitiū nō modò summo sacerdoti non cōmittunt, sed neq̧ cuicunq̧ alij sacris initiato vsum permittūt. Delenda itaq̧ est hæc nostra tam infausta infelicitáq̧ tēpestate Dauidis spiritu sancto pleni exhortatio, quæ rogare iubet quæ ad pacem sunt, vt in virtute dei pax fiat, quam dominus noster Iesus Christus ad patrem suum ascendens nobis reliquit, præcipiens illam quàm suppliciter amplecti, vt filij dei efficiamur.

Nunc verò spreta pace arma prædicātur. Nūc vexilla hostilia præparātur. Nunc acies ordinātur ad manus hostiliter conferendas, gladiosq̧ gladijs acuendos inuitantur. Nunc ad prælium omnes docentur. Nunc sacerdotes bellorum ministri fiunt, vt non sacerdotes rectè dici iudicari possint. Accincti sunt gladijs, amicti thoracibus, cristati capitibus, tonsi crinibus ad modum Thesei aut Alexandri. Nunc barbati Turcarum more incedunt, vt in illo sodalitio petulantiores appareant. Quid plura? nihil prorsus restat nisi vt sodalitij nomen, cuius Cæsar in sexto Gallici belli meminit, accipiant. Non hæc in pontificem dicta putentur, sed in epistolas quæ diffidij & inimicitiæ, non dixerim perfidiæ plenæ sunt. Ad Caroli epistolam diuertamus.

927 † Carolus enim in peccatis excusationē quærens ob desertam & penè desolatam Romam, stupratas in ea virgines deo sacratas, polluta altaria corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi sanctificata, sanctorum reliquias conculcatas, pretiosum Christi corpus contaminatum, sacrilegisq̧ manibus contrectatum, apostolicum captiuatum, cardinales, alios denique ecclesiæ ministros hostiliter custoditos, & cum graui ecclesiæ scandalo oppressos, vestes, reliqua etiam ecclesiarum ornamenta in dei & ecclesiæ suæ sponsæ ludibrium contrectatas & dissipatas. Sic ait, Nec quippe tantæ imbecillitatis censendi sumus, vt cuiuspiam artibus seu dolis à vera coniunctione & amicitia diuelli valeamus, vbi perfectus amicitiæ nodus intercessisset. Rectè dicit, vbi perfectus amicitiæ nodus intercessisset. quasi nullus intercesserit, qui contrario operum laqueo non dissoluatur, minúsque nobis oppressio

Italiæ

Italiæ minutioque sedis apostolicæ dignitatis asceri bi potest, qui teste Deo nihil horum tētauimus, nec vnquam cogitauimus, verum omnem conatum, omneque studium adhibuimus vt Italiam liberam & quietam redderemus, vt apostolicam sedem in suo decore velut illius protector & defensor stabiliremus.

928 Prius † autē quàm ad reliquum procedamus, Considerandum esse puto, quàm bono animo, quàmve recto synceroque spiritu ad tuendam ecclesiæ sedisque apostolicæ libertatem, procurandámve ecclesiasticæ libertatis defensionem motum se dicere potest, qui Clementē anno integro postque à suis militibus in Adriani mole captiuus effectus est sub fida sibi strictaque suorū militum custodia asseruari præcepit, ne vllus ad eum pateret liber aditus. A cuius etiā manu & potestate nequaque liber euasisset, nisi miles Francus duce Lautrecho superatis alpibus penetrata insubria totáve Gallia transalpinaúsque Romam fracto & pene attrito fugatoque Carolino exercitu Clemētem cum ipsa Roma suæ pristinæ libertati restituisset.

929 Actumque de illo erat, † nisi perfidia Liguris Andreæ Doriæ naualis exercitus Gallici præfecti, qua suorū more vti solet, Carolini milites Neapoli obsessi suppetias accepissent. Quē Lautrechus precibus vincere non valuit, vt in fide regis, vrbis Romæ pōtificisque liberatoris permaneret. Sed laxatis solitæ & innatæ suæ infidelitatis habenis, obsessis quàm potuit quæ ad victum necessaria erant ministrauit. Quo factum est vt terrestris exercitus, qui Solis feruore & peste plurimum atterebatur, loco cedere non sine incommodo coactus sit. Istorum testis est Galeacius Capella Mediolanēsis Moroni perduellis secretarius, in libro rerum in Italia gestarum septimo, cuius suprà mentionem fecimus.

930 Pergamus ad reliquū epistolæ Carolinæ. † Videat, inquit, quæso, sanctitas vestra, quibus fundamentis moueatur. Consideret an hæc pastorali cōgruant officio, vt hic sit gladius per vestram sanctitatem euaginandus exerendúsve, quem Christus in vaginam potius recondendum censuit, & qui etiam in hostes fidei ab ipso Christiani gregis pastore regulariter exerceri prohiber. Attendat hic vnusquisque quòd mox in eadē epistola scribitur. Non diffitemur tamen, inquit, Adriano viuente postquam in illius gratiam sanctitas vestra reducta extitit, illius ooeram nō modicæ frugi nobis fuisse in alliciendo eundem Adrianum ad fœdus illud defensiuum, quo medio Galli iterū in Italiam redeuntes Mediolanumque obsidentes fœderatorum præsidijs denuo victi repulsique fuere. Id demum sub vexillis & copijs eiusdem Adriani, in vimque præambuli fœderis actum extitit: quod vestra sanctitas opus manuū suarum despiciens nouus homo factus noua'que dignitate assumpta nequaquam approbandum seu innouandum censuerit.

Non possum satis admirari Carolinæ epistolæ scriptorem quonam pacto tamvaria, tam'que pugnantia scribere cogitauerit.

931 † In primis cū plus Adriano quàm Clemēti in hac re maxime licuisse tam constanter affirmet. Clementem quippe hortatur vt consideret an pastorali cōueniat officio gladium extēdere, & extēsum vibrare, quem Christus dominus noster Iesus non euaginandū sed potius recondendum, & in vaginam conuertendū esse ait. Imo, sicuti ille inquit, neque in fidei hostes ab ipso Christiani gregis pastore exerere permisit, Ioan. xviij. ca. Et tamen haud multo post, eundem Clementem cœpti fortè pœnitentem arguit, falsò tamen quod Adriani antecessoris sui vexilla & copias pontificalémve exercitum, vti dicunt, ad illud perfidæ coniurationis fœdus explendum nō permiserit, suarum manuū opus, vti ille ait, despiciendo. In hoc enim Clemētem, sui operis contemptorē improbat, & condēnat. Mox Adriani vexilla & copias non tam laudat & extollit, quàm approbat, totisque visceribus amplectitur & deosculatur.

932 † Tametsi Adrianus non in fidei hostes, sed in Christianissimum regē Christi'que fideles & catholicos arma & vexilla sua non catholica sed hostilia postposito, imò re iecto veri pastoris officio, vt ille plane confitetur, præparauisset, conuertissetque. Postremò, veluti præcedentium immemor, Clementem increpat, quòd gladium, qui recondēdus est, non euaginandus, pariter & copias & vexilla sua pro Caroli voto exerere recusauerit. Sed & mirandum quippe est, quomodo hanc technam Clementi scriptor, quisquis ille sit, imponat, dum tam pertinaciter asserit Clementem noluisse arma sua & vexilla Carolinis vexillis & armis communi fœdere coniungere. Cùm ille ipse Clemens tam apertè sua epistola declarauerit, totóque spiritu manifestare contenderit, deposito etiam communis patris officio, & pecunia, & omni ope sua Carolo suis'que rebus subuenisse, neque in aliqua parte defuisse, spretis etiam quibuscunque conditionibus quantumcunque bonis & maximis à Christianissimo rege sibi paratis. Et (vt Clementis verbis vtar) vt plus Caroli amicitia suá'que illius memoria quàm præmium vllum valuerit, neque ob id à suo instituto discedere voluerit, sed potius Caroli rebus occurrere, Gallorumque in Italiam transitū hac ratione multis rebus prohibere. Ob quæ beneficia ab eo recepta Carolum ingratitudinis accusat, vt ex Clementis epistolæ pagina plus æquo suprà ostendimus. Quā obrem hoc argumentum seu fundamentum, vti scriptor ait, quod ex sua epistola excipimus, refugere non potest. Si summo sacerdoti, etiam in fidei hostes arma & hostilia vexilla conuertere non licet, neque Christiani gregis pastori congruat officio, non etiam cuiuis alij sacris tamen initiato exercere conueniat, quomodo in Christianissimum Regem & Christi fideles Iulio,

Leoni, Adriano & Clementi extendere, & ho-
stiliter exercere fas fuerit, cogitent omnes qui ca-
tholici ac Deo deuoti sunt. Quid vlterius? non
satis Carolo fuit impium & irreligiosum illud
fœdus cum pontificibus cōtra diuinas, canoni-
933 cas, & humanas sanctiones tangere. † Nam &
vasallos non puduit, aliosque Regis subdi-
tos ad Regis defectionem, & rebellionem o-
mni qua potuit arte inuitare, armaque in eum
assumere.

In primis Carolum Burbonium per Adria-
num Beaucenum Flandrensem, quem ad hanc
truculentam & verè tyrannicam rebellionem im-
plendam simulato mercatoris habitu perprope-
re misit, Elionora Caroli sorore Burbonio nu-
ptui promissa, vt facilius ad nauandum explen-
dumque tam miserum ac tam indignum facinus
Burbonium, ac alios denique multos regni sub-
ditos, proceres, nobiles, & plebeios, & omnis
generis homines, etiam episcopos, sacerdotes,
& ecclesiasticos viros multis iniquis suasioni-
bus, subdolis, ac perfidis suggestionibus, &
muneribus oblatis corruptos, ad tam infaustam
tamque portentosam defectionem, omni in hac
re boni iustique principis honore postposito,
pro sua animi libidine cum Burbonio perduel-
les effecit. Ab his non longe abest Caroli con-
934 fessio, quam ex sua epistola excepimus. † *Nos,
inquit, beatissime pater, excusamus illius transi-
tus consilium, nec impugnamus. Id tamen nobis
inconsultis actum non extitit, qui in nulla iusta
ratione negare poteramus, illustri consangui-
neo nostro duci Burbonij, Anglicis præsidijs
freto pro sui status recuperatione, quo, eo quòd
nostris se addixit obsequijs, priuatus extiterat.
Durum enim ac prorsus inhumanum visum fu-
isset, si eo duce vicesque nostras in Italia agente
obtenta de communi hoste victoria, eiectisque
inde Gallis victricia arma eidem denegassemus,
ad rerum suarum nostri causa, vt prætendit, oc-
cupatarum cōsecutionem.* Et quanquam hac sua
epistola tam iniquè, & quocunque etiam minimo
principe indignæ defectionis solicitationem ex-
cusare commentis & imposturis fucare conten-
dat, vt tamen rei veritas me tacēte appareat, alie-
num & exterum ratus sum quærere testimoniū,
hisque nostris cōmētarijs seu glossematis adiū-
gere. Itaque ad Galeacium Capellam Mediola-
nensem Hieronymi Moroni perduellis Caro-
lique Austriensis cōsiliarij secretariū, qui omniū
in hac re gestorum indubiam notitiam habuit,
sicuti in liminari suæ historiæ epistola testatur,
refugimus, & quæ de his in tertio rerum in Ita-
lia gestarum libro scripta reliquit, transcribere
935 non dubitauimus. Inquit ille, † *Quapropter
cùm rex ipse Lugdunum pergeret, illum visita-
uerit domi ægrotum se simulantem, ne in Ita-
liam venire cogeretur. Mox cum præcepto re-
gio euocatus esset, lecticam vacuam, in qua ia-
cere se ægrotum finxerat, biduū antequam de-
tegeretur dolus, deferri iussit, ipseque clàm duo-
bus tantum comitibus in Burgundionum Co-
mitatum, qui regis Caroli Cæsaris est, profici-
scitur, vbi duodecim peditum millia ipsius ius-
su quàm occultius fieri poterat iam conuenie-
bant, quibus cùm primùm rex alpes transisset,
Burbonius bellum in Galliam erat illaturus.
Nam iam antea per Adrianum Beaucenū Flan-
drensem Cæsaris oratorem simulato mercato-
ris habitu ad se profectum cum ipso Cæsare con-
uenerat eius sororem Elionoram in vxorem ac-
cipere, & de Gallia cum eo & rege Anglico pa-
ctus fuerat, iniurias vlcisci cupiens, quas à rege
sibi illatas existimabat.*

936 Cesset † itaque ille apologiæ Madriacæ re-
futator dicere mentitum fuisse apologistam Gal-
lum, dum scripsit Burbonium pollicitis ad defe-
ctionem à Carolo Austriensi impulsum fuisse.
Nam suorum testimonio, quæ apologiæ Ma-
driacæ scriptor commemorauit, comproban-
tur: quippe nemo non nouit Galeacium Capel-
lam Hieronymi Moroni perduellis à secretis
fuisse, Moronumque illum omnium perduelliū,
qui vnquam fuerunt, primarium Caroli, quem
sui Cæsarem appellant, consiliarium fuisse, Cu-
ius in hac re fidem secutus Carolus tot argumen
tis à se approbatum tanto affectu amplectebá-
tur, vt omnia arcana sua, in hac re maxime, com-
mitteret, atque ob id Morono adeo domestica
& peruia erant, vt nihil eo inconsulto Carolus
faceret, huius defectionis acerrimum fuisse me-
diatorem, & apud Leonem Medicen pontifi-
cem & Anglicum regem declamatorem. Galea-
cius verò consiliorum Moroni particeps erat,
nihilque omnium istorum ei occultum fuit, sicut
in eadem liminari epistola enixe contestatur.
937 † Iure igitur suorum testimonia Carolus re-
futare non potest. Itaque apologiæ Madria-
cæ scriptorem non mentitum fuisse, dum arte
dixit Carolum ad defectionem solicitasse Elio-
nora vxore sibi promissa, tametsi Burbonius
à rege natura benigno & humanissimo domi
suæ visitatus fuisset, omniáue, quæ in secretis
sui status erant, pandere non dubitauerat, ni-
hilque horum metuentem principem sui exerci-
tus, quem Lugduni paratum babebat, prout
suo conueniebat officio stabuli regij comes erat
(vulgus Cōnestabilem, Romani Celerem voca
bant) omnium tamen acceptorum beneficio-
rum immemor à rege domino suo deficere,
illúmque intercipere veritus non sit. Sed ab
Adriano Beauceno Flandrensi solicitationi-
bus & pollicitationibus superatus est, maxime
quod Elionoram Caroli sororem futuram sibi
vxorem expectabat, sicuti Carolus suis literis
& per oratorem suum promiserat, & Burbonij
sequacium, qui tunc apprehensi sunt, multa hu-
ius cōspirationis testimonia in regis cōfessibus
recepta

recepta sunt, quibus omnia coniurationis media clarissimè detecta sunt, mox iudicium in reos criminis redditum est, quorum iudicio regis ordinatione admissus sum. Tandem qui Marte vincere non poterat, sua suorumque coiuratorum & ministrorum, qua potuit arte, ex vasallo hostem fecit, ex subdito rebellem, ex milite desertorem, ex duce persecutorem, ex consanguineo parricidam, ex amico inimicum et proditorem. Quo fit vt is qui Cæsaris successorem se prædicat, rectè iureque in hoc Cæsaris successor dici debeat. Cæsar enim, vt suprà post Tranquillũ in Cæsare docuimus, semper in ore habere solebat, Si violandũ ius est imperij gratia, in alijs rebus pietatẽ co-
938 lendam esse volebat. † tametsi Cæsar templa diripere & prædari non erubuerit, vt superius in Cæsare docuimus. Carolini etiã milites ducesque sui non omiserunt dum Romam expilabant, captiuum pontificem suo imperio hostiliter asseruabãt, & alia sæua Romæ facta, quæ prius post Capellam cõmemorata sunt. Cæterum Augusti successor rectè dici nõ debet, qui, vt Plutarchus in apophtheg. scribit, proditores non laudabat, tametsi proditiones amaret, quas prisci Romani improbabãt, vt mox docebimus. Hic nõ tãtum proditiones amat, sed & proditores affectat, & ad proditiones prouocat, omnique studio inuitat. An non cõmemorare licet Marchionis Salutionum regis in Italia vicarij defectionẽ, quam Caroli & suorum arte & opera cõtigisse vniuersus orbis nouit? quem tamen nec diu Carolus seruauit, sed violenta mors infelix & infausta, & proditore merita, crimine tamen non cõdigna, haud multò post abstulit & rapuit.

939 Taceo illustrissimi † principis ducis Britanniæ & Delphinatus, domini Francisci primogeniti intoxicationem, ne fortè dicatur memoriam amplius non extare priscorum Romanorum, & maximè illius egregij & præclari facinoris Caij Fabricij Romani & Ethnici dum cum Pyrrho bellum esset, ad quem Thunilcares perfuga in castra venit pollicitus, si præmium illi proponeret, se clàm veneno necaturũ. Quem Fabricius apprehẽsum ad Pyrrhum reduci curauit, vt pœnã de illo perfuga acciperet. quod facinus quantum à senatu laudatum fuerit, scribit Cicero in tertio Officiorum libro, & Valerius libro. vj. capitulo. v. de iustitia. Inde receptum esse Romæ prouerbium Cicero testatur, Si gloriæ causa imperium expetendum est, scelus absit, in quo non potest esse gloria. Sin ipsæ opes expetũtur quoquo modo nõ posse vtiles esse cum infamia. Nõ igitur arte, sed Marte, sicuti Galli solẽt, vt testis est Strabo in. iiij. non cum scelere aut proditionis aut defectionis aut infamiæ. Hæc obiter dicta sunt propter illam de Cæsaribus præstãtiam quã Romanæ historiæ scriptores magnifaciunt, vt propter illorũ deprauatos mores mũdi domini dici debeant. Ad institutũ igitur reuertamur.

Et nonnulla in tractatu à me scripta sunt, quæ repetere non est necesse. quantum autem ad no-
940 stræ disputatiõis vim, sufficit cõprobare, † Romanos duces aut reges vel imperatores, seu verius tyrannos, nõ mundi fuisse dominos, neque illis ius aliquod fuisse, quod possit ratione, authoritate aut præscriptione rectè comprobari, vbi principatus his medijs & formis iure acquiri posset, quod sanè indubitati iuris est nõ posse, vt in tractatu explicuimus, & haud multò post breuissimè repetemus. Neque eorum vllus vniuerso orbi imperauit. & id in glossematis suis. l. primæ. C. de summa trinitate & fide catholica. Longobardicus dispũctor recognouit. Scythiã enim, & Sarmatiam, & vltra Euphratem vniuersum Orientem nunquam paruisse Romanis planè confitetur. Nullus etiam præter Semiramidem & Alexãdrum Magnum Indiæ imperauit, sicuti Iustinus & Quintus Curtius scriptum reliquerũt. Non etiam Archades insulæ Cæsari neque Augusto, neque cuiuis alij paruerũt, vt scribit Platina. Et, vt eidẽ placet in vita Pij primi põtificis, Parthi vsque ad Antoniũ secũdum Romano non paruerunt imperio, sed è diuerso Parthi centum & quinque annis Africam totam
941 occupauerũt Romanis vi expulsis. † Non etiã Vandali, neque Mauri, neque Archedonij, si Iustiniano credere debemus in principio Authenticorum titu. de hæredi. & falcid. Romanis paruerunt. Aliæ etiam prouinciæ, quæ licet, vt res hominum secundùm Dei iudicium volubiles sunt, cùm propter regum & populorum iniquitates regna & potentatus sæpe de gente in gentem transferantur, quo fit vt pleræque regiones aliquibus diebus, & mẽsibus aut annis Romanos victores habuerint, non tamen sub eadem vi & potestare permanserunt, sed in libertatem suam proclamantes de manu eorum eadem vi & virtute sese liberauerunt, & mox sæpissimè Romanos sibi audientes fecerunt, profligatis & penè ad interniciem Romanis rebus deductis, vt ex præcedentibus videre licet: quæ non nisi à Romanis & exteris scriptoribus excepimus, sicuti singulatim in omnibus cõmemorauimus. & demum in seruitutem Romani penè redacti
942 sunt. † Nam gentem exteram (quam olim barbarã vocabant) victricẽ habent, & illis imperantem vt non hodie Romanum, sed Germanicũ sit imperiũ. Deletum itaque est omne Romanum nomen, quẽadmodũ de Hierosolymis Hieremias scripsit, Princeps prouinciarũ facta est sub tributo. Romam enim sui imperatores perdunt, dilaniant, incendunt, ruinis deturpant, & deformãt, ciues in prædam subijciunt, virgines suas etiam sacras & vxores stuprant, bona diripiunt, ecclesias & basilicas suas prophanant, prædantur, & in equorum stabula cõuertunt, rectores suos captiuos efficiunt, & sub tributo cõstituunt, vt nihil penitus suũ dicere possint, nisi ope & virtute

Gallica seu Francica conseruentur, nihil à Francis quàm opem & auxilium expectantes. In tractatu enim scripsimus quot pontifices Francorum regũ manu in sede restituti sunt, & quibus ab eis donati fuerãt, sæpissime sua virtute & opera recuperauerunt. Quæ si fortè plenius per singula reuoluere liceret, vix vnicum volumen sufficeret. Et ne diu immoremur, ad reliqua progre
943 diamur, † quæ Longobardicus dispunctor in Franciam gentem Longobardica ductus inuidia detorsit, quam Scythiæ gẽtem & efferam esse ob id affirmat, non recordatus originis Longobardicæ gentis, cuius ipse non imaginem, sed sanguinem demonstrat, quæ quantum effera fuerit, quantum've Romanos & Italiæ populos cõpescuerit, & sua feritate attriuerit, longè lateq; Romani seu Italici & Longobardici scriptores commemorant, delectanturq; eorum nonnulli à tam effera gente processisse, & suorum imperatorum, quos sibi Germania tradit, stemmata gẽtis illius maiestatem repræsentare gloriãtur. Horum omnium testes sunt Friderichi ambo, Henrichus, Sigismundus, Maximilianus, & nouissimus omnium, de quo prius sermo habitus est.
944 Nec inficiari quisquam potest † à Scythis Longobardos originẽ traxisse, & ex ea Scythiæ parte processisse, quæ incultos & efferos hominum mores alit & producit, ex Scandinaria Scythiæ insula, Laziardus ait. Alij vt Geruasius Celeberiensis ex Scannauia oceani insula, de qua Burgũdiones egressi sunt, quæ est inter oceanum & Danubium. Volaterranus ex Scandia Germanici maris insula. Scandia autem Scythiæ erat ditionis à qua Gotthi à Scythis eiecti sunt. Georgius Merula ex Scandania maris insula. Robertus Gaguinus ex Scandinauia Germanici maris insula processisse ait, cui Sabellicus consentit. Pomponius Lætus ex Cimbrica peninsula originẽ sumpsisse dicit. Cornelius Tacitus in libro quem scripsit de moribus Germanorum, Lõgobardos insulæ oceani Germanici incolas esse asserit. Plinius scribit Scythicũ nomen vsquequaque in Sarmatas & Germanos transire. Sabellicus Enneade. vij. libro. vij. Paulus Diaconus patre Longobardo natus non insulam esse ait, sed cum terra circũquaq; mari alluitur, quasi in modum insulæ ob id insulæ nomen obtinuit Scandinauiæ. Mores autem eorum barbari fuerunt, sicuti ex illis & alijs, qui de Lõgobardis scripserunt, videre licet.
945 Sunt † qui Lõgobardos à longis barbis, quarum plena est nostra ætas, appellãt, cui maior & frequentior cõuenit opinio quòd illis transeuntibus Hynni, aliàs Hunni bellũ parassent, vt eos interciperent, Longobardi verò mulieribus suis comas capitis ad maxillas mentosq; alligauerũt, vt potius virorum habitum simulantes plurium hostium multitudinem demonstrarent. Calepinus autem authore Pontico nõ Longobardos sed Lingobardos appellari voluit, quemadmodum Celtiberi à Celtis & Iberis dicti sunt: sic Lingobardi à Lingonibus Germaniæ populis, & Bardis Galliæ populis facta vnione vnã gentem, & vnum nomen admiscuerũt. Neoterici verò Langobardos, non Longobardos seu Lom-
946 bardos vel Lingobardos vocari volunt. † Et Eginartus, qui Carolo magno à secretis erat, in eiusdem vita Langobardos, sicuti noui typi attestantur, appellat, quam elocutionem omnes nostræ ætatis scriptores vsurpant. Paulus Diaconus vocabuli etymologiã explicat, quòd Lang lingua Scythica seu Germanica lõgum Latinè significat, & Bard lingua Germanica, Latinè barbam interpretatur: & sic Latinè composito vocabulo longa barba, non Langobarba dici debet, & inde Longobardicus nõ Langobardicus, neque Lingobardicus. Et si more Græcorũ vtendum esset, qui vocabulis Hebræis syllabam vnã addebant, vt inquit Iosephus lib. j. antiquitatũ. cap. xj. vt Noe Noehus, Abraham Abrahamus, Adam Adamus, & sic de similibus, similiter Langbardus seu Langbarda dici deberet cõiunctione illorum duorum vocabulorũ lang bard, iuxta Pauli Diaconi etymologiam. Sed hæc de
947 lana caprina dicta puto. † Nam siue Lõgobardos vel Langobardos aut Lingobardos, Lombardos vel Langbardos eos dicas, populi barbari fuerũt, quos cõstat post eiectos ab Italia Gotthos Italiam inuasisse, eamq; à Iustini tẽporibus vsque ad Carolum magnum occupasse, & quas voluerunt leges Romanis legibus abrogatis vel antiquatis tradiderunt. Francorũ autem virtute hæc pestis exterminata est, & Roma, quæ toties vi oppressa est, quæ renouatos cineres consumpserat, ope Gallica seu Francorũ virtute restaurata est. Nam & pontifices maximi quoties Romanam virtutem prorsus extinctam cognoscebant, nullius alterius suffragio vti arbitrati sunt, quàm Frãcorum præstantia & magnanimitate, quæ in hodiernũ vsque diem inualuit. Aliæ nãq; nationes nihil felicius aut augustius arbitrabantur q; Romã atque ipsam Italiã totam expilare & perdere. Ruinæ demonstrant, & adhuc recẽs est illa Caroli Austrieñ. inuasio, cuius suprà meminimus. Galli verò nihil præstantius habent quàm Romam & Italiam ab alijs fœdatã & ruinis deturpatam in priorem formam restituere, quod ægre Romani & Itali admittunt. Obstant enim bella eorum ciuilia, & intestina, & perpetua odia, quibus seipsos iugiter premunt. In tractatu plura scripsimus, ob id consultò non repetimus.
948 De quorũ † antiquitate Lingobardicus dispunctor ait à Scythis originem sumpsisse, mox Germanicos effectos fuisse, secutus fortè in hac re cuiusdam Hinnibaldi historici sententiã, quẽ non multò post Theodosij imperatoris tempora vixisse dicunt. Ille dicere solet Priamũ iuniorem

rem cum maiore hominum numero ad Scythiā venisse quàm Aeneas & Anthenor, quos in Italiam profugisse vulgus opinatur. & vt suæ historiæ fidem addat, multorū regū nomina Hunibaldus descripsit, vel potius desinxit. Scribit præterea ille in Scythia vrbem Sicambriam nomine construxisse, cuius nullus authorum alius illo antiquior meminit. Hūc sequitur noster Dispunctor. Iuuari forte illius opinio potest illorū authoritate, qui partē illā Germaniæ quæ Mæotidis paludibus clauditur, vbi primum Francos aduenisse dicunt, inferiorem Scythiam esse, quibus refragatur plurimum antiquorum historicorum authoritas, qui illos ad vtranq; Rheni ripā eo vsque peruenisse affirmant, illicq; sedes statuisse vbi Sicambriam vrbem ædificauerunt, vt suprà demonstrauimus.

949 Cæterum hanc frequentiorē opinionē, † quæ de Francorum origine legitur, amplexus est Hunibaldus, à Francione seu Francone Troianorū profugorū duce Francos nomen sumpsisse. Cui veteres Francorū annales astipulantur. Veterea enim scriptores ita opinati sunt, Frācos Priamo primo duce mox rege contractis socijs ad oras Tanais fluminis applicuisse, deinde ad Mæotidis paludes Francone duce peruenisse, à quo nomen acceperunt, ibique ciuitatem extruxisse, cui nomen Sicambria inditum est. Huic sententiæ Agathias Græcus historicus, qui circa Iustiniani tempora historiam scripsit, ferme cōsentit, sicut Volaterranus, alij etiam plerique recentiores scriptores commemorant, Germanos etiam Francos appellauerunt. Neque abs re est vt nō multò post explicabimus. Francicum nāque nomen antiquū est, sicuti Cicero in epistola ad Atticum recte cōmemorat. Plerique etiā illos fuisse dicunt quos aliquando Sicambros nomen habuisse arbitrati sunt, quorū Trāquillus in Octauio meminit, Geruasius Celeberiensis dum de partibus Europæ tractat, post Galliam descriptam, sic de Francis loquitur, In harum, inquit, medio Frācia est à Frāco rege dicta, qui de Troia, vt quidam dicunt, cum Aenea fugiens populo nomen dedit. Sanè, inquit, in catalogo Romanorum & Francorum legimus & iudicum vel regū Israel, quod dū Lapidoth de tribu Ephraim regeret populum Israel octo annis, huius anno tertio capta est Troia ab Assyrijs: tunc Aeneas & Phrygius fratres à Troia fugiunt. Aeneas regnauit in Latio, Phrygius vel Phrygas in Phrygia. Post huius mortem Troiani in duas partes diuiduntur. Vna pars Macedoniam petijt, vt suo potirētur auxilio. Alia quæ de Phrygia progressa est, per multas regiones peruagādo cum vxoribus & liberis electo sibi rege Francone, à quo Franci dicūtur, multoq; tēpore cū pluribus gentibus pugnam gerēs, eo quod fortis esset, in bello Asiam vastans, & iter in Europā dirigens super litus Danubij inter Thraciā & oceanū resedit, inter quos Priamus & Anthenor post Ilion destructū infami verecundiā fuga obtegentes, ripam Tanais fluuij adierunt, terminos Pannoniæ superioris iuxta Mæotidas paludes petētes, missisq; per gyrum exploratoribus reperērūt locū à communi hominum habitatione remotum, vndis marinis circunseptum, ibiq; cōstruxerunt ciuitatem Sicambriam nomine.

950 Strabo † autem nō Sicambros, sed Sugābros appellat lib. vij. quos Gallorū portionē esse ait. Sugābri, inquit, vicini Rheni amnis accolæ belli exordia faciitarūt, cùm Mellonē belli ductorē haberent. Tacitus verò Sicābros appellat, quos bella plurima aduersus Romanos fecisse cōmemorat. Strabo sæpe res Romanorū in diuersa discrimina cōstituisse, legatos suos profligasse, tres Romanorū ordines cū imperatore obtrūcasse ait.

Volaterranus refert Agathiā Græcū authorē, qui circa Iustiniani tēpora historiam scripsit, sic scriptum de Francis reliquisse, Francorum natio est Italiæ proxima & terminis iuncta, veteres tamen hos Germanos dixere. Nam circa Rhenū habitant, Galliamq; magnam partem occupant, qui quāquam, vt reliqui Germani sunt barbari, Romana tamē politia & alijs institutis vtuntur. Sūt etiā Christiani & rectissimæ opiniōis. Ex q̃ Volaterranus inqt, satis cōstat ex ea natione migrasse, q̃ trās Rhenū nūc q̃q; Frāconia dicta est.

Sabellicus enneade. x. lib. iij. secutus Hunibal
951 dū sic de Frācis scribit, † Sunt Frāci, vt aliquāto altius, q̃ alio loco fecimus, repetat̄ gētis origo, Troia stirpe oriūdi: ferūt Priamū quendā ex maioris Priami sorore ortū eodē tempore quo Anthenor & Aeneas in Italiā venere per Euxinū & Mæotim in Scythiā penetrasse, vbi Sicābria sit vrbs ab eo cōdita, atq; inde postea Sicābri dicti. Habuit Troiana manus, quæ illum secuta est, luxuriosa incrementa, tenuitq; sedes, quas à principio sortita est, plures ætates. supra satis explicatus est locus vbi Frāci Sicābriā vrbē primo construxerāt, ex Strabone & alijs, quos suprà cōmorauimus. Nō pudebit, quod Calepinus de illis scribit, referre. Sicābri populi Germaniæ Menappijs finitimi ad vtrāq; Rheni ripā habitātes. Hi crines natura flauos habent, quos crescere sinunt, & artificio quodā intorquent. Martialis libro. j. Crinibus in nodū tortis venere Sicambri. Et Strabo lib. vij. dū de Gallia scribit, de Sicambris sic ait, Primæ huius regiōis partes sunt Rheno ꝓximæ ab ipsius fere fontis initio, quo ad in pelagus infunditur. Et hæc est occidentalis plagæ latitudo vniuersa, quam flumen alluit. Eius autem portionem quandam ad Galliam traduxere Romani, quædam verò in profundam regionē transmigrans peruenit sicut & Marsi. Cæteri pauci sunt & Sugambrorum portio.

952 Tacitus autē libro secūdo, † Sicambros ait ab Augusto in deditionē acceptos fuisse, pariter & Sueuos, regemq; Marolodinū pace obstrictū.

Plutarchus in vita Cæsaris ait, Duo maximi Germanorũ populi quos Ipsas & Teuteritas appellant ad quærẽdos agros nuper profecti Rhenũ traiecerant. & haud multò post ait, Cæterum ex his qui transierãt quadraginta millia ferro cæsa paucos remeantes excepere Sicambri. Ea verò Germanica natio est. Non ergo Scytbica, sicuti Sabellicus & Longobardicus dispunctor post Hunnibaldum aiunt, Franci, qui mox Sicambri ab vrbe ab eis condita aduectitium nomen acceperunt, sicuti Robertus Gaguinus in Frãcis annalibus recte post Iulium Cæsarem in sexto belli Gallici meminit, dum Cæsar sic scribit, Trans Rhenũ ad Germanos peruenit fama diripi Eburones, atque vltro omnes ad prædam euocari cogunt equitũ duo millia Sicambri qui sunt proximi Rheno, à quibus receptos ex fuga Theucthe ros, atque Vsipetes suprà docuimus, transeũtes Rhenũ nauibus ratibusq; triginta millibus passuũ. Eburones enim citeriores Rheni ripas, Sicambri autem vlteriores incolebant. Nunc oppida, vicos & agros Sicambricos Geldrenses appellant inter Mosam & Rhenum fluuium positi, pars eorum diœcesis est Leodiensis. Vnde nõ à Valentiniano Frãcos primùm appellatos fuisse, qui multis ante Valentinianum seculis Franci nomen habebant. Et omni penẽ Gallia potiebantur dum Valẽtinianus imperium inuasit, vt suprà ostendimus. Non prætermittam nouum axioma Laziardi Cælestini quod de Francis do
953 cuit lib. iij. epitomatum. dicit enim † post euersam à Græcis Troiam, famosumq; Ilij incẽdium instructa acie Troianos primum in Thraciã delatos fuisse, quorũ pars Aeneam secuta est. Nec post multo ait, Nonnulli verò Anthenorem secutos mare Adriaticũ nauigantes ad partes Venetiarum appulerũt, vbi ciuitate extructa, cui nomen Venetiæ, sedem sibi cõstituerunt. Sed cum ciuitatis angustia omnes capere non posset, contractis ex vrbe socijs Priamus ad oras Tanais fluminis appulit, deinde ad Mæotidis paludes Francione rectore deuenerunt, ex quo nomen sortiti deinde vocati sunt Franci, ibiq; non mediocri extructa ciuitate, cui nomen Sicambria, non paucis annis cõsederunt. Hanc tamen cùm longo post tẽpore Gotthi solo æquassent ac diripuissent, alteram non procul à prima nomine Francfordiam condiderunt, quam vsque ad Valentiniani tempora, si antiquis Francorum historijs creditur, incolentes ex finitimis victoriã nõnunquam reportarunt. Non enim subsistere potest quod de Venetijs ait, à quibus Gallos seu Francos nomen seu exordium sumpsisse ait, vt hoc Sabellicus recte demonstrat. Et quod post Strabonẽ alios plerosq; suprà docuimus, quoa à Venetis Gallis nomen accepisse testatum est. At hi qui post Troiæ excidiũ cum Aenea & Anthenore abierunt, seiuncti ab Aenea & Anthenore Frãci cum his, quos secum habuere socios, diuerso ab illis agmine per Euxinũ & Mæotim ad Rheni ripas peruenerunt, vbi Sicambriã vrbem primo construxerunt, vt post Geruasiũ Ce
954 leberiensem suprà commemorauimus. † Nam & Parthemius Phocensis testatus est, Francos Gallicam gentem alpium mõtes, qui inter Rhenum & Mosam sunt, accolere, vnde Carolum Martellum et Pipinum eius filium originẽ sumpsisse Franci annales testantur. Non ergo Francos Scythicam gentem esse, sicut ominatur Longobardicus dispunctor in aperto est, sed Germanorum fratres. Tametsi in dispunctionibus & in annotationibus seu indice in tantum longe ab omnibus, qui antehac scripserunt, sentiat, inquit ille Germanos non dictos esse quod tanquã fratres forent Gallorum, ceu docti multi hactenus crediderunt, sed quod ægregios viros præstiterint. Est enim mere Theutonica dictio ex particula gar, seu ger, quod totum seu robustum, vnde & Caroli nomen quod virum significat, conflata. Valde autem maioribus nostris accesserũt à mano deductæ appellationes. sic enim Marcomani dicti sunt, sic Alemani, sic Normani. Siquidem cùm à seipsis inuento nomine fuerunt vocati, ceu scribit Tacitus, verisimile est id vocabuli patriam linguã referre. Nisi verò quis putat veteres Theutonas tam elegantiæ fuisse studiosos vt legatos Romam miserint nomen à Romano senatu quo se vocarẽt petituros, elegans scilicet & mere Latinum. Nõ tam belle cõueniebat inter Theutonas & Romanos. Quin verisimile est, si quod vocabulum Romani indidissent, nõ accepturos fuisse, vt epychoria cuilibet gẽti pul
955 chriora videntur. † Et Galli id tẽporis suam linguam habebant, quæ prorsus intercidisse putatur. Nam hodie Romanẽ loquũtur, nõ Gallicẽ. Ne quis hic mihi ingerat à Gallis sic appellatos Theutonas, affinitatis videlicet aut amicitiæ causa. Nam id quidem somniauit hactenus dispunctor, qui sua dispunctione ait verum sentire Accursium, qui Frãcigenas non habere filios in potestate tradidit, quòd hi ciuitatis iura nunquam habuerint. Nec enim latere ait quantum nugarũ hoc in articulo recentiores quidam infarserunt, quos omittit, ne chartæ dispendium ferat.

Certẽ mirum est quòd tot & tantis nænijs nouæ historiæ scriptor chartas implere studuerit, sed & lectores tot nugis fastidire curauerit, & non semel tantũ, sed & tertiò transplantare non erubuerit. Non repeto quod ille sibi ipsi in hoc Francigenarum ordine contrarius inuenitur, vt seipsum refellat, ne tædio lectorem afficiat. Non pudebit tamen iterum Tacitum recensere in libro. xj. dum ait, à Vitellio & L. Vipsano consulibus, cùm de supplendo senatu agitaretur, primores Galliæ, quæ Comata appellatur fœdera & ciuitatem assecutos, ius adipiscendorum in vrbe honorum expeterẽt, sic Gallos Comatos ius ciuitatis fuisse assecutos.

Ad Ger

956 Ad Germanici † nominis originē disputatiū-
culam nostram cōuertam, in qua nihil à memet-
ipso scribere intendo, in primis ille spreta veterū
& recentiorū scriptorū authoritate tam constan
ter affirmauit toties ve repetijt vt iam rauca cica
da sit, fabulamq̧ Accursij quā de Romanis scri-
ptam reliquit in glossa. l. ij. ff. de origi. iur. reno-
uare videtur, dum Græcos asserit Romā misisse
vt experirētur an Romani legibus digni essent.
sic Theutones legatos Romā misisse nomen ele
gans & Latinum, nō affinitatis aut amicitiæ cum
Gallis accipere. Hac impostura ridiculosius ni-
hil esse arbitror. Somniauit etiā ille iterum, dum
dixit Gallos suam linguā non habere, sed pror-
sus intercidisse; nunc verò Romanè non Gallicè
loqui. Vix enim est vt Galli Romane loquātur;
cùm neque Romani ipsi id tēporis Romanè lo-
quantur, toties Roma ab exteris nationibus op-
pressa est, & ad vnum ciuibus suis deleta, vt ne
nuntius cladis saluus exiret, atque ob id Roma-
num nomē penè extinctum sit, à Gallis primum,
qui quingentis & pluribus annis Italiam occu-
pauerunt à Belloueso Biturige & Gallorum du
ce, qui regnante Prisco Tarquinio Romam ob-
sederat, & pace à Romanis auro redempta dimi
serat, diuisis mox duobus agminibus totā Asiā
& Africā penetrauerat, obedientesq̧ fecerat ad
Marcelli vsque tempora. Sunt qui scribunt an-
no vrbis conditæ ccccLxxvij. Romanos primùm
cœpisse extra Italiā arma mouere, primumq̧ bel
lum aduersus Afros cœptum fuisse Appio Clau
dio & Quinto Fabio consulibus, pugnatumq̧
fuisse feliciter in Sicilia, Appiumq̧ de Afris &
Hierone Siciliæ rege triūphasse. Anno verò ab
vrbe condita. Dcxxvij. C. Cassium Longuinum
& Sextum Domitiū Caluinum consules Roma
nos primos in transalpinos Gallos bellum intu-
lisse, eorumq̧ regi Viturto nomine iuxta Rho-
danum flumē Gallorū multitudinem interfecis-
se. Alij verò ab Aemilio cum trāsalpinis Gallis
primùm cōcertasse, & ea victoria elatum à Me-
diolano Gallos deturbasse et expulisse, M. Clau
dio Marcello & Cneo Cornelio Scipione con-
sulibus. Et illis Plutarchus in vita Marcelli con
sentire videtur, à Pœnis, Epyrothis & sæpissime
à Gallis alijsq̧ multis populis, mox à Pipino &
Carolo regibus, & Germanis, & Britānis, Van
dalis, Gotthis, Alanis, Normanis, Hunnis, Lon
gobardis. Postremo à Gallis seu Frācis regibus
quorum virtute Langbarda progenies extincta
est. Prætermitto Scythas, Epyrothas, alias deni-
que nationes, et nouissime à Carolo Austriensi,
957 cuius suprà meminimus. † Soli autem Frāci re-
ges ab exterarum nationū incursionibus Romā
Italiámve totam defenderunt ac tandē liberaue-
runt. Non igitur Romanè, sed Gallicè seu Fran
cicè loquuntur Franci. Nam ex ipso idiomate sa
tis constat in quātis differant, imò vt ex Gallica
grāmatica Siluij videri potest, plus Gallicus seu
Francicus sermo à Græcis quàm à Romanis mu
tuat̄, licet pleraq̧ sint vocabula, quæ à barbaris
qui Gallias inuaserūt deprauata & omnino cōsi
cta sint. Ex historia Eginardi, qui gesta Pipini,
Caroli Magni, & Ludouici Pij regū & impera-
torū scripsit, legi palpariq̧ potest. Nemo nō scit
Romanos sæpissime in Gallia liberos discipli-
næ causa misisse, Massiliam primùm, vt Strabo
lib. iiij. testatur, dum ait, Indicio sunt res ipsæ, vt
cùm ciuitas ipsa paulò ante barbaris discēdi re-
fugio remitteretur, & Gallos Græcis familiares
cōparasset doctrina ingēs, Massiliæ etiā contra-
ctus Græca oratiōe scriberētur, hac sanè tēpesta
te nobilissimos Romanos ꝓ Attica pegrinatiōe
eo ad capessendas disciplinas aduentare suasit, q̄
bonarū artiū cupiditate capiātur. Plautus in cas.
Massiliēsiū mores optimos & ꝓbatissimos esse
dicit, & mox Lugdunū, vt Iuuenalis satyra. j. ait,
Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.
Ad Germanorū nomē reuertamur, vnde ori-
ginē sumpserit. Cornelius Tacitus libro, quē de
958 situ et moribus germanorū scripsit, sic ait, † Ger
mania om̄is à Gallis Rhætijsq̧ & Pānonijs Rhe
no & Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisq̧
mutuo metu ac mōtibus separatur. Cætera ocea
nus ambit latos sinus & insularū immēsa spatia
cōplectens, nuper cognitis quibusdā gētibus ac
regibus quos bellū aperuit. Et iterū ipsos Ger-
manos indigenas crediderim, minimèq̧ aliarum
gētiū aduētibus & hospitijs mixtos, q̄a nec terra
olim sed classibus aduehebātur, q̄ mutare sedes
quærebant, & immensus vltra (vtq̧ sic dixerim)
aduersus oceanus raris ab orbe nostro nauibus
aditur. Quis porro præter periculum horridi &
ignoti maris Asia aut Africa, aut Italia relicta
Germaniā peteret informē terris, asperam cælo,
tristē cultu aspectúq̧, nisi si patria sit? Et eodē li-
bro nec multò pòst ait, Cæterū Germaniæ voca,
bulū recēs & nuper additū, q̄m q̄ primi Rhenū
trāsgressi Gallos expulerūt, nūc Tūgri, nūc Ger
mani vocati sunt. Ita natiōis nomē, nō gētis eua
luisse paulatim, vt oēs primū à victore ob metū,
mox à seipsis inuēto nomine germani vocarent̄.
Non ergo sicut dispunctor ille auguratus est,
Teutones legatos Romam miserūt, vt inde ele-
gans & Latinum nomen Germanum acciperēt.
958 Strabo libro suæ historiæ quarto sic ait, † Cæ
terum antiquis ex temporibus hæc de Gallis ac-
cepimus, Ex permanētibus adhuc confiniū Ger
manorū legibus. natura enim & ciuilibus institu
tis ij persimiles & cognatione inter se coniuncti
vicinū colunt agrum, quem Rhenus amnis sepa
rat paria maxima ex parte cuncta ferentem.
Non prætermitto in hac re Tacitū eodē lib. de
moribus Germanorū sic dicere, ipse eorū opinio
nibus accedo, q̄ Germaniæ populos nullis alijs
aliarū nationū cōnubijs infectos ꝓpriā & synce
ram & tantū sui similē gentē extitisse arbitrātur.
Et libro septimo in primis sic ait, Spectantes

quidem in Septentrionem Istri partes sunt trans Rhenum regiones, & Galliæ, quæ sunt Gallicæ gẽtes & Germanicæ vsq; ad Bastarnas & Thyrrengetas & Borysthenì adiacentes oræ quæ inter hunc & Tanaín & paludis ostium Mæotidis vocatur.

Nec multò post ait, Statim igitur regionem trans Rhenum ad ortum vergẽtem Germani colunt, nationem Gallicam paulisper imitantes & feritatis abundãtia & proceritate corporum, & colore flauo cum reliquis in rebus, & forma, & moribus, & viuẽdi ritibus pares existant, quales Gallos diximus. Ideo Romani hoc illis nomẽ iure indidisse mihi videntur, perinde ac eos fratres legitimos sane Gallis eloqui voluerint. Legitimi nanq; fratres Romano sermone Germani intelliguntur.

Nec longe à Strabone in quarto differt Cæsa-
960 ris sententia in. vj. belli Gallici dum ait, † Fuit antea tempus cùm Germanos Galli virtute superarent, & vltro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agriq; inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea quæ fertilissima sunt Germaniæ loca Cyreinij, Hercyniã sylvam, quam Eratostheni & quibusdã Græcis fama notam esse video, quam illi Orcynam appellant, vulgo Tectosages occuparũt, atque ibi cõsederunt. Quæ gens ad hoc tempus his sedibus se continet summamq; habet iustitiæ & bellicæ laudis opinionem. Nũc quòd in eadem inopia, egestate, patientiaq; Germani permanẽt, eodem victu & cultu corporis vtuntur. Et Tacitus de moribus Germanorum sic ait, Validiores olim Gallorum res fuisse summus authorũ diuus Iulius tradit, eoq; credibile est etiã Gallos in Germaniam transgressos. quantulũ enim amnis obstabat quo minus vt quæq; gens eualuerat, occuparet permutaretq; sedes promiscuas adhuc & nulla regnorũ potentia diuisas. Igitur inter Hercyniam sylvam Rhenumq; & Mœnym amnes Heluetij, vlteriora Boij, Gallica vtraq; gens tenuere, manetq; Botemi nomen, significatq; loci veterem memoriam quãuis ciuitatis cultoribus.
961 † Ecce quomodo Germani cũ Gallis affinitate coniuncti sunt. Belgæ enim cum Germanis, & Germani cum Belgis ob locorum seu agri vicinitatem promiscuo vtebantur connubio. Quanquã satis constet Carnutes, Genabenses, eos've, qui mediam totius Galliæ partem incolunt, eos fuisse qui Germanos superabant, vltroq; eis bella inferebant, quiq; propter hominum multitudinem, agri've inopiam trans Rhenum colonias mittebant, & à Dite patre se prognatos prædicabant, quorum Cæsar eodem libro. vj. belli Gallici meminit. Illos etiam qui ripas Rheni incolebãt Sycambros à Cæsare appellatos fuisse, vt supra docuimus. Quo autem modo Carnutes, & Genabenses, & alij Galli qui mediã Galliæ partem occupant, & pariter Belgæ cum Germanis affinitatem contraxerunt, ex dictis Cæsaris percipi potest, quod Gallorum gens, Franci maxime, post superatos Germanos in illis sedibus, quas occupauerant, permanserint statutis colonijs, præsertim circa Hercyniã sylvam sedes suas statuerunt. Huic rei Strabo consentire videtur, dum in. vij. ait, Primæ huius regionis partes sunt Rheno proximæ ab ipsius fere fontis initio quo ad in pelagus infunditur. Et hæc est occidentalis plaga latitudo vniuersa quam flumen alluit. Eius autem portionẽ quandam ad Galliam traduxere Romani. Quædam verò in profundam regionem transmigrans peruenit, sicut & Marsi. Cæteri pauci sunt, & Sugambriorum portio. Post vicinos autem amni & aliæ gentes sunt inter Rhenum & Albin &c.

His rectè conuenit quod Geruasius Celebeтiensis in secunda parte tituli de Europa à parte septentrionis de huius vocabuli etymologia scri-
962 bit. † Germania, inquit, ad geminandos populos dicta, quæ versus occasum Rheno, versus aquilonẽ Albio flumine terminatur, de alpibus oriens mare ponticũ ingreditur. Cui Strabo consentit libro. j. Adiuuant hæc quæ de Celtarũ origine omnes penè historici scripserunt. & Volaterranus plene commemorat. Inquit ille, Gallos omes & Germanos vno vocabulo veteres Græci Celtas, Romani Gallos appellabant. Nam & Germaniam Comatam Galliam dicebant. Postquam verò Rhenum transiere inq; Gallorũ finibus constitere ab inita quodam modo affinitate Latini Germanos vocauere Gallos, deinde Græci Galatas ab Herculis filio.

Beatus Rhenanus Germanus in historia de rebus à Germanis gestis, & in annotationibus ad Cornelium Tacitũ in libro de moribus Germanorum, non tantum Gallos, sed & Francos Germanorũ germanissimos fuisse ait, locaq; inferioris Germaniæ, in quam primum transgressi sunt, insigniuisse.

Hermanus etiam Germanus in Rapsodia quã
963 ad Carolum Austriẽsem scripsit, † nihil potius aut vetustius neq; præclarius Carolo ominatur, quàm quòd ex Frãcico genere, quod & Germanum esse contestatur, processerit, & quòd Gallia quæ Belgica prius appellabatur hodie Franciæ nomen assumpserit. Omnem denique Germaniæ nobilitatem à Frãcis profilijsse multis argumentis confirmat. Verba Hermani sunt, Nostræ Germaniæ non paruam infligi contumeliã, cùm illi sua eripitur gloria, Francorũ olim egregijs virtutibus parta. Et alibi Romanorum imperium Francorum sanguine emptum fuisse ait, breuiq; tempore Italiam à Longobardis occupatam superasse, armaq; victricia reportasse. Id etiã ex Pipini & Caroli Magni vita, quam Eginartus et Donatus Acciaolus descripserũt plus satis videri potest. Ob id rectè axioma cõcludere licet, Francos, seu, sicuti ille ait, Francigenas imperio

imperio subditos nō esse, neque.l. in orbe.ff. de statu homi. ex his quæ suprà dicta sunt, aliter legendam esse, quàm communis & antiqua textura demonstrat, in vrbe Romana, & non, in orbe Romano. vt ex Orosio suprà demonstratū est: cum etsi in orbe legere quis potius mauult, non maioris tamen effectus erit quàm in vrbe Romana, authoritate Corne. Taciti in lib. de moribus & situ Germanorum probatum est, dū ait, Vtq; si dixerim aduersus oceanus raris ab orbe nostro nauibus aditur, dum mox Romanū orbem ab Asia & Africa & Germania alijs que locis & prouincijs asperis quæ præter magnum periculum horridi & ignoti maris inaccessibiles sunt, quorū terra informis & cælo aspera cultu aspectuq; tristis est. Et Iustinia. in.l. vnica.§. finautē post cōmissum. in his verbis, per diuersas orbis nostri regiones.C. de rapt. virgi.l. vnica. in princip.C. de caducis tollend. ibi, necessarium duximus patres conscripti in pacificis nostri imperij temporibus ab orbe Romano recludere, vt & quod belli calamitas introduxit hoc pacis lenitas sopiret. sed vera est Accursij in illa.l. in vrbe Romana.ff. de statu homi. interpretatio. cui rectè conuenit tex. Iustiniani in.§. fina. in authenti. vt liberti de cætero. collatio. vj. Non pigebit Iustiniani verba hic transcribere, Facimus autē nouum nihil, sed egregios ante nos imperatores se-
964 quimur. † Sicut enim Antoninus Pius, ex quo etiam ad nos appellatio hæc peruenit, ius Romanæ ciuitatis prius ab vnoquoque subiectorū petitus, & taliter ex his, qui vocantur peregrini, ad Romanam ingenuitatē deducens, ille hoc omnibus in cōmune subiectis donauit. Ecce quomodo, in vrbe Romana, non, in orbe Romano, legi debet. & in eodem.§. sequitur, Et Theodosius iunior post Constantinū maximum sanctissimæ huius ciuitatis conditorem filiorum prius ius petitum dedit in cōmune subiectis, sic etiam nos, hoc videlicet regenerationis & aureorum annulorum ius vnicuique petētium datum, & damni & scrupulositatis præbētem occasionem & manumissorum indigētem authoritate omnibus similiter subiectis ex hac lege damus. Restituimus enim naturæ ingenuitate dignos, non per singulos de cætero, sed omnes deinceps qui libertatē à dominis meruerint. Non ergo Iustinianus orbi vniuerso, qui oriēte, occidente, meridie, & septentrione cōcluditur, ius ciuitatis donauit, cui ipsa Italia non obediebat, vt ex præcedentibus videri, & ab ipso Longobardico dispūctore colligi potest, dum de Theudeberto Frācorum rege loquitur dispunctione. xxiij. quem alij, sicuti Sabellico placet, Childericum appellant, & in Francis annalibus non Theudebertus, sed Childericus nuncupatur. Qui grādem exercitum cōparauerat vt in Thraciam penetraret & Byzantio bellum indiceret, cùm indigne ferret Childericus Iustinianū hunc titulum Francus seu Francicus vsurpasse: quem mors præueniens voti cōpotem facere non permisit. Non igitur de orbe vniuerso, sicuti ille opinatur, legi potest, sed de vrbe Romana tantum, seu orbe Romanæ ciuitatis, qui vrbe Romana concluditur, vt post Cornelium Tacitum ostendimus. cui conformatur textus Iustiniani in dicto.§. fina. in authenti. vt liberti de cætero. in his verbis, & taliter ex his qui vocantur peregrini ad Romanam ingenuitatem deducam. in quo ponderandum est verbū, peregrini. de quibus loquitur lex secunda.§. deinde cùm placuisset. versi. post aliquot deinde annos. ff. de origine iuris. authenti. omnes peregrini.C. communia de successionibus. prisca autem ætas peregrinos hostes appellabat, Hebræi autē suos aduersarios allophilos, hoc est, alienigenas Latino appellabāt vocabulo. Horum testis est diuus Ambrosius in primo Officiorum lib. & in actis apostolorū. cap. ij. Romani qui habitabant Hierosolymam aduenæ à diuo Luca vocantur.

Additur dissentanea eiusdem interpretatio & in Accursium dispunctio in.l. item in potestate.
965 ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. † dum ille ait Francigenas ius Romanæ ciuitatis nunquā fuisse consecutos. quod planè verum non est. nam si Antoninus Pius omnes Romano subiectos imperio ciuitate donauit, & Francigenæ imperio subiecti sunt, fateri necesse est Francigenas ius Romanæ ciuitatis non tantū ab Antonino Pio, verūetiam à Iustiniano cōsequutos fuisse. Quare illa dispunctio vera esse non potest, qua dixit Francigenas ius Romanæ ciuitatis nunquā fuisse consequutos, aut verum esse alterum axioma, Francigenas imperio subditos non fuisse, atque ob id ab Antonino Pio & Iustiniano ius Romanæ ciuitatis nō fuisse assecutos, quicquid in.l. in vrbe Romana. dictum sit. Et hac ratione verum dixisse Accursium authoritate illius.l. itē in potestate.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. &.§. vnici. de patria potesta. Francigenas non habere filios in potestate, cùm vt Iureconsultus & Iustinianus volūt, nulli alij sint qui eam in filios habeant potestatem, qualem Romani habēt, tamet si Galli vitæ necisq; potestatem in filios haberent, vt Cæsar meminit in. vj. libro belli Gallici, quemadmodum & Romani in suos habebant.l. in suis.ff. de liberis & posthumis. &.l. fina.C. de patria potesta. Non ergo vera esset illa.l. in vrbe Romana. seu, in orbe Romano. dum ait, In vrbe Romana qui sunt ex constitutione diui Pij Antonini ciues Romani effecti sunt, vt sic legas & intelligas quòd Frācigenæ qui sunt in vrbe Romana seu in orbe Romano ciues Romani non sunt effecti, quia subditi non sunt, sed si Francigenæ sunt in orbe Romano, sicuti ille imperio subditos esse ait, omnes ciues Romani effecti sunt. Et sic verum non dixisset Accursius, neque

Dispunctor Longobardicus, Francigenas non habere filios in potestate. Nam si Francigenæ ius ciuitatis sunt ab Antonino Pio & Iustiniano assecuti, filios habent in potestate, quia & eiues Romani illud iua in filios habēt. Et Iustinianus sic Antonini Pij constitutionem declarat dum ait, Antoninus Pius ius Romanæ ciuitatis prius ab vnoquoque subiectorum petitus, & taliter ex his qui vocantur peregrini ad Romanam ingenuitatem deducena, ille hoc omnibus in commune subiectis donauit. Et sic non tantū hi qui Romæ peregrini erāt, & qui ab Antonino postulabāt Romana ingenuitate donari, hoc ingenuitatis beneficiū cōsecuti sunt, sed omnibus in cōmune subiectis cōcessit. Vbi ergo omēs subiectos Antonini Pij constitutio cōprehendebat, Francigenas comprehēdit, quoa dispunctor Longobardicus Romano dicit imperio esse subiectos. quare tanquam inter se pugnantes non mediocri inter se egent dispunctione.

966 Nō enim † Iustinianus de alijs quàm sibi subiectis legem facit. Non igitur de Francis, quos constat Iustiniano nunquam obediuisse, neque subiectos fuisse, loqui intellexit. Lōge enim ante Iustinianum Frāci reges in vniuersas Gallias, & in totam pene Germaniam imperium suum protraxerant, & Burgundiones Prouinciā multis ante Iustinianū temporibus cum maiore parte Celticæ & Lugdunensis Galliæ occupauerāt, non tātum Romanis, sed & Visigotthis eiectis, & in vlteriorem Hispaniam reiectis. Et id temporis Romanum nomen penè extinctum erat vt inde exteris nationibus obedire Romani necesse habuerint, & adhuc illis Germani cum Francis imperant, Hispani illos diripiunt.

Ex his videre licet, veram nō esse dispunctionem ex.l. deprecatio.ff. ad legē Rhodiam de iactu.factam, quoniam neque Bald.neque Iason, neque Ioannes Igneus quicquam eorum quæ illis imposita sunt, cogitauerunt. In ea igitur somniasse illum puto. multo minus illius interpretationem veram esse, neque Græcam neque Latinam lectionem admittere hæc verba, qua lege Rhodiorum. cùm in ea nulla quantumcunque minima litera vel syllaba deprehendi potest, quæ relatiuum, qua. significare possit.

Secundò, non esse veram fabulam, quā ex Liuio in opprobrium Gallici nominis excipere voluit, sed imposturam commisisse à nobis ostensum est, quoniam quæ Liuius, & Plutarchus de Arunte Clusino, & vini potatione commemorauerunt, fabulæ & famæ, non autem historiæ tribuerunt. Ex Liuio veram rerum à Gallis in Italia gestarum historiam suprà ostendimus.

967 Tertio, † verum non esse Francigenas Romano fuisse imperio subditos. & in hac re absque ratione Accursium reprehensum fuisse in.l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Et ob id rectè dixisse Accursium Francigenas non eo modo quo & Romani filios suos in potestate habent, quoniam imperio de iure subditi non sunt, vt in tractatu docuimus, & mox breuiter repetemus.

Quartò, veram non esse illius interpretationē seu euersionem.l. in vrbe Romana.ff. de sta.homi. vt superius demōstrauimus, & multo minus verum esse fidem Romani imperij post euersam & desolatam à Gotthis vrbem Romanam apud Gallos permansisse. Quæ id temporis priuiquā Roma à Gotthis premeretur, Gallia ab eis delebatur, vt totā pene Galliā sibi obediētē fecerint.

968 Nouissime ergo prosequēdum erit, an † iura regaliæ priuilegio acquiri aut longissima tanti tēporis possessione præscribi possint. In quo vt suprà annotauimus, fere omēs in dicta.l.j.C. de sum.trini.& fide catho.cōueniunt præscriptibilia esse. Et vltra quàm dictum est, prosequemur. Insinuati sunt à Neotericis tractatus, quibus firma fide asserūt præscriptibilia esse, & reges Frāciæ de facto, nō autem de iure ab imperio exemptos esse, & qui secua sentiunt, aut fauorem patriæ, loci, carnis, vel sanguinis illis reuelasse oportet. & solus Io. Igneus in hac re notatus est à Bituricensi lectore in repetitione.l. vnicæ.C. de senten. quæ pro eo quod interest proferun. & in sylua seu turba doctorū, quam veluti rogum hominum congessit, solus Igneus inuentus est alterius formæ, qui illi turbæ iungi nō potuit. quorsum hæc videamua: quoniam neque alius est doctorum à Bituricensi doctore in ea turba descriptorū, qui istius fuerit sentētiæ, regē de facto, & nō de iure subijci imperio, vt mox ostendemus.

969 Et hi † qui Francorū regē asserunt de iure imperio subditū nō esse, quos ille cōmemorat, hac ratione mouētur, cuius suprà meminimus, ius illud in consuetudinē versum esse, & à tanto tēpore cuius initij memoria non extat pacificè obseruatū, & hāc consuetudinē gratiæ inductiuā esse prædicant.c.non est.de consuetu. lib. vj. l.viros. C.de diuers.offic.lib.xij. Et priuilegij attributiuam.l.fi.C.noua vectig.impo. non pos.c. super quibusdam.extra de verbo.signifi. potuisseque talem superioritatem præscribi quod Francigenæ Romani imperij nō sunt secūdùm Accurs. in.§. ius autē.Instit.de patria potest. Cùm igitur nunquam subditi fuerint, potuerūt præscribere.c. si laicus.extra de foro competē.& dicta.l.viros.l. venditor.§.si constat.ff.communia prædiorum.

Ista sunt præclara Neotericorū fundamenta, quibus neque patriæ fauor, nō locus, nō caro, nō sanguis ad id promouerūt, quos ille Bituricen. veluti huius criminis reos non arguit. Sed priua eis Io.Fab.in.d.l.j.C. de sum.trini.& fid. catho. elegantius plus illis commemorauit. similiter & Guliel.de Cune.in eadem.l. sed ampliore stylo Felin. prosequitur in.c.cùm non liceat. extra de præscript.

præscript. qui multa in vnam & alteram partem
congessit.& in.c.ad audientiam.vij.colū.& seq.
& in versicu.tertiò limita.& in.c.cùm nobis.se-
cunda colum.versic. secunda declaratio. eodem
titu.de præscriptionibus.
970 Prædictis quantū † ad res patrimoniales prin
cipis, quæ præscriptione tanti tēporis,cuius ini-
tij non extat memoria,præscribi possunt,nouis-
simo argumēto quod suprà relatū est adde præ-
sertim procedere in rebus patrimonialibus mo-
dici præiudicij,secūdùm Bart.in.l. prohibere.§.
planè.ff. quod vi aut clam. Et maxime à quibus
parū aut nihil percipitur, secundùm eundē Bar.
in.l.id quod apud hostes.ff. de lega.j.in.l. liber
homo.prima.ff. de verbo.oblig. Feli.in.d.c. ad
audientiā.secūda colum.extra de præscript.Pro
eis facit.c.intellecto.extra de iureiuran.vbi iura
mentum principis de non alienando factum, nō
extendi vult ad res modici præiudicij, sed ad eas
solum quæ regū statum deturparent. Et illæ etiā
præscribi possunt si à principe alienari possunt,
vt in dicta.l.iubemus.C.de fund.patrimo. libro
xj.Nec obstant.l.ij.& fin.C.ne rei domi.vel tem
plo.quæ de præscriptione viginti annorū tātum
loquuntur. secus in præscriptione triginta ānno
rum.& idem notat Felin.in.c. ad aures.extra de
præscript.dum allegat Bal.nouel.in tractatu do
tis folio.j. & in his quæ modici sunt præiudicij
plus tacitus quàm expressus cōsensus operari so
let.l.j.&.ij.C.qui admit.ad bono.pos.pos.l.ve-
ro procuratori.§. primo.ff.de procur.glos.in.c.
971 tuis.extra de testib. † Multo magis in præscri
ptione tanti temporis, cuius initij memoria non
existit,concludēdum est : quoniā in ea principis
scientia non desideratur, secundùm Feli.in.d.c.
cum nobis.ij.colum.extra de præscrip.hoc dicit
post Marti.Lauden.in tractatu principū. in ver
bo,cōsuetudo principum. Et Bar.in.l.si finita.§.
si de vectigalibus.ff. de dam. infecto. Plus dicit
Innoc.in.c.ij. extra de in integ.restit. illam præ-
scriptionē esse iustum titulum,dicto.c.j.de præ-
script.in.vj.Hoc idem notat Areti.in.l.more.ij.
colum.ff.de acquiren.hæred.à quo Feli. apostil
lam suam quā fecit ad Abba.in dicto.c.cùm cō-
tingat.extra de præscriptio.assumpsit.Cui addo
Roma.in.l.vectigalia.ff.de publi.& vectig.Bal
dum in.c.vnico. quæ sint regal. collat.x. Bal.in
c.j.in verbo,sicut ab antiquo.colum.iiij.de pace
Constan. colla.x. Possent hic repeti quæ Iac.de
bel.vis.scripsit in.§.nullam.in authen. de defen-
sor.ciuita.colla.iij.Modern. Papien.in.l. impe-
rium.in.vij.colum.& quatuor seq.ff. de iurisdi.
omnium iudicum. Iacob. de sancto Georgio in
suo tractatu feudorum, in versicu. & cum mero
& mixto imperio.colum.iij.
Quartò,triuiale hoc adagium plurimum hoc
972 axioma adiuuat, † Præscriptionem tāti tempo-
ris,cuius initij non extat memoria, etiam in rega
libus procedere, dicto.c. super quibusdā. extra
de verbo.significa.l.hoc iure.§. ductus aquæ.ff.
de aqua quotidia.& æstiua. vt in eis præscriben
dis principis scientia non desideretur,etiā aduer
sus principē,secundùm Feli.in dicto.c. cum no-
bis.colum.ij.& seq. extra de præscriptio. fretus
authoritate Antonij de Butrio in.c.puenit.ex-
tra de censi.& glos.in dicto.§. ductus aquæ.In-
ducitur ab eis.c.primum.de præscrip. in.vj. vbi
etiam in nō præscriptibilibus de iure communi
absq; titulo & bona fide,& in quibus ius cōmu
ne resistit,vbi res possessa erit tanto tempore,cu
ius initij memoria non existit,non esse opus titu
lum probare. Et Salice.addit vnum quo practi-
ci frequenter vtuntur in.l. prima.C. no. vectig.
impo.non pos.in re tandiu possessa, vt memoria
initij non existat, satis esse titulum allegare, &
huiusmodi possessionem probare, argumento
l.cùm de in rem verso.ff.de probatio.etiam si de
scientia principis non doceatur,secūdùm Ange.
in dicto.§.ductus aquæ.& Marti. Lauden.in tra
cta.principum.§.lxxxviij. incipien. consuetudo
populi.& Barr.in.l.j.C.de bo.vacan.lib.x. Illis
adde quod Domin. notat in.c.ij.§.sane. versus
fin.de deci.lib.vj.post Ioan.Andre.in dicto.c.j.
de præscrip.in.vj.præscriptionem tāti temporis
& præsumptionē inducere tituli propter proba
tionis difficultatem,dicto.c.j.de præscrip. in.vj.
& in dicto.c.peruenit.extra de censi.c. quia co-
gnouimus.x.quæst.iiij.Idem notant Innoc.An-
to.de Butrio & Cardi.in.c. cum apostolica. ex-
tra de his quæ fiunt à præla. Feli.in.c.causam.in
princ.versi.signa theoricam.extra de præscript.
Franc.Aret.in.d.l.more.colum.iij.ff.de acquir.
hæredi.quibus adde Bal.in.l.ij.C. de seruitu. &
aqua.& Roma.in.l.vectigalia.ff. de publica. &
973 vectiga. † Quibus rationibus aut similibus vsi
sunt hi,qui de Venetis,Florētinis & alijs popu-
lis Italiæ scripserunt in dicta.l.prima.C.de sum-
ma trinita.& fide catho.quos dicūt iure potuis-
se omnia regalia præscribere,& ea vere præscri-
psisse, vt suprà docuimus. Nec obstare potest
principis aut prælati iuramētum. Licet enim ex-
presse alienando Reipublicæ non præiudicent,
tacite tamen permittendo rem præscribere præ-
iudicant, secundùm glos.in.c. nihil prodest. ex-
tra de præscript.in verbo,futuris. Din. & Ioan.
Andr.in.c.delictum. de regulis iuris.in.vj.Qui
enim expresse alienare non potest,acquirere au-
tem omittere potest.l. si sponsus.§. finali.ff. de
donatio. inter virum & vxorem. de hoc autem
iuris adagio vide.l. pater.§. pater.ff. de castren.
pecul.l. licet.C. famil.erciscun.l. ait prætor.§. si
cum in diem.&.l.qui autem. in princi.ff. quæ in
fraudem credito.l.secundā.§. sed & si quid do-
lo.ff.de hæredi.vel actio.vendi.l.primam.§.do-
lo.in fine.ff.si quis omissa causa testa. Hic plura
singularium doctorū scripta cumulari possent,
quæ consulto omittimus, maximè cum ex illis
quos suprà cōmemorauimus; plura haberi pos-

sunt. secūdò cùm omnia eorum dicta tribus aut quatuor decretalibus & canonibus & totidem legibus concluduntur, vt dum eorum carpatatia legeris, nihil præterea scriptum comperies, tandiu vexatæ sunt, vt mirum sit quomodo raucæ effectæ non sint. Igitur in alteram partem eundū est, vt videamus quàm dubius hic articulus sit, vt propter eum Felin. in dicto cap. cùm non liceat. iiij. columna. extra de præscript. in hac potissimum difficultate, an aduersus imperatorem possit quis præscribere, vt eum superiorem non recognoscat. dixerit voluisse inuenire quendam modernum, qui super hoc amplissimo dubio seriose scripsisset. demum multa congerit, vt cursus lectionis, sicuti ille ait, in vnam atque alterā partem indagare non prohibuerit, quemadmodum in alijs suo more vsus est.

Prius tamen quàm quod in eo sentimus, absoluamus, intendo quadragenariam præscriptionem examinare, an tantæ virtutis sit & potentiæ, vt aduersus eam nihil proponi possit.

In primis cōtra ea quæ in primam partem deduximus, nonnulla referre curabimus, mox ad eā cuius initij non extat memoria declinabimus.

974 † Quod autem is qui triginta vel quadraginta annis possedit etiam cum titulo non sit plenissima securitate munitus, quemadmodum dicitur in. l. omnes. & l. sicut. C. de præscriptio. triginta annorum. l. finali. C. de edicto diui Adriani tollendo. l. iubemus. secunda. in fine. C. de fund. patrimonia. libro vndecimo. Dabo plures instantias quæ vim illarum legum tollent, vt scribitur in. c. sicut vrgeri. vbi plenius glos. prima. quæstione prima. ad tollendam enim consequētiam sufficit dare instantiam. In hac autem nostra disputatione plures dabuntur instantiæ. Prima igitur instantia in pupillo est, & fortior in posthumo, contra quos præscriptio nō currit, siue præscriptio aduersus maiorem siue minorem initium acceperit, dicta. l. sicut. Et in alijs casibus commemoratis in glossa illius. l. in verbo, seruāda. videlicet in dote. l. in rebus. C. de iure dotiū. quod intellige cum declaratione illius. l. & l. si fundum. ff. de fundo dotali. quarum meminimus suprà nostra. l. prima, & secunda. §. in filiofamilias quoad pater viuit. vt in. l. prima. C. de bonis mater. & l. prima. §. finali. C. de annali exceptio. quia qui causam habet à patre quādiu pater viuet, non incipiet præscribere, & ex præscriptione triginta annorum subducetur tempus vitæ paternæ, dicta. l. prima. C. de bonis mater.

975 Idem dico † in re ecclesiastica à prælato alienata, quia quandiu viuet prælatus alienans, non præscribit emens seu habens causam ab eo, sed illo mortuo incipit, cap. si sacerdotes. xvj. quæstione tertia. Per quem idem tenet glossa in dicto capitulo, nihil prodest. extra de præscriptio. vbi plenius per Hostien. in. c. primo. eodem titulo. Et hac ratione lex ciuilis in præscriptione rerum ecclesiasticarum cētum annos desiderabat. l. finali. C. de sacrosanctis ecclesijs. quāquam bodie immutata sit, authentica, quas actiones. eodē titulo, vt in ea quadraginta anni sufficiāt. Et hāc opinionem praxis obseruat. pro qua addo glos. in. §. primo. in verbo, præscriptione. in authentica, vt de cætero commuta. ecclesia. rer. non fiāt. collatione. v. quāquam text. ille plurimum glos. aduersetur, dum ait, sed et si fiat quolibet scemate, hoc etiam infirmum esse & à sanctissima maiore ecclesia in perpetuū vendicari nulla ei temporis præscriptione in hoc obijcienda. Nam & de iure canonico secus est, per rationem. c. præterea. de censi. & c. de cætero. extra de trāsactio. Addit aliud Hostiensis in dicto. c. nihil prodest.

976 † quoniam in alienationibus & delictis prælatus ecclesiæ præiudicare non potest. c. delictum. de regulis iuris. in sexto. c. fina. de capitulis. Conradi. collatione. x. Et iuuatur ratione dictæ. l. primæ. in fine. C. de bo. mater. & l. primæ. §. fina. C. de anna. except. Nam si aduersus filiumfamilias non currat præscriptio pro re materna à patre alienata quādiu pater viuet, quia viuo patre prohibetur agere, pari ratione in prælato dicendum est. Nec mouere potest quòd ecclesia per œconomum aut alium defendi potest, secundùm Hostiensem in capitu. primo. extra de præscriptionibus. quoniam etiam pupillus, aduersus quem præscriptio incœpit, per alium defendi poterat, vtpote per consanguineos aut affines, vel iudex potest illi curatorem dare vel authorē. l. hæc autem. in princi. ff. ex quib. cau. in possess. eatur. l. j. §. licentia. ff. de administra. tuto. & tamen aduersus pupillū non præscribitur, neque præscriptio initium capit. similiter in filiofamilias, qui patri alienanti contradicere potest. l. ij. §. voluntatem. ff. solu. matrimo. Sed vt suprà dixi, Ius ciuile seruatur & in alijs casibus, in quibus præscriptio dormit, secundùm Bartol. in. l. naturaliter. ff. de vsucap. Paul. de Cast. in. l. si quando. C. de tempo. in integ. restitu. peten. l. si captiuus. §. fi. ff. de capti. & postlimi. reuer. c. ex transmissa. extra de præscriptionibus. de quibus etiam aliquando suprà diximus.

Tertia instātia est in census solutione, quia hūc articulum explicauimus in. l. iij. §. si cùm omnes. suprà eodem. breuiore stylo concludemus. facit l. comperit. C. de præscrip. triginta anno. c. constitutus. extra de religio. domi. l. fundi. & l. j. C. de fund. patrimo. lib. xj. sine censu enim possideri non potest. l. ij. & fin. C. sine censu & reliq. l. j. C. ne rei dominicæ vel templorū. argumento est l. præscriptionem. C. de præscriptione triginta annorum.

Quarta est in casu. l. cùm scimus. in fine. C. de agricolis & censitis. libro vndecimo. cuius ratio

977 nem aliquādo induxi in facti cōtingentia, † de eo qui domum suam in perpetuā emphyteusim concesserat, sed mox emphyteuta eandē rē alteri vendidit

vendidit liberam,& ab omni canonis præstatio-
ne quietam. Sed quandiu vixit emphyteuta do-
mino directo cõtinue canonem soluit. Vixit au-
tem emphyteuta quadraginta annis & pluribus,
postquã vita functus est dominus directus à pos
sessore rei emphyteuticæ canonem postulabat,
emptor seu rei detentor aduersus directum do-
minum præscriptionẽ quadraginta annorũ op-
ponebat cum iusto titulo & bona fide, & ob id
tutum fuisse legitime. pro quo est.l.cùm notissi-
mi.§.sed cùm illud.versi.& sancimus.C.de præ-
scrip.triginta anno.vbi si duobus eadem res hy-
pothecæ obligata sit,& vnus creditorũ,siue pri-
mus, siue secundus triginta annis possedit, non
prodest illa annorum triginta præscriptio, si tan
diu cõmunis debitor superuixerit: quia, inquit
ille tex.dum ille viuit, creditor confidit, vtpote
apud debitorẽ eius. Si autẽ coniuncto tempore
quo possedit, & eo quo debitor viuus occupa-
uit quadraginta annis possederit, alterum credi-
978 torem excludit, † Proponi possunt bona fides,
& iustus titulus emptoris, & possessio quadra-
ginta annorum, quæ omnes exceptiones exclu-
dit.l.fin.&.d.l.sicut.&.l.omnes.C.de præscrip.
triginta anno.& alia multa in iure triuialia, quæ
de præscriptione dispersa sunt, quorũ omnium
suprà meminimus. Sed illis nõ obstantibus con-
trarium iudicatũ est per rationẽ illius.l. cùm sci-
mus.in fin. ibi, cùm non possit dominus incusa-
ri propter suam desidiam, cui per patrem eius o-
mne quod voluerat accidebat.& in versicu.seq.
ibi, satis acerbum nobis videtur domino præiu-
dicari colonorũ absentia, qui ruri nati, & postea
absentes p suos, vel patres, vel fratres, vel agna-
tos agriculturam peragebant. Et sequitur, non
videtur neque abesse, neq; peregrinari, neque in
libertate morari. Manebit igitur domino ius in-
concussum &c. Et hanc sententiã confirmat Do
mi.de sancto Gemini.in.c.fin.iij.colum.de offi.
vicarij.lib.vj.post Bart.Brixiẽ.in veneriali.xxj.
Dicit enim, vbi vicarius perpetuus vel colonus
soluit vtrique, & non præiudicat domino, quia
dominus possessionem continuauit, & sic aduer
sus eum nihil præscriptum est.c. cùm venissent.
extra de restitutio. spoliatorũ. & dicto.c.si dili-
genti.extra de præscrip. Si vero alteri tãtum sol-
uit, cui soluere nõ debebat, si cõcurrunt ea quæ
interuenire de iure desiderantur, quæ Innoc. tra
dit in.c.conquerente. extra de offi.ordi. & in.c.
cum ecclesia. extra de causa pos. & propriet. &
præiudicabit domino illa cessatio. Et ita intelli-
gi debet, secundùm eum cõtraria opinio. Adde-
bam tex.in.l.arboribus.§.de illo. in fi.ff.de vsu-
979 fructu. vbi Vlpianus † ducitur eadem ratione,
non vtẽdo seruo, vel re, in qua vsumfructum ha
bemus, vsumfructum amittimus. Quid enim si
ex re seu propter rem aliquid consequimur, nõ
autem à possessore, non etiam ab eo cui res ven-
dita est, aut donata, aut legata, aut à prædone, an
ob id vsumfructum amittimus? & respõdet, nos
non amittere, sed ius vsusfructus retinere, & suf-
ficere in hac re nos animũ & affectũ habere reti
nendi, vel nomine vsufructuarij serui aliquid no
bis fieri.l.quãuis.§.si cõductor.ff.de acqui.pos.
In quo tex. puto verba legis ponderanda ibi, &
vtriq; mercedes præstiterit. Nõ obstat.d.l. cùm
notissimi.§.sed cùm illud.C.de præscrip. trigin-
ta annorum. quoniam durante tempore quadra
ginta annorum nihil prorsus creditor conse-
cutus erat, neq; à debitore, neque à quouis alio
quoad vixit recognitus. Non mirum si quadra-
ginta annis præscribat facta cõiunctione vtrius-
que tẽporis quo res apud debitorẽ fuit, & eo tẽ-
pore, quo secundus creditor liberã possedit. Se-
cus autem si creditor iure suæ hypothecæ vtens,
aliquid aut à debitore, vel qui causam ab eo ha-
bebat, percepisset. Non obstat.l.Pomponius.ff.
quib.mod.vsusfruct.amit.secũdùm quã glos.&
Bar.in.d.l.quãuis.§. si conductor.ff. de acquir.
980 pos. † distinxerũt inter verã & fictã traditionẽ,
vt si vera traditio secuta sit, etiã si à colono facta
fuerit, licet colonus pensionẽ soluat, dominũ ta-
men possessione priuat.d.l.Põponius. secus au-
tem si ficta erat traditio, & merces seu pensio so
luta: quia tunc possessionem retinet, vt in.d.§. si
cõductor. quoniã hæc distinctio vera non est in
colono, per rationẽ.l.malè agitur.C.de præscri-
ptio.triginta anno. Nõ obstat.l.Põponius. quæ
de colono nõ loquitur, sed de proprietario, qui
rem vẽdidit non deducto vsufructu, cuius ratio
potior est quàm alterius vẽditoris. Ille enim pro
prietatis erat dominus. Non sic est in emphyteu
ta, vt in.l.j.ff.si ager vectig.vel emphy. quia do-
minus non est proprietatis.l.eorũ. in princ.ff.de
dam.infec. proprietatẽ autẽ vendẽdo transferre
nõ poterat, cùm sua nõ erat, regul.nemo plus iu-
ris.ff.de reg.iur.& põdera tex.in.d.l.cùm notis-
simi.§.fi.C.de præscrip.triginta anno.versi.nul-
la.quicquid glos.illic dicat per.l.j.C.communia
de vsuscap.vbi glos.allegat.l.iij.§.quod & si ser
uus.ff.de acquirẽ.pos.&.l.peregre.§.fi.eo. titu.
quia procedũt vbi omnino sic tradit vt nihil fru
ctus ex re percipiat, quia prorsus possessionem
amittimus, sed nõ vbi is qui conduxit, vel in em
phyteusim accepit, cõtinuo domino pensionem
vel canonem soluit.l.quãuis.§.si cõductor.ff.de
acquir.pos.ibi, & vtrique mercedes præstiterit,
prior locator per conductitiã possessionẽ rectis
981 simè retinet. † quãdiu enim pẽsio ab emphyteu-
ta soluitur, non habet directus dominus de quo
queraẽ. Pone enim q quinquaginta annis superui
xerit emphyteuta, & cõtinuè canonẽ soluit, nul-
la negligẽtia dño impingi potest, neq; culpa, sed
cùm ratio præscriptionis triginta vel quadragin
ta annorum super negligẽtia fundata sit, quæ do
mino imputari nõ potest, cessabit legis disposi-
tio. & ita tex. cõcludit in.d.l.cùm scimus.in fi.C.
de agric.& cẽsi.lib.xj. & in.d.l.q̃uis.§.si condu

ctor.ff.de acqui.pos.Et cõtra Bar.obstat dictus §.si cõductor.quia verbũ,vẽdidit.cũ effectu intelligendũ est.l.j.§.hæc verba.ff. quod quisq; iuris.& recte probat ille tex.dũ ait,quia mercedes vtriq; præstabat,prior locator possessionẽ p cõductionẽ retinet.& ista est legis cõsideratio. Idẽ in emphyteuta dico, qa vt suprà dictũ est, nullo iure dominus est ꝓprietatis.l.j.ff. si ager vectig. vel emphyteu.secus autẽ in proprietario vẽdente ipsam rẽ totã, quia vsusfructus facilius quàm proprietas extinguitur,vt in toto titul.ff.quibus mod.vsusfruc.amitta.&.§.finitur.Instit. de vsufructu. Et idem notare videtur glos.in.d.§.de illo.in glos.magna,in verbo,amitti. quanquã nõ sit prætermittendũ quod tex.in.l.Põponius. ait vsufructuario ad interesse proprietariũ condemnandũ esse. Et pro hac distinctione vltra illam.l. cùm scimus.§.fi.C.de agrico.& censi.lib.xj. addo text.in.c.j.in fine. de inuesti. de re alie.facta. colla.x.ibi,& vasallo quidem donec feudum tenet,possit obesse,domino autem & si per longa tẽpora ꝑseuerauit seruitus minime noceat. Specula.in titu.de præscript.§.j.versicu. pone colonus vel emphyteuta.Idem sentit per rationem.l.
982 fin.C.de anna.except. † quia contra desides tantum & negligentes, inquit ille, odiosæ præscriptiones inuẽtæ sunt. Et illa ratione mouetur imperator in dicta.l. cùm scimus. Et quòd dominus non amiserit possessionẽ, probatum esse ait in dicta.l. quãuis.§.si conductor.ff.de acquiren. posses.quanquã Pyleus secundùm eum in quæstionibus suis dicat dominum possessionem amisisse,sed restituendũ esse ex clausula illa generali,si qua mihi iusta causa videbitur.l.prima.ff. ex quib.cau.maior. Pro quo est text.in.l.j.§.si quis propter inundationem.ff.de itine.actuq; priua. Et idem tenet Roma.in.l.qui vniuersas.§.fin.ff. de acquirẽ.pos.sed prius glos.dixisse videtur in l.j.C.cõmunia de vsucap.in glos. quæ dicit com petere domino condictionem ex.l.sed verius est per illam.l.cùm scimus.&.l.si.in fi. & rationẽ.l. primæ.§.fin.C.de anna.excep.l.quãuis.§. si conductor.ff.de acquirẽ.posses.directo domino ius integrum saluum esse, neq; opus esse restitutione.& ita iudicatum est.

Quarta in fundis limitosis addictis vsibus reipublicæ.l.fin.C.de fund.limitroph.lib.xj. accedit.l.viam publicã.vbi hoc notat Bart.ff. de via publi.refici.glos.in.l.longa.ff.de mort.infer.

Quinta in re feudali, in.c.j. de prohibi. feud. aliena.per Frideric.colla.x.& in.c.primo.de capit.Corradi.eadẽ colla.Licet glos. illic sine lege limitauerit præfinitionẽ temporis, scilicet triginta vel quadraginta anno.& nõ nulli illi adhærentes inducebant.§.si quis per triginta annos. si de feu.fuer.cõten.inter domi.& agna.colla.x. quæ nihil probat,quia loquitur de eo qui præscripsit aduersus vasallũ de feudo inuestitũ à domino triginta annis seruitia domino præstando, & alia, quæ vasalli officio incũbunt,faciendo,in quo casu loquit̃ prima pars.l. iubemus.ij.C. de fundis patrimonia.lib.xj. quod autẽ vasallus aduersus dominũ possit præscribere hoc nõ dicit ille tex.
983 † Multa etiã vasallo obstant,quæ prohibent illum aduersus dominũ præscribere,præsertim iuramentum fidelitatis,quod vasallus præstat domino.c.veritatis.extra de iureiuran. Iuramẽtum enim semper iuranti obstat, vt nullo vnquã tempore,etiam centũ annorũ, præscribere possit.c. si diligenti.extra de præscript.ibi,vnde licitè retineri non posset quod contra iuramentũ huiusmodi fuerit sciẽter obtentũ. Vasallus autẽ sex iurat domino, Incolume,tutum,honestũ,vtile,facile,possibile.c.vnico.de for.fideli. collat.x. quæ verba cuius sint effectus, potius ex naturalibus & bonis curiarũ cõsuetudinibus percipi potest, quàm lege,aut scripto aliquo possit comprehendi.c.j.in quibus cau.feud.amitta.colla.x. Vtile, ne sit ei in dãno de suis possessiõibus. Honestũ, ne sit ei in dãno de iustitia,dicto.c.vnico.de for. fideli. Cui addo.c.vnicum. de no.for. fideli. eadem colla.ibi, & si contigerit te rem aliquã, quã habes, vel habebis iniustè vel fortuito casu amittere,eam recuperare iuuabo,& recuperatam omni tẽpore retinere.c.si vasallus.quæ fuit prima causa benefi.amittẽ.ibi, præterea si vasallus præsciuerit aliquẽ contra dominũ suum assaltum, aut patrimonij grauem iacturã facere moliẽtem,debet dñm super hoc quàm citius potest certiorare,vt proinde dñs sciẽs prudẽsq; periculũ valeat declinare. quod si nõ fecerit,doloq; vel negligẽtia sua vel fraude celauerit, beneficio se cariturũ agnoscat.si aduersus dominũ præscribere cõtenderet,statim periurium incurreret,quod præscribere eũ prohiberet: quoniã qui alios prohibere debẽt ne quod domino cõpetit occupẽt, illi ipsi contra proprium iuramẽtum occuparẽt & præscribere cõtẽderẽt,quod iustũ & æquũ nõ esset,
984 neq; de iure fieri potest.d.c.si diligẽti. † Et hac ratiõe vasallus dicitur quodã modo dñi seruus, argumẽto.l.coloni.in verbo,seruitute.C. in quibus cau.colo.cẽsi.lib.xj.per quam Luc. de Pen. illic inquit,eũ,qui fidelitatẽ domino ex iuramento debet,seruũ esse. Allegat ad id Andr. de Iser. in.d.c.vnico.de no.for.fidel. qui illud notat per illum text. Sed pro eo rectè facit.c.vnicũ in fine. in quib.caus.feud.amitta.versi.in primis.vbi vasallum dicit vsumfructũ cõsequi,nõ autẽ ius aliquod proprietatis, vel dominij. dixi in.l.iij.§.si cùm oẽs.suprà eo.quibus adde Lucã de Pen. in l.deuotã.C.de meta.& epydeme.lib.xij.vbi hoc notat per illum text. Andre. de Iser.in.c. primo. quib.mod.feud. amitta.colla.x. Cardi. Alexan. in.c.si morte.si de feudo fuer.cõten.inter domi. & agna. Quomodo igitur vasallus aduersus iuramentũ præscribere possit,certe nõ potest.d.c. si diligenti.extra de præscript. dicto.c. veritatis. &.c.intellecto.extra de iureiurando.c.vt super.

extra

extra de reb. eccles. non alienand. Ad id omnes fere regni consuetudines conueniunt, vt nullo modo vasallus aduersus dominum, neque econtrario dominus aduersus vasallum præscribere possit, propter mutuā domini & vasalli obligationē. c. vnico. in fi. de for. fidelita. ibi, dominus quoq; in his omnibus fideli suo reddere debet. Et maxime Neustriæ cōsuetudo possessionem, qua vasallus in re feudali aduersus dominum vti vult, nisi de scientia & conscientia domini eam obtineat, furtiuam esse dicit & clandestinam. Neq; per eandem cōsuetudinem vasalli possessio validatur, seu furtiuæ aut clandestinæ possessionis vitium tollitur, etiam si eam vasallus habuerit sciente præposito aut alio officiali domini, sed omnino certa domini sciētia desideratur. Quæ ratio in rebus dominicalibus seu patrimonialibus principis multo maiori ratione locū habet: quoniam princeps non potest omnium rerum singularium sui patrimonij notitiam habere. l. magistros. C. de profes. & medi. lib. x. argumento sunt. c. j. & ij. extra de offi. archidi. & maxime cùm oporteat principem circa ea quæ vniuersum sui regni & Reipublicæ statum concernunt continuè esse solicitum, vt inquit Iustinianus in titulo de hæredi. & falcid. colla. j. in prin.

985 † Et si per consuetudinem, feudi domino quātumcunq; minimo non æque circa tam varia occupato scientia sui præpositi seu alterius officialis præiudicare non potest, nisi & dominus ipse certam scientiam habuerit quanto minus principi suorum officialiū scientia vel negligentia obesse potest, neq; debet. Ad id facit tex. in. l. coloni. C. in quib. caus. colo. dominos accus. pos. lib. xj. ibi, Ignorāte domino prædij. quem tex. in vasallo & subdito Luc. de pen. & Nicol. Spinel. notant. Et vltra eos pondero tex. ad id nunquā pōderatum in. l. j. in princ. ff. de offic. procur. Cæsa. ibi, tunc enim transfert cùm negotium Cæsaris gerens cōsensu ipsius tradit. Addo. l. idem Iulianus. §. constat. ff. de lega. j. in tribus sui partibus. Primo in his verbis, si verò Sallustianos hortos, qui sunt Augusti, vel fundum Albanū, qui principalibus vsibus deseruit, legauerit quis, furiosi est talia legata testamento ascribere. Secūdo ibi, sed & prædia Cæsaris, quæ in formam patrimonij redacta sub procuratore patrimonij sunt, si legentur, nec æstimatio eorum debet præstari, quoniam commercium eorum, nisi iussu principis non fit, cùm distrahi non soleant. In feudalibus satis constat in. c. j. de prohibi. feud. aliena. per Frideri. ibi, sine permissiōe illius domini ad quem feudū spectare dignoscitur. & in illis verbis, nullius temporis præscriptione impediente. &. c. hortatu. de prohibita feudi aliena. per Lothar. ibi, sine ipsorū permissione distrahere. &. c. vnico. §. præterea. de capitu. Corradi. colla. x. Et in. l. iubemus. C. de fundis patrimo. in fi. ibi, ab initio iussione principali. Et licet pleriq; nitatur principium illius legis in contrarium retorquere, falluntur plurimum, quia prima pars illius legis vsque ad versi. hoc etiam adijciendo. vt diximus. non loquitur de præscriptione directi dominij, sed de præscriptione illius dominij vtilis tātū quod emphyteutæ illo iure Codicis acquiritur, cuius meminit. l. possessores. eodē titu. ibi, cum fundorum sint domini. quod de iure Digestorum secus erat. Et vltra quàm aliàs dixerim, addo tex. in. l. si domus. §. fi. ff. de lega. j. ibi, non videri proprietatem rei legatam, sed id ius quod in vectigalibus fundis habemus: vectigales autē à iureconsulto emphyteutici interpretātur, in. l. sciendum. in princ. ff. qui satisdare cogā. ibi, sed & qui vectigalem, id est, emphyteuticum agrum possidet. & in Rubrica &. l. j. ff. si ager vectiga. vel emphyt. & illic vel, pro, id est, accipitur, vt in

986 dicta. l. sciendum. † per cuius præscriptionē census qui principi debetur seu canō rei emphyteuticæ non erit præscriptus, etiam si emphyteuta rē patrimonialē principis emphyteuticam longissimo tēpore possederit, tutus est exceptione præscriptionis aduersus emphyteutas, aut eos qui patrimoniales fundos titulo emphyteutico obtinuerant & posidebāt, sed per eā præscriptionem non erant liberi à solutione impositi canonis. Hoc probat illa lex, in his verbis, nullam penitus super dominio memoratorum omnium fundorum vel locorū vel domorū à publico actionem vel molestiam aut quamlibet inquietudinē formidare, sed impositum canonē pro qualitate iuris cuius prædia sunt vel loca per singulos annos soluentes. Idem dicitur in. l. j. &. l. fundi. eo. titu. in versi. hoc adijciendo variatur casus de eo qui illos fundos tam saluo quàm adēpto canone ab initio iussione principali datos possederint quadraginta annis absq; innouatione in ea permaneant. Non ergo sine principis iussu dari possunt, & si cum principis iussu dati nō sint exempti à canone, non iuuat possessores quadragenaria præscriptio, quia aliter in principis præiudicium possideri non possunt, neque occupari, nisi ab initio nactæ possessionis cum iussu principis & . xl. annis continuis illos possederunt.

987 Confirmatur hoc alia ratione. † Nam iura incorporalia sunt de iure impræscriptibilia, nisi interueniat domini fundi patientis scientia. lege secunda. in verbo, sciente. C. de seruitutibus & aqua. & lege, quoties. ff. de probationibus. Et hac etiā ratione ducti Bartolus, Ioannes de Imola, & Romanus in lege prima. §. denique. ff. de aqua pluuia arcend. dicunt q; ad præscribenda ea quæ imperatori competunt, scientia & patientia imperatoris necessaria sunt, neque sufficere aut scientiam aut patientiam eorum qui curam habent rerum principis, vel qui præficiuntur administrationi earum. Idem tenet Barto. in lege, si publicanus. §. finali. ff. de publica. & vectigalib. Innocentius in capitulo,

conquerente.extra de offi.ordina. Abb. in.c.cũ
contingat.extra de foro competen. Neq; in hoc
obstat glo. declaratio in.l. seruitutes. magna.ff.
de seruitu.quæ excipit præscriptionem tãti tem-
poris cuius initij non extat memoria, per ratio-
nẽ.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de itine. actuq;
priua. quia præscriptio tanti temporis &c. sit lo
co constituti. Et licet hæc declaratio passim ab
omnibus recipiatur vt qui secus ab eis sentiret,
temeritatis argui posset, cùm videretur tot ocu-
lis, tot sensibus, tot hominibus resistere. Tamen
quicquid in hac re scriptum inueniam, non pu-
debit annotare, fretus authoritate diui Hierony
mi in.c. audacter. viij.q.j. fortasse aliquid dici-
mus, tamen quicquid scriptũ est dicimus. Et mi-
rum est quod tanti patres tam debili considera-
tione in hanc sententiam tracti fuerint, veluti in
illa tanti temporis præscriptione cuius initij nõ
extat memoria aliquid sit singulare vel peculia-
re, vel, vti dicunt, speciale. quod verum non est:
quoniam æque dictum est per iureconsultum in
præscriptione viginti annorum. Et ne videamur
imposturam in hac re facere, verba iureconsulti
Vlpiani in.l.j.§.deniq;. circa fi.ff.de aqua pluu.
arcen.trãscribere ratus sum, dum ait, vt vbi ser-
uitus non inuenitur imposita, quandiu vsus est
seruitute, neq; vi, neq; clam, neque precario ha-
buisse longam consuetudinem, veluti iure impo
sitam seruitutem videatur. & sic præscriptio de-
cem vel viginti annorũ est loco cõstituti. Et ite-
rum eodem.§.in versi.superiore dixerat, si tamẽ
agri lex non inueniatur, vetustatem vicem legis
tenere, & sic loco cõstituti. & in.l.j.C. de seruit.
& aqua.ibi, longi temporis consuetudinem vicẽ
seruitutis obtinere sciet.modò si is qui pulsatur,
nec vi, nec clam, nec precario possidet. &.l.ij.in
princip.eo.titu. ibi, seruitutem exemplo rerum
immobilium tempore quæsisti. & sic loco consti
tuti. Ecce quomodo præscriptio viginti annorũ
est loco cõstituti. Aliqua dixi in repetitiõe.§.dif
ferentia.in.l.si quis vi.ff.de acquir.pos.

Et per illam.l.fin.C. de fund. patrimo.lib.xj.
Luc.de pen.in.l.viros.C.de diuers.offic.lib.xij.
dicit.c.super quibusdam.extra de verbo.signifi.
988 † vectigal quod fisci est nõ posse quocũq; tem
pore præscribi.l.ij. & fi.C.de fund.limitrop.lib.
xij.Et ad id pro eo pondero.l.j.C. ne rei domi.
vel templo.in his verbis, omni temporis diffini-
tiõe summota.l.j.&.iij.C. de fund. patrimo.lib.
xj.ibi, dummodo suis quibuscunq; temporibus
ea quæ fisco pensitanda sunt repræsentare coga-
tur.l.ius emphyteutici.eodẽ titu.ibi, iudicio no-
stro immutabile perdurare præcipimus, posses-
sionem autem quæ sine obligatione speciali fue-
rit, vitiosa vetustate temporis noluimus adiuua-
ri.dicta.l.fi.C.de fund.limitroph.lib.xj.ibi, & si
ab alijs possideantur, cuiuslibet spatij temporis
præscriptione cessante, ab vniuersis detẽtoribus
vendicãdos.Et facit doctrina glo. in.d.l.longa.
ff.de mort.infer. quæ hãc iuris conclusionẽ tra-
dit, & veram, si qua corporalis est, quæ suo pri-
uilegio, non eius, cuius est, triennio vel decẽnio
vel vicennio præscribitur ab eo, qui titulum, vel
etiam bonam fidem habet, eadem res vel trigin-
ta annis vel quadraginta nõ poterit præscribi ab
eo qui titulum non habet, vt patet in libero ho-
mine in.l.fi.C.de præscrip. long.tẽpo. quæ pro
989 liberta. † At sine titulo emanato à principe, vel
iussu principis, res patrimonialis principis alie-
nari nõ potest, neq; acquiri, neq; præscribi, qua-
draginta annis, dicta.l.iubemus.ibi, ab initio ius
sione principali.C.de fund.patrimo.& alijs legi
bus suprà notatis. Et ratio huius ex dictis per
Lucam de Penna in dicta.l. viros.C. de diuers.
offi.lib.xij.colligitur, quoniã in re principis cau
sa subesse debet, quæ est, quia princeps cõcessit,
aut iussit cõcedi, dicta.l.j.ff.de offi.procur.cæsa.
&.l.j.C.no.vectig.impo.nõ pos. &.l.placet.C.
de excusa.muner.lib.x. Et ideo secundum eun-
dem res principis ratione sui impræscriptibilis
est. Et vide eundem Lucam qui pulchre & ele-
gãter disputat, an etiam princeps huiusmodi res
domaniales seu dominicas & patrimoniales,
quas pro tuenda Republica accepit, & quæ re-
gni sunt, quas etiam non alienare iurauit, vt in.c.
intellecto.& in.c.sicut nostris.extra de iureiurã.
possit alienare, & si alienatæ sunt, an præscribi
possint, in.l.quicũq; desertum.C. de omni agro
deserto.lib.xj. dixi plene in repetitione.l. dona-
tiones.C.de dona.inter virum & vxorem.

990 Et † quod singulariter communis & tam fre
quentata magistrorum sententia amplexa est de
præscriptione tanti temporis, cuius initij nõ ex-
tat memoria, sit loco tituli & priuilegij, etiã in re
galibus, seu iuribus regaliæ, quæ præscribi pos-
sunt illa præscriptione, per.c.super quibusdam.
extra de verb.signifi.Non loquitur illa decreta-
lis epistola de pedagijs seu guidagijs fiscalibus,
seu patrimonialibus vel domanialibus seu domi
nicis principis, quoniã illa iura præscribi nõ pos
sunt.l.cõperit.in fi.C.de præscript.triginta ann.
Sed quod vnusquisq; baro, aut dux, vel comes,
seu marchio, seu alius ab illis inferior dominus
in suo territorio exegit, qualia sunt pedagia, & il
la iura, quæ propriè regalia dicuntur in dicto ca.
vnico, quæ sint rega.colla.x.præscribũt. Et iura
illa ideo regalia dicta sunt, quia non nisi ex regia
concessione licitum est cuiquã exigere cum pœ-
næ interminatione. l.j.&.iij. C.noua vectig.im-
po.non posse.& dicto.c.super quibusdã. quæ si
ne iusta causa & legitima rex concedere non po-
test, dicta.l.j. C.no.vectig.impo.nõ pos.ibi, qui
re diligẽter inspecta vtilitatẽ communẽ intuitus
scribet nobis quæ cõperit, & an habẽda sit ratio
nostri, et quatenus existimabimus. Idem in.l.pla
cet.C.de excus.mune.lib.x. Et si secus rex faciat,
peccat mortaliter, secũdùm Innocẽ.in.c.innoua-
mus.extra de cẽsib.adde.l.vectigalia.&.l.fin.C.

de vect

991 de vectiga.& cõmis. † In istis enim iuribus, quibus ius resistit, longa & continua possessio tanti temporis non sufficit, nisi ab initio titulus & bona fides interueniant, capitu. si diligenti. extra de præscript. Saltem ab initio bona fides interuenire debet. Alioqui nullo vnquam tempore, etiam cuius initij non extat memoria, præscribi potest, dicto capit. primo, de præscript. in sexto. Sed quomodo potest esse bona fides ab initio, si non interueniat titulus? certe non potest, capitulo finali. extra de præscript. l. fina. C. vnde vi. capitulo, ad decimas. de restitu. spolia. capi. dudum. extra de deci. & dicto capitulo primo, de præscript. in sexto. & dicto capitulo, si diligenti. extra de præscript. Et idem in specie notatur in lege fina. C. no. vectiga. imponi non pos. ibi, & vltra antiquam consuetudinem, & nostræ termi nos iussionis. Ecce quomodo cum antiqua consuetudine copulatiuè requiritur concessionem principis interuenire. & si secus fiat, pœna perpetui exilij interminatur ab imperatore. Sed si ita inhærere velis dicto capitulo, super quibusdam. intellige in terminis suis sicuti suprà declarauimus de his qui in territorio suo pedagia & guidagia exegerunt tanto tempore &c. absque regum cõcessione, vt illi in sua possessione permanere possint. Sed non de pedagijs, & alijs regijs iuribus seu fiscalibus, quæ alienari non possunt, neque vllo vnquam tempore præscribi, dicta lege, comperit. C. de præscrip. triginta anno. Et ratio est, quia vsibus publicis destinatæ sunt, vt earum ratione populus à principe subleuari possit. §. primo. &. §. publicorum. in authentica, de manda. princip. collatio. tertia. l. finali. C. de exacto. tributo. libro. x. §. primo. in authenti. de collato. colla. ix. Et dicit Luc. de pen. in dicta lege, quicunque desertum. sexta colum. in princip.
992 C. de omni agro deserto. lib. xj. † propter huiusmodi alienationes sæpissime contingere, vt reges & principes necesse habeant ad subditorum facultates manus extendere, quare pro reipublicæ vtilitate & populi commoditate res dominicæ, & patrimoniales pariter fiscales alienare non licet, cùm solis principum vsibus destinatæ sint. Illas igitur alienare non licet, nec præscribere, per prædicta. Et Luc. de Pen. non tam pulchras quã verissimas similitudines, & toto nixu amplectendas inducit. Princeps, inquit, Reipublicæ & populi pater est. §. fina. in authen. neque virũ quod ex dote. colla. viij. ibi, hoc post deũ, qui est communis omnibus pater. Sed pater res maternas filiorum alienare non potest. l. j. C. de bonis mater. dicta lege prima. §. fina. C. de anna. excep. sic neque princeps potest, capitu. intellecto. extra de iureiuran. lege, apud Iulianum. §.
993 constat. ff. de lega. primo. † Secundò, princeps Reipublicæ maritus est. hoc dicit post Lucanũ in secundo, vrbisque maritus. Et inter principem & Rempublicam matrimonium cõtrahitur morale & politicum seu temporale & terrenũ, quẽadmodum inter prælatum & ecclesiam spirituale contrahitur matrimonium, capi. sicut. vij. q. j. & capitu. quoniam. de immuni. eccles. lib. sexto. Et quemadmodum vxoris dotem maritus non potest alienare. l. si fundum. ff. de fund. dota. lege prima. C. de fund. dotali. l. vnica. §. & cũ lex. C. de rei vxor. actio. §. penulti. & fi. in authen. vt immobil. antenupt. dona. colla. v. pari ratione neque princeps. Et sicut licet mulieri dotem alienatam reuocare. l. in rebus. C. de iure doti. authenti. si mulier. C. ad Velleia. sic & Respublica res à principe alienatas, imo princeps ipse reuocat. l. si procurator. vbi gloss. hoc notat. ff. de except. doli. dixi in repeti. l. donationes. C. de
994 dona. inter vir. & vxorem. Tertiò † quemadmodum prælatus non potest res ecclesiæ alienare, imò alienatas reuocare potest, vt in capitulo, nulli. & capitu. sequen. extra de reb. eccles. non alienan. capitulo, non liceat papæ. Et in tota causa. xij. quæstione secunda. sic in principe. Et huiusmodi similitudo principis & prælati & regis sit in capitulo, in apibus. septima quæstione prima. sed quæ vsibus publicis destinantur, non licet cuiquam occupare, vel in alios vsus conuertere, quacunque possessione tam longæua non obstante. l. viam publicam. ff. de via publica. vbi hoc idem notat Barto. l. quo minus. ff. de flumi. l. fluuium. ff. de damno infecto. lege, diligenter. C. de aquæ ductu. libro. xj. iuncta gloss. in verbo, longi temporis. ibi, vel verius hic ipsum publicum. Et induco. l. finalem. C. de longi temporis præscript. quæ pro libertate. præscriptio quantumcunque longissima aduersus libertatem non recipitur, etiam, inquit ille text. sexaginta annorum, si contra priuati alicuius libertatem præscriptionem non licet opponere. multo minus aduersus Reipublicæ libertatem licet, cùm causa publica priuatæ sit præferenda, lege, vtilitas. C. de primipi. libro. xij. & lege prima. C. ne
995 rei domi. vel templo. † Neque abs re puto à conditoribus consuetudinis patriæ Normanicæ dictum fuisse huiusmodi possessiones seu vsucapiones & præscriptiones furtiuas esse, & quẽadmodum res furtiua, vel vi possessa, aut alio vitio affecta, impræscriptibilis est, quocunque tempore possideatur, & si mille annis possessa sit, donec vitium purgatum sit. l. vitia. C. de acquiren. pos. l. an in vitium. vbi glo. hoc notat. & l. cùm hæres. ff. de diuers. & tempor. præscript. l. sequitur. §. tunc in potestatem. &. §. si tu vi. & lege, si rem. ff. de vsucapio. Licet glo. in. §. furtiuæ. institu. de vsucapio. & in. l. Pomponius. §. primo. in verbo, vitijs. ff. de acquir. pos. dicat triginta annis præscribi posse, per. l. sicut. C. de præscrip. trigin. anno. quas sequitur Roma. post Bart. in dicta. l. sequitur. §. si tu vi. ff. de vsucapio. & plerique dubitauerunt, sicuti scribit Moder. Papien. in dicta. l. Pomponius. §. cùm quis adminiculo.

in expeditione glo.in verbo, vitijs. & in.l.ſ.col. ix. primæ lecturæ.C.de ſer.fugiti. Bar.etiam dubitauit,an ſua opinio de iure canonico ſuſtineri poſſit,propter regulam,poſſeſſor. de regul.iur.
996 in ſexto. per quam † malæ fidei poſſeſſor prohibetur vllo vnquã tempore præſcribere. Hoc dicit in.l.ſequitur.ſ. ſi viam.ff. de vſuſcapio. Et ad confirmationem dictorum per Accurſ. Iaſo in dicta.l.j.ix.colum.C.de ſer.fugiti. vtitur hoc argumento ex illo. ſ. ſi viam. In præſcribente actiones perſonales nõ eſt neceſſaria poſſeſſio, ſed ſola partis negligentia attenditur, per illum ſ.quare neque bona fides,neque mala fides præſcribentis eſſe poſſunt in conſideratione,ſed negligẽtia eius, cuius res præſcribitur. Et ideo fur præſcribit, dummodo raptor non ſit violentus. l.ſi quis emptionis.in princi. &.ſ. ſed & ſi quis. &.l.ſicut.in prin.C.de præſcript.triginta anno. & præſcriptio triginta annorũ currit ex ſola negligentia. Alleg.Barto.in.l.ſi.in princi.ff. de eo per quem factum eſt. &.c. placuit. ſecundum.ſ. poteſt.xvj.q.iij. Et iſtum text. dicit eſſe meliorẽ de iure. Sed addo illi tex.longe meliorem in.l.ſi. in fi.C. de anna.except. ibi, cùm contra deſides homines & ſui iuris contemptores odioſæ exceptiones oppoſitæ ſunt. Ipſe idem Iaſo in dicta.l. Põponius.ſ.cum quis adminiculo.ff.de acquir. poſ.contrarium concluſit, & eam cõcluſionẽ dicit eſſe Anto.de Butrio,Ioan. de Imo.& Abba. in.c.ſi diligenti.extra de præſcript.eiuſdem Ioã. de Imola in repetitione.c.ſi.eod.titu.in.xxix. & xxx. colum.Ioã.Andr. in additionibus Specul. in titu.de præſcrip.ſ.ſi.& aliorũ per eũ relatorũ. Et hanc dicit eſſe communem ſententiam,quam & glo.& Innocen.approbant in dicto.c. ſi diligenti.& dicto.c.ſi.extra de præſcriptionibus.& præciſe probaẽ in dicto.c.ſi diligenti. &.d.c.ſi. Addit Papien. Moder. reiectis aliquibus fundamentis Anto.de Butrio & aliorum ſuorum ſequacium,hoc ſolum argumentum.dicit enim de iure ciuili malam fidem ineſſe hæredi.l. in his.ſ. non debemus.ff. de regul. iur.ſ.j. in authen. de iureiur. à moriente præſtito. quæ ratio de iure canonico nõ inuenitur correcta neq; immutata. Illi igitur ſtãdum eſt,c.j.&.ij.extra de no. oper.
997 nũtia.† & maxime cùm iura canonica ſtrictius obligent hæredem ex facto defuncti, quàm iura ciuilia:quia iura canonica omne inhoneſtum lucrum ab hæredibus auferunt.c. fin. extra de ſepultur. Ego verò vltra quàm ille dicat, induco duo aut tria fundamenta, quæ fortius ſtringunt. Vis ſeu violentia,& furtum,non tantũ perſonam vim,aut furtum cõmittentem,ſed & perſonam hæredis,imò plus rem ipſam afficiũt.tex. eſt qui non poteſt euitari in dicta.l. vitia.C. de acquir.poſ.Vitia,inquit, poſſeſſionum à maioribus contracta perdurãt,& ſucceſſorem auctoris ſui culpa comitatur. Nota hoc verbum, perdurant. vt ſuprà hoc noſtro.ſ. annotauimus.l. vrbana.ſ.pernoctare.ff. de verbo. ſignifica.l.j. ff.de origi.iur. Secundò, dum dicitur, hæredem vitia auctoris comitari. Et glo.in dicta.l.an in vitium.in glo.ſ.ff.de diuerſis & tẽporalibus præſcriptionibus.illã.l. vitia.ad id notauit,dum glo. ait,ſi verò ſit rei cohærẽs vitium,vt furtum, emptori quoq; nocere,& omni qui quoquo modo rem acceperit.l. vitia.C. de acquir. poſ. in dicta l.cùm hæres.ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.
998 † cùm hæres,inquit,in ius omne defuncti ſuccedit,ignorantia ſua defuncti vitia non excludit. & dicta.l.Põponius.in fi.ff. de acquir.poſ.dum ille tex.ait,præterea nec vitioſæ quidem poſſeſſioni vlla poteſt accedere, ſed nec vitioſa ei quæ vitioſa non eſt.& in.ſ.cùm quis adminiculo. eadem.l.ibi,deniq; addimus in acceſſione de vi & clam & precario venditoris. Si igitur nõ poteſt vitioſæ poſſeſſioni vlla accedere,ſed nec ea quæ vitioſa non eſt,ei quæ vitioſa eſt. Non igitur dabit initiũ præſcriptioni huiuſmodi præſcriptio, cũ ſine poſſeſſione præſcriptio incipere non poſſit,regula,ſine poſſeſſiõe. de reg.iur.in.vj. ſumpta ex.l.ſine poſſeſſione.ff.de vſuſcapio. Oportet igitur rem in poteſtatem domini reuerti liberam.& hoc argumẽto vtitur tex.in.c. de quarta. & in.c.cùm non liceat.extra de præſcript. Et gl. in.c.tua.extra de vſur. Addit, Hæres ſuccedit in crimen defuncti,hæredis autẽ ſuccedentis in vitium par fortuna habenda eſt.l.ij.C.de fructi.& liti.expenſ.& etiam hæredis ignorãtia defuncti vitium nõ excludit.l.cùm hæres.ff. de diuerſ. & tempor.præſcript. etiam ſi per multorũ manus ambulauerit.l.ſed & ſi lege.ſ.perinde.ff.de peti.
999 hæredi. † Si ergo hæres ſuccedit in bonis defuncti,ſiue hæres idẽ crimen committat,ſiue nõ, ſemper tenetur reſtituere vſuras,quas defunctus extorſit,in quantum ſe extendit illius hæreditas, per illum tex. Ecce quomodo ex perſona hæredis non variatur ius,neque qualitas,ſeu obligatio,quæ aduerſus defunctum erat,vt in conſimili dicitur in.l.ij.ſ.ſ.ff.de verbo. obliga. Et ad id pondero dictam.l.ſequitur.ſ.tunc in poteſtatẽ. ff.de vſuſcapio.dum dicitur, in eo tunc in poteſtatem domini rediiſſe dicendum eſt,cùm poſſeſſionem eius nactus ſit,vt iuſtè auelli non poſſit. Tantũdem dixerat in.ſ.Labeo.in fine.eadem.l. ibi,non videri in poteſtatem meã reuerſam Põponius ait,niſi ita habere cœperimus, quemadmodum habuimus antequam ſurriperetur. Rectè inducũtur.l. inciuilem.&.l.ciuile.C.de furt. vt nõ excuſet emptorem rei furtiuæ ſua bona fides,imò furti particeps iudicatur, qui rem furtiuam emit,niſi venditorem ſuum exhibeat, neq; rei pretium repetit. Ecce quomodo in emptorẽ tranſit vitium, quia ab eo res vendicatur, nullo etiam emptori reſtituto pretio: neque principis reſcriptum vitium tollere poteſt.l. authoritatẽ. C.vnde vi.&.l.j.& ſi.C. ſi per vim vel alio mo-
1000 do. † Imo ſſis,qui dominus eſt,per vim tentauerit

uerit fundum suum ab alio occupatum sine iudice repetere, dominium perdit. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam de vi public. Accedit. l. extat. ff. quod metus causa. l. penulti. ff. ad legem Iuliam de vi priua. neque obstant. l. sicut. & l. omnes. & l. si quis emptionis. C. de praescriptione triginta annorum. quoniam illae leges nõ loquuntur in rebus affectis vitio aut furti, aut violentiae, quae res ipsas afficiunt, vt ad quemcunque peruenlant, non tantum rerum detentores, sed & res ipsas comitantur, dicta. l. vitia. C. de acquir. possess. quae lex nullo modo euitari potest. Et huic declarationi consentit Barto. in dicta. l. vitia. Non potest etiam. l. Pomponius. §. fi. ff. de acquiren. possess. euitari. ibi, nec vitiosae quidem, vlla potest accedere, sed nec vitiosa ei quae vitiosa non est. Ecce quomodo vitia accessionem prohibent, imò initio possessionis resistunt. l. clam possidere. in princip. ff. de acquir.
1001 possess. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. † Plus dico, si verus dominus per vim à malae fidei possessore eripiat, ius amittit, dicta. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapionibus. quanto minus violentus seu raptor acquirit. Vlterius dico, malae fidei possessorem posse rem à vero domino, qui per vim illam eripuit, vendicare, & rei vendicationem intentare, dicta. l. si quis emptionis. §. sed haec super illis. C. de praescriptione triginta annorum. nulli dubium remedium Canonis, reintegranda. iij. quaestione. j. capi. in literis. extra de restitutio. spoliato. & vis alterius opinionis consistit in solo malae fidei possessore, qui non vim, aut aliud reale vitium, sed aliàs mala fide rem possidet. l. finali. C. vnde vi. an de iure canonico praescribere possit. In quo plerique cum Dino in dicta regula, possessor. de regulis iuris. in. vj. conueniunt, malae fidei possessorem posse triginta aut quadraginta annis praescribere, dicta. l. fina. in fine. & l. malae fidei. in princip. C. de praescriptio. long. tempo. & in hoc aequitatem canonicam à iure ciuili non differre. Qui autem cum Dino sentiunt, referuntur per Alexan. & Papiẽ. Modern. in dicta. l. Pomponius. §. cùm quis adminiculo. ff. de acquirenda possessio. & Felin. in dicto capi. si diligenti. extra de praescriptio. Sed, vt suprà dictum est, communis omnium Legistarum & Canonistarum aduersatur sententia in capitu. si diligenti. & in capitu. j. de praescrip. in. vj. Ego non puto per eos qui cum Dino sentiunt, posse responderi capitu. fina. extra de praescrip. vbi litera tam praegnans est, vt aliter intellecta sine abortione foeturae eius subsistere nõ possit, Dum primo ait, Omne quod ex fide nõ est, peccatum est. Secundò, nulla valeat absque bona fide praescriptio, tam canonica quàm ciuilis. Tertiò, cùm generaliter sit omni constitutioni derogandum, quae absq; mortali peccato non potest
1002 obseruari. Quartò, † ex his infert vnde oportet, vt qui praescribit, in nulla temporis parte rei habeat conscietiam alienae. In quo ius ciuile correctum est, quod initium tantum nactae possessionis considerat, licet ex postfacto mala fides superueniat. l. vnica. in fine. C. de vsucapio. transformand. dicta. l. sequitur. §. de illo. in fine. & l. haeres eius. ff. de vsucapionib. cum alijs illic per gloss. notatis. Idem probatur in dicto capitu. vigilanti. extra de praescriptio. ibi, quoniam nulla antiqua dierum possessio iuuat aliquem malae fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam se alienã nouerit possidere, cùm bonae fidei possessor dici non possit. Et ex illo text. datur responsum ad argumentum Barto. quod eum fecit variare, & propter quod Modern. Papien. in dicta. l. prima. colum. nona. C. de seruis fugiti. allegat text. quem dicebat de iure meliorem in dicto capitu. placuit. secundo. §. potest. in fin. xvj. quaestio. iij. Cui addidi. l. fina. in fine. C. de annali exceptio. quia lex tantum odium negligẽtis considerauit, non autem possessionem eius qui non praescripsit. Ad illud argumentum tex. respondet in dicto capitu. vigilanti. dum ait, Ephesinus legislator solùm propter vitandam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem et confusionem primus tricennali vel quadragenali praescriptioni vigorem legis imposuit.

Aduertatur quaeso ad impugnationem Ephesini legislatoris, inquit ille text. Nobis autẽ tam in rebus cognitis, quàm latentibus placuit non
1003 habere vigorem. † Ecce quomodo malae fidei possessor desidis fundum nullo tempore praescribit, etiam quadraginta annis. Et haec ratio similiter posita est in. l. cùm quaeratur. C. vnde vi. ibi, ridiculũ ẽm est dicere vel audire quod per ignorãtiã alienã rem quasi propriã occupauerit. Oẽs ẽm scire debẽt, quod suũ non est, ad alios modis omibus pertinere. Er considera quod in eadẽ. l. sequit̃, Cũ talis dispositio in furti actiõe laudada veteribus. ll. diffinita, dicẽtibus, Si qs alienã rem aduersus dñi voluntatẽ attigerit, furti actione tenet̃. Et sic praedo non minus q̃ fur appellat̃, qui furtiuè aut violẽter rẽ alienã occupat: licet postea lex illa in fine praedonẽ tueat̃ triginta annorũ praescriptione. sed in hoc lex canonica quae bonam fidẽ vult in omni tẽporis parte interuenire l. illã fin. & similes, & ipsum ius ciuile in hoc corrigit, quia ratio canonica nõ vult istiusmodi praedonẽ seu malae fidei possessorẽ, etiam non violẽtum, vel altero reali vitio affectum, posse praescribere. & Felin. in rubrica extra de praescript. dicit post Paulũ de Cast. in cõsil. ccxciij. incipiẽte, visis & põderatis omibus. verba quae in diffinitione p̃scriptionis apponunt̃, poenam negligẽtibus inferre, esse magistralia, nõ autẽ inuẽta ab aliqua lege: q̃m negligẽtia non sumit̃ propriè sonãs in vitiũ, sed put sonat in simplicẽ & nudã cessationẽ, quae vitium vel culpã non habet, inquit Feli. Ad primũ dic illi obstare dictã. l. fi. in fi. C. de annali exceptio. & ca. placuit. ij. §. potest. xvj. q. iij.

Ad secundum dic siue per culpam, quia ius suũ negligat, siue per ignorantiam hoc contingat. l. sicut. §. nec sufficiat. ibi, non sexus fragilitate, nõ absentia, non militia contra hanc legem defendenda. C. de præscript. triginta anno. §. rursus. in authen. vt sponsa. largi. colla. ix. & authen. malæ fidei. C. de præscript. longi tempo. & dicta. l. fi. C. de anna. except.

Ex quo elicio aliud consecutiuum per quod demiror tantos patres qui in hoc tantum firmatĩ
1004 sunt, † quod lex possessionem præscribentis non consideret, sed solum odium desidis seu negligentis, quoniam id verum esse nõ potest. Nã si res continuè possessa non esset, præscriptio interrupta foret. l. in vsucapione. §. accessio. ff. de diuers. & tempor. præscript. l. naturaliter. ff. de vsucapio. Neq; absq; possessione, saltem vitiosa, procederet præscriptio. l. sine possessione. ff. de vsucapio. regula, sine possessione. de regul. iur. in sexto. si enim res multis annis vacans permansisset, tempus vacantis rei præscriptionẽ impediret, dicta. l. in vsucapione. l. j. §. si quis propter inundationem. ff. de itinere actuq; priua. & l. clam possidere. §. q ad nundinas. ff. de acquire. pos. Sed non intelligas de illa rei vacantia, quæ post mortem contingit possessoris, antequã hæres eius hæreditatem adeat: quoniam hæreditas iacens & hæres defunctum repræsentãt. l. hæres & hæreditas. ff. de vsucapio. Non etiam intelligas de ea quæ per culturam aliqua iusta ratione à possessore omittitur. per illam enim vacãtiam, seu potius rei vacationem, res seu rei possessio nõ derelinquitur. l. licet. & l. improba. C. de acquir. pos. Quibus modis non eo animo possessio vacans dimittitur, vt possessio animo amittatur, dicta. l. licet. Alioqui secus per illum text. Quòd autem possessio cum temporis lapsu à legislatore cõsideretur, est tex. in dicta. l. cũ quærebatur. in fi. C. vnde vi. ibi, si non ex die ex quo possessio detenta est, triginta annorum expresse rit curricula. Hoc etiam declarat authentica, nisi tricennale. C. de bonis mater. ibi, nisi tricennale trãseat tempus quo possessor dominus fit, & detentatio dominos accipiat, vel constituat. quare
1005 non potest hæc ratio vrgere. † Verum est autẽ odio negligentium ex quadã iuris præsumptione introductam fuisse præscriptionem triginta annorum, quasi res suas tandiu ab alio possessas pro derelicto haberevideantur, argumẽto. l. qui habebat. in princi. ff. de lega. iij. l. fi. C. de iure do miniј impetran. Et pro bono publico ne diu res in incertum maneant. l. j. ff. de vsucapio. sed nõ quod propter eas dominium rerũ præscriptione triginta annorum acquiratur, sed sola præscriptionis exceptio, nisi cum possessione iustus titulus & bona fides interuenerint. l. si quis emptionis. in princi. & §. j. C. de præscript. triginta anno. dixi in. l. j. §. j. suprà eodẽ. Et quòd possessio tam diuturna sit præscriptionis potissima ratio, probatur in. l. fi. C. de edicto diui Adri. tollen. in his verbis, nisi tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem etiã super dominio præstare. dicta. l. comperit. C. de præscript. triginta anno. in his verbis, Iubemus eos, qui rem aliquam per cõtinuum quadraginta annorum curriculum sine quadã legitima interpellatione possederint, de possessione quidẽ rei seu dominio nequaquam remoueri. Plures aliæ leges colligi possunt, quas sedulus lector considerabit. Sed de iure canonico non est desidis tanta consideratio habita, quanta iniquitatis malæ fidei possessoris, vt ex p̃dictis videre licet.

Plus in hac re dicit Luc. de Pen. in. l. fin. quæstione. xxv. C. de quib. muneri. vel præsta. nemini liceat se excus. lib. x. Et in. l. cum neque. C. de incol. eo. lib. post Iacob. de bel. vis. huiusmodi
1006 † præscriptiones pedagiorum, tributorum, & collectarum præiudicare tantum his, qui sponte tanto tempore, cuius initiј memoria non extat, soluerunt, non autem principi, à quo permissionem non obtinuerint. l. pen. in fin. C. de exacto. tribu. lib. x. & l. pen. in fi. C. de cano. sacra. largi. eo. lib. Plus Luc. de Pen. in dicta. l. cùm neq;. C. de incol. lib. x. ait, non posse principem alicui ciuitati vel populo priuilegium concedere collectas vel tributa & huiusmodi iura exigendi, cùm princeps rerũ singularium dominus non sit, nisi quantum ad protectionem. in. l. bene à zenone. C. de quadrien. præscript. seruitus autem nõ nisi à domino imponi potest. l. j. ff. cõmunia prædio. Et ad similitudinem mariti, qui non potest serui tutem fundo dotali imponere. l. Iulianus. ff. de fundo dotali. vel etiam proprietarius inuito vsu fructuario. l. sed etsi qđ. §. fi. ff. de vsufruc. Addit textum in argumentum in. c. cum tempore. extra de arbitr. ibi, illis duntaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatẽ ipsius monasteriј &c. & in versi. seq. ibi, de iure tamen nequiueris sine licentia Romani pontificis renũtiare priuilegiјs vel indulgentiјs libertatis &c. Ad id facit. c. peruenit. vbi glo. in verbo, ignorantiæ. extra de cẽsi. Non enim, inquit ille tex. Inueniri potest census ignorantiæ, præsertim secundum glo. illic, in his in quibus iura resistunt, quoquo tẽpore exiguntur, dicto. c. si diligenti. extra de præscript. Non enim sine titulo & bona fide possideri pos sunt, & ex consequente præscriptionem initium accipere, dicto. c. fi. & c. vigilanti. extra de præscrip. & c. dudũ. extra de deci. & c. ad decimas.
1007 extra de resti. spoliato. lib. vj. † His eñ q̃bus iura diuina & humana resistunt, non est dabile initium cuiuscunq; possessionis: quoniam tanto grauiora peccata sunt, quãtum infelicem animã tenuerunt alligatam. c. fi. extra de consuetudi. l. non dubiũ. C. de legi. c. quo iure. c. si solus. viij. distinct. Posset hic repeti materia regulæ, peccatum. & regulæ, nõ est obligatorium. de reg. iur. in sexto. & capit. possessor. eodem tit. sed legum ciuilium

ciuilium constitutione, vt suprà dictũ est, ad hoc vt quis præscriptione vti posit, duo sunt necessaria, principis concessio, & longissima possessio seu perceptio. l. fin. C. noua vectig. instit. non pos. ibi, & vltra antiquam consuetudinem & nostræ terminos iussionis. cum alijs suprà notatis, quas non repeto. Quibus addo. l. cùm satis. C. de agrico. & censi. libro. xj. quoties lex ab initio resistit possessioni seu præscriptioni, quocunq; tempore possideantur, etiam longissimo, huiusmodi præscriptio præscribentem non releuat. Probat ille text. in his verbis, quantacunq; emanauerint, vel quacunque prolixa negotiatione aliquis sibi vendicet libertatem. & in his verbis, secundum exemplum serui fugitiui sese diutius furari intelligitur.

1008 Quare nõ satis admirari possem † neotericos de rege Franciæ scribẽtes iura exemptionis præscripsisse tanto tẽpore, cuius initij non extat memoria, idq; exemptionis beneficium veluti iure constituti obtinere. nisi forte Petr. Ioan. Faber, Guliel. de Cun. & plerique alij prius eis hoc sensissent in. l. prima. C. de summa trinitate & fide catholica. Henrichus Bohic in capit. si diligenti. extra de præscrip. qui multa circa id scribit, vt videre licet ex glossatore pragmaticæ sanctionis. Nam si de iure Francorum rex Christianissimus imperatori subiectus fuisset, non potuisset vllo tempore quantũcunq; longissimo de iure libertatem præscribere. Et idem Barto. notat in. l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. dum de regibus Franciæ & Angliæ loquitur, qui se ab imperio subtrahunt priuilegio, præscriptione, vel cõsuetudine. Ob id tamen, inquit, ciues Romani esse non desinunt. Et pleriq; alij commemorantur à Moder. Papiens. in. l. j. C. de sum. trinita. & fide catholi. qui cum Bart. consentiunt post Cinum & antiquos in eadem. l. Abbas etiam in ca. per venerabilem. extra qui filij sint legi. Et Feli. turbam doctorum congerit in capit. cùm non liceat. & in cap. cum nobis. extra de præscrip. Repetere possem ea quæ in. l. donationes. C. de donatio. inter virum & vxorem. à me scripta sunt, quæ consultò omitto. Assentirem quippe illis, si de iure probari posset, imperatorem esse orbis dominum. Sed his, quæ in oppositum ab illa tam grandi multitudine adducuntur, responsio data est. Et Ioan. Fab. breui aliquo compendio plus æquo respondit. Ego vero paucis absoluam vltra quàm aliàs in tractatu dixerim.

In primis omnes confitentur, quotquot sunt qui commentarios in iure ciuili & pontificio fecerunt, nõ eos dixerim tantum quos neotericus ille Narbonensis accusat, reosq; facit sanguinis,
1009 † fauoris, loci ac temporis, sed & exteros, non modò Romanos & Italos, sed & Teutones seu Alemanos omnisq; generis scriptores, Græcos & Barbaros, imperium ipsum à violentia originem sumpsisse, idq; opus primum Iulium Cæsarem in Gallos cœpisse, quod multis antè seculis à Romanis consulibus cum dedecore & grandi eorum iactura attentatum extiterat. Postremò autem dolis Cæsarem opus per eum cœptum cõsummauisse, vt superius ostendimus. Et vltra q̃ in tractatu diximus, addo Angel. in. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodi. de iactu. Et Hostiens. in summa in titu. de adulter. §. quæ sit pœna. Alberi. in. l. prima. C. de summa trinitate & fide catholica. Alios etiam Felin. commemorat in dicto capi. cùm non liceat. colum. fin. & in capi. cum nobis. extra de præscript. Ioan. Fab. in dicta. l. prima. C. de summa trinitate & fide catho. Idq; Cæsari pro imperij iure fuit, si imperium dici debet, vsurpauitq; in eos quos in primo belli Gallici Romanorum socios appellat, neque antea Aruernos & Rutenos in prouinciam redactos, neque stipendium imposuisse Cæsar ipse scribit. Quare præcipuum Cæsaris fundamẽtum in hac re fuit violẽtia & infidelitas, quæ initium & fundamentum fuerunt, legem Brenni Gallorum ducis, cuius suprà post Liuium in quinto ab vrbe
1010 condita meminimus, accepit. † Dicebat enim Brennus ius in armis esse, & omnia fortium virorum esse. Cæsarq; ob id, vt Cicero libro de officijs tertio scribit, semper in ore habuisse commemorat, imperij gratia ius violandum esse. Id post Ciceronem Tranquillus in Cæsare scripsit capit. xxx. similiter & lex Ariouisti, cuius Cæsar in primo belli Gallici mentionem facit, ius esse belli dicebat Ariouistus Germanorum rex, vt qui vicissent, ijs, quos vicissent, quemadmodum vellent imperarent. Vel eam naturæ legẽ, quam Dionysius Halycarnaseus in primo suæ historiæ libro memoriæ tradidit, & quam nullum tẽpus dissoluere posse ait, Deterioribus semper imperare meliores. Et si ethnicis diuina coniungere liceat, quemadmodum in multis diuini scriptores sæpius commiscent, non vt tam ex prophanis literis fides habeatur, quàm ex diuinis. Dominus enim noster Iesus ait, propter sæuitias & intolerabiles populorum iniquitates regnum de gente in gentem transferri, & gentem aduersus gentem insurgere. Hinc seditiones, hinc bella, & populorum oppressiones, hinc variæ istiusmodi calamitates: quo fit vt nemo quietus viuat. Hæc nõ tam ex historijs prophanis quàm ex sacris literis legi possunt. In libris Numerorum, Regum, Paralipomenon, Maccabæorum, & prophetarum,
1011 cùm omnia hæc Dei iudicio fiant. † Probant etiam imperiorum translationes à Scythis ad Aegyptios, ab Aegyptijs ad Assyrios, ab Assyrijs, qui mox Syrij dicti sunt, ad Medos, à Medis ad Persas, à Persis ad Lydos, à Lydis ad Thessalos, à Thessalijs ad Spartas, à Spartis seu Lacedæmonijs seu Græcis ad Gallos, à Gallis ad Romanos, à Romanis iterum ad Gallos, à Gallis in Italos, ab Italis in Germanos, qui neque imperio nisi pro voto vel arbitrio obediunt. Tanta

præterea fuit Romanorū iniustitia, sicut ex prioribus videre licet, vt nullo vnquam tēpore quietum eis qualequale eorum imperium fuerit, sed passim omnes gentes aduersus Romanos insurgebant, vt Romanum nomen omnibus semper inuisum prorsus deleretur & extingueret, neq; vlla Romani nominis ratio haberetur, & necdū ab exteris, sed nec à suis, à quibus premebat Roma bellis ciuilibus, alijs continuis agebatur motibus, libera fuit, vt nihil liberum aut pacificum inter eos esset, et adhuc nostra ætate non sit.

Hinc duæ Romani iuris conclusiones excipiuntur, vt suis legibus Romani conuincantur.
1012 † Prima est, Vi tantum Cæsarem, non dixerim imperium, sed tyrannidem obtinuisse. neque tyrannidē nominare pudet, cùm, vt superius ostendimus, à Cicerone, Polybio, Tranquillo, Plutarcho, alijs deniq; Romanis & Italis chronicorum scriptoribus sic appellati sint, & quam (vt Tranquillus inquit) à prima ætate sua Cæsar concupiuit, quæ raptori, & vim inferenti tantum obest, vt nullo vnquam tempore vsucapiat, vel præscribat, seu præscribere possit, vt paulo antè diximus, & in tractatu plenius annotauimus. similiter & Ioan. Fab. scribit, & rectè in dicta. l. j. C. de sum. trinita. & fide catholi. Et ideo non tantum hæc facultas ab ecclesiasticis legislatoribus rei suæ vendicatio & defensio permissa est, in. c. dilecto. extra de senten. excō. lib. vj. c. Pisanus. extra de resti. spolia. verūetiam ab ipsis imperatoribus seu tyrannis concessa est, & præsertim quādo aliter quod suum est repeti nō potest, vt post Bal. in. l. ij. C. de seruit. & aqua. in tracta. scripsimus.
1013 † Et id incontinenti fieri dicitur in. l. iij. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. quàm primùm is, qui vim passus est, recuperare poterit, persistēte semper recuperandi animo. l. licet. C. de acqui. poss. quoniā plura de hac re scripsi in tractatu, & multa illis suprà addita sunt, plura hic non repetam, sed cum Gallis alijs'v e nationibus & populis vēdicandæ libertatis semper animus fuit, imò quātum potuerunt pristinā suam libertatem recuperarēt, semper in Cæsarem aliquid moliti sunt, vt ex ipso Cæsare in commentarijs belli Gallici, & Tranquillo, Strabone, Polybio, Cornelio Tacito, & alijs scriptoribus, quorum suprà meminimus, legi potest. Et ad præcedentium confirmationem excepimus, ne fortè denuo dicatur propter sanguinē, aut patriæ, loci, & tēporis fauorē nobis obiectū, quæ in tractatu scripsimus defendisse. Ad id enim comprobandum peregrinis authoribus vsi sumus. Rectè hic induci possent omnium doctorū glossemata, quæ in. l. clàm possidere. in princ. &. §. qui ad nūdinas. &. l. seq. ff. de acquir. poss. scribūt, dum de possessione tractāt, quæ animo retinetur, si animus in expulso continuè permāserit. Quæ cùm plana sint, nō repeto. & in. l. licet. ibi, sed ex metus necessitate. &. l. improba. C. de acquir. pos. dixi in repetitione. §. differentia. in. l. si quis vi. ff. de acquiren. possess.

Ex his secunda iuris cōclusio & indubia exci-
1014 pitur, † vbi ius belli pro titulo erit, non posse præscriptionem causari, nisi cōtinua sit, & nullo pacto ab eo qui vi eiectus est, aut ab alio interrupta sit. l. naturaliter. ff. de vsucapio. Et vbi cōtraria vi aut contrario facto interrupta erit, præscriptio euanescit. Quod autē populi, quos Romani cōsules et imperatores nomine populi Romani, imò Cæsar ipse siue suo siue populi nomine armis inuaserāt, continuè bella in Romanos mouerint, vt ex Cæsare & Trāquillo & alijs scriptoribus, quos in testimoniū rerum ab illis gestarū produximus, ostēdimus. Quoties autē Roma à Gallis & alijs nationibus, Germanis, Cymbris, Teutonibus, Scythis alijsq; populis barbaris oppressa, & ad internicionē vsq; perducta fuerit suprà docuimus, vt ne Roma ipsa, neq; Italia ab huiusmodi incursionibus libera euaserit, ruinæ ipsæ demonstrant, & nouissima clades, quæ à Carolinis militibus facta est, cuius suprà meminimus, huic rei testimoniū præbent. Quoties etiā à suis tyrānis derelicta Roma fuit, dum à populis barbaris opprimeret Romanæ historiæ scriptores plane describunt, & quisquis desiderauerit, ex Orosij historia intelliget. Trāslatio etiā imperij in Gallos facta in personā Caroli Magni hoc indicat, cuius meminit tex. in. c. venerabilem. extra de electio. Nec prætermitto quod superius ostēdimus, nunquam Romanos vniuerso orbe potitos fuisse, si Romanorum scriptorum verbis vti liceat. Neque Romanos periculum fecisse in Scythas & Aegypti populos qui vltra Euphraten fluuium incolunt.

1015 Docuimus † præterea quot incursiones Gallia à finitimis & alijs populis barbaris sustinuerit, quarum medio Romani è Gallia eiecti sunt, & ad vnum interempti, quo nomine vsi sunt, donec Galli gentile nomen Francicum à suis, qui primùm post euersam Troiam in Gallia Belgica sedes statuerant, acceperunt, quam Germano quodā sanguine cōmutarunt cū his qui in priore loco regiā suam vrbē quam Sycābriam à fluuio denominarāt, permanere voluerunt, diuisis inter se agris statuto pro agrorū limitibus Rheno fluuio, & ne inde sanguinis mutatio cōtingeret, mutuis cōnubijs seu matrimonijs vsi sunt. Idq; Frācicū nomē cùm gētile esset, ab eorū primo duce mutuati sunt, quod hactenus permansit. Hic em̄ dux Frācus appellabatur Hectoris filius, vt Manethon Aegyptius in libro de tēporibus scripsit, q̄ octauo post euersam Troiam anno Celtis imperare cœpit, quo Lydi mare obtinuerūt, priore autē anno, qui septimus post Troiam captā erat, Ascanius Latinus in Italia regnare cœpit.

De reliqs verò puincijs, quæ non tm̄ à Romanis defecerūt, sed & Romā ipsam euerterūt, quā tā ad rei nostræ cōfirmationē necesse fuit, descri-
1016 psimus, q̄ repetere nō expedit. † Nec inuenies Roman

Romanos eorum've tyrannos decem annis paci
fice prouincijs, quas ſuæ poteſtati addere tenta-
uerunt, vſos fuiſſe, Sed in cõtinuo motu prouin
cias pro vendicanda ſua libertate extitiſſe: quare
neque ſuarum legum authoritate ius imperij in
eas obtinuiſſe potuiſſe in comperto eſt, dicta.l.
naturaliter.ff.de vſuſcap. Imo etiam ſine violen-
tia per actus ciuiles interruptio præſcriptionis
fit, per illum text. &.l.cùm notiſsimi.§.penul.&
l.omnes. C.de præſcript.triginta anno.l.vt per-
fectius.C.de anna.except.ca.illud.extra de præ-
ſcrip.§.primum.in authent.de litigio. colla.viij.
Quare vbi Romani principes canonicæ veritati
inſiſtere nollent, neq; eam admittere, ſuas tamen
leges refutare nequirēt vel improbare. l.prima.
ff.quod quiſq; iur.c.j.prima diſtin.l.digna vox.
C.de legi.l.princeps. ff.de legib. Romanis autē
legibus præſcriptio violenta alia contraria vio-
lentia interrũpitur, vt ea præſcribens iuuari non
poſsit. Non ergo iure dici poteſt, illos poſſediſ-
ſe, qui per vim aut impreſsionem coadunatis ho
minibus alienas poſſeſsiones inuaſerant & occu
pauerant.l.iij.§.eum igitur. ff.de vi & vi arma.l.
ſi fundum. C.vnde vi.l.extat.ff.quod met.cauſa.
l.penult.ff.ad legem Iuliam de vi publica. Ad id
ratio.l.licet.C.de acquir.poſſeſ. recte facit, dum
ait, Si ergo prædiorum deſertam poſſeſsionem
non derelinquendi affectione tranſacto tempo-
re nõ coluiſti, ſed ex metus neceſsitate culturam
eorum diſtuliſti, præiudicium tibi ex tranſmiſsi
temporis iniuria generari nõ poteſt. Nec diſſen-
1017 tit.l.improba.eod.titu. † Improba, inquit, poſ
ſeſsio firmum titulum poſsidendi præſtare nul-
lum poteſt. & ob id ſubiungit, Vnde ingredien-
tem in vacuam poſſeſsionē alieni fundi non con
ſentiente domino vel actore, qui eius rei conce-
dendæ poteſtatem habuit, cauſam iuſtam poſſeſ
ſionis adipiſci non potuiſſe certũ eſt. Ecce quo-
modo poſſeſſionem violentus non acquirit. Sed
in iure clarum eſt ſine poſſeſſione præſcriptionē
non procedere.l.ſine poſſeſsione. ff.de vſuſcap.
& regula, ſine poſſeſsione.de regu.iur.in.vj. Igi
tur non præſcribit, qui per vim occupat. & illo
argumēto, vt dixi, Abbas & alij in dicto ca.cum
nobis.&.c.cùm liceat.extra de præſcriptio.vtũ-
tur aduerſus eos, qui aſpirant ſe à ſuprema prin-
cipis authoritate eximere lõgiſſima præſcriptio-
ne, etiam tanti tēporis, cuius initij non extat me-
moria. Et ratio aperta eſt in dicta.l.vitia. C. de
acquiren.poſſ.cuius ſuprà meminimus, dum ait,
Vitia poſſeſsionum à maioribus contracta, per-
durant, & ſucceſſorem authoris ſui culpa comi-
tatur. & in dicta.l.Pomponius.§.fin. ff.de acqui
ren.poſſeſ.dum in ea dicitur, poſſeſsionem vitio
ſam nulli alteri poſſeſsioni poſſe accedere, neq;
iuſtam vitioſæ. Si igitur accedere non poſſunt,
præſcribere nullo tempore potuerũt. In quibus
ratio illa canonica fundata eſt, quæ huiuſmodi
præſcriptiones prohibet, cuiuſcunq; tēporis fue
rint, in.c.fin.c.ſi diligenti.&.c.vigilanti.extra de
præſcrip.c.poſſeſſor. de reg.iur.in.vj. Imò plus
c.j.de præſcriptio. lib.vj. In præſcriptione tanti
temporis, cuius initij nõ extat memoria, vult poſ
ſeſſorem ab initio bonam fidem habuiſſe, aliâs
non præſcribit vllo tempore. Sed quomodo po
teſt violentus poſſeſſor bonam fidem habere? o-
mnia iura contradicunt. quare Romani qui tan-
tum quæ occupauerunt vi occupauerunt, multo
tempore acquirere potuerunt. Hic addi poſſunt
quæ ſcribit Innocē.in.c.olim cauſam.iij.colum.
extra de reſtitu.ſpoliato. & Bald. in.l.j. C.vnde
vi.& Barto.in.l.ſi alius. §.belliſsime. ff.quod vi
1018 aut clam. Ex quorum dictis † probatur licere
cuicunq; ſpoliato, qui poſſeſsionem per authori
tatem iudicis recuperare non poteſt, poſſe per
vim, aut furtiuè ablata propria authoritate, etiã
ex interuallo recuperare. Hoc dictum Innocen.
Floria.ſequitur in.l.itaq;.argumento illius text.
ff.ad legem Aquil. Et addit Innoc.text.in.c.ſex
ſunt. xxiij.q.ij. dummodo vlciſcendi gratia hoc
non faciat, ſed repetēdi cauſa tantum. Induci po
teſt capit.vnicum.in fine. de mili.vaſal.qui con-
tu.eſt.collatio.x.ſed melior text.eſt in cap.domi
nus noſter.xxiij.quæſtio.ij.

Et cùm hæc diſputatio triuialis ſit, vide quæ
Moder.poſt Bart.& Bald.ſcribunt in.l.vt vim.
ff.de iuſtitia & iure.in.l.j.C.vnde vi.in.l.ſi de vi.
ff.de iudic.in dicto capi.olim. poſt Innocen.ex-
tra de reſtitu.ſpoliato. in capit.ſignificaſti.extra
de homicid.Innocen.in cap.quia plerique.extra
de immunitate eccleſia. dum ait, licere cuicunq;
vi ſibi ablata hoſtili manu recuperare, ſi per vi-
am iuris conſequi non poteſt. Bald. ſequitur in
l.ex hoc iure.in.xij.quæſtio.ff.de iuſtitia & iure.
allegat in argumentum.l.cùm pater. §. Titio. ff.
de lega.ij. Vbi Accurſius plures leges comme-
morat illi concordantes. Hic plura de tyrannide
& tyrannis recenſeri poſſent, quæ huic noſtræ di
ſputationi cõuenirent quæ conſultò omittimus,
cùm plures tractatus extēt, qui per me citari poſ
ſent, ſed ſufficiet mihi doctrina Lucæ de Pen. in
l.vnica.colũ.xxxvj.C.publi.læti.lib.xij. Et quæ
Bald.ſcribit, & Modern. poſt eum in dicta.l.ex
hoc iure.ff.de iuſtitia & iure. Hoſtien.Ioan.An-
dre.& Feli.in.c.j.de treuga & pace.& Andr.de
Iſer.in cap.j.quæ fuit prima cauſa benefic.amit-
ten.collatio.x. Luc.de Pen. in.l.militaribus. C.
de decurion.lib.x. Hac ratione non ineleganter
Ioan.Fab.in.l.prima. C.de ſumma trinitate & fi
1019 de catholica.dixit, Cùm in Dei operibus † nihil
irrationabile, nihil malum, ſi imperatores fuiſ-
ſent Dei diſpoſitione inſtituti, & non per violen
tiam vſurpaſſent, nec tot mali, tot inſipiētes præ-
fuiſſent bonis & ſapientibus quot ſcripturæ at-
teſtantur præfuiſſe, & ſanctos et ſapientes truci-
daſſe. Reſtat ergo, inquit ille, non ſubeſſe neque
de iure, neq; de facto. Nec mirum, cùm iuris fun
damentum eis deſit. Quicquid igitur Romani

in Gallos seu Francos aliósve populos potestatis habuerũt, id iure belli quod eis summum ius fuit, vt Brennus Gallorum dux & Ariouistus Germanorum rex, & Cæsar dicere solent: alijs etiam iniuriam sic illatam naturæ seipsos eximere eadem vi & virtute concessit. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. vbi hæc lex naturæ inscripta est, quæ hominem homini insidiari prohibet: non ea, cuius Dionysius Halycarnaseus meminit in primo Romanæ historiæ libro, quam Cæsar in Ariouistum retorsit, vt in primo belli Gallici scribit. Quare ex his confirmata est tractatus nostri conclusio, Franciæ regem neminem de iure in temporalibus habere superiorem.

Et vt ad priorem nostram disputationem re-
1020 deamus, † nullo tempore, etiam tanto cuius initij memoria non existit, iura regis, quæ regi adhærent, præscribi posse. Imò similibus vsurpatoribus cuicunque de populo licere contradicere probat. l. tertia. §. si in publico. & l. sequen. ff. de noui operis nuntia. l. via publica. ff. de via publ. reficiẽda. Et facit ratio. l. inuitus. ff. de fideicom. liber. Interest enim subditorum non mutare dominum, nec inferiorem ab eo dominum habere: ne multiplicatione iurisdictionum expensis, & litium anfractibus vexentur. §. præterea ducatus. de prohibi. feud. aliena. per Frider. collat. x. l. ne in plures. ff. de exercit. actio. & l. iustissime. §. æquum. ff. de ædili. edicto. quod princeps summopere cauere debet. §. illud. in authenti. de appella. & intra quæ tempo. collatio. iiij. ibi, & homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendijs, vt forsitan totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Et in. §. primo. in authenti. vt omnes obediant iudici prouinc. collatio. v. ibi, quidam alias ex alijs adinuenientes occasiones sibi peragunt peccandi, quidam in prouincijs, & extra eas litigare simulant.
1021 Et haud multo post sequitur, † et hæc homines perpetrant tanquam perpetuam virtutem habituros se confidentes, & non respiciunt ad millia & decies millia exempla, quia serò tandem, & in personis innumerabilibus ex impotentibus videmus potentes procedere, ex non diuitibus diuites. In omne autem æuum penè ex impotentibus processerũt diuites, ex diuitibus autem pauperes, dum patrum iniustitiam soboles est secuta. Et. §. hæc considerantes. versic. quid enim durius. eodem titulo. non pudebit tex. illius. §. propter eius singularitatem transcribere, propter eos qui quandoq; negligunt leges videre. Quid enim erit durius quàm læsum forsan circa sublationem bouis, aut equi, aut iumentorum alicuius, aut pecudum, aut, vt exiguum dicamus, domesticæ gallinæ hunc cogi non in qua aufertur prouincia litigare, sed alibi currere, & ibi probationes horum, quæ pertulit, exigi, & aut plures expensas pati, quàm rei æstimatio est, aut inopiam ingemiscentem ferre. Vtinam ille text. verè diuinus & spiritu sancto afflatus à iudicibus præsertim supremis rectè consideraretur, & in cordibus eorum scriptus esset. Et quod paulo antè dixerat ille text. aduersus eos qui satagunt occasione captata extra suam prouinciam partes trahere. ibi, sed expectet venire in extraneæ terræ prouinciam, ibiq; eum conuenire, &c. qui text. aureis literis in foris scriptus esse deberet, vt ab omnibus diligenter obseruaretur, neque ad superiora tribunalia tam passim à suis prouincijs et iurisdictionibus ordinarijs cum maximo prouincialium dispendio auocarentur. Sed tentat vnusquisq; equum suum impinguare, & ex alienis substãtijs suas augere, vt Luc. de Pen. inquit, Prouideat illis Deus, & qui Dei verus est minister rex pijssimus, qui sua prudentia & solita clemẽtia suos tuetur & souet, quem Deus optimus conseruet. Illi addo text. non dissimilem in. §. fina. in authenti. vt differ. iudic. collatio. ix. ibi, ne nos imperantes iustitiam cogantur homines relinquere proprias ciuitates atque prouincias & loca in qualibet alia concurrere. à quo sumpta est authenti. si verò contigerit. C. de iudic. & pro complemento videat quæ eleganter Lucas de Pen. scribit in dicta. l. militaribus. C. de decurionibus. libro decimo. quorum omnium rationem habere hæc non fert ætas. temporum enim malitia in causa fuit.
1022 Et iuris † ciuilis scriptores in varias ob id diuisi sunt sententias circa iurisdictionis & meri & mixti imperij præscriptionem, an præscribi possit, & vbi præscribi poterunt, quo tempore præscribantur. De quibus in. l. imperium. per Bald. Alexand. & Modern. Papiens. ff. de iurisdict. omnium iudi. Cin. & Bald. in. l. prima. C. de emancipa. libero. Roman. in. l. prima. §. denique. ff. de aqua pluuia arcenda. Bal. & Roma. in. l. prima. ff. de damno infecto. Iacob. de sancto Georg. in tractatu feudorum. in verbo, & cum mero & mixto imperio. Iaco. de bello visu in. §. nulla. in authenti. de defenso. ciuita. collatio. iij. Nicol. Spinel. in. l. viros. C. de diuer. offic. libro. xij. Canonist. in capitu. cùm contingat. extra de foro competen. Innocen. in. c. dilectus. extra de censi. Floria. de sancto Petro in. l. seruitutes. magna. ff. de seruitu. Feli. in dicto ca. cùm contingat. extra de foro cõpeten. post Abba. Moder. post Alexan. in. l. j. ff. de officio eius cui manda. est iurisd. Lapum alleg. lxxxv. Rotam decisione. ccclxxviij. Et Bal. in dicta. l. imperium. sic ait, iurisdictio in eis quæ sunt concessibilia, & sic præscriptibilia, si talis sit quæ communi consuetudine potest eer tum iurisdictionis genus acquirere, probato longo vsu scientibus his quorum interest, aut interesse potest, & non contradicentibus acquiretur. Et plerique asserunt decẽ vel viginti annis, alij triginta vel quadraginta annis. Alij autẽ volũt cõsiderãdos esse terminos cõsuetudinis, vt sed'm illa tpa à cõsuetudine definita pscriptio introducat̃ & sin

& finiatur.l.prima.C.de emancipa.liber.l.fina. ff.de aqua pluuia arcenda.l.viros. vbi hoc notat
1023 Nicol.Spinel.C.de diuers.offic.libr.xij. † Vbi verò à consuetudine certus præscribendi terminus præfixus non erit, plerique sic distinguunt, aut is qui iurisdictionem longo tempore exercuit, non in omnibus iurisdictionis actibus, sed in aliquibus tantum, fortè quia opus non fuit, & quia subditi ita continuerunt vt necesse non fuerit mero & mixto imperio vti, sed simplici iurisdictione tantum, per vsum iurisdictionis in illo actu conseruat in omnibus.l.in filijs.C.de decurionibus.libro.x.capitu.primo. de feud.fine culpa non amitten.collatio.x.ibi,nam si steterit.capit.licet.si de feudo fuer.conten.inter dominum & agna.eadem collatio.capit.ad hoc. hic finitur lex.l.hæc autem tua. ff.de seruitu.vrba. prædio. Et propterea Innocē. & Anto.de Butrio in. vj. colum.in cap.dilectus.extra de capel.monacho. dicunt, si ecclesia in tanta tranquillitate fuerit, vt visitatione opus non fuerit, ob id tamen ius visitationis non præscribetur, etiam si à centum annis visitata non sit.ca. quod per nouale. extra de verbo.significa.c.j.&.c.de quarta.extra de præscrip.c.abbate sane.extra de verb.signific.Idem notat Anto.de Butrio in ca.peruenit. colū.pen. extra de censi.Bart.in.l.cùm scimus.C.de agricolis & censi.lib.xj.Bal.& Ange.in.l.ij.C.de præscrip.triginta anno.Roma.in rubrica de arbi.vj. charta.Feli.in.c.ad audientiā.vj.colum.extra de præscrip.vbi post Bart. dicit, vasallum aduersus dominum nō præscribere seruitij exceptionem, etiam si eo vsus non sit cùm potuisset, vbi opera aliorum suorum vasallorū vel auxilio dominus competenter defensus est. Allegat Bart.in dicta l.cùm scimus.C.de agrico.& censi.Et remittit se ad ea quæ scripsit in ca.cùm accessissent.colum. xviij.versi.hanc regulam limita.extra de cōstitu. Idem in iurisdictione dicendum esset, si non fue-
1024 rit opus ea vti, nisi in vno casu. † In omnibus alijs igitur conseruatur: & ideo si is qui merum habet & mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione, si aliquem pœnæ corporali non condemnauerit, quia non est aliquis inuentus reus criminis, aut pœna dignus à centum annis, ob id aduersus iurisdictionem merum & mixtum imperium & cōpetens non præscribetur, sed in his conseruatur, dicta.l.hæc autem iura. ff.de seruitu.vrba.prædio. Vbi idem notat illic Floria. & in.l.seruitutes.magna.ff.de seruit.Cui addo tex. in.l.& Attilicinus.ff.de seruitu.rustico.prædio. l.falso.C.de diuers.rescrip. Et idem notat Bald. in.l.ij.colum.viij. versicu.sed nunquid qui fecit vnum actum. C.de seruitu.& aqua.vbi post Innocen.in dicto.c.dilectus.extra de capel.monacho.ait, Omnia capitula eiusdem rationis & conditionis existētia intelliguntur esse contigua: & ideo vno apprehenso ad reliqua fit extensio.Secus si vnum esset puræ iurisdictionis, aliud mixti imperij. Et addit, in habentibus symbolum facilem esse transitum & prorogationem: sed non idem in non habentibus symbolum.l.inter conuenientes.ff.ad municipa. Cui addo Barto.in.l. via. ff.de seruitu.rustico.prædio. Et Innocen.in dicto ca.dilectus. extra de capel.monacho. Sed Bald.& Bart. doctrinam moderantur Innoc.&
1025 Anto.in dicto.c.dilectus. † duntamen is qui in illis simplicibus actibus exercet, sic eis vtatur, vt demonstret se velle generaliter in omnibus conseruare. Si autem aliqui casus occurrerent, in quibus sua iurisdictione vti posset, si vti omiserit, sibi in his præiudicat, & non vtendo amittet. Imputet enim sibi, si cùm potuit vti non est vsus, dicta.l.hæc autem iura. vbi idem notat Florian. & in dicta.l.seruitutes.magna.ff.de seruitu.Florian.post Innocen. in dicto capit.dilectus. extra de capel. monacho. Et idem notat Bald.in repeti.l.imperium.vij.colum.ff.de iurisdi.omnium iudi. Pro quibus rectè facit dicta. l.in filijs. C.de decurio. lib.x. & dictum ca.vnicum. de feudo sine culpa non amitten.cum alijs suprà allega. Quibus ego addo textum in.l.si quis alia.in princi. ff.quēadmo.serui.amittātur.si quis alia, inquit, aqua fuerit quàm de qua in seruitute imponenda actum est, seruitus amittitur. Aliâs autem non amittitur l.nec vtilem. ff.ex quibus caus.maiores. ibi, nec enim intelligitur amissum quod alteri oblatum non est. Et si fortè per ignorantiam vsus non est, restitutione indiget, & restituetur. l.si vnus. in fine.cum.l.sequen.ff.de seruitu.rustico.prædio. §.rursus.Institu.de actio.Notat Areti.in.l.ita stipulatus essem.ff.de verbo.oblig.sed pro eis melius posset induci glo.cuius mentionem fecimus in.l.j.circa fi.glos.C.communia de vsucap.quæ dicit in huiusmodi competere condictionem ex lege. Melius facit doctrina Specul. in titulo de præscrip.§.j. versicu.pone, colonus, vel emphyteuta.quem Roma. sequitur in.l. qui vniuersas. §.fina.ff.de acquiren.posses. Alioqui, vt dictum est, iurisdictionem non acquirit, neque antea acquisitam retinet secundùm Innocen. & Bald. in locis prædictis. Pet.& Cin.in dicta.l.j.C.de emā-
1026 cipa.liber. † dicunt, si is qui iurisdictione vsus est, circa adoptiones & emancipationes tantum vsus est, in his quæ sunt meri vel mixti imperij nihil prorsus retinet, per.l.si prius.in princip.ff. de aqua pluuia arcen.l.stillicidij.§.fin. ff.quemadmo.seruit.amitta.Et idem confirmat Florian. in dicta.l.seruitutes.magna. colum.vj. ff.de seruitu.dixi in.l.in filijs.C.de decurio.libro.x. Ob id Din.Guliel.de Cun.& Barto.in.l.imperium. ff.de iurisdi.omnium iudic.Cin.& Bald.in dicta l.j.C.de emancipa.libero. quos Moder.sequuntur in dicta.l.imperium. &.l.more maiorum. ff. de iurisdi.omnium iudic. Et Cano.in dicto cap. cùm contingat.extra de foro competen. Dicunt iurisdictionem per non vsum amitti, quemadmodum per diuturnum vsum acquiritur. Intelligūt

Raynerius, Iaco.de Rauen.& Raymun.de For
li. & alij antiqui in dicta.l.prima. C.de emanci-
pa. libero. Dummodo vtantur tanto tempore,
cuius initij non extet memoria. Et ratio, secun-
1027 dùm eos, † quoniam iurisdictio actus habet di
scontinuos, ob id tempus longius necessarium
est.l.foramen. ff.de seruitu.vrban.prædio.dicta
l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotidia.et
æstiua. Et idem Roma. sentit in dicta.l.prima.§.
denique.ff.de aqua pluuia arcenda. Moder.Pa-
piens.in dicta.l.imperium. colum.xj. ff.de iuris-
dict.omnium iudic.circa hoc dubium refert tres
opiniones. Primam antiquorum, qui desidera-
bant tantum tempus, cuius initij non extat me-
moria. Bald. in hoc varium dicentem sufficere
longum tempus annorum per. l.viros. C.de di-
uers.offic. alios triginta annos desiderari, cùm
non habeat causam continuam, secundum do-
ctrinam gloss.in.l.seruitutes.magna. ff.de serui-
tu.& in.l.secũda.C.de seruitu.& aqua. Aliquos
dicentes, quæsitum semel merum vel mixtum im
perium propagati posse per lapsum decem an-
norum, dicta.l.viros.sed in hac resedit vt suffici-
ant decem anni, dicta.l.viros. & subiungit feu-
dum triginta annis posse præscribi. capit.si quis
per triginta annos. si de feudo fuer.conten. col-
latio.x. sed id verum est in præiudicium vasalli,
sed nõ domini feudi, vt suprà dixi, & in.l.tertia.
§.si cùm omnes.suprà eodem titulo.satis probat
ille text.in his verbis, & seruitium domino exhi-
buerit.neque mouere possent verba posita in il-
lo textu, ibi, quanuis de ea re non sit inuestitus,
quia quantum ad dominum satis est quòd domi
ni voluntate actus intercesserit, per quem pro-
bari possit quòd feudi nomine vasallus teneat.
capitu.primo. in princi.de consuetu.recti feudi.
collatio.x. ibi, vel eo quod habetur pro inuesti-
tura. Et ibi, licet enim non intercessisset inuesti-
tura, tamen tale est ac si intercessisset: & quãtum
ad dominum non est opus quòd is qui hoc mo-
do possedit, triginta annis possederit: sed quan-
tum ad priuationem tertij re sua, triginta anni
necessarij sunt, dicto ca. si quis per triginta an-
nos. Et idem notat illic Bald. & sequitur Feli.in
cap.ad audientiam.vj.colum.extra de præscrip.

Et licet huiusmodi quæstiones ordinatæ lon-
gè lateq; disputatæ sint ab his quos superius cõ-
memorauimus, præsertim ab Iacobo de Bellovi
su in dicto. §.nullam. in authenti.de defenso.ci-
uita.collatio.tertia. Barto. Bald. Alexan. & Mo
der.Papiens.in.d.l.imperium. ff. de iurisdi.om.
iudic. & omnibus Canonistis in.d.c. cùm cõtin-
gat. extra de foro compet. Cogitaui omniũ opi-
niones, tametsi varias, per breues aliquas cõclu-
siones expedire, mox quid in eis sentiam aperiã.

Prima igitur conclusio est, quam Moder.Pa-
1028 piens. in dicta.l.imperium. amplexus est, † Iu-
risdictio simplex quemadmodum concessione
acquiri potest, sic & præscriptione.l.quod prin-
cipis.ff.de aqua pluuia arcen.l.quo minus. ff.de
flumi.l.fluminum.in princip. ff.de dam.infecto.
Idem secundum eum in mero & mixto imperio
dicendum est. Allegat glos.in.§.nulla.in authen
ti.de defenso.ciuita. Cui adde Ioan.de Platea in
l.secunda.C.de fund.limitroph.libro.xj. Induci
tur secundum eum.l.& quia. ff.de iurisdi.omni-
um iudi.in verbo, lex. quam intellige secundum
vnam glos.expositionem, si vis cum Ioan.de Pla
tea sentire, quæ de consuetudine ordinariam iu-
risdictionem præbente intelligit.sed non est ve-
ra: & ideo glos.melius de lege scripta illum text.
intelligit. Et facit text.in capitu.cùm contingat.
extra de foro competenti. per omnes allegatus,
quem Hostiens.illic dicit non esse alibi, dum de
priuato loquitur, sicuti vult Hostien. quanuis rẽ
vera ille text. de priuato non loquatur, qui præ-
scriptione iurisdictionem acquisiuit, sed de capi
tulo Beluaceñ.loquitur, vt paulo post dicam. Et
1029 vltra quàm illi allegent, † quòd consuetudine
iurisdictio acquiri possit, addo tex.in.l.magistra
tus.ff.ad municipa.ibi, verum & si nõ sit datum,
dummodo nõ denegatum moribus competit. l.
probatorias.C.de diuers.offic. lib.xij.ibi, nisi ex
his sint, quos solis autboribus apparitioni aggre
gari vetusta consuetudo perdocuit. c.fina. extra
de offic.archid.ibi, & nisi vobis constiterit præ-
fatum archidiaconũ vel prædecessores ipsius de
pacifica sic obtenta cõsuetudine iurisdictionem
aliquã in ipso monasterio, vel in huiusmodi ab-
batijs hactenus habuisse, perpetuũ super hoc ipsi
archidiacono silentium imponẽtes. Idem in.d.c.
cùm cõtingat.in verbo, cõsuetudine speciali.ex-
tra de fo.cõpe.& ad id frequẽs est. Cui addo.c.j.
de offi.ord.lib.vj.ibi, nisi aliud Remẽsis ecclesia
circa taliũ officialiũ institutionẽ de cõsuetudine
obtineat speciali. Loquit̃ eñ de his officialibus
qui à Remẽsi ep̃o in suorũ suffraganeorũ territo
rio instituebant̃ ad faciẽdas citationes & inbibi-
tiões post appellatiões à suis suffraganeis interie
ctas.&.c.Romana. de appel.eo.lib.in verbo, cõ
1030 suetudine. Secũds illorũ cõclusio est, † iuris-
dictionẽ decẽ annis posse præscribi. l.viros. C.
de diuer.offic.lib.xij.ibi, ex longo tẽpore hacte
nus obtinuit reseruats. verbũ, longo. in decẽ an-
nis de iure verificat̃. §.j. Instit. de vsucap.l.super
lõgi.&.l.fi. C.de præscrip.lõgi tẽpo. decẽ vel vi
ginti an. & titulus ipse demõstrat.l.si fidecõmis-
sa.§. Aristo.ff.de fideicõ.liber. Allegat̃ ab omni-
bus text.in.l.ij.cũ glos.in verbo, territoria.C.de
fund.limitroph.lib.xj.Et hanc opinionẽ veriorẽ
esse affirmat Nicol.Spinel. in dicta.l.viros.cùm
respõsio eorum, qui secus sentiunt, ad dictam.l.
viros.datã, cùm non sine diuinatione & legis in-
teruersione sit in verbo, lõgo. dum dicũt tex.illũ
de lõgissimo, nõ autẽ de lõgo tẽpore loqui. Cui
Moder.Papien. Iason in.d.l.imperiũ.xj.colũ.ff.
de iurisdi.omniũ iud.consentit. Secundò Nicol.
Spinel.alia ratione mouetur, quoniã iurisdictio
continuum

cōtinuum exercitium habet: igitur decem annis
1031 præscribitur: † quoniam actus, qui causam habent continuam, decem annis præscribuntur.l. si quis diuturno.ff.si seruit. vendice.l.j.§.si.ff.de aqua pluuia arcen.vbi plus dicit ille tex. præscriptionem decem vel viginti annorū loco cōstitui esse.& in.l.ij.C.de serui.& aqua. &.l. seruitutes.magna.vbi hoc notat Floria.ff. de seruit. Et ad id per eos ponderatur dictum.c.cùm contingat.extra de foro competen. & secūdùm Abba. illic,& prius eo Hostien.nō est melior tex. in iure:tamen(vt in priore cōclusione dixi) alij sunt tex.longe meliores illo,præsertim dicta.l.magistratus.ff.ad municipal.in his verbis, hoc plerūque quidem lege municipali eis datur. Et, quæso,considera quod sequitur in illo tex. quod suprà annotauimus,verum & si non sit datum,dūmodo non denegatum moribus competit,vt sufficiat vsum non fuisse denegatum,ad hoc vt dicatur moribus concessum fuisse.& in dicta.l. probatorias.quæ plus etiā probat illa.l.viros. quoniam prohibet illa lex in princi. magistratum aliquem exercere,nisi probatorias literas à principe meruerit sua manu subscriptas,nisi ex his sint quos solis authoribus vetusta consuetudo perdocuit.& in dicto.c.fin.extra de offic. Archidiaco.Et tex.in.c.irrefragabile.in princip. extra de offic.ordi.ibi, qui consueuerunt corrigi per capitulū per ipsum,in ipsis ecclesijs,qui talē hactenus consuetudinem habuerunt. Et circa id adde quod Innocent.notat in.c.cùm dilectus.circa fi. extra de cōsuetu.& in dicto.c. dilectus, extra de
1032 capel.monac. † Sed quicquid ipsi dicant, nōn videtur rectè in illis textibus ꝓbari, iurisdictionem decem annis præscribi posse, neque etiam probari in.c. super quibusdam. extra de verbo. significa.tanto tempore iurisdictionem acquiri, cuius initij non extat memoria. Rectè autem in eo probatur de pedagijs,guidagijs,& salinarijs, quæ colligi,neque exigi absque imperatorū vel regum largitione possunt, vel nisi ex antiqua cōsuetudine à tēpore,cuius initij non extat memoria,introducta sint. De iurisdictione verbū nullum fit.Quod autem inter iurisdictionem & pedagia & similia superindicta lata sit differentia, paulò post ostendemus. Secundò ex illis tex. allegatis probari & elici potest,consuetudine iurisdictionem acquiri posse,præscriptione autem non:quoniā inter cōsuetudinem & præscriptionem lata est differētia,vt inferius declarabimus.

Tertiò,vbi præscriptio tanti temporis, cuius initij non extat memoria,à iure desideratur, non sufficere cētenariam,nisi de titulo doceatur.Ista omnia paulò latius explicabimus.

1033 Tertia cōclusio illorum est, † Merum & mixtum imperium præscriptione triginta vel quadraginta annorum acquiri posse.per Moder.allegatur tex.in.l.cùm prætor.§.item hi.ff.de iudi. Sed iste tex. nō meruit ab illis signari. Nō enim ille tex.ait, Merum seu mixtum imperium moribus acquiri,imò neque iurisdictionem moribus acquiri dicit,sed tātum inquit eos, qui aut lege, aut cōstitutione,vel senatusconsulto iurisdictionem habent, posse iudices dare, & maximè quibus more concessum est, vt sunt præfecti vrbis, & cæteri Romæ magistratus. Longe enim inter se differūt moribus iurisdictionem acquirere,& cōcessam committere seu delegare,vt in dicta.l. prima,secunda,& tertia.ff. quis & à quo appel.
1034 l.prima.C.de offi.vica. † Clarum est autē post translatum in principem omne imperium à principe solo magistratus Romæ creari cœpisse, & iurisdictionem ab eo accepisse, cùm nō poterat princeps omnibus intendere,quales sunt præfecti vrbis,præfecti prætorio,prætores, præsides, & similes,vt in.l.ij.§.nouissime.&.§.in initio.ff. de origine iuris.&.c.vnico.quæ sint rega.collatio.x.l.secunda.C.de offi.præfecti præto.Afric. l.vnica.ff.de offic.præfecti præto.l.j.C.de offic. vica. ibi,& iudicationis nostræ soleat & debeat repræsentare reuerentiā. & sic à principe iurisdictionē recipiunt, quam alij suo vicario cōmittere possunt,vt in.d.l.j.C.de offi. vica. & istud est quod dici solet in.l.j.ff.de offic.eius cui manda. est iurisdict.iudicem ordinarium posse alteri vices suas committere, si à principe ordinatus est, vel delegatus principis alteri suā potestatē subdelegare. in.l.j.ij. &.iij.ff. quis & à quo appel. Quare illa nihil probat. Allegant glos.in.§.nulla.in authē. de defens.ciuit.coll.iij. sed illa glos. non dicit,merū & mixtū imperiū præscriptione vel cōsuetudine acquiri posse, sed potius cōtrarū probat. Dicit em̄ in verbo,iurisdictione.quæ de magistratibus maioribus loquitur,quos dicit ex cōsuetudine in integrū restitutionē dare,tum quis,inquit,quibusdā ciuitatibus hoc cōcessum est à principibus quādoq;, vt à Friedericho Lom
1035 bardis. † Aliud est enim habere iurisdictionem cū mero & mixto imperio, & aliquid cōsuetudine permitti in augmentum suæ iurisdictionis, sicuti dicitur de prorogatione iurisdictionis, qui potest de non suo iudice iudicem facere.l.prima & secunda.ff.de iudi.Et notatur in.l. cùm quædam puella.ff.de iurisdictio.omnium iudic. Addunt etiam glos.in dicto.c.cùm contingat. extra de foro compe.quæ nihil horum meminit. Postquam enim dixit cōsuetudinem iurisdictionem dare,mox dubia remansit, dum argumento à se facto respondet. Quomodo, inquit, in hoc casu priuilegio aut cōsuetudine iurisdictio dari possit,cùm nemo ius sibi dicere possit.l. qui iurisdictioni.ff. de iurisdictione omnium iudicum. & respōdet, dominum familiæ posse super familiā iurisdictionē habere ordinariā, quēadmodū præceptor in discipulos, vel episcopus in canonicos & pater in filiū. Et si dn̄s suspectus est, peti possunt arbitri, vel iudicem illi adiungi. Et nihil vlterius glos. dixit. Addunt glossam in capitulo,

quanto. extra de offic. ordi. Cui similis est glos. in.c.irrefragabili.eo.titu.in verbo, cessauerunt.
1036 quæ dicit † capitulum posse ecclesiã supponere interdicto propter aliquorũ delictum, si hoc habet de consuetudine. glos. autem finalis in dicto c.quanto. dicit, abbatem & priorem posse suos monachos excommunicare: & in omnibus considerandam esse cuiusque ecclesiæ cõsuetudinẽ, quæ dat iurisdictionem.c. conquestus.ix. quæstio.iij. de mero & mixto imperio verbum nullum, nisi fortè dicant excommunicationẽ deportationi assimilari, secũdùm glos. in.§. minor seu media. Instit. de capi. diminu. & deportatio meri sit imperij.l. imperium.ff. de iurisdictio. omniũ iudicũ.l.prima.§.in quibus.ff. de lega.iij. sed inter excommunicationem, quæ ab abbate in monachos infertur, & eam, quæ ab episcopo et eius vicario imponitur, differẽtia est. Prima enim est coërcitionis simplicis. Cui conuenit.§.nulla. in authenti. de defenso. ciuita. colla.iij.l.magistrati
1037 bus.ff. de iurisdictio. om. iudic. † Defensores ciuitatum & magistratus municipales licet modicam coërcitionem habeant, nõ tamen merum habẽt imperium, per illos tex. Per eosdem adducitur ratio, quare in præscriptione meri & mixti imperij longius tempus quàm in præscriptione iurisdictionis desideratur, cùm merum & mixtũ imperiũ non æque vt iurisdictio frequententur, neque causam tam continuam habeãt. Nõ enim tam sæpe homines laqueo suspenduntur, aut fustigantur, seu pœnis corporalibus affliguntur, seu à iudicibus corporales pœnæ imponuntur, quemadmodum ciuilis iurisdictio exercetur.l.j. &.l. iubere.l.more maiorum. &.l. & quia. &.l. eum qui.ff. de iurisdictio. omnium iudi. & illa.l. viros.C. de diuers. offic. lib. xij. sic ait, magistris militũ consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum & Illyrici ex longo tempore obtineãt reseruata. Pariter.l.prima.C. de emãcipa. liber. dicit à duumuiris emancipatum rectè fuisse emancipatum, si hoc lex municipalis concedat, seu potestatem dedit. Similiter.l.fin.eo.titu. ait, licentiam ei esse, qui emancipare vult, vel ex lege Anastasiana hoc facere, vel sine sacro rescripto intrare competentis iudicis tribunal, vel eos adire magistratus, quibus hoc facere vel legibus vel ex longa cõsuetudine permissum est. Nõ dicit iurisdictionem de nouo acquiri, sed magistratibus, quibus ex longa cõsuetudine permissum est iurisdictione voluntaria vti, hoc possunt. quod diuersum est, vt ex sequẽtibus videre licebit.

Ex alia huic cõtraria opinione, quæ fuit Iacobi de Aretio, Iaco. de Rauenneyo & Guliel. de Cuneo, Azo. & Odofre. Bal. & Roma. in dicta l.imperium. &.l.more maiorum.ff. de iurisdict. om. iudic. Roma. in.l.j.§.denique.ff. de aqua pluuia arcen. tres alias eliciemus conclusiones.

1038 Prima est, † Merum & mixtum imperiũ præscriptione aut consuetudine nõ acquiri, sed neque simplicem iurisdictionẽ. Hæc conclusio per eos sic probatur, Omnis iurisdictio à populo ad ipsius populi tuitionem & Reipublicæ defensionem in principem trãslata est priuatiue, dicta.l. ij.§.nouissime.ff. de origi. iur.l. vnica.ff. de offi. præfecti vrb. ibi, regimentis Reipublicæ ad imperatores perpetuò translatis, quam cùm solus per se administrare non potest, facultas creandorum magistratuum illi soli reseruata est, dicto.§. nouissime. &.c. vnico. quæ sint rega. collatio.x. l.magistros.C. de profes. & medi. lib.x. Sed quæ soli principi commissa sunt, & iure supremæ potestatis reseruata, nullo vnquam tẽpore præscribi possunt, etiam tanti temporis, cuius initij non extat memoria.l. comperit.C. de præscript. triginta annorum.l.fina.C. de fund. limitroph. lib. xj. & alijs suprà alleg. Et ita omnes concludunt, quos Feli. commemorat in.c.cum nobis.in principio.extra de præscrip. vbi turbam doctorum maximam recẽset, quæ huic opinioni se subscribit.
1039 Secundò mouentur alio fundamẽto, † Vtens iurisdictione absque principis authoritate, vsurpare dicitur, & non vsucapere seu præscribere, & illa vsurpata authoritate non tantum priuandi sed spoliandi sunt, & secundùm vsurpationis modum quandoque capite plectendi.l. penulti. in fi.C. de diuers. offi. lib. xij. ibi, non tantũ amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, vtpote criminis falsitatis obnoxios semetipsos esse plectendos. & in.l.iij. eodẽ titu. pœna vnius libræ auri fisco applicandæ imponitur. Et in.l. omnes iudices.C. de decurio. lib.x. dicitur, omnes iudices prouinciarumque rectores à consuetudine temerariæ vsurpationis abstineant. & versus finem dicitur, viginti librarũ auri illatione multatus, & perpetua infamia inustus. Nec speciali quidem rescripto notam eruere mereatur, & officium quinquaginta librarum auri multam fisco nostro cogatur inferre: quoniam vt pertinaciæ iudicis sui resistat, liberam ei contradicendi permittimus facultatem.l.ij.C. de exacto. & except. lib. xij. ibi, nec quod iniunctum alteri fuerit collegæ, iure alter præsumat vsurpare. & in l.fin. eiusdem titu. pœna exprimitur. ibi, Non solum cinguli, & bonorum suorum amissionem, verum etiam perpetui exilij supplicium subiturus eandem hanc pœnam numerarium quoque & eius adiutores, ad quorum curam quod violatum est pertinet, formidare.l.prima.C. de cohorta. lib. xij. ibi, sciens quòd si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est.l.prima.C. de curio. & statio. libro. xij. ibi, cesset ergo praua consuetudo, per quam carceri aliquos immittebãt.
1040 † Ecce quomodo cõsuetudo nihil tribuit, sed tollitur.§.primo.in authen. vt nulli iudi. lice. habe. loci conserua. colla. ix. Si igitur lex tales vsurpationes tollat, & vlterius pœnã statuendo prohibeat, quomodo cõsuetudine ab his acquiri potest

test, quos consuetudo à pœna non releuat, cùm neque lex municipalis, seu consuetudo legi contraria toleranda sit.l.iij.§.diuus.ff.de sepul. viola.&.l.deprecatio.ff.ad legem Rhodiã de iactu. & hac ratione dixit Bart.in.l.hostes.ff. de capti. & postlimin.reuers. quem Ang. in materia meri & mixti imperij sequitur in dicta.l.imperium.ff. de iurisdictio.omnium iudicum.Roma.in dicta l.prima.§.denique.ff.de aqua pluuia arcen. non potuisse ciuitates Thusciæ merum & mixtũ imperium præscribere in præiudiciũ imperatoris, cùm sine imperatoris permissione illis vtantur. Quo pacto igitur commodum reportare potest ex eo quod pœnã sustinere tenetur.l. post legatum.§.fi.in fi.ff.de his quib.vt indig.dicam in.l. si sequens.infrà eo.Et facit quod plene scribitur in.l.non dubium.C.de legi.

Et pro confirmatione huius conclusionis Iacobus de Aret.inducebat text.in.l.iij.§.fin.ff.ad
1041 legem Iuliam maiesta. † vbi iurisdictionẽ vsurpans reus fit criminis læsæ maiestatis.Secũdò, in carcerem coniiciens, qui ius carceris non habet, crimen læsæ maiestatis committit.l. vnica.C. de priua.carce. Neque illos à pœna cõsuetudo excusat, vt suprà dictum est, dicta.l.j.C.de curio.et statio.lib.xij.quem tex.Roma.ad id notat in dicta.l.prima.§.denique.ff. de aqua pluuia arcen. Et ob id ad.l.viros.C.de diuers.offi.lib.xij.faciliter secundùm eosdem respondetur, latam esse differentiam inter acquisitionẽ iurisdictionis de nouo faciendam, & iam acquisitam conseruandam vel augẽdam. Quoniam facto priuatorum iurisdictio non habenti conferri nõ potest.l. priuatorum.C.de iurisdictio.omniũ iudic. Et ita in specie tenet Bart.in.l. cùm seruus.ff.de condict. causa dat.causa non secuta.Idem Barto. in.l.j.§. vsqueadeo.in fin.ff.de iniur.vbi improbat consuetudinem, quam dicit esse Pisis, eo quod contra ius sit, per.l.non est singulis.ff.de regu.iur.c. cõtingit.primum.extra de senten. excommu. & si secus factum erit, nullum est.l. prima.C.eo. de iurisdictio.omnium iudi.l.nõ valet.C.ad legem
1042 Fauiã de plagia. † Neque longus vsus vel longa consuetudo, si secus factum est, cõfirmare potest, dicto.§.j.in authen. vt nulli iudi.lice. habe. loci conserua.colla.ix.dicto.c.irrefragabili. extra de offi.ordi.ibi, nulla consuetudo vel appellatio valeat impedire. Et dicit glos. in similibus præscriptionem præiudicium nõ afferre.c. cùm ex officij.&.c.cùm non liceat.extra de præscrip. sed habenti iurisdictionem facile est reseruare, de qua reseruatione illa.l.viros.loquitur.ibi, ex longo tẽpore obtinuit reseruata.Nam clarũ est, magistros militum à primæua eorum institutione in milites eorum've comites iurisdictionẽ habere, & præsertim qui Thraciæ et Illyrico præfecti erant.& probatur clarè in.l.finali eiusdem titu.C.de diuers.offic. libro.xij. vbi describuntur officiales & magistratus quos imperator prohibet officia exercere, nisi literas concessionis ab
1043 eo meruerint sua manu subscriptas. † Numero autem eorum quibus iurisdictio cõcessa est, describuntur magistri militum Orientis & Illyrici. ibi, officij virorum magistrorum militum vtriusque præfecti Orientis & Illyrici. Et in.l. secunda.C.de offic. præfecti prætor. Africæ. Et de his scribunt Fenestella & Pomponius Lætus de magistratibus Romanis.l.magisteriæ.C.de iurisdictione omnium iudicum. in qua notabis illa verba, præsertim cùm idipsum de more esse litigantium videatur, cõstetq; militarem reum, nisi à suo iudice, nec exhiberi posse, nec si in culpa fuerit, coërceri. & verba illa, de more esse litigãtiũ. explicantur in.l.certi iuris.C. de iudic.ibi, & omnes tales per vsum quotidianum iam esse approbatos, vt et audiant lites, & eas dirimant &c. Addo.l.finalẽ.C.de agenti.in rebus.libro duodecimo.in dicta.l.viros.cœpit dubitari de ducibus militum, & eorum apparitoribus, & præpositis, seu limitaneis castrorum custodibus, an simili priuilegio gaudere deberent, vt coram magistro militum conueniri deberent. Et imperator parem in eos potestatem magistria militum reseruat, quam longo vsu obtinuerant. Nam & ex expressa imperatoris concessione hoc habebant, in.l.secunda.§.pro limitaneis.&.§.hæc autem.C.de offic.præfecti prætor. Africæ.& in dicta.l.finali.C. de diuers. offic. coniuncta cum.l. penultima. Et in eo satis concedi posset longum vsum sufficere decem vel viginti annorum, per dictam.l.viros.&.l.finalem.& primam.C.de emancipat. liberor. quæ loquuntur non de noua iurisdictionis concessione, sed augmento iurisdictionis per longum vsum. Idem in.c.primo.de offic.ordina.libro sexto. dum de archiepiscopo Remẽsi loquitur, qui officiales foraneos in diœcesibus suorum suffraganeorum instituere contendebat: quod prohibet, nisi ex consuetudine
1044 speciali hoc sibi liceret. † Et sic specialis consuetudo augmentum iurisdictionis præbere potest, vbi aliàs de iure non haberet in illa specie. sed hoc operatur capacitas vtentis, qui aliàs in territorio habebat. Idem in.c. Romana. de appellatio.eodem libro.vbi quæstio Remensis archiepiscopi commemorata in dicto capitulo primo. de officio ordinarij. libro sexto.repetitur. Idem dico ad capitu.finale, extra de officio Archidiaconi. vbi de Archidiacono Senonen.loquitur, qui iurisdictionem in monachos intra limites sui archidiaconatus existentes sibi competere contendebat. quod prohibet pontifex, nisi ex speciali consuetudine hoc habeat. Et sic extensiue conceditur iurisdictionis prorogatio. Eodem modo respõdeo ad cap. dilecti.extra de arbitr.dum ille textus ait, quia tamen iuxta consuetudinem approbatam, quæ pro lege seruatur in partibus Gallicanis fœminæ præcellentes in subditos suos ordinariã iurisdictionem habere

noſcuntur. tametſi ille text. dicat Galliæ conſuetudinem tribuere mulieribus ordinariam iuriſdi-
1045 ctionem: † nunquam cōperietur in Gallia conſuetudinem eſſe quæ ordinariam iuriſdictionem mulieribus concedat, neque permittat habere, quacunque dignitate præfulgeant, niſi ratione feudi, quia nulla in regno eſt alia ordinaria iuriſdictio præter regiam, & quā duces, comites, barones, & caſtaldij ſeu caſtellani, alij etiam maiores vaſalli, & plerique etiam minimi à rege mediate vel immediate infeudatam habent, & quæ feudis ſuis cohæreant. Sed id non tantum moris eſt ſeu conſuetudinis, ſed etiā iuris eſt per infeudationem aut principis conceſsionem. c. cæterū. extra de iudi. &. c. verum. &. c. ex parte. extra de foro competen. & licet fœminæ ex feudorū conſtitutionibus ſucceſsionis feudi incapaces ſint. c. hoc notandum. qui feudum dare poſ. collatio. decima. c. vnico. de feudo fœminæ. c. fina. de ſucceſ. feudi. & pleriſque alijs locis, tamen ijſdem cōſtitutionibus ſpeciali inueſtitura fœminæ inueſtiri poſſunt. c. vnico, an maritus ſucced. vxori. c. vnico. de eo qui ſibi & hæredi. ſuis maſculis & fœminis inueſtit. accepit. c. primo. de natura ſucceſ. feud. c. fin. in fine. de feudo march. duca. c. vnico. de ſucceſ. fra. vel grad. ſucceden. in feudo. c. vnico. quemadmodū feud. ad filiam pertineat. collatione. x. Et pleriſque alijs, quæ longū eſſet referre. Et in rei conſequentiam quicquid rei cohæret vel adhæret etiam iuriſdictio tranſit, vt dicitur in. c. ex literis. extra de iure patro. &. l. ſi in emptione. ff. de contrahen. emptiōe. melior text. in. l. ſi quando. prima. C. de bo. vacan. libro decimo. ibi, cū integro ſtatu. &. c. inter dilectos. in principio. extra de fide inſtrumen. ibi, cum bonore, diſtrictu, & iuriſdictione loci præfati. per Bar. & Alexand. in apoſtil. ad eum in. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pigno. Bart. & Moder. Papien. in. l. fina. ff. de conſtitu. princip. l. ſi quis intra. C. de bo. proſcrip. l. forma. ff. de cenſib. l. prima. §. cùm vrbem. ff. de offi. præfecti vrbis. Iacobi. in tractatu feudo. plura omnium iſtorum ex-
1046 plicat quæ quiſq; lector videre poteſt. † ſic ratione feudi fœminæ iuriſdictionē habent, quam tamen per ſe non exercent. Nec etiā quiuis alius dominus in regno exercere poteſt, quoniam ſolus rex hoc poteſt, cùm ſolus in cauſa ſua iudicaſe poſsit. l. proximè. ff. de his quæ in teſta. delen. & punctualiter in rege Franciæ loquitur. c. nouit. extra de iudic. c. per venerabilem. §. inſuper. extra qui filij ſint legiti. ibi, in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubijcere potuit. iuxta. l. eſt receptum. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. dixi plenius in tractatu & in. l. donationes. C. de donatio. inter virum & vxorem. Alij verò ſuos iudices habent, qui in curia domini inter dominum & ſuos ſubditos, vel inter ſubditos iudicēt, à quibus appellatur princeps, ſeu ſui magiſtratus à rege præfecti, qui iuxta leges regias de cauſis appellationū cognoſcunt & diffiniunt. Nonnulli immediate ſuprema tribunalia regis (vulgus curias parlamentorum vocat) appellāt. Alij mediate & diſcuſsis primis appellatiōibus à præfectis ſeu præſidibus prouinciarum (bailliuos ſeu ſeneſchallos Franci vocant) ſi ab eorum ſentētijs in prouincijs prouocetur, ad curias appellationes deuoluuntur, ſicuti nunc diximus, vt plene explicatur in. §. illud. &. §. illo. in princip. in authenti. de appel. & intra quæ tempo. colla. iiij. Vnde igitur hæc conſuetudo inoleuerit nō memini apud aliquem authorem legiſſe, neque à quoquā in-
1047 tellexiſſe, † mulieres cuiuſcunque ſint dignitatis, ordinariam habere iuriſdictionem, neque iudicātis officio fungi. Et hoc eſt quod dicit. l. cùm prætor. §. fina. ff. de iudi. ibi, moribus vt fœminæ & ſerui non quia non habeāt iudicium, ſed quia receptum eſt vt ciuilibus nō fungantur officijs. Similiter & Gallia obſeruat, niſi vt prædiximus. Omnia enim in regno ſub nomine regis expediuntur, & recte epiſcopi etiam & archiepiſcopi, abbates, aliæ denique perſonæ eccleſiaſticæ, quæ caſtra & terras mediate vel immediate à rege infeudatas habent, iuriſdictionem nō per ſe, ſed per iudices, quos præficiunt, exercent, iuxta ea quæ gloſ. ſcribit in. c. ſentētiam ſanguinis. extra ne cleri. vel monachi. Si forte reginæ illo tēpore iuriſdictionem habuerunt ordinariam, me prorſus fugit, neque aliquis eſt Hiſtoricorū, qui huius rei meminerit, quod viderim. Et vbi illo tempore ita fuiſſe comperiretur, dic id operari conſequentiam regiæ dignitatis, qua decet reginam præfulgere, ijſdemq; priuilegijs lætari, quibus & rex. l. fœminæ. &. l. finali. ff. de ſenatori. l. mulieres. C. de dignita. lib. xij. Et id ad augmentum & decus regiæ dignitatis cedit, vt ſuo ſplendore reginæ præfulgeant. l. princeps. ff. de legi.
1048 † Nūquam enim rex moritur neque vllum interregnum eſſe poteſt, quia ſucceſsione transfertur, quemadmodū ſcribitur in. c. grandi. de ſuppl. negli. præla. lib. vj. ſed ſtatim rege mortuo vita in ſucceſſorem infunditur, vt nullo momento vacare dicatur, quemadmodū de ſuis hæredibus ſuprà ſcriptum eſt, per. l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis. &. l. placet. ff. de acquiren. hæredi. Mortuus enim immediate viuum ſaginat, vt inquit Cin. & recte in. l. ea lege. C. de cō dictio. ob cauſam dato. & tex. in ſimili in. l. fin. C. cōmunia de manumiſsio. ibi, vt mors domini ſit libertatis exordium, ſic mors regis alterius ſit exordium. Similem reſponſionem puto eſſe dandam ad. c. cùm contingat. extra de foro competenti. quod de capitulo Beluacenſi loquitur, cui aliàs ſpectabat iuriſdictio, ſed dubium tantum erat, an in ſeruos ſeu domeſticos ſuos & famulantes capitulo iuriſdictionem haberēt, an verò fori eſſent epiſcopi. Et pontifex reſpondet ſubeſſe epiſcopo, niſi ex ſpeciali conſuetudine in ſuos habeant ſeruientes. Et ſic nihil de nouo tribuit conſuetudo,

do,sed augmētum habenti iurisdictionem præbet,sicuti suprà dictū est ad.l.viros.C.de diuers. offic.libro.xij.&.l.fina.C. de emancipa. libero. Et ista consuetudo cōtingit eo quòd omnes magistratus distinctas habent iurisdictiones,ne cōmixtio illa confusionem generet in subditorum dispendium.§.interim.&.§.nulla.in authenti.de defensor.ciuita.collatione.iij.§.illud.in authentica, de appellatio. & intra quæ tempora. collatione.iiij. Et præsertim in causis minimis, dicto §.illud.&.§.& iudicare.in authenti.de defensor. ciuita.collatione tertia.l.magistratibus.ff.de iurisdictione omnium iudicum. Potissime in actibus voluntariæ iurisdictionis, vt in dicta.l. prima,& finali.C.de emancipa.libero.§.multis.Institu. de libert. quæ extra forum & à transeunte expediri possunt,per illum text. sic & illa.l. prima.C. de emancipa.libero. de duumuiris magistratibus loquitur,qui à lege iurisdictionem habent.l.prima.in princip.ff. si quis ius dicen.non
1049 obtempera.l.fina.C.de iudic. vbi † duumuiri municipales magistratus municipij appellantur, & vere magistratus sunt municipales,dicta.l.magistratus.ff.ad municipa.Non est mirū si lex municipalis potuit eis iurisdictionē præbere: quia populi consensu & principe ita cōcedente obtinent,vt suprà dictum est.Neque prædictis obesse potest glos.interpretatio in verbo, territoria. & in verbo,antiquitas.in.l.secunda.C. de fund. limitroph.libro.xj.Primò,quia glos.vim facit illi legi, cùm nullum verbum de iurisdictione sit quod de iurisdictione mentionem faciat, neque admittere posit. Non inficiabor limitaneos castrorum præpositos iurisdictionem habere,dicta.l.ij.C. de offi.præfecti prætor. Afri.Et induci potest dicta.l. viros.C. de diuers. offic.tamen in illa.l.secūda. verbum nullum est quod de hac
1050 re mentionem faciat: † quanquam plures sint, qui iurisdictionem sine territorio habeant,& territorium sine iurisdictione,secundùm Hostien. in dicto.c.cùm contingat. extra de foro competenti. Et rectè induci possunt.c. primum de offi. ordina.libro.vj.c.Romana.de appella.eod.lib. c.finali.extra de offic.Archidiaco. quales etiam sunt præpositi marescallorum in regno. Clarum est enim per illos tex.ordinarium intra metas sui episcopatus solum esse ordinarium iudicem.c.finali.de priuileg.in clemen.& tamen speciali cōsuetudine seu priuilegio fieri potest vt intra metas episcopatus archiepiscopus iurisdictionem exercuerit,vt loquitur text.in.c. primo. de præscript.in.vj. & sic augmētum iurisdictionis consuetudine præberi,vt suprà docuimus. & in illis terminis loquitur.c. conquestus. ix. quæstione tertia. dum de primatibus & patriarchis loquitur,quos nō plus priuilegij habere dicit præ cæteris episcopis,nisi quantum sacri canones concedunt,& prisca consuetudo illis antiquitus cōcessit.Sed vt propius ad illam.l.ij.C. de fund.limitroph.respondeam,dico mirādum esse, quomodo tanti patres non considerauerunt,etiā vbi de iurisdictione in ea tractaretur, quæ ex principis cōcessione vel indulgentia processit.probatur inverbo,ascripta sunt.Et illa constitutio negatoria & prohibitoria est, cum interminatione pœnæ his qui secus vti volent non ascripti secūdum vetustam antiquitatem & legem quam Tyberianus statuerat,& quam imperator laudauerat & approbauerat in.l.prima.eo.titu. vbi eos, qui aliter vtuntur, punit capitali sententia cū bonorū publicatione.Et ita exposuit Luc. de Penna in dicta.l.j.& rectè.Ad glos.per Moder.relatas suprà responsum est.Restat respondere.l.magistratus.ff. ad municipa. quæ plus alijs obstare videtur.Sed dic nō obstare,quoniam,vt dictum
1051 est,indubitati iuris est, † legem posse magistratibus municipalibus, qui & defensores ciuitatū dici possunt.§. primo.in authen.de defenso. ciuita. collatione.iij.l. in defensoribus. & plerisque alijs legibus.C.de defensor.ciuita. iurisdictionē tribuere.& id pro beneficio Reipublicæ,vt faciliori successu causæ breuiores expediātur, dicto §.illud.in authenti.de appella.& intra quæ tempora.§.primo.in authen. vt omnes obediant iudi.prouinc.collatione.v. duntamen principe cōcedēte id obtinuerint.§.nos igitur.&.§.interim. in authentica,de defensor. ciuita.collatio.iij. Et id,vt dixi,propter Reipublicæ vtilitatem.l.vtili. &.l.in defensoribus.&.l. per omes regiones.C. de defenso.ciuita.l.fin.C.de iudic. Neque aliter vti possunt,per illos text.

Secundò vltra quàm suprà dictū est ad prædictas omnes leges & decretales dici potest latam esse inter cōsuetudinē & præscriptionē differentiam. Licet plerię absurdū esse putēt,quoniā vt diuersa ponunt in.c.abbate.iūcta glos.inverbo, iuxta Paschalis. de verb.sig. dum ait,vel melius hic allegabatur cōsuetudo, non præscriptio. Et consuetudo debet esse præscripta.suprà de consuetu.c.cùm dilectus. Non dissimilis est glos.in c.si.xviij.q.ij.quæ differentiā esse dicit inter præscriptionem & cōsuetudinem præscriptā, quam vnusquisq; videre potest: aliter non transcribo. Secundò,cōsuetudo illa, quæ communi populi seu municipij cōsensu tacito vel expresso introducitur.c.consuetudo.j.distinc.l.j.& fin.C.quæ sit longa consuetu.&.l.an in totum.C. de ædifi. priua.§.ex non scripto.Instit.de iure natu. gent. & ciui.l.de quibus.§.nam cùm ipsæ leges.& tribus legibus sequentibus.ff.de legi. quæ plerūq; secundùm temporū varietatem reuocantur.l.ij. §.j.versi.omnium tamen rerum.ff.de orig.iuris. ibi,& ferè populus propè annis centū hac cōsuetudine vsus est.§.eodem tēpore.&.§. & post originem.eadem lege. Et sæpe desuetudine per nō vsum,vt suprà eo.annotauimus.§. quas ex omni
1052 bus. in procem.Instit. † Quare non est mirum si lex magistratibus municipalibus consentiente

vel non contradicente populo iurisdictionē cōcedat: cùm & ipsæ leges scriptæ nulla alia ex causa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt. meritò & ea quæ sine vllo scripto populus probauit tenebunt omnes. quid enim interest suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Verba sunt iureconsulti Iuliani in dicta.l. de quibus.ff. de legi. & in l.sed ea.eo.titu.ibi, velut tacita ciuium conuentione non minus, quàm ea quæ scripta sunt, iura seruantur. & cum principis scientia, ne fortè aliquid à populo introducatur quod legibus scriptis aduersetur: vt in.l. deprecatio.ff. ad legem Rhodiam de iactu. quam suprà induximus, & dicta.l.iij.§.diuus.ff.de sepul.viola.&.§.primo. in authen. de defenso.ciuita.collatio.iij. Et hoc satis demōstrant dicta.l.magistratus. &.l.ea quæ. ff. ad municipa. quanuis lex municipalis aliqua magistratibus municipalibus concedat, per legē autem ab imperatoribus scriptam eorum potestas limitatur, vt non possint ea quæ sunt imperij exercere.l. defensores nihil.&.l.defensores ciuitatum.C.de defensor.ciuitatum.§.& iudicare. &.§.nulla.in fine. in authen. de defensor.ciuita. collatio.iij.ibi, præter illa sola quæ iurisdictione egent, & ex ipsa iudicum authoritate pendent, tametsi modica coërcitio eis cōcedatur.in.l.magistratibus.ff. de iurisdictione omnium iudic.§. audient.in authenti. de defenso.ciuita. collatio. iij.dicta.l.defensores nihil. sed si libelli accusatorij grauiorum criminum eis afferentur, statim superioribus magistratibus referre tenentur, dicta l.defensores ciuitatum.& dicto.§.audient.Non ergo nisi cum principis scientia, dicto.§. primo. in authenti.de defenso.ciuita. Et forma à principe seu lege scripta limitatur.l. in defensoribus ciuitatum.C.de defenso.ciuit. Nec abs re est, cùm à populo in principem omnis translata sit iurisdictio, dicta.l.ij.§.nouissime.ff. de origi.iuris.l. prima.ff. de constitu.princip.l.vnica.ff.de offic. præfecti præto.§.sed quod principi.Instit.de iu-

1053 re natura.gentium & ciui. † Et si student quicquam vsurpare vltra quàm lex concedat, pœna multantur veluti vsurpatores.l. secunda. C. de sportu.& quicquid vlterius excessum erit, nullum est, actore obtinente coram eis in expensis litis condēnato.§.& iudicare.in authenti. de defenso.ciuita.collatio.iij. Hic repeti possent quæ suprà de huiusmodi vsurpationibus scripsimus, vt eos à pœna excusare non possit praua consuetudo.l.j.C.de curio.& statio.li.xij. Et his omnibus rectè cōuenit.l.ad probatorias.C. de diuer. offic.eo.lib.ibi,aliter verò militantes, nisi ex his sint, quos solis authoribus apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit. Et sic non sufficiat consuetudo etiam vetusta, nisi authore principe fiat.ibi, solis authoribus pœna illis indicta qui secus attentent. per illum textū &.l.sequen. eodem titulo.l.primam.C.de cobotta. eodem libro.l.tertia.C.de bon. vacan.libro.x.l.militaribus.C.de decurio.libro.x. Et leges quæ in priore opinione relatæ sunt, de consuetudine, nō autem de præscriptione intelliguntur. In primis.l. viros.C.de diuers.offic.libro duodecimo. de cōsuetudine loquitur, quæ longo tēpore obtinuit. probatur dum ait, consuetudine ac potestate si quis ad milites aliquos Oriētis, Thraciarum, & Illyrici ex longo tempore hactenus obtinuit reseruata. Idem in.l. probatorias. quæ immediate sequitur suprà ad.l.viros.addit quod vetusta illa consuetudo authore principe obtenta sit, in his verbis, nisi ex his sint, quos solis authoribus apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit. Ecce quomodo consuetudo debet esse præscripta & authore principe obtenta.ibi, solis authoribus.& dicit glossa nobis. id est, nobis solis authoribus.& rectè sic consuetudo quantūcunque vetusta originem capere debet à principe, & quod ab ipso solo authore incipiat, verbum, solis.demonstrat, quo vsus est imperator in.l.finali.C.de legi.&.l. prima. & fina. Et præsertim fi.C.de emancipa.libe.ibi, vel longa consuetudine.& in.l.j. loquitur de lege municipij, quæ, vt suprà dixi, debet à principe initiū capere.§. nos igitur.in authenti.de defenso.ciuita.collatio.iij. & alijs legibus suprà memoratis. Idem dicitur in l.magistratus.ff. ad municipa.ibi, hoc plerūque lege municipali eis datur.& in fine, ibi, dummo

1054 do non denegatum moribus competit. † Ecce quomodo non tantum mores attenduntur, seu consuetudo, sed lex ipsa quæ concedit. Idem in l.prima.circa principiū.ff. de muneri. & honor. ibi, ex his quæ retulimus cætera & per leges cuiusque ciuitatis, & ex consuetudine longa intelligi poterunt.& mores intelliguntur, nō tantum per expressum populi consensum, sed etiam tacitum, dum ait, dummodo non denegatum moribus.Induco.l.& quia.ff. de iurisdictione omniū iudicum.dum ait, Et quia nec principaliter ei iurisdictio data est, nec ipsa lex defert, sed confirmat mandatam iurisdictionem. quæ verba singulariter consideranda esse puto dum ait, Nec ipsa lex defert, sed confirmat mandatam iurisdictionem. Et sic nō lex ipsa iurisdictionem defert, sed tantum confirmat: similiter & consuetudo, in dicta.l.magistratus.ibi, & hoc plerunque quidem lege municipali eis datur. verùm & si non sit datum, dummodo non sit denegatū moribus competit.& sic commissam iurisdictionem cōfirmat.

1055 † Et licet glos.in dicta.l.& quia. dictionē, lex. pro consuetudine interpretetur, nō est vera eius interpretatio, per dictam.l. magistratus. vbi lex municipalis, id est, quæ propter municipium facta est, differt à consuetudine: quoniam vtrunque in ea exprimitur. Primo de lege municipali loquitur, quæ aliquid dedit, & mox de moribus loquens ait, & si non sit datum, dummodo moribus denegatum nō sit, competit. Et clarius probat

probat.l.fin.C.de emancipa.lib. dum ait, vel legibus vel ex longa consuetudine permissum est. quæ lex præbet tantūmodo permissionē a deundi magistratus, qui ex longa cōsuetudine huiusmodi emācipationes recipere cōsueuerūt. Non quòd lex iurisdictionem tribuat, sed ei, qui iurisdictionem habebat, confirmet commissam, licet ex sua institutione eam non haberet, quia forte iurisdictiones distinctæ erāt, vt suprà docuimus, dum de defensoribus ciuitatū locuti sumus, pariter & episcopis & archidiaconis, qui extra diœceses vel districtus suorum archidiaconatuū longo tēpore iurisdictione vsi sunt, consuetudo longa facultatem eis permittit. Et in specie ita loquitur.l.prima.C.de emancipat.liber. † Lex enim

1056 municipalis, inquit ille text. si duumuiris municipalibus potestatem dedit, emancipationem alienigenarū recipere, hoc pacto valere dicit emancipationem, & filium coram eis emācipatum recte emancipatum esse. Et ratio dubitandi in illa lege erat, quoniā non videbatur ad extereos posse extendi, qui non erant suæ iurisdictionis, vt in l.prima.C.de summa trinita.& fide catholi.& in l.secunda.§.deinde cùm placuisset. versi. cumque consules.ff.de orig.iuris.dum distinguit prætorem suburbanum ab vrbano, suburbanus contemplatione peregrinorum & exterorū, qui Romam veniebant, creatus est, & vrbanus de causis ciuium tātum cognoscebat: potuit tamen moribus introduci vt de causis peregrinorū cognosceret, dicta.l.prima.C.de emancipa.liber. quoniam actus est volūtariæ iurisdictionis, qui vbique exerceri potest, & in quascunque personas. Tacite igitur tenēt. Et ratio est, quoniam etiam absque iudice fieri quandoque possunt, vt recte dicit glos.in.§.serui.in verbo, transitu.per illum text.& in.§.multis.Institu. de liberti.l. secunda. ff.de offic.proconsul.l.apud proconsulem.ff. de manumis.vindic. Nam & episcopi extra suā diœcesim beneficia conferre possunt.c. statutum. de præben.in.vj.c.post electionem.extra de cōcess. præben.quanquam collatio beneficiorum sit iurisdictionis.text.cum glos.in.c.transmissam.extra de electio.Notat Ioan. Andr.in.c.ille. extra ne sede vacan.& in.c.primo. de institu.libro.vj. Idem dico in alijs actibus voluntariæ iurisdictionis expressis in clement.fina.de priuilegijs.& in c.cùm episcopus.de offic.ordi.lib.vj. Aliàs non potest, nisi fortè speciali priuilegio vel consuetudine hoc obtinuerit. vt suprà dictum est.c. cùm contingat.extra de foro competen.c. fina. extra de offic. Archidiaco.c.Romana.de appella.lib. vj.Idem notat Antonius de Butr.in.c.cùm contingat.in.iiij.&.v. columna. extra de foro competenti.Ioan. Andre.in.c.primo.iij.columna.& in.c.fin.de censi.in.vj.& in.c.pastoralis.in glos. prima.extra de offic.ordina.Felin.aliqua congerit in.c.cum nobis.in.c.cùm nō liceat. in.c. cùm ex officij. extra de præscriptio.

1057 Præscriptio † autem sine populi cōsensu fit: neque ex hoc quòd præscriptio secuta est, vere argui potest scientia principis, quam suprà dixi necessariò debere præcedere, dicta.l. probatorias.in verbo, solis authoribus.C.de diuers.offi. l.iubemus.in verbo, ab initio iussione principali.C.de fund.patrimo.libro vndecimo.l.coloni. in verbo, ignorante.C. in quibus causis colo.l. prima.ff.de offic.procura.Cæsar.ibi, tunc enim transfert cùm negotium Cæsaris gerens consensu ipsius tradit.l.apud Iulianum.§.constat.ff. de legat.j.quas superius allegaui, & alias prius annotaui. Et id tenet Francisc. Areti.in.l. more.ff. de acquirenda hæredita. Post Antonium de Butrio in.c.cùm contingat.extra de foro competēti.Abbas in dicto.c.cum nobis.extra de præscriptioni. Neque satis possum mirari Felin. in dicto.c.cum nobis.iij. columna. extra de præscriptio.allegātem Marti. Lauden.in tractatu principum. articulo.clxxj. quem dicit voluisse iura regalia posse præscribi præscriptione communi cum scientia principis. In primis cùm hoc nō dicat Marti.Lauden. Secundò, quia & si dixisset, aperte contra casum legis expressum dixisset, in

1058 dicta.l.iubemus.C.de fund. patrimonia. † vbi patrimonialia principis, quæ minus sunt, quàm regalia, non præscribūtur nisi cum titulo & præscriptione quadraginta annorum. Imò nec res priuatæ principis sine titulo & concurrente præscriptione quadraginta annorum contra principem præscribi possunt. textus cum glossa in.l. secunda, & finali.C.de fund.rei priua.libro vndecimo.pœna imposita aduersus eos, qui etiam de re priuata principis aliter agunt, per illum textū. Et suprà dixi, & iterum repeto, si in rebus profanis non est licita præscriptio iurium incorporalium, nisi cum titulo & scientia & patientia domini.l.ij.C.de seruitu. & aqua.l.seruitutes.ff.de seruitu.quanto magis in rebus principis, quæ & Reipublicæ sunt, dici debet, vt suprà docuimus.

Et quanquam dicere quisque potest me supinum esse, perijsseque pudorem, cùm reprehendere coner communem doctorum opinionem toties eribratā & veluti pro numine nedū in scholis, verum in foris obseruatam. Hæc tantum dixisse puro vt cum tātis tamque præclaris viris certare videar, sed solum quæ in lege scripta reperio commemorem. Audacter enim diximus, sed quod scriptum est dicimus, vt inquit diuus Hieronymus in.c. audacter.viij. quæstione prima. quotquot legerim, pro suæ opinionis fundamēto nihil aliud præter duas aut tres leges cū glossis suis, & totidem decretales ab eis allegatas inueniam, quas ad omnes penè quæstiones diffiniendas passim allegatas comperio, quas si congerere libuisset, neque calamus, neque papyrus sufficerent. non tacebunt eas qui forte posthac in nos aperta fronte insurgent. Neque comperio vtriusque censuræ ciuilis & canonicæ inter-

pretes, tametsi longè aliter in leges & canones
distinguant quàm ipsi sentiant. In primis compe
rio ab eis præcipuè allegari.l.hoc iure.§. ductus
aquæ.ff.de aqua quotidia. & æstiua.c.super qui
busdam.extra de verborum significatione.c.pri
mum,de præscrip.in.vj. in illis tribus neruus to
tius doctrinæ & disciplinæ eorum consistit.Et si
congruum esset omnia eorum axiomata & illa-
tiones recensere, vix papyrus sufficeret. Quare
cùm dicta eorum non plus virtutis habere pos-
sunt quàm leges & decretales ab eis allegatæ.l.
prima.§.omnibus.&.l.secunda.§. penulti. & fi-
nali.C.de veteri iure enuclean.l.tertia.§. fina.ff.
de præuarica.l.finali.C.de consuli. libro.xij. Et
Bart.dicere solet doctorum authoritatem secun
dùm leges, quas allegant, intelligendas & mode
randas esse, in.l.nō solum.§.si liberationis.ff. de
liber.lega. Et Ioan. Andr.in.c.cùm nuntius.ex-
tra de testib.dicit glossatores sæpius nimis large
loqui, ob id restringendas esse illorum opinio-
nes ad textus iurium, quos allegant. Et Salicc.in
l.si ex cautione.x.columna.C. de non nume.pe-
cunia. & Bald.in.l.intestato.C. de suis & legiti.
hæredi.ait simpliciter & vere huiusmodi positio
nibus respondendum esse, quoniam respōsio se-
cundùm verba legis simpliciter facienda est. Et
alleg.text.non incongruum in.§.primo.in prin-
cipio.in authē.de fideius.collatio.prima.Quare
dicta.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quo-
tidia. & æstiua. &.c. super quibusdam. extra de
verborum significatio.&.c.primo. extra de præ
script.libro.vj.plus satis suprà responsum est,&
pauca repetemus. Sed interea prædicta confir
1059 mabimus aliquibus iuris cōclusionibus. † Vbi
enim lex vel canon præscriptioni resistit, quo-
cunque tempore res possideantur, præscriptio
nihil iuris tribuit.l.finali.C. de fund. limitroph.
libro.xj.l.prima.C.ne rei domi. vel templo. ibi,
omnis temporis diffinitiōe summota.c. dudum.
extra de deci.c.ad decimas.de restitutio. spolia-
to. libro.vj.c. primo. de prohibita feudi aliena.
per Friderich.collatio.x.c.si diligenti.&.c. cùm
ex officij.extra de præscrip.quoniam illis ius re-
sistit, etiam si cum titulo possideant.l. omnes.C.
de fund.patrimo.libro vndecimo.ibi, ad ius pri
stinum sine vllius assertionis reuocentur obsta-
culo. Et in fine legis, ibi, ita vt nulli penitus au-
diantur, qui aut rescripto, aut annotatione domi
nium vel emphyteusim vel condúctionem quo-
libet genere largitatis de nostra liberalitate me-
ruerint.nota hæc verba, vt nulli penitus audian-
tur.quomodo à facultate proponendi repellun-
tur legis authoritate, vt dicit.l.secunda.C.de edi
cto diui Adriani tollend.in verbo, alleget.& eis
audiētia denegatur, vt in.l.sancimus.C. de iudi.
l. prima.§. quod autem.ff. de aleæ lusu & aleat.
glos.in.l.si quis inter.§.finali.ff.de excusatio.tu-
torum. quæ allegat, & recte.l.sed & si per præto
rem.§.ait prætor.ff.ex quibus causis maiores.de
quo per Bal.in.l.cōsentaneū.iiij.colum.C.quo-
modo & quando iud. Inducitur etiam text. in di
cta.l.fin.C.de fund.limitroph.lib.xj.ibi, cuiusli
bet spatij tēporis præscriptione cessante. & pœ
na vlterius imponitur in eadem.l.proscriptionis
bonorum.ibi, in his etiam contra eos qui præce
ptiōibus nostris obuiàm venire tētauerint, pro-
scriptionis pœna valitura.l. viam publicam.ff.
de via public. glos.hanc regulam, vt suprà dixi,
confirmat in.l. longa.ff.de mortuo inferen.
1060 Secunda regula, † Quæ principi vel etiā in-
feriori à principe in signum recognitionis com-
petunt, nullo vnquam tēpore præscribi possunt.
l.comperit.&.l.præscriptionem.C.de præscrip.
triginta annorum.in.l. præscriptionem. dicitur,
explosis temporalibus præscriptionibus patrijs
suis reddi præcipiunt. In.l.comperit.dicitur, fun
ctiones autē seu ciuilem canonē vel aliam quan-
dam publicam collationem impositā eis depen-
dere compelli, nec huic parti cuiuscunque tem-
poris præscriptionem oppositam admitti. Ecce
quomodo prohibet exceptionem admitti pœna
iudicibus imminente.l. nulli. & dicta.l. omnes.
C.de fund.patrimonia.libro vndecimo. & rescri
ptum principis obtentū cassat & annullat. Idem
in.l.prima. in fine.C.de fund. limitroph.eodem
libro.& in.l.cùm satis.C.de agrico.& censi. eo-
dem libro.ibi, quantacunque emanauerint, vel
quacunque prolixa negotiatione aliquis sibi ven-
dicet libertatem. Et qui secus agunt, illi fures ap
pellantur.ibi, secundùm exemplum serui fugiti-
ui sese diutius insidijs furari intelligantur.c. con
stitutus.extra de religio.domi. Et ratio assigna-
tur in.l.fundi. &.l.hi quæcūq.C.de fund.patri-
mo.lib.xj.cuius meminimus in.l.iij.§.si cùm om-
nes.suprà eo.tit.quia propter defectū solutionis
canonis in cōmissum possessores non cadunt. &
sicut illa possessio eis perpetua est,& ad hæredes
transitoria.l.hi quibus.eo.ti. In alio etiā lex hoc
principi & domino ius reseruat, vt nullo tempo
re præscribi possint. Et ob id licet canonem pro
quadraginta annis petere, & vltra dictum.c.cō-
stitutus.in fine.facit text.in dicto.c. cùm ex offi-
cij.extra de præscript. Licet vsus & consuetudo
ad triginta annos tantum & infra reduxerit.

Tertia regula, cuius suprà meminimus, est,
1061 † Vbi res inalienabilis est, si& impræscripti-
bilis est,l.vbi lex.ff.de vsusca. paulò inferius de
ea discutiemus. Res aūt principis, vt suprà dictū
est, inalienabiles sunt: igit̄ & impræscriptibiles.

Quarta, vbi lex ab initio resistit possessori, &
de eo iudicat quēadmodū & de non possessore,
sic quòd illa inhibitione rem afficiat, ad quēcun
que possessorē perueniat causari non potest pos
sessio.l. vitia.&.l.improba.C.de acquir.posses.
l. Pōponius.§.fi.ff.de acqui.poss.sic nec præscri
ptio, cùm sine possessione præscriptio non inci-
piat.l.sine possessione.ff. de vsuscap.c. sine pos-
sessione.de regul.iuris. in sexto.sed donec illud
vitium

vitium sublatum sit, initium præscriptio non ca-
pit.l.prima.& authenti.nisi tricennale.C.de bo-
nis mater.in.l. prima dicitur, quia nullam pote-
rit præscriptionem opponere filijs, quandocun-
que rem suam vendicantibus, in authentica, nisi
tricennale.dicitur, tempore incipiente filijs cur-
rere, ex quo suæ potestatis esse apparuerint.in.l.
prima.§.finali.C.de annali exceptio.ibi, nullam
temporalem exceptionem opponi, nisi ex quo
actionem mouere poterant, id est, postquam ma
nu paterna, vel eius, in cuius erant potestate con
stituti, fuerint liberati. Idem in.l. in rebus.C. de
iure dotium.si ergo initium non accipiat posses-
sio, quomodo dici potest præscriptionem subse
qui, cùm sine possessione præscriptio non pro-
cedat, vt dictum est? Et idem notat Abb.in.c. cũ
nobis.extra de præscriptionibus.
1062 Quinta, † vbi res vitio affecta est, nulla pos-
sessio ei accedere potest, vt suprà dixi per.l.Põ-
ponius.§.finali.ff.de acquirenda possessione. &
l.vitia.C.de acquirenda possessio. & sic lege re-
sistente, & possessionem impediente, quomodo
temporis coniunctio ad effectus præscriptionis
fieri potest? certè impossibile est, per illos tex. &
dictam.l.improba.C.de acquirẽda possessione.
ibi, causam iustam possessionis adipisci non po-
tuisse certum est. Alioqui, vt inquit Felin. in.c.
cum nobis. extra de præscriptio. frustra dixisset
text.in.c.finali.extra de consuetu. tanto grauio-
ra sunt peccata, quanto infelicem animam tenue
runt alligatam.
Sexta, vt suprà dictũ est, huiusmodi possessio
nes furtiuæ à lege appellantur, & nunc nũc nota
uimus textum dictæ.l.cùm satis.C.de agrico. &
censi.& ad id Normaniæ consuetudo conuenit:
pro qua est.l.fina.§. omnes.C. vnde vi. ibi, cùm
talis dispositio in furti actione iandudum veteri
bus legibus definita est, dicentibus, si quis alie-
nam rem aduersus domini voluntatem attigerit,
1063 furti actione tenetur.cũ alijs suprà relatis. † res
autem furtiua, donec vitium purgatũ sit, impræ-
scriptibilis est, dicta.l. vitia.C. de acquiren.pos-
sessione.&.l.sequitur.§.si tu vi.ff. de vsucapio.
& nisi res in domini potestatem reuertatur, nun-
quam purgatum erit vitium, dicta.l. sequitur.§.
tunc in potestatem.ff.de vsucapio.etiam si cum
officialium cõsensu hoc factum sit, sicuti lex seu
consuetudo Normaniæ obtinet, etiam in inferio
ribus à principe. Verba cõsuetudinis sunt.Cui,
vt dixi, astipulatur ius commune in dicta.l. pri-
ma.ff.de offic.procura.Cæsar. & paulò amplius
inferius declarabimus.Igitur præscriptio in tali-
bus nihil operatur.
Septima regula quam Felin.recensuit in.c.ad
audientiam.columna finali.versicu.limita quin-
1064 to.extra de præscript. † illam eandem repetit
in.c.cum nobis.tertia colum.eodem titu. Cente
nariam præscriptionẽ minorem esse præscriptio
ne tanti temporis, cuius initij nõ extat memoria.
c.si diligenti.ad fi.extra de præscrip. Licet, secũ-
dùm eum, contrariũ censuit glos.in dicto.c. cum
nobis. cùm dicit probationẽ præscriptionis cen-
tenariæ nõ posse fieri, cùm oporteret hominem
esse natum cẽtum quatuordecim annis ad hoc vt
præscriptio probari possit. Ideo potius debere
sufficere præscriptionem tanti temporis &c. Sed
vltra quàm Feli. post Cardi.in dicto.c.si diligen
ti.in fine.dicat Bernardum glossatorem decreta
lium non rectè considerasse rationem legis quæ
centenariam præscriptionem introduxit. Aduer
te ad.l. fin.C.de sacrosanc.eccle.&.§.vnicum.in
authen.vt eccles.Roma.gaud.cẽtum anno.præ-
script.collatione.ij. Dum illi text.dicant, Sed ne
videamur in infinitum hanc extendere, longissi-
1065 mum vitæ hominum tempus eligimus. † Ecce
quomodo lex non putat centum annos memo-
riam hominũ excedere, cùm in tempus vitæ ho-
minis protrahat, & non in infinitũ, quod est tan-
ti temporis, cuius memoria non existat. Nam &
Iustinianus ipse, qui illarum legum author est, te
statur nuntiatum illi fuisse zozimum tũc tempo-
ris virum religiosum viuere agentem annũ pro-
pe centesimum & vigesimum, in.§. si vero intra.
in authenti. de monach. collatione.j. Nam & in
Deutero.cap.xxxj.& apud Iosephum lib.Anti-
quitatum.j.cap.xiiij.scribitur, hominis vita dies
esse centum & viginti annorũ. Nouimus nostra
ætate reuerẽdissimum Cardinalem dominũ Ca-
rolum de Luxemburgo Cenomanẽsem & Mo-
rinẽsem episcopũ virum nõ tam sanguine quàm
moribus & exẽplo præstantem, suæ ætatis in cu
ria parlamenti Rothomageñ. eodem quo obijt
anno testimonium perhibuisse se tunc annum vi
gesimum supra centesimum agere, idq; sex men
sibus priusquam vitam cum morte commutaret.
Alia dixi in.l.tertia.§.ignoscitur.suprà eod.titu.
1066 Quare mirũ nõ est † si vita hominis in sacris &
diuinis literis vsque ad centum & viginti annos
extensa, & diffiniti aliquid papa & imperatores
in suis cõstitutionibus ex illo tam longissimo vi
tæ tempore excipere voluerint, vt ecclesia proba
tionem sui iuris habere possit, quod in præscri-
ptione tanti tẽporis, cuius initij nõ extat memo-
ria, cõtingere non potest, quoniã in ea ex auditu
auditus recipitur testimonium.l. si arbiter.ff. de
probatio.&.l.ij.§. idem Labeo.ff.de aqua plu-
uia arcen.& notat Hostien.in.c.quod per noua-
le.extra de verbo.significa.Ob id in admiratio-
ne esse non debet inter vtranq; præscriptionem
differentiã esse secũdùm Cardi.in.d.c.si vigilan-
ti.& Feli.in.d.c.ad audientiã.quoniã iura cano-
nica in præscriptione centenaria aduersus eccle-
siam Romanã titulum cum bona fide desiderãt,
d.c.si diligenti.extra de præscrip. At in præscri-
ptione tanti tẽporis, cuius initij nõ extat memo-
ria, bonam fidem tamen absq; titulo postulant &
requirunt.c.j de præscrip.in.vj.in quo secũdùm
eos, & rectè probatur differentia. Et id verũ est,

1067 quoniã text. illius.c.si diligẽti. duo ponit. † primum, non posse rem ecclesiæ Romanæ præscribi, nisi centum annis. secũdum ad hoc vt præscriptioni rei Romanæ ecclesiæ locus esse possit, interuenire debet titulus & bona fides. Etvlterius dico in omni præscriptione cuiuscũque tẽporis sit, etiam cuius initij non extat memoria, bona fides de iure canonico necessaria est, dicto.c.j. extra de præscrip. & d.c.si. & .c. vigilanti. extra de præscript. regula, possessor. de regul. iuris. in.vj. Secundò, licet glos. in dicto.c. cum nobis. extra de præscriptio. dicat per instrumenta possessionem non probari, per.c. inter dilectos. extra de fide instrumen. Certè non puto eam verum dicere. Imò text. ille sibi obstat in.§.fina. dum ait, per instrumẽta vero locationis nec est vtique probata proprietas, nec ad plenum possessio, si non ad plenum tamen possessionem probat. Concedo enim per locationem etiam si per testes locatio probaretur, non esse idoneam possessionis probationẽ, nisi ex ea solutio secuta fuisset.l. ad probationem. C. loca. & cõducti. Et.l. ad probationem. C. de liber. causa. quæ volũt dominium per locationem non probari, sed possessionem tantum, secuta tamen solutione.l. quanuis.§. si conductor. ff. de acqui. possess.l. Pomponius. ff. quibus mod. vsusfruc. amitta.l. Titia. ff. de solutio. quãquam & qui locat vtatur.l. arboribus.§.j. & l. non vtitur. & .l. seq. ff. de vsufruct.

1068 Quod autem † possessio per libros & instrumenta probari possit, est text. in.l. census. ff. de probatio. & in.l. forma. ff. de censi.l. in exercendis. iuncta glos. interpretatione communiter approbata. C. de fide instrumen. & bonus tex. in.l. chirographis. ff. de administ. tuto. ibi, cùm ex inuentario contutores cõuenire eos possint ad soluendam pecuniam aut ad nouationem faciendã. & .l. plures apochis. C. de fide instrumen. & .l.j. & .l. quicunque. C. de apoch. publi. lib.x.c. ad audientiam.§. fina. ibi, considerantes etiam librum censualem, quem suspectum nõ habemus. extra de præscrip. vbi plura Feli. scribit post Bal. in.l. fin. C. sine censu vel reliquis. Quare difficile nõ est per instrumenta vel testes possessionem probare, sicuti sæpissime in foris agitari videmus. Ob id, vt huic disputationi conclusionẽ demus, dico post Anto. de Butrio in.c. peruenit. extra de censi. Roma. in.l.j.§. denique. ff. de aqua pluuia arcen. Luc. de Pen. in.l. quicũque desertum. C. de omni agro deser. Abb. & Felin. in.c. cũ nobis. & .c. cùm non liceat. extra de præscrip. Ioan. Andre. Hostien. Abb. & reliquos in.c. cùm contingat. extra de foro competen. & ea quæ scripsi in.l. donationes. C. de dona. inter virum & vxo. & alios, quorum suprà mentionem fecimus.

1069 In primis † quædã esse iura regis, in quibus non potest cadere titulus, quia soli regi conueniunt, & de his non potest esse dubium.c. intellecto. extra de iureiuran. quia nõ potest princeps sibi similem facere, cùm in eum solum huiusmodi iura translata sint.l. vnica. ff. de offic. præfecti prætor. quia sic concessa sunt, vt perpetuò apud eum solum maneant.l. secũda.§. nouissime. ff. de origine iuris.l. prima. C. de constitu. princip. & clarius in.l. prima.§. cùm enim. C. de veteri iure enuclean. inquit ille text. Cùm enim antiqua lege, quæ regia nuncupabatur, omne ius omnisque potestas populi Romani in imperatoriã translata sit potestatem, nos sanctionem omnem nõ diuisimus in alias & alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus, ne quid possit antiquitas nostris legibus abrogare.

1070 Quædam † etiam iura sunt, quæ singulariter soli regiæ dignitati cohærent, neque per alium explicari possũt, sicut apud Romanos erat, post exactos reges Iunio Bruto, & Marco Valerio consulibus rex sacrorum, qui & sacrificulus dicitur, creari cœptus est, Cùm pleraque sacra erãt, quæ à solis regibus fieri consueuerant: quem tamen pontifici maximo subiecerunt, ne exacti reges reducti esse viderentur, vt Fenestella inquit de sacerdotijs, & Pomponius Lætus post eum.

Alia etiam erant, quæ regibus solis competebant ex legibus Numæ, vt ex Liuio videre licet in.j. lib. ab vrbe cõdita. Sic & hodie qualia sunt apud nos iura regaliæ, quæ circa beneficia soli regi cõcessa sunt, de quibus in.c. generali. de electio. lib.vj.c. dilecto. extra de præben.c. Adrianus. lxiij. distinc. quia conferre beneficia potest,

1071 vt suprà diximus. Et alia multa, † sicuti est facultas fabricandæ monetæ, quoniam licitum nõ est in regno alterius imaginem in moneta publica videri quàm ipsius principis, quemadmodũ de iure est, in.l.ij. & .iij. C. de fal. mone. & .l. prima. C. de veter. numis. potesta. lib.xj. iuxta illud quod scribitur Lucæ.xx.c. Marci.xij. & Matth. xxij. cuius hæc imago? Cæsaris &c. Magistratuũ creatio, quãquam hanc potestatem serenissimus rex Franciscus primus cõmiserit, vt superius recẽsuimus, sed nec præscribi potest: quoniã vsurpantes crimine læsæ maiestatis plectuntur, dicta l. secũda. C. de fals. mone. & vltimo supplicio afficiuntur cum bonorum amissione.l. probatorias. & .l. penulti. C. de diuers. offic. lib.xij. de his in.c. primo. quæ sint regal.

1072 Quædam sunt † quæ etiam regi soli in signũ supremæ potestatis reseruantur, qualia sunt tributorum & indictorum, & superindictorum impositio: & illa solus princeps imponere potest, & ea exigere, aut ad ea recipienda & colligenda exactores committere, cùm illi soli pro subuentione Reipublicæ hoc liceat, vt scribitur primi Regũ. viij. cap. Pleraque etiam præter tributum regibus permisit dominus per Samuelem populo Israëlitico in deum rebelli annuntiari tributum etiam deus non improbauit, cùm Petrum pro se & Petro soluere iussit.c. conuenior. & .c. tributum. xxiij. quæstione. viij. & Matth. xvij.c. si tribu

si tributum.xj. quæstione prima.& numisma tributi & superscriptionem Cæsaris recognouit, Matth.xxij.& Lucæ.xx. De iure ciuili templa à tributorum solutione exempta non sunt.§. publicorum.in authentica,de manda.princip. collatione.iij.l.si diuina domus.C. de exacto. tributor.de quo lege Lucam de Penna in.l.secunda. C.de quibus muneri.vel præsta. nemini liceat se excusare.libro decimo. quando & à quibus muneribus ecclesia posset se excusare. Tributū igitur exigere aut exigi facere soli principi conuenit,non etiam alij.l.vnica.C. de superindicto.libro decimo. Et ratio est, ne fortè de manu regis sanguis subditorū postuletur, vt suprà diximus post Innocent. in.c.innouamus.extra de censi.

1073 Quædam autem sunt † iura regis quæ à principe cum causa cōcedi possunt, vt in.l. prima.C. noua vectiga. imponi non posse.l. placet.C. de excusatio. muner.Ideo regia dicta quòd alius à principe exigere non posit,nisi specialiter princeps priuilegium exigendi concesserit: qualia sunt guidagia, & pedagia, per illos textus. &.l. penultima,& finali.C.noua vectigal.impo. non poss.c. innouamus.extra de censi. Et id ex causa ad refectionem vicorum & pōtium à qua nemo excusationem habet.l. ad constructiones.C. de sacrosanctis eccles.Et anno.xxxvj. supra millesimum & quingentesimum publico regis edicto coacti sunt hi qui huiusmodi pedagia & guidagia siue ex priuilegio siue ex antiqua consuetudine exigūt ad pontium & viarum refectionem cōuertere.Et ista ratio antiqua exactionis à pontificibus contra iuris ciuilis cōstitutiones inuen-

1074 ta est, sed quia à † Gregorio ad compilandum decretalium epistolarum librum commissi sunt, nescio qua ratione ducti adeo iuris ciuilis constitutiones extendere curauerunt, vt absque concessione vlla præscribi permiserint tantò tempore cuius initij non extat memoria,dicto.c. super quibusdam.non recordati eorum quæ quandoque seueriter aduersus huiusmodi exactores statuerunt.communione nanque Christiana & ecclesiastica sepultura eos priuandos esse priores pontifices statuerant, vt eos tempus non excusaret.c.innouamus.extra de censi.c.si quis Romipetas.xxiiij.quæstione.iij. Non commemorātes etiam se statuisse neque tempore, neque aliqua consuetudine cuiuscunque temporis sit vsum similis exactionis sine principis authoritate cōfirmari posse,in.c.quanquā.de censi.in.vj. per rationem.c.quanto.&.c. finalis. extra de consuet. c.mala consuetudo.& seq.c.vsque in finem no-

1075 næ distinctiōis. † Quomodo enim fieri potest vt quod pacto seu facto priuatorum hominum fieri non potest, eorum patientia introduci possit contra.l.priuatorum.C. de iurisdictione om. iudicum? Et hoc argumento vtitur Bartol. in.l. cùm seruus.in fine.ff.de condictio.causa dat.Felin.in dicto.c.cùm ex officij. extra de præscript. vbi Felin.sic ait,in iure hæreticum esse aliter sentire, alioqui absurdū sequeretur ex eo quòd omnis corruptela quæuis peruersa & ab omni iure damnata & iniqua semper sustentari posset si diutisime obseruata fuisset, posset'que iniquus vsurpator,vt tituli ostensionem euitaret,dicere, priuilegium perdidi, sed probo ipsum per spatium tanti temporis cuius initij non extat memoria:& sic omnis corruptela valeret,cōtra.c.quāto.&.c.finale.extra de consuetudin. &.c.quanquam.de censi.libro sexto.ibi, contraria consuetudine quæ dicēda est corruptela verius,nō obstante,quo nihil absurdius.Et cōsultò Feli. verba transcripsimus,cui conuenit.§. prima in authentica,vt nulli iudic.liceat habere loci conseruatio.collatione.ix.l.non dubium.C.de legi.Et facit ratio decidendi.l.quoniam.C.de agrico.&

1076 censi. in fine. libro vndecimo. † Præterea vbi lex aliquid facere non potest propter legis diuinæ & humanæ resistentiam, neque pacto priuatorum & minus facto vel patientia fieri potest. l.non impossibile.ff.de pact.glos. approbata in rubrica.C. de decre. decurio.libro decimo. per quam Bald.ita notat in.l. vacuatis.C. de decur. libro decimo. Et multo magis vbi à lege scripta & viua prohibitio fit cum pœnæ interminatione.l.non dubium.C.de legib.dicto.c.quanquā. de censi.libro sexto.Hæc obiter dicta sunt: nūc ad institutum reuertamur.

Illa itaque iura de iure canonico, etiam absque titulo & præscriptione tanti temporis,cuius initij memoria non existit,præscribi possunt.De iure ciuili nullo vnquam tempore præscribi possunt absque titulo causa cognita concessa. Et vltra quàm suprà dictum est, pondero nouissime textum in.l.vnica.C.de superindicto. libro decimo. ibi, neque vllius omnino indictionis etiam solennis immineat, nisi cum nostro confirmata iudicio,& imperialibus nexa principijs sedis amplisimæ deposcat indictio,& cogat exactio. Et illum textum rectè Baldus cōsiderauit. pedagia enim & guidagia superindicta sunt, clementina fina.de censi.dicto.c.quanquam.de censi. in sexto.dicto.c.innouamus.extra de censi. Et sicuti suprà docuimus, non sufficit antiqua consuetudo,nisi cum ea concessio à principe interueniat, & causæ cognitio præcedat, dicta.l.fina.&.l.prima.C.no.vectiga.impo. non pos.&.l. placet.C. de excusa.mune.libro decimo.ibi,referri ad tuā celsitudinem statuimus, & auctorem te fieri, & eo persoluto referri ad nostram scientiam,vt no-

1077 bis iubentibus roboretur. † Et per hæc clarè constat,non sufficere præsumptā principis scientiam,sed desiderari necessario nō tantùm expressam scientiam,sed causæ cognitionē in eis à principe obtinendis. Et non abs re dixit Innocen. in dicto.c.innouamus.& post eum Hostien. & Ioan. Andr. principem mortaliter peccare, si secus faciat.Et ratio huius colligi potest ex.l. finali.C.

de loca. prædio. ciuil. libro vndecimo. Nō enim vult princeps liberalitatem suam alteri nocere. l. secunda. §. merito. & . §. si quis à principe. ff. ne quid in loco public. fiat. Secundò, quoniam huiusmodi exactiones damnosæ sunt Reipublicæ: per eas negotiationes & mercata retardantur in Reipublicæ dispendium. Ideo lex illa tempore nundinarum exigi prohibet. l. vnica. C. de nundi. ibi, exigentur extra nundinas cum benignitate exigi debent. l. prima. C. de cōmer. & merca.

1078 † Et hac ratione prohibet nobiles exactores esse vectigalium, vt facilius sit emēdi & vendendi commercium. Et licet Bartolus in dicta. l. vnica. C. de superindicto. & Ioannes de Platea post eum, & idem Bartolus in. l. quarta. §. actor. ff. de re iudicata. & in. l. prima. §. primo. post glossam, in verbo, proconsul. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. Et omīa legistarum schola ferè ad id conueniat, vt vniuersitas collectam imponere possit sine principe. Non comperio legem ab eis allegatam quæ hoc dicat. In primis. l. tertia. ff. de alimentis & ciba. lega. recte loquitur de illis, quibus à pluribus alimenta debentur, qualiter exigi possint, in dicta. l. prima. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomi. dicitur vniuersitatem posse arcam vel bursam communem habere: similiter immunitatem nemini cōcedendam esse: sed legis & principis authoritate hoc fit. l. vectigalia. iuncta glossa in verbo, quæsierint. l. finali. C. de vectiga. & commis. l. vectigalia. C. noua vectig. impo. non pos. inquit illa lex,

1079 † Vectigalia noua nec decreto ciuitatum instituí possunt, vt probatur in legibus per eos allegatis. Et idem vniuersa Gallia obseruat. Nihil enim viritim exigi potest inconsulto principe, dicta. l. vectigalia. C. noua vectigalia imponi non pos. His addo quæ Felin. & alij notant in dicto capitulo, cum nobis. extra de præscriptio. præscriptionē illam tanti temporis non præiudicare principi, sed tantum his qui sponte pedagia & guidagia soluerunt. Nam & princeps ea reuocabit quandocunque tanquam Reipublic. obnoxia, sicuti aduersus plures in contradictorio iudicio obtentum est, qui similia guidagia supra fluuium Ligerim exigebant. Sola enim ea quæ pro Reipublicæ beneficio à principe imposita sunt, cum, vt suprà diximus, ad tuitionem populi totius've Reipubli. ordinata sunt, licet exigere. l. prima, & secunda. C. de immunitate nemini conceden. l. penultima, & finali. C. de exacto. tributo. l. vnica. C. de collati. dona. l. tertia & quarta. C. de anno. & tribu. libro decimo. §. publicorum. in authentica, de manda. principum. collatione tertia. l. omnium. & . l. ex præstatione. C. de vectiga. & commis. §. ad hoc. in authenti. de collator. collatione nona. l. interdum. §. licet. & . §. diui quoque. ff. de public. & vectigal. Alia supradicta sunt, quæ nō repeto. Secundò, nō præscribi ea quæ fisco pendi debent, per dictā. l. cōperit. C. de præscrip. triginta annorum.

1080 Quædam autem † iura sunt, quæ in principis sunt patrimonio: & istorum duo sunt genera. Quædam patrimonialia, quædā fiscalia. Nō nulla sunt propria principis, quæ priuata à lege vocantur. sed in regno nulla sunt istiusmodi: sed extra regnum aliqua sunt regis, qualia sunt regnum Neapolitanum, regnum Arragonū, Corsicum, Maioricarum, maioris & minoris insulæ (quæ baleares vocantur) ducatus Mediolani & Genuæ, ducatus Pedemontium, & alicuius partis ducatus Sabaudiæ omniúmve Allobrogum, comitatus Astensis: quorum omnium, si fortè per otiū licebit, iura singulariter declarabimus: sed istorum hic mentionem facere non intendimus.

1081 Ad patrimonialia diuertamus. † Patrimonialia quædam sunt ex maioribus regni feudis, qualia sunt ducatus, comitatus, marchionatus, castellaniæ maiores, seu castaldiæ, præsertim quæ limitaneæ sunt, seu limitrophæ. Et ista non possunt concedi à principe, neque post concessionem vllo vnquam tempore præscribi. l. finali. C. de fundis limitroph. libro vndecimo. & alijs suprà relatis. Et id duplici ratione. Prima, quoniā per earum distractionem regius status decolora retur. c. intellecto. extra de iureiuran. Plura alia scripsi in repetitione. l. donationes. C. de donatio. inter virum & vxorem. Secundò, quia pro beneficio totius Republic. & ad tuitionem regni propria regis sunt, & regiæ dignitati cohærent, sicuti suprà docuimūs, post Lucam de Penna, in. l. quicūque desertū. C. de omni agro deserto. Alioqui si id liceret minutatim alienare successores in regno facillime facto suorum antecessorum absque vllo territorio essent. quod, quàm Republic. perniciosum esset, nemo non nouit. Facit in argumentum. l. si libertus. ff. de iure patronatus. dum de liberto loquitur, qui minutatim procurat se minorem centenario facere, vt patronum sua legitima portione fraudare possit. & . l. tertia. in principio. ff. de alimentis & cibarijs lega. cap. ex transmissa. extra de præscriptionib. quoniam nihil tam magnum est, quin per partes diuisum fiat quasi nihil, inquit glossa, in. §. primo. in verbo sufficere. in authentica, vt iudices sine quoquo suffragio. collatione secunda. cuius memini in repetitione authenticæ, ex causa. C. de liberis præteritis, vel exhæredatis. in principio. Et idem tenet Bartolus in. l. tertia. §. prohibere. ff. quod vi aut clam. Alia plura dixi in dicta. l. donationes. similiter & Lucas de Penna alia cumulat in dicta. l. quicunque desertum. per rationem. c. mouemus. xvij. quæstione secūda. ibi, ne ecclesia Dei ad nihilum redigatur.

1082 † sic ne regnum propter huiusmodi alienationes ad nihilum redigatur, huiusmodi alienationes fieri non possunt. Et hac ratione successores in regno illas reuocant. Et dicit glossa, & Hostiens.

ftienf. poft eam in dicto capitulo, ex tranfmiffa.
extra de præfcriptionibus. Ne fruftatim Lupus
comedat agnum. Ego hoc gloff. & Hoftienf. di-
ctum fanè intelligo & declaro, id eft, hoftis aut
inimicus regni, fi regnum tam debile effet per
huiufmodi alienationes fruftatim regnum diri-
piat, quia fortè refiftentem fortem non inueni-
ret, ficut in Euangelio legimus Lucæ vndecimo.
Si fortis armatus cuftodit atrium fuum, in pace
funt omnia quæ pofsidet. Si autem fortior eo fu
perueniat, diripit omnia, & in manu fua omnia
cõftituit. Et alibi legitur, Qui ædificare domum
defiderat, omnia tigna, cæmenta, lapides, & alia
quæ ad ædificium neceffaria funt, comparare
debet: quæ fine pecunia fieri non poffunt: Cùm
pecunia fere omnium agendorum inftrumẽtum
fit, vt Vegetius inquit, de difciplina militari.
Nec foluendo effe dicatur, qui pecunias ad ma-
nus non habet, vt foleo dicere per. l. fi feruus. ff.
de noxali. actionib. &. l. tutor. §. cùm haberes.
ff. ad Velleianum. Ifta occasione coguntur ple-
runque principes fuperindicta imponere & exi-
gere, vt inquit Lucas de Pen. in dicta. l. quicun-
que defertum. cuius fuprà meminimus. Idem in
fundis limitrophis. l. final. C. de fund. limitroph.
libro vndecimo. dicta. l. omnes. Neque obftat
l. iubemus. C. de fundis patrimonia. libro vnde-
cimo. quoniam in ea conceffio principis præcef-
ferat. fimiliter in. l. fina. C. de fund. rei priua. eo-
1083 dem titulo. † Et illæ concefsiones fiunt faluo
canone, qui aduerfus principem præfcribi non
poteft, vt fuperius oftendimus per dictam. l. pri-
mam. ibi, dummodo fuis quibufcunque tempo-
ribus ea quæ fifco penfitanda funt repræfentare
cogatur. l. fundi. ibi, ita tamen vt ea quæ in no-
ftra poffefsione pofiti præftiterunt, in pofterum
diffoluant. C. de fund. patrimo. libro vndecimo.
Idem in. l. venditor. §. fi conftat. ff. communia
prædiorum. ibi, non aliter hoc faciat, nifi prius
folitum falarium pro hoc domino præftet. &
glof. addit, decimam domino, & decimam fifco
foluat, vt in. l. cuncti. C. de metal. libro vndeci-
mo. ficut in vectigalibus dicitur quandoq; octa-
ua foluatur. l. ex præftatione. C. de commerc. &
mercato. & quandoque duæ tertiæ partes. l. fin.
eodem titulo. Et iudices circa exactionem negli
gentes grauiter plectantur in. l. placet. C. de ex-
cufationi. munerum. libro decimo. l. finali. C. de
Fabricenf. eodem libro. Et fi fecus factum erit,
vult imperator reuocari non obftante quacunq;
temporis præfcriptione, in. l. ius emphyteutici.
ibi, poffefsionem autem quæ fine obligatione
fpeciali fuerit vitiofa, vetuftate temporis nolu-
mus adiuuari in fundis limitrophis. dicit text. in
l. omnes. eodem titulo. C. de fund. patrimo. ibi,
ad ius priftinum fine vllius affertionis reuocen-
tur obftaculo. Idem in. l. finali. C. de fundis limi-
troph. eodem libro. Ibi, & fi ab alijs pofsidentur
cuiuslibet fpatij temporis præfcriptione ceffante
ab vniuerfis detentoribus vendicandos. l. præ-
1084 fcriptio. C. de oper. publi. Inquit illa lex, † præ
fcriptio temporis iuri publico non debet obfifte
re, fed nec refcripta quidem antiqua. l. prima. C.
ne rei domi. vel templo. ibi, omni temporis diffi-
nitione fummota noftro patrimonio reddantur
l. viam publicam. ff. de via publica. l. fi quis con-
fortium. C. de Fabricenf. libro vndecimo. ibi, ita
vt nulla eum nec temporis nec ftipẽdiorum præ
rogatiua defendat. & glof. quam ad id foleo in-
ducere in. l. longe. ff. de mortuo inferend. Idem
tenet Anton. de Butrio, & fere omnes Canoni-
ftæ poft eum in capitu. cùm contingat. extra de
foro competenti. Idem Anton. in capitu. perue-
nit. extra de cenfi. & in capi. cum nobis. cap. cum
non liceat. & in capi. cum ex officij. extra de præ
fcript. Barto. in dicta. l. tertia. §. planè. ff. quod vi
aut clam. Roma. in. l. prima. §. deniq;. ff. de aqua
pluuia arcen. Et pauci funt qui ab hac opinione
difcedant. Et vt Felin. & alij in dicto capit. cum
nobis. volunt fortius hoc procedere in re princi
pis quàm in iuribus corporalibus, quæ abfque
domini fcientia & patientia pofsideri non pof-
funt, neque præfcribi. l. fecunda. C. de feruitu. &
aqua. &. l. feruitutes. ff. de feruitu. quanto minus
1085 † in re principis, quæ fine iuffu eius teneri aut
occupari non poteft, dicta. l. prima. ff. de officio
procurato. Cæfar. & alijs fuprà notatis. Et dum
hæc quæftio fæpifsime contingeret fuper con-
cefsionibus in emphyteufim aliquando factis de
rebus patrimonialibus feu dominicis principis
(vulgus domaniales vocat,) per præfectos æra-
rij feu rationum principis (magiftros computo-
rum appellant) an de iure valeant, & fub ipfius
tituli colore præfcribi pofsint. Idem de nonnul-
lis factis à præfectis fufceptorum feu actorum
vel memoralium, aut exactorum publicorum
thefaurarios feu thefauro regis præfectos appel
lant, qui rei dominicæ curam habent. Pariter a-
liquibus à vicarijs præfidum prouinciarum loca
tenentes balliuorum vocitamus factis, & multis
ac multis & penè infinitis à præfectis nemorum
feu foreftarum aut eorum vicarijs feu commif-
fis, qui pafsim, & abfque delectu vfus & alia ple
raque iura in ipfis nemoribus, non dixerim con-
cefferunt, fed, vt inquit lex Baphij. C. de murile-
gulis. libro vndecimo. admixta temeratio nimi-
um inquinatæ alluuionis venali procuratorum
& officialium regiorum, non dicam conniuen-
tia, fed confenfu & authoritate tradiderunt, feu
verius vendiderunt, vt inquit lex prima. C. de
fundis & faltibus rei dominicæ. libro vndecimo.
& lege, fi quos fpontaneos. C. de decurionibus.
libro decimo. ibi, non expectandum effe con-
fenfum pro tempore viri fpectabilis auguftalis,
qui fit plerunq; venalis: fed vtriufq; partis fuffi-
cere voluntatem, vt incipiat functio &c. Omitti-
tur. l. venales. C. quando prouocare non eft ne-
ceffe. vel vt ait. l. placet. in fin. C. de excufationi.

muner. libro decimo. gratiosa conniuentia, vel
ignobili dissimulatione, vel etiam aperta fraude
vel gratia. l. si minori pretio. C. de iure fisci. libro
1086 decimo. † quanuis forte non accepta pecunia,
sed nimia gratia collata, vt in. l. si quis pecuniam.
in principio. ff. si quis omissa causa testamen. vel,
vt inquit. l. denuntiasse. §. finali. ff. ad legem Iu-
liam de adulterijs. vel gratia, vel iustitia, vel le-
gis beneficio, vel argumentis, aut falsis testibus
subornatis alienationes rerum patrimonialium
principis, vel præcipiti animo, vt inquit. l. prima.
C. si aduers. fiscum. fecerunt, sicut plane in omni
bus compertum est, vel in perpetuam emphy-
teusim concesserunt, non seruatis, sed omnino
prætermissis hastarum solennitatibus, etiam vbi
à principe iussionem habuerãt, iuxta. l. primam.
&. l. duplex. C. de fide instrumentorum, & iure
hastæ fiscal. libro decimo. Vel ius cædendi ligna
in nemoribus principis, vel ius pascendi in pa-
scuis publicis, vel coquendæ calcis, vel piscandi
in publicis fluminibus, & id genus seruitutum
cum his commentitijs concessionibus, quorum
possessores & nemorum incolæ obtinuerũt abs-
que vllo alio principis consensu supra quadra-
ginta aut quinquaginta vel centum annos pos-
sederũt: an istiusmodi concessiones causam præ-
buerint præscribendi quadraginta vel centũ an-
nis, vel tanto tempore, cuius initij non extat me-
moria. quod plerisque placuit authoritate con-
suetudinis, quæ vult omnes res præscribi posse
quadraginta annis, etiam aduersus principem,
sicuti aiunt, vel ecclesiam: quantuncunque alius
articulus sit consuetudinis, cuius suprà mentio-
nem fecimus, quo cõtinetur, nullo tempore pos-
sessorem iuuari præscriptione aduersus domi-
num, nisi dominus consenserit: neque sufficiat
procuratoris aut syndici vel iudicis seu officialis
1087 consensus. † & ea possessio quæ conniuentia
vel consensu procuratoris vel officialis obtenta
est à consuetudine ipsa furtiua nuncupatur, quæ
præscriptionem impediat. Et ratio illius consue
tudinis clara est & aperta in dicta. l. probibere.
§. plane. ff. quod vi aut clam. quoniam, inquit il-
la lex, & si locorum publicorum procuratio da-
ta est, concessio tamen data non est. Et sequitur
in eodem textu, hoc ita verum est, si modo non
lex municipalis procuratori Reipublicæ ampli-
us concedat. Vbi igitur lex municipalis non cõ-
cedit, imò expresse prohibeat, & si secus factum
erit furtiuam possessionem esse ait, quomodo
igitur huiusmodi præscriptiõe gaudere possunt,
qui adhuc possidere non cœperunt possessione
habili ad præscribendum, vt suprà ex multis &
legibus & authoritatibus docuimus? Nam con-
suetudo fortioribus neque amplioribus termi-
nis vtitur, quàm lex, sicut. & lex, omnes. C. de
præscriptio. triginta annorum. l. finali. C. de edi-
cto diui Adriani tollend. & aliæ pleræque leges
imperatorum, quarum suprà mentionẽ fecimus.
1088 † Et licet dicant dominia rerum in hypotheca-
rijs quadraginta annis acquiri, & in personali-
bus triginta annis, plenissimáque securitate mu-
nitos, qui triginta vel quadraginta annis præscri
pserunt: tamen lex semper considerauit tempus
quo præscriptio incipere debeat, vt suprà dixi-
mus ex. l. prima. & authentica, nisi tricennale. C.
de bonis maternis. & l. prima. §. finali. C. de an-
nali exceptione. & alijs legibus suprà comme-
moratis. & alias leges tradit Accurs. in dicta. l.
sicut. vt non sit habenda ratio temporis seu diei
illarum concessionum seu contractuum, neque
temporis quo cœperunt in vim talium contra-
ctuum vel concessionum vti, sed quo iure, & le-
gis permissione vti potuerunt: quoniam vitiosa
possessio nullam præscribendi causam præber,
etiam si non vitiosæ possessioni accedat, vt di-
ctum est per. l. vitia. C. de acquirenda possessio.
&. l. Pomponius. §. fina. ff. de acquirenda posses.
Oportet enim vitium purgari priusquam inci-
piat. l. sequitur. §. tunc in potestatem. &. §. si tuvi.
1089 ff. de vsucapio. † Secundò non potest dici ex
scientia domini cum omnino contra proprium
sacramentum quod principi debẽt hæc faciunt,
quia nihil inconsulto principe & eo iubente, &
expresse concedente facere possunt, & si quid
eorum quæ commoditatem eius concernunt, co
gnouerint, aut intellexerint, statim reuelare de-
bent, & prohibere, ne quid secus fiat: quia illa
sex regi debentur, quæ explicantur in capitulo
vnico. de forma fidelita. & capitu. vnico, de no-
ua forma fideli. pater in toto titulo, iusiurandum
quod præstatur ab his. & in toto titulo, scriptum
est exemplar. in authent. collatio. secunda. quod
sine iussu principis non possunt, dictum est per
l. primam. ff. de officio procuraro. Cæsaris. ibi, si
rem Cæsaris procurator eius quasi rem propri-
am tradat, non puto eum dominium transferre.
tunc enim transfert, cùm negotium Cæsaris ge-
rens consensu eius tradit. & quæso nota illa ver-
ba, quasi rem propriam. contra regis officiales,
de quibus mox fiet sermo, qui de rebus princi-
pis, non dixerim vt de suis, sed de prorsus abie-
ctis & ab omnibus neglectis non ita negligen-
ter & perperam disponerent, quemadmodum
de rebus principis contrahunt, seu (vt verius di-
cam) contractant vt rerum euentus indicauit, in
quo dolus cognoscitur & palpatur. l. quod Ner
ua. ff. depositi. capitu. bona fides. extra de depo-
siro. quia in re priuati non sustinetur. l. si cùm do
tem. §. si maritus. ff. soluto matrimonio. quanto
minus in regis officialibus tolerandum est. l. vni
ca. C. de locato & conducto rei domin. libro vn-
decimo. ibi, ne eos inconsultæ pertinaciæ sero
pœniteat. grauior enim pœna constituenda in
hos qui nostri iuris sunt, & nostra debent cu-
stodire mandata. Et consideretur quæso quid
in eadem lege prima. ff. de officio procurato-
ris Cæsaris. sequitur. denique si venditionis vel
transf

transactionis vel donationis causa quid agat, nihil agit. † Non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est. & dicta.l. prohibere. §.planè. ff.quod vi aut clam. Et hoc mirum non est, quoniam nec procuratori priuati sine speciali mandato alienare licet, nec quicquam aliud gerere per quod causa domini deterior fieri possit. l.mandato. &.l. procurator cui totorum. ff.de procuratoribus.capitu.finali. de officio vicarij.libro sexto. quanto magis in procuratore fisci vel principis dicendum est, cùm non concessio, sed procuratio tantum data est, dicta.l.prohibere. §.planè. ff.quod vi aut clam. capitu.primo. de consuetudin.recti feudi. collatione.x.ibi, præsente & non contradicente. Ex quo apertè probatur in huiusmodi alienationibus rerum priuatarum scientiam domini seu præsentiam cum non contradictione seu patientia debere simul concurrere: multo magis in re fisci vel principis dicendum est.

Consideremus itaque quid imperator in dicta.l. prima. C.de fund. & salti.rei domin.libro vndecimo. aduersus huiusmodi venales officiales seu procuratores & temerarios ausores & vsurpatores qui in saltibus & pascuis publicis similia attentare nō dubitant, statuat. Dicit enim, Eos grauissimo iubemus supplicio subiacere. & in.l.secunda. C.de pascuis publicis & priua.eod.

1091 libro. † aduersus eos, qui circa pascua principis perperam versantur, ait, Vt vniuersi cognoscant de emolumentis eorum tuiq; officij facultatibus duodecim libras auri fisci commodis exigēdas, si quisquam posthac memorata prata mutilare tentauerit, non minore decernenda pœna; si etiam prata priuatorum Antiochenorum fuerint deuastata. & illa lex pro pratis publicis & amœnis pascuis specialiter facta est, vt in capite legis videri potest, quæ sic incipit, insignis authoritas tua hac cōditione à publicis pratis ac amœnis pascuis &c. Et in.l.prima eiusdem tituli, dat formam quam in eis locandis seruari desiderat. Non eam, inquit, licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates, sed eam manere decernet, quam statuit antiquitas. Et sic non defunctoriè licitationes fieri debent, sed exactè, vt in. l.prima & secunda. C.de fide instrumentorum, & iure hastæ fiscal. libro decimo. Et vltra quàm in eis dicatur, videamus quid circa eas lex disponat in. l. licitatio. §. earum. versicu.quod si præstari. ff.de publican.& vectig. Quod si præstari, inquit, consuetum est, & indulgentia publicanus omiserat, alius exercere non prohibetur.

Ad præcedentium confirmationem hic communes iuris regulæ repeti possent, quæ de his tractant, in quibus iussus vel consensus seu mandatum interuenire debet: quæ cùm triuiales sint, consultò eas omitto.de quibus per Bart. & Modern.in.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquirenda hæreditate. quas aliquando pleno stylo examinaui: illas hic non transcribam. Quæ autem prius de his quæ per vim aut furtiuè occupata sunt suprà diximus, quomodo & quando reuocari possint, scripsimus etiam in tractatu.similiter in.l. donationes. columna.xij. in decimo fundamento. C.de donatio.inter virum & vxo-

1092 rem. † Quare in his diligentius attendi debet quàm in rebus priuatorum: quoniam hæc non tantum principis bona sunt, sed & Reipublicæ certis vsibus destinata & maxime publicis. Quid plura? videamus quid vlterius circa illas res principis ius disponat. vult enim vt si is qui possidet titulo à procuratore tantum habito, pretium aliquod pro consequutione rei dederit, vel impensas circa rem fecerit, vt pretium & impensas etiam circa rem factas amittat. l.nemo. C.de fund. rei priua. libro vndecimo. siue quòd in illa lege Fructuum legas, siue Fructum. l. quemadmodum.C.de agricolis & censitis. eodem libro. & l.prima.in fine. C.de prædi.decurio. sine decre. non alienand.libro vndecimo.l.fina. in princip. C.de litigio.l.prima.ad fin.C.de præscrip.triginta annorum. Idem in rebus ecclesiæ. §.quia vero Leonis. in authent. de non alienan.rebus eccles. ibi, cadat quidem mox pretio. excipiūtur hi qui aut bona fide & ignorantia vel specialiter sibi cauerunt: quia à venditore repetunt.l.finali. in fine. C. de fund. limitroph. libro vndecimo. §.sicut autem damnosas. in authentica, de non alienand.rebus eccles. collatio.secunda. capitu.primo.de prohib.feud.aliena.per Frideri.capi.primo.de natura feudi.collatio.x.dicta.l.fina.C.de litigios. l.si fundum. C. de euictionibus. l.apud Iulianum. §.item Labeo. ff.de exceptio.doli.de quo per Bald. in.l.mancipia. C.de seruis fugiti. & pretium acquiretur fisco, dicta.l.fina.C.de litigio.l.aufertur.in princip. ff.de iure fisci. & dicta.l.prima. C. de præscript. triginta annorum. Idem tenet glos.in dicta.l.si minori pretio. C.de iure fisci. & Ioan.de Platea in dicta.l.prima. C. de præd.decurio.libro decimo.

1093 Datur autem † facultàs à lege ipsi venditori rem alienatam reuocare, dicta lege, quemadmodum.C.de agricolis & censitis. libro vndecimo. Et idem per illum textum glossa sentit in. §. primo. in verbo, œconomo. in authentica, de non alienandis rebus ecclesiast. collatione prima. & in lege, iubemus. §.sane. versiculo, œconomus. in verbo, œconomis. C.de sacrosanctis ecclesijs. & in capitulo, si quis presbyterorum. in verbo, alienata. ibi, præterea alienator. extra de rebus ecclesiæ non alienand. glossa in lege, si procurator. ff. de exceptione doli. Licet in hoc dubitauerit Nicola.Spinel. in lege, si minori pretio. C. de iure fisci. libro decimo. post Iacobum de Bello visu in dicto. §.primo. in authentica, de non alienandis rebus ecclesiasticis. motus duobus aut tribus, quorum gloss. in locis prædictis

meminit. Primò, quòd suspectus est qui vendi-
dit. Secundò, quòd de euictione conueniri po-
test. Tertiò, quòd videtur obstare dictus. §. pri-
mus. versicu. vult enim. in authenti. de non alie-
nandis rebus eccles. collatio. secunda. sed his o-
mnibus respondet vnico verbo gloss. in dicta. l.
si procurator. similiter glos. in dicto capi. si quis
presbyterorum. Licet nō ita clare, dum ait, Præ-
terea alienator potest repetere, vt hic dicitur, de-
1094 clara apertius. Nam in illo tex. † dicitur omni-
bus clericis ius illud repetendi competere, & ad
id posse agere, in his verbis, sed & licet quibus-
cunque personis ecclesiasticis. Is enim qui ven-
didit ex personis est ecclesiasticis. quare vt illic
inquit Bernard. sicut & alij ad id inuitantur, sic
& ipse, sed quomodo hoc fiet, declarat text. in. l.
si paterfamiliâs. §. primo. ff. de adoptionibus. ibi,
facit enim quasi quilibet, & non quasi auus: si-
militer facit non tanquam ipse, sed tanquam qui
libet alius potestatem habens reuocandi. Addo
Paul. de Cast. in. l. debitor. ff. de pignora. actio.
Si tamen colluderet faciliter prohiberi posset à
iudice, quia propter eum alij non prohibentur
reuocare, dicto. §. primo. in authentica, de non
alienand. Et idem tenet Cin. in. l. vnica. §. & cùm
lex. C. de rei vxor. actione. cuius opinionem se-
quitur Bartol. in. l. cùm vir. ff. de vsucapionib.
1095 ad similitudinem † mariti, qui rem dotalem à se
alienatam reuocat: quia lex, inquit, contractui
resistit, etiam si de consensu mulieris fiat, per il-
lum textum. l. si mulier. C. ad Velleianum. l. pri-
ma. C. de fundis dotalibus. l. si fundum. ff. de fun
dis dotalibus. &. §. finali. in authentica, vt immo
bil. antenupt. donatio. collatio. quinta. Et id in
fauorem mulieris, licet maritus in suis rebus em-
ptori respondere debeat, dicto. §. finali. ibi, &
ipsos viros in alijs eorum rebus obligari volu-
mus occasione alienationis vel hypothecæ. Et
ad id pro dicto Cini pondero textum dicti. §. fi-
na. ibi, Et hoc dicimus, non solum parcentes mu
lieribus, sed multo potius viris talia facientibus.
& ibi, Et rursus remanent apud substantiam vi-
ri eius que successionem. & sequitur in eodem,
Ideóque vtilis est lex vxori et marito, secundum
has satisdationes, id est, inquit Accursius, & re-
cte secundum has cautelas, quas dedimus mu-
lieribus vt possint vendicare res prædictas. Mul
to magis regi seu principi licet reuocare per su-
pra dictas leges, quæ vlterius pœnas iudicibus
imponunt, vt superius docuimus. Adde circa
id Innocent. in capitulo, bonæ. extra de postula-
tione prælatorum. Et quod notat Baldus in. l.
vnica. per illum textum. C. de sentent. aduers. fi-
1096 scum latis. libro decimo. † si per præuaricatio-
nem aduocati vel procuratoris regis sententia
aduersus fiscum lata est, nulla est ipso iure. &
sufficit de huiusmodi præuaricatione docere, cū
statim subintret legis sententia, vt inquit lex pri-
ma. §. primo. ff. ad Turpillianum. quoniam sen-
tentia quæ per præuaricationem procuratoris
vel aduocati fiscalis aduersus fiscum profertur,
nunquam in rem iudicatam transit, dicta. l. vni-
ca. C. de sententijs aduersus fiscum latis. ibi, si
præuaricatio arguatur, vel manifesta fraus pro-
betur. Idem in. l. prima. C. de aduoca. diuers. iu-
dic. vbi fortius in priuato, ait ille textus, atque
ita de principali causa denuo quæretur. Et po-
tiori ratione in fisco dicendum est. l. imperato-
res. in fine. ff. de iure fisci. Obtinendum est, in-
quit ille textus, vt hi quibus negotia fiscalia mo-
uentur, ad defensionem causæ bona fide veni-
ant, non aduersarios aut iudices redimere ten-
tent. l. in fisci. ff. eodem. de iure fisci. quos illa
lex pro confessis haberi vult, etiam si modicum
pretium tantum dederint. Neque arbitretur
quis pœnam esse, vt inquit lex, eius qui delato-
rem. §. primo. ff. eodem. de iure fisci. ibi, mor-
tuus corruptor non efficiet quo minus agi pos-
sit atque retractari causa. Hæc enim non pœ-
1097 næ, sed causæ restitutio est. † Idem si senten-
tia patrono fisci non legitimæ audito aduersus
fiscum lata est. l. tertia. §. multa. versicu. diuus.
&. l. si fiscus alicui. ff. de iure fisci. l. finali. C. de
aduoca. fisci. quoniam per illos text. ex integro
cognoscetur, ne sit fiscus indefensus. Et ad pe-
tendam huiusmodi retractationem duæ viæ pa-
tent: vna per viam actionis seu querelæ vel ac-
cusationis. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi-
cijs. & dicta. l. prima. in verbo, accusationem.
C. de aduocat. diuersorum iudicum. alia per vi-
am exceptionis nullitatis, vt in. l. is qui in pote-
state. vbi per Bartolum. ff. de legatis præstand.
Allegat ad id legem primam. C. de ordine iudi-
cior. & idem per illum textum. tenet Paulus de
Castro in. l. filio præterito. secunda columna. ff.
de iniusto, rupto, & irrito testamento. Et Bald.
in. l. posthumo. C. de bonorum possessione con
tra tabulas. & modus erit auocandi rem sic alie-
natam, vt inquit. §. primus. in authentic. de non
alienandis rebus ecclesiast. & dicta. l. filio præ-
terito. in verbo, auocet. & si de sententia vel hu-
iusmodi venalitijs contractibus vel tam ignobi-
li conniuentia opponatur, vt suprà dictum est,
per legem, placet. C. de excusatio. munerum. li-
bro decimo. excipietur de nullitate, quæ per-
petua erit. l. purè. §. finali. ff. de exceptione doli.
Et hoc pulchrè declarat Baldus in dicta. l. vni-
ca. C. de sententijs aduersus fiscum latis. Et Lu-
cas de Pen. in dicta. l. si minori. C. de iure fisci. li-
bro decimo. quia omnia ex fide cum fisco agi
debent. l. secunda. C. ne fisc. rem quam vendi.
euincat. libro decimo. Nec videtur esse in fisco
speciale, quoniam in priuato idem obtinet. l. pri
ma. §. finali. ff. ad Tertullianum. ibi, quod ait
senatus, quæ iudicata transacta finita ve sunt, ra-
ta maneant. Ita intelligendum est, inquit ille
1098 textus, vt † iudicata debeamus accipere ab eo
cui iudicandi ius fuerit, transacta, scilicet bona

fide

fide, vt valeat transactio finita silentio. l. quar-
ta.§.condemnatum. ff.de re iudicata. l. secunda.
§.finali. ff.de pœnis. Sed ad hoc vt silentio lon-
go præiudicare possit, an ergo sufficiet officia-
lis regis consensus etiam expressus, clarum est
ex prædictis non sufficere, cùm ex integro co-
gnosci debeat, & eos qui consentiunt puniri.
Sed vltra quàm suprà dictum sit, vt tollatur o-
mnis illa coniectutata præsumptio, quam hi qui
secus sentiunt opinantur, vt de iure non opere-
tur, nisi expresse principi denunciata sit. Ego
do tibi casum qui non potest calumniari in.l.fi-
nali. C. de bonis vacantibus. libro decimo. in
his verbis, vt eorum instantia præses prouinciæ
præsente fisci patrono diligenter inquirat, cu-
ius vacans, cadensq; fuerit patrimonium, quan-
tùmque vel quale videatur, vt cum data decla-
mandi copia nullum id iure possidere vel vaca-
re constiterit, locumque ærario factum esse,
tam ipsius relatione, quàm publicorum moni-
mentorum fide constiterit, rerum nobis notitia
intimetur, vt iussu nostro vacantia, vel aliæ res
nomine occupentur ærarij. Quæ formà etiam
in parte bonorum vel in vna altera vere, seu a-
ctione vna vel etiam pluribus seruetur. Et in vl-
timo responso omittentibus hanc formam in di-
spendium ærarij per fraudem in pœnam missis
executoribus indignationem iudicibus & par-
tis dimidiæ bonorum ademptionem patrono fi-
sci detrimenti fisci restitutionem & resartionem
imponit. Ponderet igitur quæso vnusquisque
verba illius legis, an sufficiat præsumpta prin-
cipis scientia, dum ait, tam ipsius relatione quàm
publicorum monimentorum fide constiterit, re-
rum nobis notitia intimetur. Et sic considera,
quid verbum, intimetur, operari debeat, &
quod principi intimatio fiat. Cui ego addo ali-
um textum, cuius hactenus non memini in.l.au-
fertur.§. seruus. ff. de iure fisci. inquit enim ille
1099 text. † Seruus Cæsaris, si iussu procuratoris
adijt hæreditatem, Cæsari volenti acquirit. Nisi
ergo princeps se velle declarauerit, quicquid
iussu procuratoris actum erit, nihil erit, in. l.
nemo. in fine. C. de re militari. libro duodeci-
mo. ibi, donec de his clementiæ nostræ intime-
tur, & quid fieri oporteat decernamus. Suprà
induxi.l.cùm scimus. C. de agricolis & censitis.
libro vndecimo. & legem primam. C.de requi-
rendis reis. vt demonstretur quæ & qualis sit
vis huius verbi, intimetur. Nunc consideran-
dum est, postquam hanc formam lex dat circa
huiusmodi alienationes, vt bona fide fiant, di-
cta lege prima. in verbo, bona fide. C.ne fiscus
rem quam vendi. euincat. Secundò, quòd for-
miter & cum iuris solennitate fiat, vt suprà di-
ximus, per legem primam. C. de pasc.publicis.
legem secundam & finalem. C. de prædi.decu-
rionum.legem primam & secundam. C. de fide
instrumentorum & iure hastæ fiscal. Neque suf-
ficit quòd perfunctoriè fiat, sicuti solent ciuita-
tes facere, inquit illa lex prima. C. de pascuis pu-
blicis & priuatis. ibi, non eam licitationis neces-
sitatem patiatur inferri, quam repētinam faciunt
ciuitates. Hic cumulari possent disputationes
in iure frequentes circa obseruantiam solenni-
tatum, quarum omissione actus redditur nul-
lus. l. cùm hi. §. si prætor aditur. ff. de transa-
ctionibus. in. l. prolatam. C. de sententijs & in-
terlocutionibus omnium iudicum. in. l. magis
puto. ff. de rebus eorum, qui sub tutela vel cura
sunt. in. l.secunda. &. l. si quidem. C. de præ-
dijs minorum sine decreto non alienandis. in. l.
prima. C. si aduersus fiscum. l. finali. C.de ven-
dendis rebus ciuitatis. libro vndecimo. Tanta
enim est copia locorum, vbi hæc triuialia trà-
ctantur, vt neoterici nihil potius habeant, dum
hæc attingunt. Inter multa sufficiant hæc pau-
ca. satis mihi est ex legibus prædictis, quæ for-
miter casum nostræ disputationis diffiniunt, con-
1100 clusionem nostram confirmare. † Et quod ea
quæ ab huiusmodi officialibus gesta sunt, vel
etiam à priuatis absque officialium regis opera
vel consensu, conniuentia forsan gratiosa, aut
quauis alia simili via, sicuti suprà docuimus, ad
præscriptionem propter legis resistentiam non
sufficiant: cùm absque causa possessionis habi-
lis seu validæ initium præscriptioni præbere nō
possint. Vltra quàm suprà dictum sit, conside-
randum esse puto, præsertim in hoc regno, vbi,
quadam nescio conniuentia, regis officiales to-
lerantur contra iuris communis dispositionem
stipendia à priuatis recipere, cùm non sint illis à
principe conuenientia salaria ordinata: quo fit
vt iura regis facilius negligantur, & sæpius ve-
nali aut aliter inquinata gratia seu consensu ip-
sorum occupentur. Cuius causæ imperator men
tionem fecit in dicta. l. si quos, C. de decurioni-
bus. libro decimo. dum, vt suprà diximus, ait,
non expectandum esse consensum pro tempo-
re viri spectabilis augustalis, qui sit plerunque
venalis: sed vtriusque partis sufficere volunta-
tem, vt incipiat functio quam nullus incusat &c.
1101 † Ob id enim dico de iure non sufficere illorum
consensum etiam expressum: cùm in eis sit de iu-
re necessaria certa principis scientia, & etiam
quod principi intimatio fiat, vt facilius sibi &
Reipublicæ & fisco suo habito suorum proce-
rum consilio prouideat, iuxta legem, humanum.
C. de legibus. Et maxime cum rex occupatus
circa graues regni curas non possit omnibus in-
teresse, neque illorum curam habere, vt supe-
rius annotauimus, per. l. magistros. C. de profes-
soribus & medic. libro decimo. ibi, Sed quia sin-
gulis ciuitatibus adesse ipse non possum, iubeo
quisquis docere vult, non repente nec temere
prosiliat ad hoc munus, &c.

Secundò si id locū obtineret, potior esset con
ditio & potestas officialium regiorum, quàm

ipsius regis, quę omnes vno ore profitentur non
posse res dominicas & patrimoniales alienare,
lege regia obstante, & iuramento, quod solet à
principe præstari dum regia insignia in corona-
tione suscipit, quod de iure remitti non potest,
etiam si in faciendis ipsis alienationibus iuramē-
tum interueniat. capitu. tua. & capitu. intellecto.
1102 extra de iureiurando. † Imò plus, vbi ex causa à
principe alienatio fieri contigit, oportet eam in
diplomate exprimere, vt intelligatur an necessa-
ria sit, demum cū causæ cognitione in curijs par-
lamentorum & magistrorum rationalium lau-
detur, & in registris inserantur huiusmodi alie-
nationibus sic, vt præmittitur, factis, clausula ap
poni solet quòd restituto quandocunque pretio
à principe soluto ab eodem principe vel suo suc-
cessore retractari & reuocari possint. Quo fit vt
nullo quocunque post tempore emptores præ-
scribere possint. Et si qui sint qui alio titulo seu
concessione à principe obtineant vel illas possi-
deant, non iuuat possessores huiusmodi posses-
sio. Et tamen si vera esset illorum opinio, potior
erit titulus, qui ab huiusmodi officialibus furti-
uè & clandestinè & venalitio seu gratuito con-
tractu habitus erit, & in quo nulla forma serua-
ta erit, neque super eo iudicis decretum interue-
nit, & non tantum dixerim inscio rege, imò con-
tra expressam regis voluntatem factus erit, quā-
tum à ratione & iure alienum sit, nemo non in-
telligit, eo magis quòd officiales ipsi vltra de-
bitum subiectionis officium, quod principi de-
bent, alio strictiori vinculo principi obligan-
tur, quia principi iurant puram conscientiam
syncerúmque seruitium se principi seruaturos,
totóque commissæ administrationis tempore o-
mnem laborem ac sudorem cum fauore, sine do-
lo & arte quacunque suscipere commissam sibi
administrationem, & nullo tempore aut modo
illi aduersari, neque alium permittere quantam
possibilitatem habebit. quæ iuramenti forma
posita est in. §. primo. in authentica, iusiurandum
quod præstatur ab his. l. rem non nouam. C. de
iudicijs. Et idem notat gloss. in dicta. l. finali. C.
de vendendis rebus ciuitatis. libro vndecimo.
1103 † Quid vlterius? Imperator non tantum res su-
as sed & ciuitatis Romanæ ex quacunque causa
quantumcunque necessaria & fauorabili, vtpo-
te pro murorum instauratione prohibet aliena-
re, nisi imperiali authoritate, & seruata forma il-
lic expressa. In inferioribus autem ciuitatibus
res suas alienare non permittit, nisi cum decreto
præsidis prouinciæ, & præcedente iuramento
omnium curialium honoratorum & possesso-
rum singulatim exquisito se circa huiusmodi a-
lienationem illam sententiam se daturos quam
suæ patriæ vtilem putarunt. & aliter factam alie-
nationem vult nullius esse momenti. Iuuatur hac
ratione. Nam res fisci vel principis alienata o-
missa forma & solennitate solitis in talibus ob-
seruari per legem mala fide alienata dicitur. l. pri
ma. vbi per gloss. & Bartol. & Ioan. de Platea.
C. de fide instrumentorum & iure hastæ fisca. li-
bro decimo. Cui adde. l. fina. C. noua vectig. im-
po, non poss. vbi per Bald.

Sed cum hic articulus non sit curiarum iudi-
cio omnino absolutus, licet plerosque audiui
istius opinionis esse, quadragenariam præscri-
ptionem ad summum centenariam sufficere. Et
qui illis non consentiunt, eam saltem admittunt,
quæ tanti temporis est, cuius initij non extat me-
moria: tametsi præcedentibus nunquam respon
sum fuisse intellexi. Quare vt cuicunque lecto-
ri occasionem diligentius legendi concedamus,
hæc quæ suprà scripsimus huic nostræ disputa-
tioni inserere non dubitauimus.

Illas autē opiniones quæ ad inducendam præ
1104 scriptionem declinant, † reperio per eosdēmet
iuris ciuilis scriptores limitatas, nisi forte medio
tempore per principem vel pontificem protesta-
tio aliqua facta fuerit, per quam demonstretur
contrariam esse pontificis vel principis volun-
tatem. Pro quibus induci potest. l. honores. §. fi-
nali. ff. de decurionibus. ibi, si contrariam volun-
tatem vel apud acta præsidis, vel apud ipsum or-
dinem, vel quo alio modo protestatus est, neque
alienationes per suos antecessores pontifices vel
principes factas confirmare: hoc casu, secundùm
eos, satis per hunc actum præscriptio interrupta
erit. Et in imperatore dicunt maxime procede-
re, quoniam prohibere non potuit imperator
quo minus Italiæ communitates iuribus impe-
rialibus vterentur: imò intelligere non potuit,
quomodo illis vsæ sint: quoniam Italiam à mul-
tis annis ingressus non est, vt effectualiter eas
cohibere posset. Ob id satis esse dicunt aut apud
papam protestari, vel actum facere, per quem
demonstretur, animum habere reuocandi op-
portunitate occurrente. Inducunt in argumen-
tum. l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. ff. ex qui-
bus caussis maiores. in his verbis, ait enim rescis-
sionem vsucapionis ita faciendam, vt hi dies re-
stituantur, quibus actor agere voluit, & inter-
uentu feriarum impeditus est. Sic sufficit impe-
ratorem actum facere, per quem demonstret se
agere voluisse. qui text. ad id per Felin. notatus
est in capitu. cùm non liceat. & in capit. ex trans-
missa. post Innocen. & Abba. in eodem capitu.
extra de præscript. Bartol. Alexan. & Modern.
in. l. si quis ipsi prætori. ff. de noui operis nuntia-
tione. Alber. in. l. senatus. ff. de officio præsidis.
1105 † Vbi si propter impedimentum agendorum à
iudice non potuit pars agere, non currit ei tem-
pus. Cui ego addo text. meliorem in. l. ij. §. con-
festim. ff. ad Tertullia. in his verbis, vbi primùm
potuit. id est, inquit ille tex. prætoris copiam ha-
buit, huic rei se dantis. & in. l. secunda. §. in bo-
norum possessione. ff. quis ordo in bonorum
possessio. seruetur. ibi, sed postulationibus non

dederit

dederit responsum? Potest dici tempus ad bono
rum possessionem non cedere: cùm præses alijs
rebus aut militaribus custodijs aut cognitioni-
bus fuerit occupatus.l.in senatusconsultum.§. si
propter mortem.in fi.ff.ad senatus. Turpil. dum
ait, qui post inscriptionem ante litem contesta-
tam vel anno, vel biennio agere non potuerunt
varijs præsidum occupationibus, vel etiam ciui-
lium officiorum necessitatibus destituti, in sena-
1106 tusconsultum non incidunt. † Et, secundũ eos,
sufficit vnicus actus interpellationis vel protesta
tionis vel alius actus æquipollens. Allegãt.l. Ti-
tia Seio.§. vsuras.ff. de leg.ij.l.mora. iuncta glo.
ff.de vsur. Vbiq; Bart.idem tenuit. Pro eis facit
l.pro hærede.in princi.in verbo, aliquid.ff.de ac
quiren.hæred. Et animus principis talis censen-
dus est, qualis ex sua declaratione demõstratur,
argumento.l.Labeo. ff.de suppellect.lega.l.re-
prehendenda. C.de institu.& substitu.sub cõdi.
fac. Et in principe id locum obtinet, cuius volun
tas constans & perpetua à lege iudicatur, in.l.iu-
risperitos.in princi.ff.de excusa.tutor. Et obiter
non pudebit recensere vnum quod singulare mi
hi visum est, & per curiam Rothomagensem se-
mel decisum est in quæstione facti, de pluribus à
rege ad idem beneficium præsentatis. Primus e-
nim præsentatus beneficium obtinuit, secundo
præsentato excluso, qui ab episcopo institutio-
nem prius obtinuerat: quia per illam primã præ
sentationem ius acquisitum erat primo præsenta
to ad beneficium, atque si à patrono ecclesiasti-
co præsentatus extitisset, iuxta cap. quod autem.
1107 &.c.cùm autem.extra de iure patro. † quamuis
cuicunque alteri patrono laico liceat ante primi
præsentati institutionem variare. sed in rege hoc
locum non obtinuit, per illum text. quia princi-
pis voluntas constans est & perpetua. Addo tex.
cum glos.in.§.ad hoc prohibemus. in verbo, da-
mus . in authentica, de collator. collatio. ix. Ad
institutum redeamus.

Sed, vt suprà diximus, nulli dubium est, reges
in iucundo aduentu diplomata expedire, qui-
bus mandatur curijs parlamentorum, & quibus-
cunque alijs inferioribus iudicibus, huiusmodi
alienationes reuocare, & reuocationem omniũ
alienationum ab omnibus suis antecessoribus fa
ctam insinuare & publicare, illásve reuocatiões
in monimentis publicis curiarum, & magistrorũ
rationalium, & omnium aliorum iudicum infe-
riorum regestrari, & sæpissime curiarum decre-
ta omnibus iudicibus, cuiuscunq; qualitatis sint,
diriguntur, quibus committitur, reuocationes il
las executioni demandare, iniecta manu regia.
Aliqui regi deuoti exequuntur: alij verò aut ne-
gligentia, aut cõniuentia procuratorum aut ad-
uocatorum regiorum aliorum denique officia-
lium, quibus mandata diriguntur aut dolo aut
salarij contemplatione, quod à plerisq; quotan-
nis accipiunt, negligunt, & omittunt. Vnde con
siderandum est, an hic actus vim habeat interru-
ptionis: cùm perpetua & constans principis vo-
luntas sit, nisi cõtrario edicto reuocet, argumen
to.l.si quis in principio testamẽti.de lega.iij. Co
piose per Feli.in.c.cæterum.&.c.ex parte. extra
de rescript. Et sit fortior aut potior eo cuius In-
noc. Abbas & Feli.meminerũt. Pro eis recte in-
duci potest tex.in argumentum in.l. honores.in
1108 fine.ff.de decur.ibi, † ita demum pater nõ con-
sentit, si contrariam voluntatem, vel apud acta
præsidis, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio
modo contestatus sit. vbi ergo princeps qui Rei
publicæ pater est alio modo & contrario conte-
status non est, manet prior principis declaratio
semper constans, firma, perpetua & valida.

Procedamus, quoniam hic repeti posset illa
disputatio, cuius meminimus in.l.iij.§. elegãter.
suprà eodem. An res quæ alienari prohibentur,
præscribi possint. Et conclusio quam illic in ea
accepimus, cõfirmat quæ suprà diximus, vt cùm
res principis patrimoniales & dominicæ seu do-
maniales (vt nostrorum causidicorũ vtamur vo
cabulo) alienari non possint, nisi modis & for-
mis p nos suprà memoratis: sic nec alienatæ præ
scribi possunt.l.vbi.ff.de vsucapio.l. alienatio-
nis verbo. ff. de verbo. significa. hic de ea plura
transcribere non intendo. vide quæ illic annota
uimus. Et adde Bal.in.l.prima.C.de iure aureo.
annulo. Prædictis addo Bal.in.c.in causis.§.pri
mo.in verbo, amplius cõsucuerũt. de pace Con-
1109 stan.colla.x. vbi Bal.ait † non posse principem
per contractum, neque quo alio modo in succes
sorum præiudicium cõcedere: quoniam, inquit,
sicut non potest iura eorũ subuertere, ita nec mi
nuere.l.si optio.ff. qui & à quibus manumis. li-
ber.accipi.

In his autem quæ à principe naturaliter depẽ-
dent, & quæ princeps committere & concedere
solet, sicuti est iurisdictio merum & mixtum im-
perium, cùm non possit princeps circa plura in-
tentus omnibus prouidere, ob id expedit vt ali-
quos committat, qui suo nomine & authoritate
iustitiam populo administrẽt, vt in.l.ij.§.nouissi
me.ff.de origi.iur. & in.l. magistros.C. de pro-
fes. & medi. lib.x. titulus igitur necessarius est,
vt suprà docuimus. Quibus addo pulchram ra-
tionẽ.l.ex eo.C.de agen.in reb.lib.xij. Absurdũ
est, inquit, vt in eius salutem vel æstimationẽ va
leat quisquam proferre sententiam, cuius de nul
la re possit pecuniaria iudicare. Et idẽ tenet Lu-
cas de Penna in dicta.l.viros.C. de diuer.offic.li
bro.xij. Vide quod Bar.notat in.l. interdum.§.
qui furem.ff.de furt.& in.l.j.§.vsqueadeo.ff. de
iniur. Confirmatur ex præcedentibus, videlicet
ex.l.iij.C.de diuers.offic. lib.xij.ibi, cum huius-
modi vsurpationem perrexerint.l. omnes iudi-
ces.C.de decur.lib.x.ibi, à consuetudine temera
riæ vsurpationis abstineant.l.iij.§.fi.ff.ad legem
1110 Iuliam maiesta. † quæ similes vsurpatores punit

pœna criminis læsæ maiestatis.l.vnica.C.de pri-
ua.carcer. Imò nec alteri commissam licet vsur-
pare.l.ij. C.de exacto. & except. lib.xij. ibi,nec
quod iniunctum alteri fuerit collegæ, vsurpare
alter iure præsumat.l.j.C.de cohorta.lib.xij.ibi,
sciens quod si tale fuerit commissum, capite pu-
niendus est.l.j. C.de curio.& stationa.lib.xij. Si
tamen longo vsu in aliquas personas is,qui aliàs
iudex est, iurisdictionem obtinuerit, contra. ia
opinio fortè de iure saluari posset per dictam. l.
viros.C.de diuers.offic.lib.xij.c.j.de offi.ordin.
lib.vj.c.fin. extra de offic.ordin.ca.Romana.de
appel.lib.vj.c.cùm contingat.extra de foro com
peten.l.j.& fin.C.de emancipa.liber.c.conque-
stus.ix.qõ.iij. Et idem semel in curia parlamenti
Parisiensis decisum est, dum quæstio inter vica-
rios præpositi Parisieñ. (locumtenẽtes vocant)
quorum vnus ciuilibus causis præest, alter vero
criminalibus, & ex quodam longo vsu, qui cri-
minalibus causis præerat, nonnullarum causa-
rum ciuilium notionem accipiebat, easq; diffi-
niebat: qui ciuilibus causis præfectus erat que-
stus est. Et pro eo leges prædictas suo patrono
administraueram, quas me præsente allegauit:
curia tamẽ, vt existimo, ducta illa.l.viros.& alijs
suprà relatis permisit vicario causarum crimina-
lium illarum causarum ciuilium diffinitionẽ, de
quibus antea cognoscere solitus erat, si partes
hoc requirerent, propter longum illum vsum an
tea ab illo obseruatum: & maxime quòd scienti-
bus his quorum intererat, id est antecessoribus
suis causarum ciuilium vicarijs vsus fuerat secun
dum sententiam Innocen.in capi.dilectus. extra
de consuetudi. ab omnibus fere receptam in.l.j.
C.quæ sit longa consuetud.& in.l.imperium. ff.
de iurisdi. omnium iudic. Sed intellige cumula-
tiuè, non autem priuatiuè, secundùm Roman.in
l.prima.§.denique.ff.de aqua pluuia arcen. Pro
quo addo.l.primam.C.de offic.præfec.vrb.§.fi-
na. in procem. Digestorum, authenti.habita. C.
ne fil.pro patre. vide quæ circa id notat Areti.in
l.Titiæ textores. iij.colũ. & in.l. quod in rerum
natura.j, &.ij.colum.ff.de leg.j. Induco vlterius
dictam.l.ij.§.j.ff.de orig.iur.ibi, & fere populus
propè annis centum hac consuetudine vsus. &
1111 l.magistratus.ff.ad municipal. † habita etiam ab
eis est forte ratio illius prætorij seu sedis quæ
multitudine causarum grauatur, vt faciliore suc-
cessu earum expeditio à subditis haberi possit.ar
gumento est. §.nulla. in authenti.de defenso.ci-
uita.colla.iij.l.vtili.&.l.per omnes.&.l.defenso
res ita. C.de defenso.ciuita. & Bart.sic intellexit
dictam.l.viros.dum in ea quærit, si statuto caue-
atur scholasticum debere sub episcopo tantum
cõueniri, & de cõsuetudine sitvt rector de his co
gnoscat, per statutũ non derogatur iurisdictioni
quam rector de consuetudine habet. secus autẽ,
inquit, si eam à lege habeat.c.primo.extra de cõ
stitutio.cuius decisionem refert & sequitur Pa-
pien. Moder.in.l.si mora.colum.ij.ff.soluto ma
trimonio. Et addi potest ratio Ioan.Fabri in di-
1112 cta.l. prima.C. de emancipa.liber. † quia is qui
permittit quasi concedere videtur.l.prima.C.de
patria potesta.l.cùm plures.§.locator.ff.loca. &
conduct. Tamen leges quæ huiusmodi vsurpa-
tiones prohibẽt, fortiter stringũt. & facilius istæ
rationes euitari possent per ea quæ suprà dicta
sunt: quia in his deberet certa scientia principis
concurrere cum illa patientia, quia non est in ali
cuius facultate iurisdictiones à principe distin-
ctas posse confundere, dicto.§.nulla.&.§. sequẽ
ti.in authen.de defenso.ciuita.collatio.iij.l.ij.C.
de fund.limitroph.lib.xj.ibi, quia tantum his fas
est posidere castellorũ territoria, quibus ascri-
pta sunt.l.probatorias.ibi, aliter verò militantes
nisi ex his sint, quos solis authoribus apparitio-
ni aggregari vetusta consuetudo perdocuit.C.
1113 de diuers.offic.lib.xij. & sic † consuetudo quan
tumcunq; vetusta in consideratione esse non de-
bet, nisi authore principe initium acceperit.l.ij.
C.de exactor.& exceptor. lib.xij. ibi, nec quod
iniunctum alteri collegæ alter præsumat vsurpa-
re.&.l.hac sanctione.C.de diuers.offi.ibi, qui ta
men, vt dictum est, non possint pro tenore sacra
rum constitutionum vel veteri cõsuetudine, nisi
præcedentibus sacris probatorijs militiæ socia-
ri.& aliæ leges suprà relatæ, quæ etiam cõsuetu-
dinem istiusmodi temerariæ vsurpationis prohi
bent. l.omnes iudices. C.de decurio.lib.x.&.l.
prima.C.de curio.& statio.libro.xij.repeti pos-
sent. Quibus addi potest.l.solemus.§. latruncu-
lator.ff.de iudi. Et Bart.illi conclusioni contra-
riam dat instantiam in.l.cùm seruus. in fi. per il-
lum tex.ff.de condictio. ob caus.dato. Si pacto
fieri non potest.l. non impossibile.ff. de pactis.
quomodo patiẽtia hominum acquiri potest, resi
stente ad id lege, quæ etiam vltro pœnam impo
nit, vt diximus. Et rationi suprà propositæ, quæ
videbatur plus vrgere, quia imaginem præstat
vtilitatis publicæ vt prõptius & expeditius sub-
ditis ius reddatur. huic rationi faciliter respõde-
tur: quoniam ratio plurimum in contrarium in
vicarium causarũ criminalium vrgebit & retor-
tionem admittit vt facilius causæ criminales ex-
pediantur.l.iudices.C.de episco.audiẽ. Vbi ne-
cessitas iudicibus imponitur, diebus etiam domi
nicis interrogare, vt ea quæ pro debito officij ad
promptiorem cõueniant expeditionem celerius
compleant, & vt nihil horum prætermittatur cu
ram præbet antistitibus locorũ, vt iudices ad hu
iusmodi obseruationem admoneant. Facit ratio
l.primæ.in princip.C.de custo. & exhibit. reor.
1114 † quæ iudicibus præcepit quàm celerrimè reos
accusatos expedire, præsertim eos, qui in vincu-
lis tenentur, ne carcer, qui ad custodiam inuẽtus
est, ad pœnam habeatur, vt inquit.l.aut damnũ.
§.solent.ff.de pœn. quod innocẽtibus miserum,
noxijs non satis seuerum esse dignoscitur, dicta
l.j.C.

l.prima.C.de custo.reo.sed qui secus agere pro-
curant,non propter Iesum hoc faciunt,sed vt ex
causis quæstum faciant,vt de beato Paulo scribi
tur in actibus apostolorum.xxiiij.cap. de Felice
præside qui in Cæsarea Palæstina Paulum voca
uerat. Verba Felicis præsidis sunt, quæ beatus
Lucas memoriæ tradidit: Quod nunc attinet,va
de,tempore opportuno accersam te.simul et spe
rans quòd pecunia ei daretur à Paulo, propter
quod & frequenter accersens eum loquebatur
cum eo.Ista est tela iudiciaria quæ cũctatione te-
merariæ inquinatiõis velatur.l.Paphij.C.de mu
rilegu.lib.xj.l.vnica.C. de conduct.& procura.
prædio.fisca.dom.August.eo.lib.ibi,nec sentẽ-
tia iudicantium aut illicito patrocinij sui fomite
iura conturbentur,nulli've executionis suæ tur-
bulentum ministerium audeant cõmodare, non
priuatis se negotijs, non publicis misceant &c.
Alias leges suprà annotauimus, illis nouissimas
addimus. hactenus dicta de his sufficiant. Quæ
scripsimus, disputationis gratia diximus, vt cæ-
teris melius differendi occasionem præbeamus
exemplo Teophrasti, cuius Gellius meminit li-
bro primo,capi.tertio.versus finem.inquit Gel-
lius, hæc talia quæ Theophrastus satis cautè &
solicitè & religiose causa differendi magis dispu
tandi'que diligenter quàm cum decernendi sen-
tentia,fiduciáque disseruit.

An autem iurisdictio pignorari possit, dic vt
per Bald.& Cardi. & Andr.de Iser.in capi.vni-
co.quæ sint regal.collatio.vj.Modern.Papiens.
meminit in.§.item Seruiana.xxv.colum.Institu.
de actio. Hæc quæstio istis temporibus tam infe
licibus dubium non habuit,quoniam passim vẽ-
ditæ & pignoratæ sunt,contra id quod scribitur
in.l.vnica.C.de præfect.dignita. lib.xij. l.fin.C.
ad legem Iuliam repetun. Ioan.Fab. meminit in
dicto.§.item Seruiana.motus debilissimo funda
mento.l.nomen. C.quæ res pignor.obliga.pos-
1115 sit. † Oportet enim in iurisdictione exercenda
seu in iure dicẽdo principis imaginem repræsen-
tari.l.j.in fine.C.de officio vicarij. ibi,& iudica-
tionis nostræ soleat vel debeat repræsentare re-
uerentiam. Et hac ratione motus est Bald.in ca.
vnico.de feud.march.collatio.x. Hæc pauca suf
ficiant.de hoc fortè aliâs.

Sed vbi verior illa opinio erit, vt iura regi ac-
quiri possint præscriptiõe,pariter & iurisdictio,
vbi in iudicio quæstio mouebitur, quis proba-
bit ius obtentum fuisse? An princeps, an vero
subditus? Secundo quomodo probabitur.

Ad primum dic ex præcedentibus satis abso-
lutum fuisse, præsertim ex his quæ diximus in.l.
iij.§.si cùm omnes. suprà eo.titu. Ob id breuius
hic absoluam. & Bartol. absoluere videtur in.l.
vnica.C.de conduct.& procura.rer.fisca.& do.
august.lib.xj. per illum text.qui neganti posses-
sionem probãdi necessitatem imponit, vt in hoc
causa principis non sit alia à causa priuati, cuius
sententiam ex multis confirmauimus. sed Ioan.
de Platea in illa lege moderatur hanc Barto. sen
tentiam quæ generaliter concludit in omnibus
penè casibus in quibus dubitatio contingere po
1116 test. † Aut, inquit, pro possessore præsumptio
est,& transfertur probandi onus in eum qui ne-
gat. Vbi verò is qui negat intentionem suam ha
bet in iure cõmuni fundatam, & probandi onus
possessori incumbit.c.ordinarij locorum.de offi
cio ordina.lib.vj. sed cùm istius declarationis su
prà nostro. §.meminerimus, & in.l.iij. §. si cùm
omnes. suprà eo. vt nihil illorũ repetere videar,
ad ea quæ illic scripta sunt te remitto. Adde quæ
Barto.& Ioan.de Platea notant post glos.in.l.j.
per illum text.C.de fide instrumen.& iure hastæ
fisca.lib.x. vbi ex illo tex.colligunt neganti solẽ
nitatem in alienatione rerum fiscalium interue-
nisse probandi onus competere.quam Bart.illic
prosequitur. Illius etiam meminit Modern.Pa-
pien.in.l.Labeo.ff.de pact. Et ratio est,secundũ
eos,quoniam vbi lex pro aliquo præsumit,trans
fert in alium onus probandi.Sed Ioan.de Platea
ad illum text.dicebat, non esse mirum,quoniam
extabant instrumenta quæ asserebant seu testifi-
cabantur solennitates interuenisse:pro eis igitur
lex præsumit,donec cõtrarium probetur.l.opti-
mam.C.de contrahen.stipula. sed intelligunt ve
rum esse,dũmodo instrumentum in terminis sit,
seu loquatur propter quos rogatus est notarius
instrumentum cõficere, ad similitudinem nuntij
in.l.magis puto.§.ne tamẽ. ff.de reb.eo. qui sub
tutela vel cura sunt.c.cùm parati.extra de appel.
Idem notat Innoc. in.c.quoniam contra falsam.
extra de probatio.secus si verba instrumẽti enũ-
tiatiuè concepta essent,dicta.l.optimam.& ideo
de his verbis enuntiatiuis constare debet. l.j. C.
de relatio.authenti.si quis in aliquo. C.de eden.
Tolle exemplum secundum Bal.& Areti.in.l.ij.
ff.de testa.cuius dicta trãsfert Moder.Papiẽs.in
1117 l.senium. C.qui testa.facere poss. † Si notarius
qui confecit instrumentum testamẽti dicat testa-
torem esse sanæ mentis,cum hoc sit extra ea quæ
sibi à lege cõmissa sunt, nõ probabit testatorem
fuisse sanæ mẽtis. quod dictũ prosequere vt per
Moder.Papiẽ.in.d.l.senium.in princ. C.qui te-
sta.facere pos.eundẽ in.l.solẽt. ff.de iurisdi.om.
iudi.Feli. in.c.cùm à nobis.in.vij.fallẽ. extra de
testib. Et ratio huius dicti est,quoniã de iure nõ
creditur alicui in alieno facto,vbi ex eo is qui te-
stificatur laudem aut vituperium reportaret. Ad
id facit.l.fin. ff.de testi.& dicta.l.solent.& dictũ
c.cùm à nobis.argui autẽ posset notarius si inter
personas ꝓhibitas,aut de re prohibita instrumẽ-
tum cõfecisset.§.coges.in authen.de mãda.prin-
ci.colla.iij.§.callidis.de prohib.feud.aliena. per
Frider.colla.x.§.si verò in pꝑpetuam.versi.hæc
igitur.in authen.de non alienã.reb.eccl.colla.ij.
Et ideo is qui innititur similibus,probare debet.
l.ij.C.de cano.frumenta.vrb.Romæ. lib.xj.l.ij.

in verbo,repellere.C.de iure emphytcuti. plene
in.l.ſi prius.ff.de noui operis nuntiatio. Et Bar-
tol. in dicta.l.prima. C.de ſide inſtrumentorum
& iure baſtæ fiſcal. Et ſacit.l.prima.C.de proba-
tionibus.Ioan.Andre.in regula,infamibus.& in
regula,ſine poſſeſsione. de regulis iur. in ſexto.
Ioan.Fab. poſt Cin.in.l.male agitur. C.de præ-
ſcriptio.triginta annorum. Secus autem dicen-
dum eſſet,vbi de iure non haberet quis ſuam in-
tentionem ſundatam. Tolle exemplum ſecundũ
Cinum & Bald.in dicta.l.ſecunda.C.de iure em
phyteuti.quando quis de iure tertij exciperet,vt
in.l.loci corpus.§.competit. ff.ſi ſeruitus vendi-
ce.de quo per Barto.& Paul.de Caſt.in.l.ſecun
da.ff.de exceptio.rei iudic. Vel pone in caſu per
Innocen.declarato in cap.ſuper his. extra de ac-
1118 cuſa.† Si contra electum proponeretur excom-
municationem vel periurium incurriſſe,& ob id
non eſſe beneficij capacem, quia Titio centum
non ſoluerit debito tempore, cui ſub pœna ex-
communicationis obligatus erat certo die ſolue
re,non auditur excipiens: quia iure ſuo ſibi non
competit hæc exceptio. Dicenti igitur ſeu pro-
ponenti negatiuam onus probandi incumbet:
quoniam talis proponens habet iuris præſum-
ptionem contra ſe,cùm vnuſquiſq; bonus præſu
matur.c.dudum. extra de præſumptio.l.fina.C.
ad legem Iuliam repetun.ſecus autem ſi creditor
illam opponeret producto inſtrumento obliga-
tionis,iuxta.l.primam.C.de probation.Et hanc
doctrinam Innocen. ſequuti ſunt Cin. & Bald.
in dicta.l.ſecunda.C.de iure emphyteu.& Bart.
in.l.in illa.ff.de verborum obligatio.Et glorian
tur Modern.in hoc inuento,quod ſuum eſſe di-
cunt, vt ab impugnatione Petri Innocẽ.in dicto
cap.ſuper his.liberarent, dum diſtinguunt extra
neum à creditore. Et licet non comperiam Pe-
trum de bella perti. in dicta.l.ſecunda.reprehen
diſſe Innocen.in loco prædicto, tametſi Cin. &
Bald.Petrum commemorant. Si tamen hoc Pe-
trus dixiſſet, reprehenſione dignus non fuiſſet:
1119 † quoniam dum creditor inſtrumentum obliga
tionis producit, iam intentionem fundatam ba-
bet:ſicuti Barto. & Ioan.de Platea notant in di-
cta. l. prima. C. de ſide inſtrumentorum,& iure
haſtæ fiſcal.libro decimo.per illum textum & di
ctam.l.optimam. in fine. C.de contrahenda ſti-
pulatione.hoc etiam notat Bald.in dicto capi.in
cauſis.§.amplius.per illum textum,de pace Con
ſtantiæ.in verbo,amplius cõſueuerunt. Non eſt
mirum ſi onus probandi transferat in eum qui
contra inſtrumenta aliquid proponit. l.in exce-
ptionibus.&.l.quingenta. ff.de probatio. & di-
cta.l.j.C.de probation. Et vt mens Petri clarius
intelligatur,propono quæſtionem. Pone quòd
creditor non producto aliquo inſtrumento ad-
uerſus electum proponat periurium vel excom-
1120 municationem, † an creditori dicẽti debitorem
ſuum periurum vel excommunicatum eſſe,fides
adhibebitur? certe quæſtio hæc de indubitabili
eſſe videtur.l.ij. &.l.verius. ff.de probationi.vt
non audiatur ille excipiens, niſi de obligatione,
quæ de obiectis criminibus vel periurio, vel ex-
communicatione doceat, dicta.l.in exceptioni-
bus. &.l.ſi per alium. §. docere. ff. ne quis eum
qui in ius voca.eſt vi exi.Et hac ratione dicit In-
noc.in dicto.c.ſuper his. non eſſe reges aut prin
cipes audiendos neq; admittendos ad excipien-
dum contra electum, de ſimonia,adulterio,cæte
ris've criminibus: cùm præſumantur hoc facere
vt medio tempore regalia teneant, vel aliquid
ab eo ſequantur, vel propter aliquam ſimilẽ cau
ſam:qui ſi ſuſpecti non eſſent,facilius quocunq;
alio admitterentur.c.conſtitutum. xvj.q.j.& ca.
filijs.xvj.q.vij.Idem notat Domin.in.c.vt circa.
§.edicto.iiij.colum.de electio.libro.vj.Quanto
minus tertius audiendus erit,per ſupradicta. Et
in hoc nulla poteſt inter creditorem & tertium
1121 extraneũ eſſe differentia. † Sed ſi tertius ſic exci
piens de periurio aut excommunicatione ad effe
ctum improbandæ electionis propter vitiũ per-
ſonæ electi docere debet. Et Innoc.in dicto cap.
ſuper his. declarat quid & quomodo probare
debeat obiectus & crimina. Primò enim tenebi-
tur inſtrumentum obligationis producere, quo
obligatus erat ſub excommunicationis vel per-
iurij pœna creditori ſuo certam ſummam ſolue-
re,& per eius confeſsionem vel alio modo illum
in termino non ſoluiſſe, vel per inſtrumentum
latæ excõmunicationis ſeu declarati periurij vel
excommunicationis, vel probare non ſolutum
eſſe debitũ quod ſub illis pœnis obligatus erat
certo die ſoluere, & ob id excommunicationis
vel periurij pœnam incurrerit, quod dicit poſſe
fieri per exhibitionem libri rationum mercato-
ris,vel per teſtes, iuxta doctrinam gloſſ. in.l.ſe-
cunda. C. de iure emphyteutico. & ad id credi-
torem in teſtem producere.

Sed huic declarationi Innocen.dari poteſt in-
ſtantia in eo qui diffamatus erat de crimine, non
tamen conuictus,aut aliter ſuperatus: de quo in
capitu.qualiter & quando.& capi.inquiſitionis.
extra de accuſatio. &.l.ſecunda. C.quorum ap-
pel.non recipi.vel ſi non poteſt creditoris copia
haberi, fortè quia abſens eſt, vel quòd deceſſe-
rit, & ob id liber rationum eius recuperari non
1122 poſsit, † & in eo qui diffamatus eſt purgatio ca
nonica ad minus neceſſaria eſt. capitu. quoties.
extra de purgatio.cano.cùm oporteat prælatum
purum & ſyncerum & ab omni macula alienum
eſſe.c.cùm in cunctis.extra de electio.& ab om̃i
criminis ſuſpicione purgatum.c.ſi quis neque.j.
q.j.facit quod notatur in.c.cum noſtris.extra de
conceſ.præbend. Producto autem obligationis
inſtrumento,ſaltem ſuſpicio maxima in cum na-
ſcitur: præſertim ſi tale eſt inſtrumentum quod
ſua figura fidem facere poſsit, & executionem
de ſe habeat. Et ad id induci poteſt. l.ſecunda.

in princ

in principio. §.item diui fratres. &.l.tertia. ff. de iure fisci.l.fina.C. de edicto diui Adriani tollendo.l.secunda.§.inspectio.ff.quemadmodum testamen.aperian.secus autem vbi per instrumenti inspectionem veritas detegi non potest.argumēto est.l.ita fidei.in princ.ff.de iure fisci.§.j.in authenti.de testa.imperfect.colla.viij. &.l.ij.§.fin. C.de veteri iure enuclean.l.si patrono.§.fina. ff. de bono.poss. Et idem Alber.sentire videtur in dicta.l.ij.C.de iure emphyte.per dictum.c.quoties.&.l.præsenti.§.sicubi.C.de his qui ad eccle. confug. Neq; plurimum obstare seu mouere potest ratio Bartoli per eum posita in.l.in illa.ff.de verbo.oblig. dum excipientem ab accusatore distinguit. Dicit enim illam qui de crimine excipit vt quia dicat partem suam aduersam audiendam nō esse, quia communitati seu ciuitati collectam non soluerit iuxta formam statuti:cùm hæc exceptio communitati tantum competat, & sic de iure tertij excipit, exceptio cum ad suam vtilitatem sit, tenebitur eam probare: alioqui excipiens fundatam non habebit intentionem. Et pro Bartol. facit ratio Innocen.in dicto capi.super his.extra de accusatio. quoniam pro eo contra quem excipit, seu crimen vel defectum obijcit, militat iuris præsumptio. Secundò, quòd excipiens actoris munere fungitur. l.prima. ff. de exceptio. & dicta.l.in exceptionibus.ff.de exceptionibus.

1123 Si autem, inquit Barto. † pœnam petit criminis, & accusat, quoniam in eo sua interesse non potest, cùm principaliter accusatio ad publicam vtilitatem fiat: tunc reo accusato onus probandi incumbet: & sic probabit se collectam soluisse. Allegat.l.iij. §.si ad diem. &.l. qui commeatus. ff.de re milita.l.ij.ff.si quis cautio. In primo conuenio cum Barto. per rationem dictæ.l.in exceptionibus.ff.de probatio.& idem sentit Innocē. in dicto capi.super his.nisi aduersus eum instrumentum producatur, & cum eo alia indicia concurrant, quæ illam præsumptionē elidant & contrariam præsumptionem inducant, vt in ca.cum in tua.extra de sponsali. l.non est enim verisimile.ff.quod metus causa.& capi.fina. extra de his quæ vi metus've causa fiunt. Imò, quandoq; instrumenta sufficerent, etiam in causa status, vt in l.iubemus omnes.iuncta glos.fina. & in.l.interrogatam.C.de libera.causa. vt iudici occasio inquirendi præberetur: vt in dicto cap.inquisitionis.& capit.qualiter & quando.extra de accusatio.melius in.l.secunda. §.si in publico. ff.ad legem Iuliam de adulter. l.si ab eo. ff.de adul. & alijs notatis per Bart. in dicto.§.si in publico.& in extrauag.ad reprimen.in verbo, inquisitionē.

Sed in secunda parte non possum cum Barto.
1124 conuenire, † vt reo accusato probandi onus imponatur. Primò cùm obstet iuris præsumptio, vt diximus.l.fina. C.ad legem Iuliam repetund. quia vnusquisque bonus præsumitur, nisi malus probetur, dicto capit. dudum. extra de præsumptioni. Et in regula, iuris notatur, semel malus.de regu.iuris. Secundò alia iuris regula, quæ triuialis est, obstat actori onus probandi semper incumbere, dicta.l.ei.&.l.verius.ff.de probationibus.multo magis accusatori.l.qui accusare.C. de edendo. & in hoc materia illius legis repeti posset ā qua nonnulli casus excipiuntur.in.l.taliciter. C.de abolitionibus. Crimen læsæ maiestatis, patriæ oppugnatæ vel proditæ, peculatus, & desertorum sacramentorum, & in casibus expressis per glos.in.l.præsenti. §.sicubi.in verbo, conscientia.C.de his qui ad eccles.confug.

Et de iure canonico in diffamatis purgatio introducta est, in dicto capit.quoties. extra de purgatio.cano.vbi forma purgationis posita est. Et vtrunq; membrum nostræ declarationis amplectitur Accurs.in.l.vbi.in prima glo.C.ad legem Cornel.de fals. Innocen.in dicto capi.super his.
1125 tertia colum.extra de accusation. † quicunque, inquit, siue agendo siue excipiendo factum proponit, probare tenetur. Nec obstant prædictis.l. tertia.§.si ad diem. &.l.qui commeatus. ff. de re milita. quæ neque in reo, neque in accusatore loquuntur, sed tantum diffiniunt: an is qui commeatum obtinuerat & die præfinito reuersus nō erat, desertoris pœnam vel emansoris sustinere deberet. Et ā Iureconsulto legis declaratio ponitur, quæ illi pœnam infert quæ à lege in desertores vel emansores introducta est, docetq; iudices qualiter in eos qui commeatus spatium excesserūt procedere qua've pœna illos postquam desertores inuenti erunt, puniri debeant, nisi hi qui pœnam refugere velint, excusationes suas proponant, & propositas probent, dum ille tex. primò declarat de eo qui commeatum obtinuerat, & in termino sibi statuto reuersus non est, quem lex reum desertionis facit, nisi fortè causas legitimas, quas in dicta.l.qui commeatus. ff.de re militari. commemorat, proposuerit, & aliquam illarum probauerit. Atque ob id lex vult docendi copiam sibi fieri priusquam in eum desertionis seu emansionis sententia legis proferatur, vt si excusationem probauerit, venia dignus iudicetur: sin minus pœna desertoris, vel emansoris puniatur. Et sic crimen legis plene in eum probatum erat, nec alia probatio vel accusatio duci belli necessaria est, quàm commeatus concessio, quæ tempus certum & præfinitum habere debet, dicto.§.si ad diem. & dicta.l.qui commeatus. &.l.hac lege. C.de proxim.sacror.scriniorum.libro duodecimo. Et sic pertrāsitio spatij seu numeri temporis illa est quæ crimen facit,
1126 & probat secūdum legis authoritatem. † Quare qui ab illo crimine quo per legem videtur impactus se purgare vult excusationem, & sic exceptionem proponere necesse habet, & propositam probare. Et ista forma datur in dicta. l.tertia.§.si ad diem.ff.de re militari. in his verbis, facta prius docendi copia. Num fortè casibus qui-

busdam detentus sit, propter quos dignus venia esse videatur. & similis consideratio habita est per Iureconsultum in. l. secunda. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. inquit ille textus, si quis in iudicio se sisti promiserit, & valetudine, & tempestate, vel vi fluminis prohibitus sistere non possit, exceptione adiuuatur, nec immeritò. Idem dicitur in. §. si propter aduersam, eadem lege, & sic exceptionem proponere necesse est. Alioqui obstabit illius obligatio, seu cautio, quemadmodum suprà dictum est de eo qui intra commeatus tempus reuersus non est, lapsus enim temporis obligationem aduersus eum producit, per quam pœnæ desertoris subijcitur nisi exceptionem in peccato proposuerit. Iam enim peccatum probatum est: exceptionem igitur seu excusationem legitimam dicere & probare debet, per illos textus, quare illæ leges per Bartolum adductæ in consideratione esse nō possunt:
1127 imò probant directe contra Bartolum, † quoniam qui desertorem vel emansorem aliquem proponit, quia ad diem commeatus non venit, probare debet non venisse. Et si is qui accusatus est desertionis, vult pœnam legis euitare, probare debet exceptionem vel excusationem à lege permissam, per illum textum. Similem declarationem tradunt Angel. & Alexand. in dicta lege, in illa. ff. de verborum obligationibus. dum de tutore, qui inuentarium non confecit, quærunt, cui onus probandi incumbere debet: an dicenti fecisse inuentarium, an verò neganti factum esse, eo quòd tutor administrare prohibetur donec inuentarium fecerit. l. tutor qui repertorium. ff. de administratione tutorum. & sic factum legis probationem aduersus eum facit, nisi doceat se quod suo officio incumbebat impleuisse: & ideo probare debet, & illud producere. l. finali. §. finali. C. arbitrium tutelæ. l. non ignorat. C. qui accusare possunt. Et in omnibus his ratio Innocent. concludens ab omnibus inuenta est: quoniam aduersus negantem est legis præsumptio, vel negans iuris habet resistentiam, neganti tunc onus probandi incumbet. capitulo primo. de præscriptionib. in sexto. quod prosequere, vt per Felinum in capitulo, si diligenti. quinta & sexta columna. extra de præscriptionibus. Baldus in. l. prima. C. de seruitutibus & aqua. Cinus in. l. secunda. in quinta quæstione. C. de iure emphyteutico. Ioan. Andre. in capitulo, sine possessione. & in capitulo, infamibus. de regulis iuris. in sexto. Baldus in. l. cogi. C. de petitione hæreditatis. Modernus Papiens. in tractatu feudorum, quem posuit post titulum de iure emphyteutico. C. libro quarto. columna decimaoctaua & decimanona. Ioannes Fab. in l. male agitur. C. de præscription. triginta annorum. Angel. in. l. hoc iure. ff. de verborum obligationibus. Innocen. in capit. constitutus. extra de electione. Franciscus Areti. & Alexand. post eum in dicta. l. in illa. ff. de verborum obligatio. & Ioan. de Platea in dicta. l. vnica. C. de conducto. prædio. fiscal. & domus august. lib. x. gloss. in capi. insuper. in verbo, nisi requisitus. de prohibita feud. aliena. per Fridericum.

Ex his ergo clare cōstat in his principem fundatam habere intentionem de iure communi:
1128 † quoniam is qui possidet saltem debet ab initio nactæ possessionis titulum habere, cum iussione principali, id est, principis concessione. l. iubemus. §. finali. C. de fundis patrimo. libro. xj. & in. l. prima. ff. de officio procurat. Cæsaris. qui text. non potest euitari. Neque etiam. l. idem Iulianus. §. constat. ff. de legatis. primo. in quibus desideratur omnino expressus principis consensus, ad hoc vt alienatio rei dominicæ vel patrimonialis alienari possit, & aliter facta non valeat etiam si per consensum siue expressum siue tacitum officialium fiat, vel vsurpetur seu possideatur, per rationem. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. quoniam publicorum locorum procuratio tantum, non etiam concessio data est. Secundò, quoniam si in priuato desideratur scientia & patiētia domini antequam res priuati præscribi possit, præsertim in similium iurium acquisitione. l. penultima. ff. de seruitutibus. l. prima & secunda. C. de seruitutibus & aqua. quanto magis in principe scientia desideratur: cùm necesse habeat per rectores seu procuratores, & prouinciarum præsides singulas res sui dominij, & patrimonij regij administrare, quia omnibus interesse non potest. l. magistros. C. de professoribus & medicis. libro decimo. per rationem legis secundæ. §. in honorum possessione. ff. quis ordo in bonorum possess. seruetur. Ibi, cùm præses alijs rebus aut militaribus custodijs, aut cognitionibus fuerit occupatus, ex quibus priuatus releuatur, si propter impedimentum præsidis suis rebus cauere non potuit, præsertim circa adeptionem possessionis bonorum. & in. l. secunda. §. confestim. ff. ad Tertullianum. l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. ff. ex quibus causis maiores. l. in senatusconsultum. §. si propter mortem. ff. ad senatusconsultum Turpillianum. quāto magis in principe dicendum est: maxime vbi facto officialium seu magistratuum res fisci perijt. l. vnica. C. de sententijs aduersus fiscum lat. libro decimo. et. l. prima. C. de aduocatis diuersorum iudicum. dicta. l. sed & si. §. ait prætor. versiculo, item per magistratum. ff. ex quibus causis maiores. & per rationem legis, omnes iudices. C. de decurionibus. libro decimo. l. placet. in fine. C. de excusationibus munerū. eodem libro. Alioqui, vt suprà sæpius diximus, causa magistratuum potior esset ipsius regis: quod à iure
1129 alienum esset. † Obstat etiam ratio quæ in priuato locum obtinet de procuratore qui dolum committit, qui domino non præiudicat. l. creditor. §. fina. ff. manda. vel si mandati fines excedat

l. dilig

l.diligenter.ff. mandati. Cum igitur commissio concessa non sit, sed sola procuratio, non potest causa principis deterior esse causa priuati. Et ita Bar.tenet in.l.si publicanus.§.in omnibus.ff. de publica.& vectiga.Idem Barto.in.l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de damno infecto. cuius sententiā sequitur Alexan.in.l.prima. in si.ff.de iurisdictione omnium iudicum. Innocentius in.c. bonæ.magno. extra de postulatio. prælatorum. Salicetus in.l.vectigalia.C. noua vectigalia institui non posse. Et licet plerique dixerint, sufficere scientiam magistratuum seu officialium regis eo quod ad curam eorum pertineat de huiusmo di iuribus inquirere.l. tertia.C. noua vectigalia institui non posse. Ista ratio satis confusa est, per ea quæ supra dicta sunt, per dictam.l.primam.ff. de officio procuratoris Cæsaris.dum ille textus, tunc enim transfert cùm negotium Cæsaris gerens consensu ipsius tradit.& in dicta.l. idem Iulianus.§. constat.ff. de legatis primo.nec obstat l.tertia.C noua vectigalia institui nō posse. quæ omnino ipsis contradicit. Et admiror mirum in modum eos, quo modo in illa lege moti sint, cùm illis contradicat.dicit enim inconsulto principe noua vectigalia institui non posse, necessitate quibuscumque iudicibus imposita vetare ne contrarium fiat, sed omni opera studeant quod exactum erit cogere exactores restituere. & si secus fecerint, pœna plectētur, vt mox ostēdemus.

Et quòd in consideratione esse non possit illud inquisitiones onus iudicibus commissum, clare probat.l. prima.C.eodem titulo.noua vectigalia institui non posse. Quoniam non alia ratione inquisitio committitur, nisi postquam inquisierint, principi scribant quid compererint, vt princeps ipse in primis rationem sui quatenus existimabit habere possit. Secundò etiā vt nihil præterquam concessum & consuetum sit secundum concessam à principe exigendi potestatem exigatur, & autores tanti criminis perpetuo exilio vult puniri. In quo declaratur dicta.l. si publicanus.§.in omnibus.in verbo, consuetudi
1130 ne.ff.de publica.& vectigali. † quia consuetudo exactionis initium à principe seu principis authoritate capere debet. Et vt tollatur omnis dubitatio, repeto duos aut tres textus, quorum paulò ante meminimus, & qui mea opiniōe euitari non possunt. & hac ratione hic repetimus, iuxta illud Horatianum in arte poëtica, hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit. In primis.l.placet.C. de excusatio.muner.libro decimo.inquit ille textus, si quid vrgere forsitan cœperit referri ad celsitudinem tuam statuimus, & authorem te fieri, & eo persoluto inferri ad sciētiam nostram vt nobis iubentibus roboretur.l. finali.C.de bonis vacantibus.libro decimo.ibi, vt eorum instantia præses prouinciæ præsente fisci patrono diligenter inquirat, cuius vacans cadens'que fuerit patrimonium, quantúmque lex quale videatur, vt cum data reclamandi copia, nullum id iure possidere, vel vacare constiterit, locumq; ærario factum esse, tam ipsius relatione quàm publicorum monimentorū fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur, vt iussu nostro vacantia vel alia res nomine occupentur ærarij. Et notentur quæso verba sequentia illius legis, quæ forma etiam in parte bonorum vel in vna altera vere, seu actione vnave l etiā pluribus
1131 seruetur. † Nam si quid per fraudem in dispendium ærarij fuerit admissum, missi quidem executores nō euitabunt indignationem, præses autem facultatum parte dimidia mulctabitur, fisci verò patronus detrimētum, quod pro vitio eius fisco ingeritur, resarcire vrgebitur. Ecce quomodo inquisitio primùm facienda est à præside præsente fisci patrono, & principi notitia intimetur, & ipso iubente in ærarium conuertentur. Et sic non potest subsistere ratio Saliceti, & Iacobi de sancto Georgio, dum reprehendunt Bartolum in dicta.l.si publicanus.§.in omnibus.ff. de publicanis & vectigalibus. Iacobus prædictus in tractatu, in verbo, & cum mero & mixto imperio.columna quinta. dicit solam magistratuum seu officialium scientiam vel patientiam sufficere, quia ad curam ipsorum pertinet, per.l. tertiā. C.noua vectigalia imponi non posse. quoniam ad pœnam eorum inquisitio commissa est. Nam si prædictam formam omiserunt & ibi eam obseruauerint, sed principi non intimauerint, iussumq; eius non acceperint, punietur pœnis præscriptis, & quicquid secus factum fuerit nullum erit, sicut declarant illæ leges, quibus etiam addo.l. vnicam.C. de superindicto. libro decimo. quæ cùm breuis sit, non pudebit eam recensere, propter eos qui sæpius negligunt leges videre. Nihil, inquit, superindictorum nomine ad solas præfecturæ literas quisquā prouincialis exoluat: neque vllius omnino indictionis titulus etiā solennis immineat, nisi cum nostro confirmata iudicio & imperialibus nexa præceptis sedis amplissimæ deposcat indictio & cogat exactio, vt intelligatur quomodo decretalis, super quibus.dam.extra de verborum significatione.subsiste
1132 re possit. † Et quòd non sufficiat præsidem ad inquirendum esse commissum, sed habeat post factam inquisitionem hoc principi intimare, & iussionem suam expectare, addo textum cuius etiam suprà meminimus in.l.nemo.C. de re militari. libro duodecimo. ibi, si quos autem milites per prouincias relictis proprijs numeris passim vagari præsides earum cognouerint, correctos faciant custodiri, donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat decernamus. tantundem dicitur in.l. tribuni.eodem titulo.ibi, de eo ac tribuno eius ad nostram sciētiam rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur, quatenus seuerissime in eos animaduertatˉ. Hic repeti posset.l.prima.

in verbo, bona fide.C.ne fisc. rem quam vendi.
euin.lib.x.l. prima.C.de pasc.publi.lib.xj.l. pri
ma,& secunda.C.de fide instru. & iure hastæ fi-
sca.lib.x.l.ij.& fin.C.de prædi. decur.eo.libro.
Ex quibus satis cõstare potest,quæ & qualis for
ma & diligentia circa res fisci, & patrimoniales
seu dominicas principis adhibẽda est pœnis in-
dictis vltra actuum nullitatem. Et vt suprà dixi
Neustriæ consuetudo ad id cõuenit quæ huius-
modi possessiones furtiuas appellat probiben-
tes tituli & possessionis acquisitionem & earum
præscriptionẽ. Quare in his rebus patrimoniali
bus & dominicis & fiscalibus & iuribus regijs
seu regalibus vbi res præscribi possent,quod nõ
puto per supra dicta,tamen vbi cõtraria opinio
recipienda foret,pluribus tamen cõcurrentibus
1133 præscriptio admittenda esset. Primò † quòd ab
initio nactæ possessionis interueniat titulus, id
est,concessio principis:vt in.l.iubemus.ij.§.fin.
C.de fund.patrimo.lib.xj. Vel quòd res princi-
pi specificè & nominatim declarata sit, & ab eo
confirmata,vel eius consensus ab initio interue-
nerit,vt in.l.prima.ff.de officio procur. Cæsa.l.
vnica.C.de superindict.libr.x.l.placet.C.de ex-
cusa.muner.eo.lib.c.primo.de consuetud. recti
feudi.colla.x.ibi,præsente & non contradicente
domino. & alijs suprà relatis quæ non repeto.
Tertiò quod principi aut Reipublicæ damnosa
non sit.c.intellecto.extra de iureiurando.neque
per eam respub.læsionem patiatur,vt suprà dixi
post Lucã de Pen. in.l. quicunque desertum.C.
de omni agro deser.libro.x. Quartò,quod res
sui natura alienabilis sit,vt in.l. viam publicam.
ff.de via publica.l. quicunque.C. de fund. limi-
troph.lib.xj.l.idem Iulianus.§. constat.ff. de le-
ga.primo.glos.in.l.longa.ff.de mortuo inseren.
Quintò quod vitio non sit affecta, vt in.l. vitia.
C.de acquiren.posses.l.Pomponius.§. fin.ff. de
acquir.pos. vel persona ratione iuramenti præ-
1134 scriptionis incapax sit, vt in vasallo & officiali,
qui sex principaliter domino iurauit, vt in.§.pri
mo.in authen.iusiuran.quod præsta.ab his.col-
latione.iij.c. vnico,de forma fideli. &.c. vnico,
de noua forma fideli. colla.x. &.c. veritatis.ex-
tra de iureiuran.quia iuramentum impedit præ-
scriptionis natiuitatem,vt in.c.si diligenti. extra
de præscriptio.Iuuatur ratione.l.malè agitur.C.
de præscriptio. triginta annorũ. quia mala fides
possidentis obstat. Idem in alijs vitijs quorũ su-
prà meminimus : quoniam, vt inquit Bald.in.c.
in causis.§.amplius.de pace Constan.collatione
decima. Princeps nihil potest alienando succes-
soribus præiudicare, & minus vasallus : quoniã
legis ratio obstat, quæ euiuscunque tẽporis præ
scriptionem prohibet.c.primo. de prohibi. feu.
aliena. per Friderichum. collatione.x. Idem de
subdito dici potest, qui omnem fidelitatem prin
cipi debet, qui nullo tẽpore præscribit,nisi scien
te & consentiente domino.l. coloni. in verbo,
ignorante.C. in quibus causis colo. censi. libro
vndecimo.Sexto,necessaria est bona fides.l.vni
ca.C.ne fisc.rem quam vendi.euinc.libro.x. Se-
ptimò,quod solenniter facta sit.l.fina.C. de bo.
vacã.libro.x.l. prima.C.de pasc.publi.libro.xj.
l.secunda,& finali.C.de prædi.decurio.libro.x.
Octauò, quod iusto pretio.l. si minori pretio.
C.de iure fisci. libro decimo.l.j. &.ij.C. de fide
instrumento.& iure hastæ fiscalis. eodem libro.
1135 Nono, † quod per fraudem aut dolum vel etiã
gratuitam aut venalitiam cõniuentiam non fiat:
vt in.l.placet.C.de excusa.muner.libro decimo.
l.Baphij.C. de murilegu.l. omnes iudices.C.de
decurio.libro.x.dicta.l.finali.C.de bo.vacanti.
libro.x.Induci potest.l.si quis pecuniã. in prin-
cipio. Et quod illic Bart. per illam legem notat
ff.si quis omis. causa testa.vel per præuaricatio-
nem procuratoris vel aduocati fiscalis vel alio-
rum officialium fiat,vt in.l. vnica.C. de sentent.
aduers.fisc.lat.lib.x.Iungi potest.l.prima.C. de
aduoca.diuers.iudic.dicta.l.fina.C.de bo.vacã.
libro.x. Decimò, quod solennitas & inquisitio
super commodo vel incommodo principis &
Reipub.facta principi intimata & notificata sit,
& princeps relatione audita decretum suum in-
terposuerit vel aliter diffinierit, dicta.l. placet.
C.de excusa.muner.l.prima & secunda.C.de fi-
de instrumen.& iure hastæ fisca.l.fina.C. de bo.
vacan.l.vnica.C.de superindicto.l.si minori pre
tio.C.de iure fisci.eodem libro.l. prima. in ver-
bo,bona fide.C.ne fiscus rem quã vendi. euinc.
eodem lib.& alijs legibus suprà relatis. Vndeci
1136 mo, † vt conscientia rei alienæ non interueniat:
vt in.c.fina.&.c.vigilanti.extra de præscript. &
& in ratione.l.cùm quærebatur.C.vnde vi.quia
alioqui possessio furtiua erit, per illum text. cu-
ius suprà meminimus. Duodecimò,quod ex of-
ficialibus regijs non sit,per rationem.l.vnicæ.in
fine.C.de conducto.rei fisca.& do.Augustæ.li-
bro vndecimo.de quo vide Bald.in.l.mancipia.
C.de seruis fugiti. Decimotertiò, quod longissi
mo tempore præscribatur: quod aliqui interpre
tantur triginta annorum.sic glossa interpretatur
in.c.primo. de prohibi. feud.aliena. per Fride-
ri.& in.c.primo.de prohibi.feud.aliena.per Lo
tha.collatio.x.Moder.Papiens.in.l. si filius qui
patri. secunda columna. in fine. & princip. seq.
ff.devulga.& pupilla.substitutio.dixit iura non
posse præscribi minori tempore quàm triginta
annorũ.Et ad id inducebat.l.licet.C.de iure de-
liberan. sic inducendo illa lex dicit ius adeundi
non præscribi longo tempore:sed secũdùm Ac-
cursium illic præscribitur longissimo tempore
triginta vel quadraginta anno. Ratio secundùm
1137 eum est, † quoniam omnia iura præscribuntur
illo tempore.l.sicut.&.l.omnes.C.de præscript.
triginta annorum. Et quoties de præscriptione
iurium lex loquitur, intelligenda est de præscri-
ptione longissimi tẽporis,non autem longi tem
poris

poris decem vel viginti annorum. Nec dicit obstare quod præscriptio triginta annorum de iure Digestorum incognita erat, vt glos. voluit in §.primo.in authentica, vt ecclesia Romana gaudeat centum annorum præscript. collatione decima.& in.l. qui occidit.ff. ad legem Aquiliam. sed tantum inuenta sit per illas.l.sicut. &.l. omnes. vnde.l. licet.C. de iure deliberandi. de illa non potest intelligi, fatetur de iure Codicis præscriptionem triginta annorum inuentam fuisse. Secundò de iure Digestorũ in iuribus non procedere illam præscriptionem longi temporis. Et allegat Bald.in.c.primo.de capi.Corra.& Bartol.in.l.finali.in principio.ff.de eo per quem factum est. Addebat & secundò verba secundùm subiectam materiam intelligenda esse, etiam impropriando.l.si vno.in principio.ff.loca.& con ducti.l.insulam.ff.de præscrip.verb. alioqui inquit.l.illa, licet. esset fatua.

Sed ista consideratio non videtur alicuius fructus esse. In primis illa lex, licet. de præscriptione longi temporis tantum loquitur, neque vlla de præscriptione longissimi temporis mẽtio fit. Verum est Accurs.in illa.l.supplere ad illum textum longissimo tempore iuri adeundi seu immiscendi posse præscribi, dicta.l.sicut. &.l. omnes.C.de præscrip. triginta annorum. sed quantum est ad ius immiscendi ipse idem Moder. Papiens.non consentit in dicta.l. si filius qui patri.

1138 secunda columna. in fine. † quòd iuri se immiscendi possit præscribi per rationem ab eo adductam. sua autem conclusio omnino illi aduersatur: quoniam haud multo pòst generaliter concludit, omnia iura præscribi posse triginta vel quadraginta annis, dicta.l.sicut.&.l.omnes. Secundò ex dictis eius aperte cõstat nulla iura posse de iure Digestorum vllo tempore præscribi: quoniam præscriptio longissimi temporis de iure Digestorũ non procedebat, & iura non præscribebantur longo tempore, dicta.l.licet.C. de iure deliberand. Sed mirum est quomodo dixerit de iure Digestorum in iuribus præscriptionem longi temporis non procedere, cùm apertè contrarium dicat.l.prima.§.fina.ff.de aqua pluuia arcenda. ibi, longam consuetudinem velut iure impositam seruitutem videatur. Et sic per illam.l. longa præscriptio habet vim constitui.l. prima,& secunda.C.de seruitu.& aqua.l.si quis diuturno.ff. si seruitus vendicetur. ibi, si quis

1139 † diuturno vsu & longa quasi possessione ius aquæ ducendæ nactus sit, non esse ei necesse docere de iure quo aqua constituta est, veluti ex legato vel alio modo, sed vtilem habet actionem, vt ostendat per annos forte tot non vi, nõ clàm, non precario possedisse. Et sic longa possessio decem vel viginti annorum, vim habet constitui: vt suprà dixi. Et miror quomodo à tam laudatis patribus tanta facta est instãtia vel consequẽtia super illa.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de itine. actuq; priuato. vt suprà docuimus. cùm hoc in præscriptione tanti temporis cuius initij non extat memoria peculiare non sit, sed etiam locum habeat in præscriptione lõgi temporis decem vel viginti annorum, per illas leges,& maximè dictam.l.si quis diuturno. quæ caret omni scrupulo. Addo glossam in.l. tertia.§. si seruus. in verbo, diu.ff. de acquirenda possessione. Et Innocentius in cap.dilectus. extra de consuetudi. dum de iurisdictione loquitur, quã dicit posse acquiri decem annis. cuius dictum approbat Ioannes Faber in.l. prima.C.quæ sit longa con-

1140 suetudo. eo † quòd iurisdictio actum habet cõtinuum in quibus sufficit solus vsus decem vel viginti annorum, per dictam.l. primam.§. denique.& dictam.l.si quis diuturno.l. seruitutes. ff. de seruitutibus.l. foramen.ff. de seruitut. vrbanorum prædiorum. Et ita intelligebant.l. primam & finalem.C. de emancipatio. libero. &.l. viros.C.de diuersis officijs.libro duodecimo.c. finali.extra de officio Archidiaconi. & alia iura quæ suprà in materia iurisdictionis deduximus. Adde prædictis quod Felinus notat in capitulo, irrefragabili. extra de officio ordina. Modernus Papiens. in.l. prima.C. de diuersis rescript. Bartolus in.§. primo. in authentica, de incestis nuptijs.collatione secũda. Baldus in rubrica.C. quæ sit longa consuetudo. Sed pro Iasone induximus textum in.l.si cohortalis.C. de cohortali. libro duodecimo. quæ melius facit pro eo in his verbis, quod si quis ex his ausus fuerit vllam affectare militiam nulla præscriptione temporis muniatur præter eam scilicet, quæ ex triginta annis colligitur. Et cùm de ea plura diximus, hic nihil vlterius repetemus.

1141 Frequentior autem † opinio est vt præscribatur tanto tempore cuius initij memoria non existat, per dictum.c.super quibusdã. extra de verborum significatio.l. hoc iure.§. ductus aquæ.ff. de itinere actuq; priuato.c. primũ, de præscript. Et addebãt aliqui etiam si princeps ignorauerit: quia præsumũtur hoc scire per lapsum tanti temporis. Et maxime hoc dicunt in præscriptione guidagiorum seu pedagiorum & similium iurium procedere: cùm princeps notos habeat huiusmodi abusus.c. primo.§. illicitas. de pace tenenda,& iuramen.firman. collatione.x. Et in ea opinione fuit etiam Anto. de Butrio in.c. peruenit.extra de censib.& alij plerique, quorum superius mentionem fecimus.

Alij verò, vt Salicetus in.l. vectigalia.C. noua vectigalia institui non posse. ait tutius esse præscribentem titulum habere cum possessione tanti temporis cuius initij non est memoria. Et dicit Signorel. de Homodeis istius fuisse opinionis, vt nullo tempore præscribi possint: & tandẽ variat modo in hãc, modo in alteram opinionẽ,

1142 Ego in iure puto verum esse † iura regia quæ maximè coronæ regiæ adhærent adeo ab ea inseparabilia esse, vt nullus capax illorum esse possit absque difformitate maiestatis regiæ, vt in dicto.c.intellecto.extra de iureiuran. & aliis legibus suprà notatis, quas non trãscribimus. Et ob id inalienabilia esse, vt per multa suprà docuimus. Et idem etiam Bald.tenet in dicto.c.in causis.in verbo, amplius.de pace Constan. collatio. x. Et hac ratione impræscriptibilia: quia possessio in his initium accipere nõ potest, per ea quæ paulò ante ostendimus. In his autem in quibus titulus cadere potest, & puto præscriptibilia esse cum titulo, aliqua decẽ aut viginti annis: nonnulla triginta annis: alia verò quadraginta & pleraque centum, & ad summum tanto tempore cuius initij non extat memoria, sicuti suprà distinximus, & in repetitione.l. donationes.C.de donatio.inter virum & vxor. cuius suprà dicta cõiun
1143 gi debent. † Et dicenti se titulum habere, de eo docere debet, propter iuris resistẽtiam.l. prima, &.l.licitatio.ff.de publica.& vectiga. Adde aliã rationem positam in.l.vnica.C. de superexacto. libro.x.& in.l.vnica.C. de superindicto. eo.lib. Et illis addo glos.in.l.si qua loca.in verbo, longi temporis.C. de fund.& saltu. rei domi.lib.xj. l. vniuersas.C. ne rei domi. vel tẽplo. Et vlterius voluit eũ qui in eo se fundat, vsum eius probet: cùm, secundùm eos, sicut vtendo acquiritur, sic non vtendo amittitur.l. hæc autem iura. ff. de seruitu.vrbano. prædiorum. nisi causa legitima interuenerit, propter quam absque facto hominis vti non licuit, vt in.l.& Attilicinus.ff.de seruitu. rustico.prædio.l.in filijs.C.de decurio. libro.x. per Bartol.in.l.vnus.ff. de seruitu. rustico. prædiorũ. dixi suprà. Sed qualiter vsus probabitur, declarat Felin.in.c.licet causam.tertia colum.in fine.extra de probatio. Et Bald.in.l.actor.C. de probatio. Floria. in dicta.l.hæc autem iura.ff.de seruitu.vrbano.prædio.vide quod notatur in.c. cùm & personæ.de priuileg.in.vj. Florian. in.l. circa.ff.de probatio. Cin.in.l. solennibus.C.de fide instrumen. Et hæc de negatiua & probatione negatiuæ dicta sufficiant.

Er per hæc ad Dei laudem & gloriam, eiusq; gloriosæ virginis suæ genitricis omniumq; sanctorum, huic repetitæ lectioni colophonem addidimus.

Lugduni,

EXCVDEBAT IOANNES BARBOVS.

Index materiarum & rerum, quæ in

REPETITIONIBVS V.C. IOANNIS Ignei I.V. doctoris Aurelij, dignæ, quæ maximè notarentur, visæ sunt, alphabethica serie, auspice numine hoc in loco exordium habet.

Index materiarum

Index materiarum

Dubitatio

Alphabethicus.

Filius

H.

Hæreditas

Alphabeticus.

Alphabeticus.

N

O

P

Index materiarum

Princeps

Index materiarum

pſit Phil

V

Indicis Alphabetici
Finis.

Ordo chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.
aa, bb, cc. Omnes sunt terniones.

